Cap. Cum Catholica in decreto de Purgatorio, & cap. Cum potestas in decreto de Indulgentiis, Sess. 25.

De Sententia excommunicationis.

Congruunt huic tit. c. Si quem clericorum 11. Sess. 24. de Reform.

Cap. Ita plerumque, Sess. 24. de Ref.

Cap. Quamvis excommunicationis gladius, Sess. 25. de Ref.

Cap. Censuræ 12. c. Anathemati 18. Sess. 25. de Regul.

De Verborum significat.

Congruunt huic tit. c. Cupiens 20. Sess. 25. de Reform. & cap. Tanta, vers. Quod si in his cad. Sess. prope finem.

BULLA INDICTIONIS
SACRI OECUMENICI ET GENERALIS
CONCILII TRIDENTINI
SUB PAULO III. PONTIFICE MAXIMO.

PAULUS EPISCOPUS,
SERVUS SERVORUM DEI.
Ad futuram rei memoriam.

INitio noſtri hujus Pontificatus, quem non ob merita noſtra, ſed propter ſuam magnam bonitatem, Dei omnipotentis providentia nobis commiſit, cernentes jam tum, in quas perturbationes temporum, quotque incommoda rerum fere omnium noſtra Paſtoralis ſolicitudo & vigilia eſſet vocata, cupiebamus quidem mederi Chriſtianæ Reipublicæ malis, quibus illa jam dudum vexata, & propemodum oppreſſa eſt: ſed ipſi etiam ut homines circumdati infirmitate, ad tantum onus rollendum impares vires noſtras eſſe ſentiebamus: nam cum pace opus eſſe intelligeremus ad liberandam & conſervandam a plurimis impendentibus periculis Rempublicam, omnia invenimus odiis & diſſenſionibus plena, diſſentientibus præſertim Principibus iis inter ſe, quibus ſumma rerum pene omnis a Deo permiſſa eſt. Cum unum ovile, unum Paſtorem Dominici eſſe gregis, ad integritatem Chriſtianæ religionis, & ad cœleſtium bonorum ſpem in nobis confirmandam, neceſſarium duceremus; ſchiſmatis, diſſidiis, & hæreſibus erat Chriſtiani nominis divulſa jam pene & lacerata unitas. Cum tutam atque munitam ab infidelium armis atque inſidiis Rempublicam optaremus, noſtris erratis, noſtraque cunctorum culpa, Dei videlicet ira peccatis noſtris imminente, Rhodus fuerat amiſſa, Hungaria vexata, conceptum & meditatum contra Italiam, contraque Auſtriam, & Illyricum terra marique bellum: cum impius & immitis hoſtis noſter Turca nullo tempore requieſceret; noſtrorumque inter ſe odia & diſſenſiones ſuam bene gerendæ rei occaſionem duceret. Igitur, ut dicebamus, in tanta hæreſum, diſſenſionum, bellorumque tempeſtate, tantiſque excitatis fluctibus, cum eſſemus ad moderandam & gubernandam Petri naviculam vocati, nec viribus ipſi noſtris ſatis fideremus, primum conjecimus in Domino cogitatus noſtros, ut ipſe nos nutriret, animumque noſtrum firmitate & robore, mentem conſilio ſapientiaque inſtrueret, deinde animo repetentes majores noſtros, ſapientia admirabili & ſanctitate præditos, ſæpe in ſummis Chriſtianæ Reipublicæ periculis remedium optimum, atque opportuniſſimum, œcumenica Concilia, & Epiſcoporum generales conventus adhibuiſſe; ipſi quoque animum ad generale habendum Concilium adjecimus; exquiſitiſque Principum ſententiis, quorum nobis videbatur utilis in primis & opportuna

Heb. 5.

Joan. 10.

Pſal. 54.

ad hanc rem eſſe conſenſio, cum eos tunc non alienos ab hoc tam ſancto opere inveniſſemus, œcumenicum Concilium, & generalem eorum Epiſcoporum aliorumque Patrum, ad quos pertineret, conventum in civitate Mantuæ indiximus, anno Incarnationis Domini, ſicut literis & monumentis noſtris teſtatum eſt, milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, Pontificatus noſtri tertio, ad X. Kalend. Jun. inchoandum; ſpem prope certam habentes, fore ut, cum illic in nomine Domini eſſemus congregati, ipſe, ſicut promiſit, Matth. 18. Dominus in medio noſtrum aſſuturus, & bonitate ac miſericordia ſua omnes temporum procellas, omniaque pericula ſpiritu oris ſui facile depulſurus eſſet. Sed, ut ſemper inſidiatur piis actionibus humani generis hoſtis, primum contra omnem ſpem & expectationem noſtram denegata fuit nobis Mantuana civitas, niſi aliquas conditiones ſubiremus ab inſtitutis majorum noſtrorum, & conditione temporum, noſtraque, ac hujus ſacræ Sedis, ac nominis Eccleſiaſtici dignitate libertateque prorſus alienas; quas in aliis noſtris literis expreſſimus. Quapropter alium invenire locum, aliamque deligere civitatem neceſſe habuimus, quæ cum non ſtatim nobis occurreret idonea & apta; ad ſequentes Kalend. Novemb. prorogare Concilii celebrationem ſuimus coacti. Interim ſævus & perpetuus hoſtis noſter Turca, ingenti claſſe Italiam adortus, aliquot oppida in littoribus Apuliæ cepit, vaſtavit, diripuit, prædas hominum abegit. Nos in maximo timore, & periculo omnium, muniendis littoribus noſtris, finitimiſque auxilio juvandis ſuimus occupati: nec tamen interea deſtitimus conſulere & hortari Chriſtianos Principes, ut de idoneo ad habendum Concilium loco quid ſentirent, nobis exponerent: quorum cum eſſent incertæ variæque ſententiæ, tempuſque diutius, quam erat opus, videretur extrahi; nos optimo animo, atque, ut arbitramur, etiam conſilio, Vincentiam elegimus, urbem copioſam, & Venetorum, qui eam nobis concedebant, virtute, auctoritate, potentia, cum aditum patentem, cum ſtationem omnibus liberam, atque tutam inprimis in ſe habentem. Sed, cum jam tempus longius progreſſum eſſet, novæque urbis electionem omnibus ſignificari conveniret; jamque Kalendæ Novemb. appetentes facultatem hujus divulgationis excluderent, hyemſque eſſet propinqua; rurſus altera prorogatione tempus Concilii differre in proximum ſequens ver, Majoque futuras Kalendas compulſi ſuimus. Quare firmiter conſtituta atque decreta, cum & nos ipſos, & extera omnia ad eum bene agendum, Deo juvante, celebrandumque conventum pararemus, plurimum reputantes intereſſe cum celebrationis Concilii, tum univerſæ Chriſtianæ Reip. Chriſtianos Principes pace inter ſe & concordia conſentire; clariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Chriſtianiſſimum Regem Franciſcum, duo præcipua Chriſtiani nominis firmamenta atque ſubſidia, orare atque obſecrare inſtitimus, ut ad colloquium inter ſe & nobiſcum una convenirent; quorum quidem apud utrumque literis, Nuntiis, & a latere noſtro miſſis ex venerabilium fratrum noſtrorum numero Legatis, ſæpiſſime egeramus, ut ex ſimultate & diſſidiis ambo in unum fœdus & piam amicitiam vellent convenire, labentibuſque ſuccurrere Chriſtianis rebus, quarum ſervandarum cum eſſet illis poteſtas a Deo præcipue tributa, ſi id non agerent, & ad commune Chriſtianorum bonum ſua conſilia non dirigerent, acris & ſevera ratio eidem Deo ab ipſis reddenda eſſet. Qui aliquando precibus noſtris annuen-

tes, Nicæam se contulere, quo nos quoque longum iter, & senili ætati nostræ vehementer contrarium, Dei & pacis conciliandæ causa suscepimus; neque prætermisimus interea, cum tempus Concilii præstitutum, Kalendæ videlicet Majæ appropinquarent, tres legatos summæ virtutis ac authoritatis a latere nostro, de numero eorundem fratrum nostrorum S. R. E. Card. Vincentium mittere, qui initium Concilii facerent, Prælatosque undique venientes excipierent, & ea, quæ judicarent esse opus, agerent & tractarent, quoad nos, ab itinere & negotio pacis reversi, omnia accuratius dirigere possemus. Interim vero in illud sanctum opus, maximeque necessarium, tractationem videlicet pacis inter Principes, incubuimus; & quidem omni animi studio, omni pietate ac diligentia. Testis est nobis Deus, cujus freti clementia, nosmetipsos itineris & vitæ periculo exposuimus. Nostra testis conscientia, quæ nihil habet in hac re quidem, in quo nos arguat aut prætermisse, aut non quæsitæ ad pacificandum occasionis. Principes ipsi testes; quos tam sæpe, tamque vehementer Nuntiis, literis, Legatis, monitis, hortatu, precibusque omnibus obsecravimus, ut simultates deponerent, ut in societatem coirent, ut Christianæ Reipubl. in maximum & propinquum jam adductæ discrimen, communibus studiis & subsidiis opitularentur. Jam vero testes, illæ vigiliæ atque curæ, illi diurni nocturnique animi nostri labores, gravesque sollicitudines, quas ob hanc rem & caulam plurimas jam suscepimus; nec tamen ad optatum exitum nostra consilia, & acta adhuc perducta sunt. Ita enim visum Domino Deo est: quem tamen non desperamus aliquando optata nostra benignius respecturum, ipsi quidem, quantum in nobis fuit, nihil quod esset nostro Pastorali officio debitum, in hac re omisimus. Quod si qui sunt, qui actiones pacis nostras in aliam interpretentur partem: dolemus quidem; sed tamen in dolore nostro gratias omnipotenti agimus, qui ad exemplum & doctrinam patientiæ nostræ suos voluit Apostolos haberi dignos, qui pro nomine JESU, qui pax nostra
Act. 5. Ephes. 2. est, contumeliam paterentur. Verum in illo congressu colloquioque nostro, quod Nicææ habitum est, etsi peccatis nostris impedientibus, inter duos Principes vera & perpetua pax non potuit confici, induciæ tamen decennales factæ sunt: quarum opportunitate nos sperantes & sacrum Concilium commodius celebratum iri, & deinde ex Concilii auctoritate perfici posse pacem; apud Principes institimus, ut & ipsi venirent ad Concilium, & Prælatos suos præsentes ducerent, absentesque accerserent. Qui cum de utroque se excusassent, quod & ipsis redire in regna sua tum necesse esset; & Prælatos, quos secum habuissent, itinere atque impendiis fessos atque exhaustos, recreari & refici oporteret; nos hortati sunt, ut aliam quoque prorogationem temporis habendi Concilii decerneremus. Qua in re concedenda cum essemus aliquantum difficiles, literas interim a Legatis nostris, qui Vincentiæ erant, accepimus, tractato jam, & longius prætrito Concilii incundi die, unum vix, aut alterum ex externis nationibus Prælatum Vincentiam se contulisse. Quo nuntio accepto, cum videremus eo tempore nulla jam ratione haberi Concilium posse, ipsis principibus concessimus, ut differretur tempus agendi Concilii usque ad sanctum Pascha, diemque festum futuræ Dominicæ resurrectionis. Cujus nostri præcepti, expectationisque decretæ literæ Genuæ anno Incarnationis Domini MDXXXVIII. IV. Kal. Julii, factæ publicæque sunt, atque hanc dilationem eo propensius fecimus, quod pollicitus est nobis

nobis uterque Princeps, Legatos suos Romam ad nos se missurum, ut ea, quæ ad perfectionem pacis reliqua essent, neque Nicææ ob brevitatem temporis potuerant omnia confici, Romæ commodius coram nobis agerentur & tractarentur, & ob hanc rationem etiam a nobis ambo petierunt, ut hæc pacificationis procuratio Concilii celebrationi præponeretur, cum ipsum Concilium, pace facta, multo deinde utilius & salutarius Christianæ Reipublicæ futurum esset, semper enim hæc pacis spes nobis injecta, Principum nos voluntatibus assentiri horrata est: quam spem vehementer auxit post discessum a Nicæa nostrum ipsorum duorum Principum inter se benevola amicaque congressio: quæ maxima nostra cum lætitia a nobis intellecta, confirmavit nos in bona spe, ut tandem aliquando nostras preces apud Deum exauditas, & vota pacis accepta esse crederemus. Hanc igitur pacis conclusionem cum & expeteremus, & urgeremus; nec solum duobus antedictis Principibus, verum etiam charissimo in Christo filio nostro, Ferdinando Regi Romanorum, videretur, actionem Concilii, nisi pace facta, suscipi non oportere; cunctique a nobis per litteras suosque Oratores contenderent, ut alias rursus temporis prorogationes faceremus; præcipue autem instaret Serenissimus Cæsar, promissis se demonstrans iis, qui a Catholica unitate dissentiunt, se operam suam apud nos interpositurum, ut aliqua concordiæ ratio initretur; quod ante suam in Germaniam profectionem apte non posset fieri: Nos eadem semper spe pacis, & tantorum Principum voluntate adducti, cum præsertim cerneremus, ne ad dictum quidem Resurrectionis festum alios prælatos Vicentiam convenisse, prorogationis nomen jam fugientes, quod tam sæpe frustra fuerat repertum, celebrationem generalis Concilii ad nostrum & Sedis Apostolicæ beneplacitum suspendere maluimus: itaque fecimus, & de suspensione hujusmodi litteras ad singulos supradictorum Principum decima die Junii, M.D.XXXIX. dedimus, sicut ex illis perspicue potest intelligi. Ea itaque suspensione necessario per nos facta, dum tempus illud magis idoneum a nobis, pacisque aliqua conclusio expectatur, quæ & dignitatem postea, frequentiamque Concilio, & Christianæ Reipublicæ præsentiorem salutem erat allatura; Christianæ interea res in deterius quotidie prolapsæ sunt, Hungariæ, Rege ipsorum mortuo, Turcam vocantibus; Ferdinando Rege bellum in eos movente, Belgis ad defectionem a Cæsare ex parte quadam incitatis; cujus defectionis comprimendæ causa per Galliam amicissime, & cum Rege Christianissimo concordissime, magno benevolæ inter eos voluntatis indicio transiens in Belgas Serenissimus Cæsar, & illinc deinde in Germaniam profectus, conventus Germaniæ Principum & civitatum, tractandæ ejus, quam dixerat, concordiæ causa habere cœpit. Sed eum, spe pacis jam deficiente, ille quoque modus cutandæ in conventibus, tractandæque concordiæ ad majores potius discordias concitandas aptus esse videretur; inducti fuimus ad pristinum Concilii generalis remedium reverti, idque per Legatos nostros S. R. E. Cardinales, ipsi Cæsari obtulimus; quod etiam postremo & præcipue in Ratisponensi conventu egimus; cum illic dilectus filius noster Gaspar tit. S. Praxedis, Cardinalis Contarenus, & summa doctrina & integritate, Legatum nostrum ageret, nam cum id, quod ne accideret, antea veriti eramus, ex ejus conventus sententia peteretur a nobis, ut ab Eccle-

sia

sia dissentient um quosdam articulos tolerandos declararemus, quoad per œcumenicum Concilium illi excuterentur & decideretur ; idque nobis ut concederemus, neque Christiana & Catholica veritas, neque nostra & Sedis Apostolicæ dignitas permitteret; palam potius Concilium, ut quam primum fieret, proponi mandavimus. Neque vero in alia unquam sententia & voluntate fuimus, quam ut primo quoque tempore Concilium œcumenicum & generale congregaretur : sperabamus enim ex eo & pacem populo Christiano, & Christianæ religionis integritatem posse recuperari : verumtamen id cum bona gratia & voluntate Christianorum Principum habere volebamus. Quam voluntatem dum expectamus, dum observamus tempus absconditum, tempus beneplaciti tui, o Deus ! aliquando tandem decernere compulsi sumus, Psal. 6. omne esse tempus beneplacitum Deo, cum de rebus sanctis, & ad Christianam pietatem pertinentibus consilia ineuntur. Quapropter videntes, maximo quidem animi nostri cum dolore, rem Christianam quotidie in pejus ruere, Hungaria a Turcis oppressa, Germanis periclitantibus, cæteris omnibus metu mœroreque afflictis, nullius jam Principis consensum expectare, sed tantum Dei omnipotentis voluntatem & Christianæ Reipublicæ utilitatem attendere constituimus. Itaque cum Vicentiam amplius non haberemus ; cuperemusque cum universæ Christianorum saluti, tum Germanicæ nationis incommodis in eligendo per nos novo Concilii habendi loco consulere : aliquotque locis propositis ipsam Tridentinam civitatem ab ipsis desiderari videremus : nos etsi in citeriore Italia commodius omnia tractari posse judicabamus, ad eorum tamen postulationes nostram voluntatem paterna charitate defleximus : itaque Tridentum civitatem eleginus, qua in civitate œcumenicum Concilium ad proxime venturas Kalend. Novembr. haberetur, idoneum locum illum statuentes, quo ex Germania quidem, aliisque Germaniæ finitimis nationibus facillime, ex Gallia, Hispania, cæterisque Provinciis remotioribus non difficulter Episcopi & Prælati convenire possent. Dies autem Concilii ea nobis expectata est, quæ spatium in se haberet & publicandi per Christianas nationes nostri hujus Decreti, & facultatis omnibus Prælatis ad veniendum tribuendæ. Quominus autem annuum tempus præfiniremus mutando Concilii loco, sicut quibusdam constitutionibus alias præscriptum est, ea res fuit in causa, quod longius extrahi spem sanandæ aliqua in parte Christianæ Reipublicæ quæ tot detrimentis & calamitatibus affecta est, noluimus : & tamen videmus tempora ; agnoscimus difficultates : quid sperari posset ex consiliis nostris, incertum esse intelligimus, sed quis scriptum est : Revela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet : magis Dei clementiæ & misericordiæ confidere, quam nostræ imbecillitati diffidere constituimus. Sæpe enim fit in bonis operibus incipiendis, ut, quod humana consilia non valent, divina virtus efficiat. Hujus igitur ipsius Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ac beatorum ejus Apostolorum Petri & Pauli auctoritate, qua nos quoque in terris fungimur, freti atque subnixi, de venerabilium item fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio & assensu sublata, amotaque suspensione, de qua supra commemoratum est, quam per præsentes tollimus & amovemus, sacrum œcumenicum & generale Concilium in civitate Tridentina, loco commodo & libero, omnibusque nationibus opportuno, ad Kal. proximas Nov. anni præsentis ab incarnatione Domini M. D. XLII. incipiendum ; prosequendum, & eodem Domino adjuvante, ad ipsius gloriam atque laudem, & Christiani totius populi salutem absolvendum, perficiendumque indicimus, annunciamus, convocamus, statuimus, atque decernimus, omnes, omnibus ex locis tam venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos & dilectos filios Abbates, quam alios quoscunque, quibus jure aut privilegio in Conciliis generalibus residendi, & sententiam in eis dicendi permissa potestas est, requirentes, hortantes, admonentes, ac nihilominus eis vi jurisjurandi, quod nobis & huic sanctæ Sedi præstiterunt, ac sanctæ virtute obedientiæ, aliisque sub pœnis jure aut consuetudine in celebrationibus Conciliorum adversus non accedentes ferri & proponi solitis, mandantes, arcteque præcipientes ; ut ipsimet, nisi forte justo detineantur impedimento, de quo tamen fidem facere compellantur, aut certe per suos legitimos procuratores & nuntios, sacro huic Concilio omnino adesse & interesse debeant. Supra autem dictos, Imperatorem, Regemque Christianissimum ; nec non cæteros Reges, Duces, Principes, quorum præsentia, si alias unquam, hoc quidem tempore maxime sanctissimæ Christi fidei, & Christianorum omnium futura est salutaris, rogantes atque obsecrantes per viscera misericordiæ Dei & Domini nostri Jesu Christi, cujus fidei veritas & religio, & intus & extra graviter jam oppugnatur, ut, si salvam volunt Christianam esse Rempubl. si se Domino obstrictos & obligatos pro maximis illius erga se beneficiis intelligunt, ne deserant ipsius Dei causam & negotium ; ipsimet ad sacri Concilii celebrationem veniant, in quo ipsorum pietas atque virtus communi utilitati salutique sui, ac cæterorum & temporali & æternæ plurimum est profutura. Sin autem id, quod nollemus, accedere ipsi non poterunt, ac graves saltem viros Legatos cum auctoritate mittant, qui personam Principis sui quisque & cum prudentia, & cum dignitate possint in Concilio referre. Inprimis vero, ut id curent, quod ipsis facillimum est, ut ex suis cujusque regnis ac provinciis Episcopi & Prælati sine tergiversatione & mora, ad Concilium proficiscantur, quod maxime quidem a Prælatis, Principibusque Germaniæ Deum ipsum atque nos impetrare æquum est, ut cum eorum præcipua causa, ipsisque cupientibus Concilium indictum sit, & in ea civitate indictum, quæ ab eis desiderata, non graventur ipsi sua cunctorum præsentia id celebrare & ornare ; quo melius atque commodius, quæ ad integritatem & veritatem Christianæ religionis, quæ ad bonorum morum reductionem, emendationemque malorum, quæ ad Christianorum inter se tam Principum, quam populorum pacem, unitatem, concordiamque pertineant, & quæ ad repellendos impetus Barbarorum & infidelium, quibus illi universam Christianitatem obruere moliuntur, sint necessaria, Deo nostris consultationibus præeunte, & lumen sapientiæ suæ, ac veritatis mentibus nostris præferente, agi in dicto sacro œcumenico Concilio, & conspirante omnium charitate consuli, tractari, confici, ad optatosque exitus deduci quam primum & quam optime possint. Atque ut nostræ hæ litteræ, & quæ in eis continentur, ad notitiam cunctorum, quorum oportet, perveniant, neve quis illorum ignorantiæ excusationem prætendat; cum præsertim etiam non ad omnes eos, quibus nominatim illæ essent intimandæ, tutus forsitan pateat accessus, volumus & mandamus, ut in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi, cum ibi multitudo populi ad audiendam rem divinam congregari solita est, palam clara

clara voce per Curiæ noſtræ curſores, aut Notarios aliquos publicos legantur, lectæque in valvis dictarum Eccleſiarum, itemque Cancellariæ Apoſtolicæ portis, & campi Floræ ſolito loco affigantur; ubi ad lectionem & notitiam cunctorum aliquamdiu expoſitæ pendeant: cumque inde amovebuntur, earum nihilominus exempla in eiſdem locis remanent affixa. Nos enim per lectionem, publicationem, affixionemque hujuſmodi, omnes, & quoſcunque, quos antedictæ noſtræ litteræ comprehendunt, poſt ſpatium dnorum menſium a die litterarum publicationis, & affixionis, ita volumus obligatos eſſe, atque adſtrictos, ac ſi ipſiſmet illæ coram lectæ & intimatæ eſſent, tranſumptis quidem earum, quæ manu publici Notarii ſcripta, aut ſubſcripta, & ſigillo perſonæ alicujus Eccleſiaſticæ, in dignitate conſtitutæ, munita fuerint, ut fides certa & indubitata habeatur, mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ indictionis, annuntiationis, convocationis, ſtatuti, decreti, mandati, præcepti, & obſervationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. XLII. XI. Kalend. Jun. anno VIII.

Bloſius.

Hier. Dand.

SACRO-

SACROSANCTI OECUMENICI & GENERALIS CONCILII TRIDENTINI

SESSIO PRIMA

SUB PAULO III. PONTIFICE MAXIMO

Celebrata die decimatertia Menſis Decembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto.

Decretum α β γ δ ε ζ de inchoando CONCILIO.*

PLACETNE vobis, ad laudem & gloriam ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ad incrementum & exaltationem Fidei & religionis Chriſtianæ, ad extirpationem hæreſum, ad pacem & unionem Eccleſiæ, ad reformationem Cleri & populi Chriſtiani, ad depreſſionem & extinctionem hoſtium Chriſtiani nominis, decernere & declarare, ſacrum Tridentinum & generale Concilium incipere, & inceptum eſſe? *Reſponderunt*, PLACET.

Indictio futuræ Seſſionis.

Et cum proxima ſit celebritas Nativitatis Domini noſtri JESU CHRISTI, & ſubſequantur aliæ feſtivitates labentis & incipientis anni; placetne vobis primam futuram Seſſionem habendam eſſe die Jovis poſt Epiphaniam, quæ erit ſeptima Menſis Januar. Anno Dom. M. D. XLV.? *Reſponderunt*, PLACET.

REMISSIONES.

α *An Concilium generale abſque auctoritate ſummi Pontificis celebrari poſſit?* Negat Bolland. in *ſua politic. lib. 2. cap. 18. n. 194.* ubi etiam reſolvit, *quod licet Principes ſeculares non poſſint illud convocare, poſſunt tamen per ſuos judices ad illius agere obſervantiam.*

β *An ſummus Pontifex poſſit diſpenſare ſuper Concilium?* Affirmant, *ſi de ea faciant expreſſam mentionem, & non ſufficere clauſulam derogatoriam generalem*, Cott. in *memor. verbo, clauſula non obſtante.* Rebuff. in *Auth. habita, verbo, examinatione p. 580. cum ſeq. C. ne filius pro patre*, & in *prax. benefic. tit. de diſpenſat. ſuper defectum natal. n. 24.* Guiet. *pract. l. 3. q. 17. num. 231.*

clara voce per Curiæ noſtræ curſores, aut Notarios aliquos publicos legantur, lectæque in valvis dictarum Eccleſiarum, itemque Cancellariæ Apoſtolicæ portis, & campi Floræ ſolito loco affigantur; ubi ad lectionem & notitiam cunctorum aliquamdiu expoſitæ pendeant: cumque inde amovebuntur, earum nihilominus exempla in eiſdem locis remanent affixa. Nos enim per lectionem, publicationem, affixionemque hujuſmodi, omnes, & quoſcunque, quos antedictæ noſtræ litteræ comprehendunt, poſt ſpatium dnorum menſium a die litterarum publicationis, & affixionis, ita volumus obligatos eſſe, atque adſtrictos, ac ſi ipſiſmet illæ coram lectæ & intimatæ eſſent, tranſumptis quidem earum, quæ manu publici Notarii ſcripta, aut ſubſcripta, & ſigillo perſonæ alicujus Eccleſiaſticæ, in dignitate conſtitutæ, munita fuerint, ut fides certa & indubitata habeatur, mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ indictionis, annuntiationis, convocationis, ſtatuti, decreti, mandati, præcepti, & obſervationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. XLII. XI. Kalend. Jun. anno VIII.

Bloſius.

Hier. Dand.

SACRO-

SACROSANCTI OECUMENICI & GENERALIS CONCILII TRIDENTINI

SESSIO PRIMA

SUB PAULO III. PONTIFICE MAXIMO

Celebrata die decimatertia Menſis Decembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto.

Decretum α β γ δ ε ζ de inchoando CONCILIO.*

PLACETNE vobis, ad laudem & gloriam ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ad incrementum & exaltationem Fidei & religionis Chriſtianæ, ad extirpationem hæreſum, ad pacem & unionem Eccleſiæ, ad reformationem Cleri & populi Chriſtiani, ad depreſſionem & extinctionem hoſtium Chriſtiani nominis, decernere & declarare, ſacrum Tridentinum & generale Concilium incipere, & inceptum eſſe? *Reſponderunt*, PLACET.

Indictio futuræ Seſſionis.

Et cum proxima ſit celebritas Nativitatis Domini noſtri JESU CHRISTI, & ſubſequantur aliæ feſtivitates labentis & incipientis anni; placetne vobis primam futuram Seſſionem habendam eſſe die Jovis poſt Epiphaniam, quæ erit ſeptima Menſis Januar. Anno Dom. M. D. XLV.? *Reſponderunt*, PLACET.

REMISSIONES.

α *An Concilium generale abſque auctoritate ſummi Pontificis celebrari poſſit?* Negat Bolland. in *ſua politic. lib. 2. cap. 18. n. 194.* ubi etiam reſolvit, *quod licet Principes ſeculares non poſſint illud convocare, poſſunt tamen per ſuos judices ad illius agere obſervantiam.*

β *An ſummus Pontifex poſſit diſpenſare ſuper Concilium?* Affirmant, *ſi de ea faciant expreſſam mentionem, & non ſufficere clauſulam derogatoriam generalem*, Cott. in *memor. verbo, clauſula non obſtante.* Rebuff. in *Auth. habita, verbo, examinatione p. 580. cum ſeq. C. ne filius pro patre*, & in *prax. benefic. tit. de diſpenſat. ſuper defectum natal. n. 24.* Guiet. *pract. l. 3. q. 17. num. 231.*

Aloys. Ricci, in collect. decis. p. 1. collect. 1367. prope finem. P. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 37. §. 1. Zerol. in praxi Episc. p. 2. verbo, absolutio, vers. dico 5. ibi, sed ad hoc respondetur p. 5. Flores Vaci. l. 1. q. 10. num. 30. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 197. a num 33. Fr. Emman. 3. Regul. tom. 1. §. 8. art. 10. & tom. 3. §. 36. art. 2. & §. 39. art. 2. P. Azorii, instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 14. col. 374. P. Valens. Reginald. in praxi fori panit. lib. 3. num. 2. & quod constitutio Concilaris tacite contineat clausulam derogatoriam, & propterea ei non derogetur per clausulas generales, resolvunt Caputaq. p. 1. decis. 268. Vorald. decis. 176. Aloys. Ricci, in collect. decis. p. 4. col. 849.

y An Episcopus contra Concilium dispensare expresse, vel tacite? Negant gloss. in cap. cum dilectus, verbo, in usum, decretal. Rebuff. in tract. Monetar. quæst. 3. num. 30. Gutier. de juram. confirm. p. 1. cap. 32. num. 24. & Covar. lib. 4. cap. 3. num. 10. P. Henriq. d. c. 37. §. 1. lit. C. Steph. Gratian. d. c. 197. num. 31. P. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 31. cap. 27. num. 202. in princ.

z An posit dispensare ex magna causa necessitatis, vel utilitatis? Affirmant Tyraquel. de pœnis temper. in præfat. n. 31. Lambert. de jure patronat. p. 1. lib. 2. art. 19. q. 7. princip. n. 2. Cotr. in memorab. verbo, Episcopus. Rebuff. in praxi tit. de dispensat. ad pias res benef. a n. 30. Spin. in speculo testam. §. 1. q. 10. a n. 8. Homad. in l. 3. gl. 12. in fine, vers. limitatur, fol. 3. part. 1. P. Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 40. a n. 2. Cened. Pract. Canon. quæst. lib. 1. q. 30. a n. 3. Mich. Graff. cum. 1. communi. opin. l. 1. tit. 2. num. 67. ubi resolvunt: Episcopum posse dispensare super Concilium ex magna causa necessitatis vel utilitatis, quando Concilium, vel permittit dispensare, vel inquitur imperfuadere, nec vetando, nec permittendo, nec imponendo aliam pœnam.

a An omnia decreta Concilii continentur decretum irritans? Affirmat Gonzal. ad reg. 8. cancell. glossi. 15. n. 37.

b An litteræ & constitutiones contra Trident. reducendæ sint ad jus commune? Affirmative proprio motu definivit Gregor. XIII. prout testatur P. Henriq. p. 1. sum. lib. 6. §. 6. in glossi. lit. R.

* Conciliæ generalia approbata quæ sunt, pulchre recenset P. Lud. Torres in sua singulari tract. de fide, disp. 18. dub. 5. fol. mihi 242.

SESSIO SECUNDA

Celebrata die 7. mensis Januarii, M. D. XLVI.

Decretum de modo vivendi, & aliis in Concilio servandis.

SAcrosancta Tridentina Synodus a in Spiritu sancto β legitime congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, agnoscens cum Beato Jacobo Apostolo, quod (a) omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum, qui iis, qui postulant a se sapientiam, dat omnibus affluenter, & non improperat eis; & simul sciens, quod (b) initium Sapientiæ est timor Domini; statuit & decrevit, γ omnes & singulos Christi fideles, in civitate Tridentina congregatos exhortandos esse, prout exhortatur, ut se a malis & peccatis hactenus commissis emendare, ac de cætero (c) in timore Domini ambulare, & desideria carnis non perficere, orationibus instare, fœpius confiteri, Eucharistiæ Sacramentum sumere, Ecclesias frequentare, præcepta denique Dominica, quantum quisque poterit, adimplere, nec non quotidie pro pace Principum Christianorum, & unitate Ecclesiæ privatim orare velint; Episcopos vero, & quoscumque alios, in Ordine Sacerdotali constitutos, œcumenicum Concilium in ea civitate concelebrantes, ut assidue in Dei laudibus incumbere, hostias, laudes & preces offerre, sacrificium Missæ quotlibet saltem die Dominico, in quo Deus

a Act. 2.

b 1. Tim. 2.

c Prov. & 9.

Deus lucem condidit, & a mortuis resurrexit, ac (d) Spiritum sanctum in discipulos infudit, peragere satagant, facientes, sicut idem Spiritus sanctus (e) per Apostolum præcipit, & obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro sanctissimo Domino nostro Papa, pro Imperatore, pro Regibus, & cæteris, qui in sublimitate constituti sunt, & pro omnibus hominibus: ut quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, ut jejunent saltem singulis sextis Feriis in memoriam passionis Domini, & eleemosynas pauperibus erogent; in Ecclesia autem Cathedrali singulis quintis Feriis celebretur Missa de Spiritu sancto, cum Litaniis, & aliis orationibus ad hoc institutis: in aliis vero Ecclesiis eadem die dicantur ad minus Litaniæ & orationes, (f) tempore autem, quo sacra peraguntur, collocutiones, & confabulationes non fiant; sed ore & animo celebranti assistatur. Et quoniam (g) oportet Episcopos esse irreprehensibiles, sobrios, castos, domui suæ bene præpositos, hortatur etiam, ut ante omnia quilibet in mensa (h) servet sobrietatem, moderationemque ciborum: deinde cum in eo loco sæpe orioli sermones oriri soleant, ut (i) in ipsorum Episcoporum mensis divinarum Scripturarum lectio admisceatur; familiares vero suos unusquisque instruat, & erudiat, ne sint rixosi, vinoli, impudici, cupidi, elati, blasphemi, & voluptatum amatores; vitia demum fugiant, & virtutes amplectantur; & in vestitu & cultu, & omnibus actibus honestatem præseferant, sicut decet ministros ministrorum DEI. Ad hæc, cum hujus sacrosancti Concilii præcipua cura, solicitudo, & intentio sit, ut propulsatis hæresum tenebris, quæ per tot annos operuerunt terram, Catholicæ veritatis lux, Jesu Christo, (k) qui vera lux est, annuente, candor pristinæque refulgeat; & ea, quæ reformatione egent, reformentur; ipsa Synodus hortatur omnes Catholicos hic congregatos, congregandos, atque eos præsertim, qui sacrarum litterarum peritiam habent, ut sedula meditatione diligenter secum ipsi cogitent, quibus potissimum viis & modis ipsius Synodi intentio dirigi, & optatum effectum sortiri possit; quo maturius & consultius damnari damnanda, & probanda probari queant: ut per totum orbem omnes uno ore, & eadem fidei confessione glorificent Deum, & Patrem Domini nostri Jesu Christi.

d Joan. 16. cum ex sequentib. de haret.

In sententiis vero dicendis, juxta (l) Toletani Concilii statutum, in loco benedictionis confidentibus Domini sacerdotibus, nullus debeat aut immodestis vocibus perstrepere, aut tumultibus perturbare, nullis etiam falsis vanisve aut obstinatis disceptationibus contendere; sed quidquid dicatur, sic mitissima verborum prolatione temperetur, ut nec audientes offendantur, nec recti judicii acies perturbato animo inflectatur.

e 1. Tim. 2.

f Infr. in Sess. 22. in decreto de observandis in celeb. Miss. & 1. Tim. 3.

g 1. Tit. 1. 1. Tim. 3. c. fin. 2. q. 7. cum fim. Conc. Tol. 3. & 9. Conc. Rhem. c. 17. Eusseb. in 4. decret. & infr. Sess. 25. c. 1. de reform. & Euseb. 2. epist. 3.

h Prov. 23.

i Idem ut supra.

k Joan. 1. c. 8.

Deinde indicta fuit futura Sessio ad diem Jovis, quartam mensis Februarii proxime venturi.

REMISSIONES.

a In Spiritu sancto legitime congregata.) Quod Spiritus sanctus Conc. generali legitime immediate assistat, sciolerunt Jacobatius

l Concil. Tolet. 2. c. 1. Concil. Constant. Sess. 1. in princ. & in loco §. 9. & Vide & c. Tolet. c. 3.

m Idem ut supra. Privatur Episcopus forma præsidendi & est 1. Bracar. c. 22.

de Concil. lib. 10. art. 1. n. 205. Azag. in 2. 2. Div. Thom. q. 1. art. 10. p. 38.

ß Utrum generalia Concilia legitime congregata in fidei, & in morum definitione errare possent?) Negant Campec. de Concil. cap. 35. Canus in locis Theol. lib. 5. cap. 4. citatis. 9. Albertin. de agnosc. asser. q. 5. n. 7. & q. 21. n. 16. & q. 30. n. 24. Jacob lib. 6. de Concil. art. 2. n. 155. & lib. 5. art. 12. n. 14. Cordub. in quæst. lib. 4. quæst. 1. concl. 9. Caste. adversus hæreses lib. 1. c. 6. & de justa hæret. punitione lib. 1. cap. 5. Azag. in 2. 2. D. Thom. q. 1. art. 10. pag. 32. col. 3. vers. Sed est dubium, & vers. 2. conclusio. Veg. lib. 9. in Concil. Trident. cap. 39. P. Azor. institut. moral. p. 2. lib. 5. cap. 4. col. 539. ubi resolvit, Papam in his, quæ sunt fidei, errare non posse.

γ Omnes & singulos Christi fideles in civitate Tridentina congregatos) An omnes fideles interesse debeant Concilio generali? Vide Jacob de Conc. lib. 1. art. 2. Turrecrem. lib. 3. sum. cap. 12. cum seq. Guerrer. in Thesauro Christianæ Religionis c. 12. §. 7. qui resolvunt ad vocem decisivam solum Episcopos aliosque superiores Prælatos convocari, cæteros tamen Ecclesiasticos & seculares interesse posse absque decisivo suffragio: generale enim Concilium dici Synodum Epist. probat cap. Romana Ecclesia 15. dist. cap. satis evidenter 96. dist.

δ Interfuit ipsa sacra Synodus, &c.) Quis ordo in sedendo, & subscribendo, & in aliis actibus generalis Concilii servandus sit? Vide cap. fin. 17. dist. cap. placuit, el. 1. dist. 18. cap. Episcopor. 74. dist. Petra Monac. de potest. Pontif. tit. ordo assistentium, in Concil. a num. 1. & in Monarch. Cone. q. 5. Jacob de Concil. lib. 1. art. 2. pag. 20. cum seqq. Roch. de Jurepatr. verbo, Hæresiarcum, quæst. 42. Chassan. in Catal. gloriæ mundi, p. 4. consid. 23. Guerrer. d. cap. 52. §. 6.

Debito in loco non sedere) Ant. Gamma decis. 1. ex num. 2. Joan. Aloysius Riccius decis. 582. num. 6.

SESSIO TERTIA

Celebrata die 4. mensis Februarii, M. D. XLVI.

Decretum de Symbolo fidei.

IN a nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Hæc sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum considerans, præsertim earum, quæ duobus illis capitibus, de extirpandis hæresibus, & moribus reformandis, continentur, quorum causa præcipue est congregata; agnoscens autem cum (a) Apostolo, ß non esse sibi colluctationem adversus carnem & sanguinem, sed adversus spirituales nequitias in cœlestibus, cum eodem omnes, & singulos imprimis hortatur, ut conforentur in Domino, & in potentia virtutis ejus, in omnibus sumentes (b) scutum fidei, in quo possint omnia tela nequissimi ignea extinguere, atque galeam spei salutis accipiant, cum gladio spiritus, quod est verbum DEI. Itaque, ut hæc pia ejus sollicitudo principium, & progressum suum per DEI gratiam habeat, ante omnia statuit & decrevit, præmittendam esse confessionem fidei; (c) γ Patrum exempla in hoc secuta, qui sacratissimis Conciliis hoc scutum contra omnes hæreses in principio suarum actionum apponere consuevere: quo solo aliquando & infideles ad fidem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fideles confirmarunt. δ Quare Symbolum fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, tamquam principium illud, in quo omnes, qui fidem Christi profitentur, necessario convenient, ac fundamentum firmum & unicum, contra quod portæ (d) Inferi numquam

a Ephes. 6.

b 1. Thess. 5. 8. Ephes. 6. 16. 17.

c Conc. Nic. Conc. Romanæ sub Jul. I. Conc. Hippon. in princ. Concil. Constant. 6. Act. 17. cum seq. c. 1. dist. 15. & hoc præsertim cum seq. dist. 16. de consecr. dist. 1. c. 1. de summa Trinit.

d Matth. 16. cap. 21. dist.

c. salvator. 1. q. 1.

quam prævalebunt, totidem verbis, quibus in omnibus Ecclesiis legitur, exprimendum esse censuit. Quod quidem ejusmodi est.

ε Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium; & in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero; genitum non factum; consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est; & resurrexit tertia die, secundum Scripturas: & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem; qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Indictio futuræ Sessionis.

Eadem sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, intelligens multos Prælatos ex diversis partibus accinctos esse itineri, nonnullos etiam in via esse, quo huc veniant; cogitansque omnia ab ipsa sacra Synodo de-

cernenda, eo majoris apud omnes existimationis & honoris videri posse, quo majori fuerint, & pleniori Patrum consilio, & præsentia sancita, & corroborata; statuit & decrevit, futuram Sessionem post præsentem celebrandam esse die Jovis, quæ subsequetur Dominicam Lætare, proxime futuram: interim tamen non differri discussionem, & examinationem eorum, quæ ipsi Synodo discutienda, & examinanda videbuntur.

REMISSIONES.

a In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.) Concord. Apostolus ad Colosf. ibi, Quodcumque facitis in verbo & opere, in nomine Domini Jesu Christi facite. Vide Lusitanum Joan. Vallens. Peixotium in addit. ad repet. Signarol. de Homedæ. ad Rub. Cod. Qui admitti n. 1. cum seqq. Mozzi. de contract. tit. quomodo contractus deficiat, a n. 27. novissime Fr. Paulin. Berti Lucens. in praxi crim. Reg. tit. 4. in princ. n. 6. Cald. Pereira de empt. c. 1. n. 1. & 14. late Steph. Grat. decis. 1. per totam.

ß Non esse sibi colluctationem.) Concordat Apost. ad Ephes. cap. 6. & c. qui resistit. 11. q. 3.

γ Patrum exempla, &c.) Concordant Concil. Nicæn. Concil. Rom. sub Julio I. Conc. Constant. 6. act. 17. cap. 1. 19. dist. cap. baptizandos, de consecr. dist. 4. cap. 1. de sum. Trin.

δ Quare Symbolum fidei.) Symbolum dicitur a syn, quod est simul, & bolus, quod est morsellus, quia unusquisque Apostolorum suum morsellum, id est, partem sum apposuit, gl. in Rub. de summa Trin. Vel dicitur secundum Dionysium a syn, quod est con, & bolya, quod est sententia, vel convenientia, quia de omnium Apostolorum convenientia stabilitum fuit. Greg. Lopez. l. 1. verbo, vocabit, tit. 3. p. 1.

ε De fidei symbolo vide D. August. serm. 115. & 119. D. Ambr. serm. 38. de Jejun. Quadrag. D. Hieron. epist. 61. ad Pammachium, Turrecr. l. 1. sum. c. 19. Bannez in 2. 2. D. Thom. q. 1. art. 9. Repert. Inquis. verbo, Ecclesia, Ruffus de symbolo fidei. P. Azor. institut. moral. p. 1. lib. 8. cap. 5. P. Ledesma in sum. p. 1. tract. de doctr. Christian. in princ.

SESSIO QUARTA

Celebrata die 8. mensis April. M. D. XLVI.

Decretum de Canonicis Scripturis.

SAcrosancta OEcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus, puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conservetur; quod promissum ante per Prophetas in Scripturis sanctis, Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius, proprio ore primum promulgavit; deinde per suos Apostolos, tanquam fontem omnis, & salutaris veritatis, & morum disciplinæ, [a] (a) omni creaturæ prædicari jussit; perspiciensque hanc veritatem, & disciplinam contineri β in libris scriptis, & sine scripto traditionibus, quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt, orthodoxorum Patrum exempla secuta, omnes libros tam veteris, quam novi testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor, nec non traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus a Christo, vel a Spiritu sancto dictitatas, & continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu, ac reverentia suscipit, & veneratur. Sacrorum vero librorum (b) Indicem hunc decreto adscribendum censuit; ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. Sunt vero infrascripti, γ Testamenti veteris, quinque Moysis, id est, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Hester, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, id est, Oseas, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, δ duo Machabæorum, primus & secundus. Testamenti novi, quatuor Evangelia secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem: Actus Apostolorum a Luca Evangelista conscripti: quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri Apostoli duæ, Joannis Apostoli tres, Jacobi Apostoli una, Judæ Apostoli una, & Apocalypsis Joannis Apostoli. Si ε quis autem libros ipsos integros, & cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, & in vetere vulgata Latina editione habentur, pro sacris, & canonicis non susceperit; & traditiones prædictas sciens & prudens contempserit; anathema sit. Omnes itaque intelligant, quo ordine, & via ipsa Synodus, post jactum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, & quibus potissimum testimoniis ac præsidiis in confirmandis dogmatibus, & instaurandis in Ecclesia moribus, sit usura.

[a] Marc. ult.

[b] In Can. Apost. c. 84. Innoc. 1. epist. 3. c. 7. Gelas. in Concil. 70. Epis. Con. II. Laodic. c. 59. Conc. Carthag. 3. c. 47. Clem. 8. in decr. de edit. & usu sac. libr. Sixtus Senens. lib. 4. Bibl. Sanct. Hier. in Prologo Galeato.

[γ] Testamenti veteris, quinque Moysis, id est, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Hester, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, id est, Oseas, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, δ duo Machabæorum, primus & secundus.

[δ] Acta Romana dist. 21. & in Ep. Eugen. in Concil. Flor. & Arausic.

Decretum de editione & usu sacrorum librorum.

INsuper eadem sacrosancta Synodus considerans non parum utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, ζ si ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumferuntur, sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat; statuit, & declarat, ut hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot sæculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur; & ut nemo illam reiicere quovis prætextu audeat, vel præsumat.

[a] Exp. hæresis, & c. Quilii, in fin. 24. q. 3. & infra Sess. 13. c. 2.

Præterea η ad (a) coercenda petulantia ingenia decernit, ut nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, & contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, * cujus est judicare de vero sensu & interpretatione Scripturarum sanctarum, aut etiam (a) contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari audeat; etiamsi hujusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contravenerint, per ordinarios declarentur, & pœnis a jure statutis, puniantur. ι Sed & impressoribus modum in hac parte, ut par est, imponere volens, qui jam sine modo, hoc est, putantes sibi licere quidquid libet, sine licentia Superiorum Ecclesiasticorum, ipsos sacræ Scripturæ libros, & super illis annotationes, & expositiones, quorumlibet indifferenter, sæpe tacito, sæpe etiam ementito prælo, & quod gravius est, κ sine nomine auctoris imprimunt, aliis etiam impressos libros hujusmodi temere venales habent; decernit, & statuit, ut posthac Sacra Scripturæ, potissimum vero hæc ipsa vetus & vulgata editio quam emendatissime imprimatur; nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati probatique fuerint ab Ordinario, sub pœna anathematis & pecuniæ (c) in canone Concilii novissimi Lateranensis apposita. λ 2. Et, si regulares fuerint, ultra examinationem & probationem hujusmodi licentiam quoque a suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, juxta formam suarum ordinationum. Qui autem scripto eos communicant, 3. vel evulgant, μ nisi ante examinati probatique fuerint, eisdem pœnis subjaceant, quibus Impressores. Et qui eos habuerint, vel legerint, nisi prodiderint auctores, pro auctoribus habeantur. Ipsa vero hujusmodi librorum probatio in scriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel scripti, vel impressi authentice apparcat; idque totum, hoc est, & probatio, & examen gratis fiat: ut probanda probentur, & reprobentur improbanda. Post ν hæc temeritatem † illam reprimere volens, qua ad profana quæque conferuntur, & torquentur verba & sententiæ Sacræ Scripturæ, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, divinationes, sortes, libellos etiam famosos; mandat & præcipit, ad tollendam hujusmodi irreverentiam & contemptum, ne de cætero quisquam quomodolibet verba Scripturæ sacræ ad hæc & similia audeat usurpare; ut omnes hujus generis homines temeratores & violatores verbi Dei, juris & arbitrii pœnis per Episcopos coerceantur.

* Sic Synodus 11. Tolet. c. 15. quam postea Constant. 6. & exhib. 11. c. 2. fin. de Verb. fig. n. 6.

[c] Sess. 11. de impressione libr. sub Leone X. vide infra.

Indictio futuræ Sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit, & decernit, proximam futuram Sessionem tenendam, & celebrandam esse Feria quinta, post sacratissimum Festum proximum Pentecostes.

Leo X. In Concilio Lateranensi.

SESSIO X.

NOs, ne id, quod ad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem salubriter est inventum, in contrarium convertatur, ac Christi fidelium saluti detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cætero eum bonis seminibus spinæ coalescant, vel medicinæ venena intermisceantur. Volentes igitur de opportuno super his remedio providere, hoc sacro approbante Concilio, ut negotium impressionis librorum hujusmodi eo prosperius facilius, quo deinceps indago diligentius & cautius adhibeatur; statuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, seu aliam quamcunque Scripturam; tam in Urbe nostra, quam aliis quibuslibet civitatibus & diœcesibus imprimere, seu imprimi facere præsumat, nisi prius in Urbe per vicarium nostrum & sacri Palatii Magistrum; in aliis vero civitatibus & diœcesibus per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientiæ, libri seu scripturæ, hujusmodi impetmendæ, ab eodem Episcopo ad id deputandum ac inquisitorem hæreticæ pravitatis civitatis, sive diœcesis, in quibus librorum impressio hujusmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria subscriptionem sub excommunicationis inventa, gratis, & sine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem secus præsumpserit, ultra librorum impressorum amissionem, & illorum publicam combustionem, ac centum ducatorum fabricæ Principis Apostolorum de Urbe fisc ipe remissionis solutionem, & anni eontinui excestii impressionis suspensionem, excommunicationis sententia inodatus existat, ac demum ingravescente contumacia taliter per Episcopum suum, vel Vicarium nostrum respective per omnia juris remedia castigetur; quod alii ejus exemplo similia minime attentare præsumant.

DECLARATIONES.

1. *Eum omnibus suis partibus.*) Etiam dicendum est, quod ne vel periodus vel una clausula, vel dictio, aut syllaba, servave unum repugnet in veteri vulgatæ linguæ Latinæ editione. Quoad oppositionem autem contextus Græci aut Hebraici cum Latina vulgata editione, Cong. remisit ad tertiam regulam Indicis sub Pio IV. editam.

Carthusiani obligati sunt uti veteri ac vulgata editione sacræ Scripturæ secundum usum S. R. E.

2. *Et si regulares fuerint, ultra examinationem.*) Congregatio Concilii censuit enim in concionibus observandum, etiamsi concionatores ab ordinario fuissent approbati.

3. *Vel evangel.*) Etiam lectiones, annotationes, disputationes, conciones & alia similia, nec non tractatus pertinentes, tum ad devotionem, tum ad quietationem conscientiarum similatum fratrum & aliarum hujusmodi, quæ sibi invicem communicant fratres.

REMISSIONES.

α *Omni creaturæ prædicari jussit.*) Conc. illud *Matth. ult. Euntes ergo docete omnes gentes*, & illud *Marci 16. Euntes in mundum universum prædicate omni creaturæ.*

β *In libris scriptis & sine scripto traditionibus.*) Vide P. Joann. Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 8. cap. 4. q. 1.* ubi 3. 2. vocat *traditionem divinam illam, quæ in Scripturis non continetur expresse, sed ab habito communi Patrum vel Ecclesiæ sensu certa & necessaria consentione ex sacris literis colligitur.* Et q. 3. *quærit, quænam sint traditionum genera.*

γ *Testamenti veteris &c.*) Vide P. Joan. Azor. *institu moral. p. 1. l. 8. cap. 1. quæst. 4.*

δ *Duo Machabæorum.*) Vide Arnald. Pontacum in *annotat. ad Eusebium Cæsarea. mihi. 446.*

ε *Si quis autem libros, &c.*) Vide P. Joan. Azor. *institt. moral. p. 2. lib. 3. c. 8. vol. 556.*

ζ *Si ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumferuntur, &c.*) Vide P. Joan. Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 3. q. 2.* ubi 3. resolvit, quod *approbatione vulgatæ & Latinæ editionis non damnantur exemplaria Hebraica, vel Græca, ex quibus tamquam ex fontibus Latina editio fluxit, quæ quidem retinent suam fidem & authoritatem, ubi incorrupta, & integra fuerint.*

η *Ad coercenda petulantia ingenia.*) Concordat textus in *c. haresis*, & in *c. Adamin fine 24. q. 3.*

θ *Contra eum sensum, quem tenuit, & semper sancta mater Ecclesia.*) In Concilio Milevitano c. 2. decreverunt Patres, *non aliter intelligenda esse verba S. Scripturæ, nisi quemadmodum Ecclesia Cathol. semper intellexit.* Vide Seb. Medices in *summa omnium hæresum p. 1. q. 2.* Martin. de Ayal. *de trad. Eccles. assert. 3.* Melch. Can. *de locis Theol. l. 12. c. 7.* Cordub. *lib. 4. quæst. Theolog. q. 1. propos. 6. 3. tertium signum veræ fidei.* Coned. ad *Decretal. collect. 1. num. 5. cum seqq.* P. Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 8. cap. 2. quæst. 2. vers. respondeo*, ubi q. *an interpretari liceat Scripturam sacram, non quidem contra unanimem consensum Patrum, sed præter illum dumtaxat, & qu. 5. quærit, quot sensus possit habere unus Scripturæ locus, & respondet, posse habere duos unum literalem, alterum mysticum.* * Quibus accedit Ildefonsus de Azevedo in *lib. 27. tit. 7. lib. 1. novæ recop. num. 1. & 2. in addit. pag. 2.*

ι *Sed & impressoribus, &c.*) In Concilio novissimo Lateranensi Sessione decima de impressione librorum, constitutum est, quod *nulli liceat imprimere, vel imprimi facere quos vis libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere; nisi primum examinati probatique fuerint ab Ordinario sub pœna anathematis & pecuniæ.* Vide P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 19. cap. 13. sect. 4. num. 256.* Calle. *lib. 3. de potest. legis pœnal. cap. 8. vers. Est etiam quædam lex.* Covar. *lib. 4. var. cap. 17. num. 1. vers. Ex hisce calamitatibus temporibus.* Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 31. num. 9.* Felician. *de censur. tit. de excommunicat. cap. 24. vers. Qui librum, p. 96.* Andr. Gambar. *de officio & potestat. Legati de latere, lib. 2. num. 430.* Coned. ad *Decretal. collect. 8. num. 7.* P. Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 8. cap. 17. quæst. 1.* ubi *quæst. 2.* idem resolvit de quacumque scriptura.

κ *Sine nomine Auctoris.*) An sufficiat, si nomen certi collegii, conventus, vel universitatis apponatur? Affirmat P. Joannes Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 8. c. 17. q. 3.*

λ *Et si regulares.*) Vide Fr. Emman. *in Regul. tom. 1. q. 8. art. 6.*

μ *Nisi ante examinati, &c.*) An comprehendat privatas orationes, conciones, annotationes, & observationes de rebus factis? Vide P. Azor. *d. cap. 17. qu. 4.*

ν *Post hac temeritatem, &c.*) An nefas sit Scripturarum sacrarum verba ad profanam, & vanam interpretationem convertere? Affirmat P. Joan. Azor. *d. lib. 8. c. 2. q. 4.* † Videndus etiam Salzedo ad Bern. Diaz. *in praxi Canon. c. 100. lit. A.*

SESSIO QUINTA

Celebrata die 17. mensis Junii, M. D. XLVI.

*Decretum α * de peccato originali.*

a Hebr. 11. UT fides nostra Catholica, (a) sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus, in sua sinceritate integra & illibata permaneat, b Ephes. 4. & ne populus Christianus (b) omni vento doctrinæ circumferatur, cum c Genes. 3. (c) Serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala, quibus Ecclesia DEI his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali, ejusque remedio non solum nova, sed vetera etiam dissidia excitaverit; sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, jam ad revocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, sacratum Scripturarum, & sanctorum Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ judicium, & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit, fatetur, ac declarat:

1. Si

1. Si (*d*) β quis non confitetur, primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, & justitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam prævaricationis hujusmodi iram, & indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus (*e*) fuerat Deus, & cum morte captivitatem sub ejus potestate, (*f*) qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli, totumque Adam, per illam prævaricationis offensam, secundum corpus & animam in deterius commutatum fuisse; anathema sit.

2. Si quis Adæ prævaricationem sibi soli, & (*g*) non ejus propagini, asserit nocuisse, & acceptam a Deo sanctitatem, & justitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam cum perdidisse; aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ; anathema sit: cum contradicat Apostolo dicenti: Per (*h*) unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt.

3. Si quis γ hoc Adæ peccatum, quod origine unum est, & propagatione, non imitatione, transfusum omnibus, inest unicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires vel per aliud remedium asserit tolli, quam per meritum unius mediatoris Domini nostri Jesu Christi, (*i*) qui nos Deo reconciliavit in sanguine suo, factus nobis (*k*) justitia, sanctificatio, & redemptio; aut negat ipsum Christi Jesu meritum per Baptismi Sacramentum in forma Ecclesiæ rite collatum, tam adultis quam parvulis applicari, anathema sit; quia non (*l*) est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Unde illa (*m*) vox: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Et illa, (*n*) Quicumque baptizati estis, Christum induistis.

4. Si δ quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam ε ζ si fuerint a baptizatis parentibus orti, aut dicit (*o*) in remissionem quidem peccatorum eos baptizari; sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam, unde fit consequens, ut in eis forma Baptismatis, in remissionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur; anathema sit: quoniam non aliter intelligendum est id, quod dixit Apostolus: (*p*) Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt: nisi quemadmodum Ecclesia Catholica ubique diffusa semper intellexit; propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc commitere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod regeneratione contraxerunt. (*q*) Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei.

5. Si ϛ quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in Baptismate conferitur, reatum originalis peccati remitti negat; aut ♁ etiam asserit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet: sed illud (*r*) dicit tantum radi, aut non imputari; anathema sit; in renatis enim nihil odit Deus: quia (*s*) nihil est damnationis iis, qui vere (*t*) consepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem, qui (*u*) non secundum carnem ambulant; sed (*x*) veterem hominem exuentes, & (*y*) novum, qui secundum Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxii, ac Deo dilecti effecti sunt, (*z*) hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cœli remoretur. ♯ Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur, & sentit: quæ cum ad (*a*) agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed utiliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus non valet: quinimo, qui (*b*) legitime certaverit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando (*c*) Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam numquam intellexisse peccatum appellari, quod vere & proprie in renatis peccatum sit; (*d*) sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit. 1. Declarat ϗ tamen hæc ipsa sancta Synodus †, non esse suæ intentionis, comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam, Dei genitricem; sed observandas esse (*e*) constitutiones felicis recordationis Sixti Papæ IV. sub pœnis in eis constitutionibus contentis, quas 2. innovat.

SIXTI IV. CONSTITUTIO prior de Festo Conceptionis immaculatæ Virginis ex lib. 3. Extravagantium communium, tit. de Reliquiis & veneratione Sanctorum.

CUm præcelsa meritorum insignia, quibus Regina cœlorum, Virgo Dei genitrix gloriosa, sedibus prælata æthereis, sideribus quasi stella matutina perrutilans, devota considerationis indagine perscrutamur, & intra pectoris arcana revolvimus, quod ipsa, utpote via misericordiæ, mater gratiæ, & pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere gravantur, sedula oratrix & pervigil, ad regem, quem genuit, intercedit: dignum, quin potius debitum reputamus, universos Christi fideles, ut omnipotenti Deo (cujus Providentia ejusdem Virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro concilianda suo auctori humana natura, lapsa primi hominis æternæ morti obnoxia, eam sui Unigeniti habitaculum sancti Spiritus præparatione constituit, ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret, & immaculata Virgo nihilominus post partum remaneret) de ipsius immaculatæ Virginis mira conceptione gratias, & laudes referant, & institutas propterea in Ecclesia Dei Missas, & alia divina officia dicant, & illis intersint, indulgentiis & peccatorum remissionibus invitare, ut exinde fiant, ejusdem Virginis meritis & intercessione, divinæ gratiæ aptiores. Hac igitur consideratione inducti ejusdem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, auctoritate Apostolica hac in perpetuum valitura constitutione statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli Christi fideles utriusque sexus, qui Missam & Officium Conceptionis ejusdem Virginis gloriosæ, juxta piam, devotam & laudabilem ordinationem dilecti Filii Magistri Leonardi de Nogarolis, Clerici Veronensis, Notarii nostri, & quæ defuper a nobis emanaverit, Missæ & Officii hujusmodi institutionem, in die festivitatis Conceptionis ejusdem Virginis Mariæ, & per Octavas ejus devote celebraverint & direxerint, aut illius Horis canonicis interfuerint, quoties id fecerint, eandem prorsus indulgentiam, & peccatorum remissionem consequantur, quam juxta felicis recordationis Urbani IV. in Concilio Viennensi approbatæ, ac Martiæ Quinti & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones consequuntur illi, qui Missam & horas Canonicas in festo Corporis & Sanguinis Domini Jesu Christi a primis Vesperis, & per illius Octavas, juxta Romanæ Ecclesiæ constitutionem, celebrant, dicunt, aut Missæ Officio & Horis hujusmodi interfunt, præterea perpetuis temporibus valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1476. 3. Kal. Martii, Pontificatus nostri anno 6.

Confutatio alterа.

Grave nimis gestimus & molestum, cum similia nobis de quibusdam Ecclesiasticis per-

d Conc. Trid. 1. epist. 1. c. 4.
e Genes. 3.
f Hebr. 2. Concil. Arausican. 2. c. 1.
g Rom. 5. 2. Cor. 5. Concil. Arausican. 2. c. 2.
h Rom. 5. 1. placuit, c. regressante, & c. quatuor, 32. dist. de consec. dist. 4.
i 1. Tim. 2. Conc. Trid. 1. c. multipl. de peccat. originl. 1. & 1. Cor. 1.
k 1. Cor. 4.
l Act. 4.
m Joan. 1. c. nemo de consec. dist. 4. & 2. Gal. 3.
n Conc. Africa. c. 77. Milevit. 2. Concil. &c. placuit, de consecr. dist. 4.
o Ex. cit. lib. 1. de pec. mer. & rem.
p Rom. 5. c. placuit, c. quarto in fin. & c. regeneratis, de consecr. dist. 4.
q Joan. 3. c. filium, & c. non debet de consecr. dist. 4. & debet cum eius seq. de baptismo.
r Ex c. 11. 1. c. contra 2. Ep. Pelag.
s Rom. 8.
t Rom. 6. & c. propterea, de consecr. dist. 4.
u Rom. 8. 2.
x Col. 3.
y Eph. 4. c. quamvis de penit. dist. 2.
z Rom. 8. Galat. 3.
a Ex cit. lib. 1. de pec. mer. & rem.
b 2. Tim. 2.
c Rom. 6. 7. & 8. Colos. 3.
d Replicat. 2. lib. 1. contra 2. ep. Pelag. & alios locos ejusd.
e In extr. comm. 1. 1. de rel. & veneral. Sanct. c. 2. Grave nimis, sede fanda pæn.

personis referuntur. Sed in eorum, qui ad evangelizandum verbum Dei sunt deputati, excellibus prædicando committis, eo gravius provocamur, quo illi pernciosius remanent incorrecti: cum facile deleri nequeant, qui multorum cordibus sic publice prædicando dissuasit, & damnabilius imprimuntur errores. Sane cum sancta Romana Ecclesia de intemeratæ semperque Virginis Mariæ conceptione publice Festum solemniter celebret, & speciale de proprium super hoc officium ordinaverit, nonnulli, ut accipimus, directorum Ordinum prædicatores, in suis sermonibus ad populum publice per diversas civitates, & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non cessant, omnes illos, qui tenent aut asserunt eandem gloriosam, & immaculatam Dei genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, moraliter peccare, vel esse hæreticos: ejusdem immaculatæ conceptionis Officium celebrantes, audentesque sermones illorum, qui eam sine hujusmodi macula conceptam esse affirmant, peccare graviter: sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos super his suis assertionibus libros in publicum ediderunt, ex quorum assertionibus & prædicationibus non levia scandala in mentibus fidelium exorta sunt, & majora merito exoriri formidantur in diem. Nos igitur hujusmodi temeratis ausibus, ac perversis assertionibus ac scandalosis, quæ exinde in Dei Ecclesia exoriri possunt, quantum nobis ex alto conceditur, obviare volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione & certa scientia, hujusmodi assertiones prædicatorum eorumdem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent, eos, qui crederent aut tenerent eandem Dei Genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præservatam fuisse, propterea alicujus hæreseos labe pollutos fore, vel moraliter peccare: aut hujusmodi Officium conceptionis celebrantes, in hujusmodi sermones audientes, alicujus peccati reatum incurrere, utpote falsa & erroneas, & a veritate penitus alienas, easque desuperlibros prædictos id continentes, quoad hoc, auctoritate Apostolica, tenore præsentium reprobamus, & damnamus: ac motu, scientia & auctoritate prædictis statuimus & ordinamus, quod prædicatores verbi Dei, & quicumque alii, cujuscumque status, gradus aut ordinis ac conditionis fuerint, de cætero usu temerario præsumpserint in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodolibet affirmare, hujusmodi ac per nos improbatas, & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere vel habere, postquam de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, a qua ab alio quam a Rom. Pontifice (nisi in mortis articulo) nequeant absolutionis beneficium obtinere. Item motu, scientia & auctoritate similibus, simili pœnæ ac censuræ subjicientes eos, qui ausi fuerint asserere, contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum nondum sit a Romana Ecclesia, & Apostolica Sede decisum: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque, quibus communiter, vel divisim a Sede Apostolica indultum existat, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam ac expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et ne de præmissis aliquando valeant ignorantiam allegare, volumus, quod locorum Ordinarii requisiti, præsentes literas in Ecclesiis, consistentibus in eorum civitatibus, & suarum diœcesium locis insignibus, dum major ibi multitudo populi ad divina convenerit, fermonibus ad populum mandent, & faciant publicari. Præterea quia difficile foret præsentes literas ad singula loca, in quibus expediens fuerit, deferre, etiam volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earumdem literarum transumpto, manu publici Notarii confecto, & authentico alicujus Prælati Ecclesiastici sigillo munito, ubique detur, prout staretur eisdem originalibus literis, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, damnationis, statuti, ordinationis, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ 1483. pridie Nonas Septemb. Pontificatus nostri Anno 13.

DE-

DECLARATIONES.

1. *Declarat tamen hæc, &c.*) Nemo cujuscumque ordinis, gradus vel dignitatis existat in popularibus concionibus, vel ubicumque promiscua virorum, & mulierum multitudo convenire solet, de controversia Conceptionis immaculatæ Dominæ nostræ ex alterutra parte disputare rationibus, vel Doctorum auctoritate alteram sententiam asserendo, & contrariam refellendo aut impugnando, vel de hac ipsa quæstione cujusvis pietatis aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere, vel dictare præsumat. Qui contra fecerit, suspensionis pœnam a divinis absque nova declaratione ipso facto incurrat: si modo fuerit in sacris constitutus, & quocumque præterea gradu sive dignitate fungatur, illis omnibus sit ipso jure privatus, & ad ea vel similia munera obtinenda, vel obtenta perpetuæ inhabilitatis censuræ ipso etiam facto subjiciatur: super quibus, nisi a Rom. Pontifice pro tempore existente dispensari, sive absolvi non possit, & nihilominus aliis pœnis, si opus fuerit, a proprio prælato pro delicti mentura infligendis subiciatur. Ita Pius V. *extravagant.* incipiente, *Super.* Quamdiu tamen per Apostolicam Sedem altera pars definita non fuerit, oppositaque sententia condemnata, licet viris doctis in publicis Academiæ disputationibus, sive generalium, sive provincialium Capitulorum (ubi alias inscrium; qui rem tenere possint, nec scandali ulla subest occasio) de illa quæstione differere, & argumentis utramlibet partem vel asserere, vel impugnare: dummodo tamen neutra velut erronea præjudicetur, serventurque illa omnia, quæ a Sixto IV. Prædecessore nostro monstrata sunt.

Idem Pius pœnas a Sixto IV. contra aliter facientes statutas, ibidem innovat. Constitutio Sixti extat in *extravagant. communibus, de Reb. & ven. Sanct. c. Grave nimis*; in qua condemnantes alteram partem, ipso facto excommunicationem incurrunt, cujus absolutio (toto mortis articulo excepto) ipsi Pontifici Romano est relervata.

2. *Interea, &c.*) Et super hujus opinionis alterantis ac tollæ sunt literæ Apostolicæ remulgandæ, cum sufficiant illæ Sixti IV.

EMISSIONES.

a Vide Navarr. in *manu. pralad. t. 1. princip.* P. Azori. *instit. moral. p. 1. l. 3. cap. 31. & 32. de Justitia originali, & lib. 4. cap. 25. de peccato originali.* * Jac. de Graffis 2. *p. suæ summæ casuum conf. lib. 1. cap. 4. num. 9.*

β *Si quis non confiteatur.*) Vide P. Joannem Azori. *d. lib. 4. cap. 25. quæst. 1.*

γ *Si quis hoc Ada peccatum, &c.*) Vide P. Azori *dict. lib. 4. c. 26. prope finem. pag. 328.* P. Vasquez in *tom. 1. disput. 151. num. 18. & 19.*

δ *Si quis parvulos recentes, &c.*) Concilium Milevitanum dicit *anathema sit, qui recentes natos parvulos baptizandos negant.* Vide Clem. Rom. *lib. constit. c. 15.* in fine P. Ægid. de Coninck *de sacram. & censur. tom. 1. q. 68. n. 55.* P. Valent. *disp. 4. q. 1. punct. 3. essent. 1.* P. Valerium Reginald. in *praxi fori pœn. lib. 27. n. 66.*

ε *An possint baptizari infantes infidelium invitis parentibus?*) Vide Gabr. Vasquez in *3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 155.* P. Ægid. *d. tom. 1. disp. 68. art. 10.* P. Soar. *d. disput. 25. sect. 3.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. l. 27. n. 81.* Afflict. *decis. 151.*

ζ *An Dominus teneatur sua mancipia curare baptizari?*) Vide Patrem Soar. *tom. 3. disp. 35. sect. 6.* P. Vasquez *d. disp. 155. c. 7.* P. Ægid. *d. disp. 69. n. 87.*

η *Si quis per Jesu Christi, &c.*) Vide Covar. in *cap. alma p. 1. §. 10. n. 11.* P. Ægid. *d. tom. 1. q. 69. art. 6. n. 1.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 27. n. 61.*

θ *Aut etiam asserit non tulli*) Vide Card. Bellarm. *lib. 1. de baptism. c. 13.* P. Ægid. *d. tom. 1. q. 69. art. 1. a n. 1.*

ι *Abunare autem in baptizatis concupiscentiam, &c.*) Vide P. Henric. in *sum. 9. l. 2. c. 16. §. 2. & §. 7.* P. Ægid. *d. quæst. 69. art. 3. n. 6.*

κ *Declarat tamen hæc ipsa sanctæ Synodus, &c.*) Quod B. Virgo fuerit immunis a peccato originali, affirmant P. Henric. in *sum. lib. 3. cap. 11. §. 3. prope finem.* Ex. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 57.* Spin. in *speculo testam. gloss. 3. princip. num. 17.* Cæval. *commentar. constitut. n. 3. §. quæst. 346. num. 11.* P. Martin. Delrio *disquis. magic. lib. 3. cap. 3. §. 3. sect. 3. §. 2. n. 1. vers. seqq.* P. Paul. Comitol. *responsa moral. l. 6. q. 40.* P. Azori *instit. moral. p. 1. l. 4. c. 34. col. 352. & p. 2. lib. 1. cap. 21. col. 93.* P. Soar. *de Religione, tom. 3. l. 2. cap. 8. n. 2.* P. Gabr. Vasquez in *3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 116. & novissime* D. P. Ægid. *de Præsentatione, de immaculata Virginis conceptione* librum compositi. Et novissime in generali congregatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & universalis

salis inquisitionis, coram S. D. N. Paulo V. constitutum est, *ut in posterum nullus audeat in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus & aliis actibus publicis asserere, quod B. Virgo fuerit concepta in peccato originali, donec articulus ille a Sede Apostolica fuerit definitus, cum prius ipse Sanctissimus sedare motus quæstiones super eo negotio exortas nisus esset.* Constitutione sequenti Paulus Papa V. † quibus accedunt Alvar. Pizanno in *discursibus de conceptione, tract. 1. de immaculata concep. Virg. Mariæ*, & doctissimus Pater Ferdinand. Salazar in *suo defensorio pro immaculata Deiparæ Virg. Conceptione*, ubi copiose, post Didac. Lalaeæ. Alfons. Salmeron. Petr. Canis. Francisc. Suarez. Gabriel Vasquez. Benedict. Peterium Martin. Delrio, Joan. de Salas, Enric. Enriquez, Joseph de Acosta Petr. Sanchez, Didac. Granado & aliis gravissimos Patres religionis Societat. Jesu, qui assumptum hoc fato sermone fuerunt prosecuti, & idipsum affirmant P. Basil. Ponce de Leonz in *suis Quodlibet.* P. Hier. Roman. *de Republ. lib. 6. cap. 39.* P. Thomas Augentin. in *3. sententiar. dist. 3. quæst. 1. art. 1.* Petr. Lombard. in *3. sententiar. dist. 3.* Albert. M. *de Laudibus B. Mariæ, c. 16. & in Scholiis ad cap. 1. Div. Lucæ*, Abulens. *Paradox. 1. c. 22.* Melchior Cano *de locis Theologic. lib. 7. cap. 1.* Illustrissimus præses Covat. in *c. Alma mater. de sentent. excomm. lib. 6. in 2. p. §. num. 2.* ubi ad id etiam refert Ambros. Catharin. Petr. Galatin. Scotum & alios Martin. Arpilcuere Navarr. variis in locis, præcipue tamen in *Manuali Latina pralud. 8. de peccato originali num. 9.* & in *c. 8 quia autem de pœnit. distinct. 7. num. 74.* Et in Aragonia habemus *for. unic. sub tit. Fueros Conceptionis 2. Mariæ Virginis*, editum anno 1461. per Serenissimum Regem nostrum D. Joannem II. & idipsum in regno Valentiæ, & in Principatu Catalonia per Regem Joan. I. insigni privilegio ac constitutione speciali anno 1251. fuisse stabilitum, constat ex late adductis per P. Joan. Baptist. de Lezana Ordin. Carmelitarum in *sua Apolog. pro immaculata Deiparæ Virginis Mariæ conceptione, cap. 22. fol. 96.* ac dicti nostri fori unici meminit etiam Balthasar Portemo in suo libro de immaculata Virginis Mariæ conceptione *cap. 12. fol. 34.* apud quem plura Concilia, variæque Romanor. Pontificum, Patriarcharum, Cardinalium ac diversorum Doctorum authoritates idipsum affirmantes, commode videri poterunt. Quibus addendi ibunt. a Bredaxo in explicatione dicti fori unici; *num. 1. fol. 297.* Anton. de Buttio in *cap. sin. de feriis, num. 11. in fine*, ac ibi etiam Panor. *num. 3.* & Didac. Matut. in *suo lib. præsepia Christi, cap. 2. §. 4. 5. & 6.* & in *cap. 4. §. 1.* quorum opinionem & sententiam tamquam receptiorem, probabiliorem & pietati ac devotioni fidelium congruentiorem, hodie jam ab omnibus fere Ecclesiasticis & secularibus, Prælatis & subditis, ac cæteris omnibus cujuscumque gradus, dignitatis & sexus existentibus adeo receptam invenimus, ut eam veritatis scopum attingere dicendum videretur, præsertim cum omnes insignes Academiæ non solum illam receperint, sed & publico & solenni juramento ejus definitionem hilari fronte susceperint, ut de Colonienſi & Moguntina testatur Laurent. Surii. *de rebus memorabil. anno 1501.* & de antiquissima ac famigerata Parisiensium Academia scriptum reliquerunt Canisius *lib. 1. Deiparæ cap. 7.* Jacob Gordonius *tom. 2. Chronol. in anno 11. Papæ Urbani VI.* Cævallos *d. q. 146. num. 18.* & Balthasar Portenno, quo loco nuper citavimus, *in cap. 28.* insuper affirmans, tam in Universitate Salmantina, Toletana & Complutensi, quam in nostra florentissima Cæsaraugustanorum Academia, & in Ilerdensi, Tarraconensi, Batuinonensi, Hispalensi, Valentina & cæteris omnibus nostræ Hispaniæ, specialis Decreto stabilitum fuisse, ut nulli ad Doctoratus gradum admitti patetur, qui prius sub juramento non promiserit, numquam se veritatem hanc oppugnaturum, & de Parisiensi, Complutensi, & Valentina id etiam affirmat P. Joan. Baptist. Lezana in citato *cap. 22. fol. 98.* qui non solum variis Pontificum & gravissimorum Doctorum authoritatibus ab eo congestis *cap. 13. & seq.* verum etiam urgentissimis rationibus, &c. 35. in medium propositis, hanc piam & veritissimam assertionem ingeniose confirmat, quam & nos trigintæ ab hinc annis adversus *glossæ verb. Naturitas in cap. 1. de confessatione distinct. 3. verb. miracule*, in *cap. 2. de consecratione distinct. 4.* dum hæc jura publice in nostra Academia docetemus, libenti animo lecuti fuimus, variis rationibus ac fundamento illam comprobantes. Et postmodum anno 1518. cum hujus nobilissimæ civitatis Cæsar-Augustæ Supremum Consulatum exercueremus, una cum aliis ejusdem civitatis moderatoribus, copiosaque nobilium ac civium & equitum multitudine, in Angelico Sacello serenissimæ Deiparæ ac immaculatæ Virginis, *de Pilar*,

Pilar, communiter a nostratibus suscepta ejusdem piæ assertionis defensionem solemni juramento formavimus.

PAULUS PAPA V.
Ad perpetuam rei memoriam.

REgis pacifici quamquam nulla nostro merito divina dispositione vices gerentes in terris, & ex munenis nostri debito, pacis & concordiæ inter Christi fideles, præsertim Ecclesiasticas personas, quæ aliis in viam pacis dirigendis, & in unitate Spiritus continendis sunt propositæ, conservationi sedulo invigilare cupientes, ea quæ a Prædecessoribus nostris Roman. Pontif. ad scandalorum semina tollenda salubriter constituta sunt, cum hostis antiqui insidiis, qui ab initio discidia serere cœpit, minime obdormiat, aut variis modis eludi dignoscuntur, ut inviolata serventur, opportunis remediis, quantum cum Domino possumus, providemus. Olim siquidem per felicis record. Sixtum Papam IV. Prædecessorem nostrum accepto, quod nonnulli diversorum Ordinum Prædicatorum in suis sermonibus ad populum publice per diversas civitates & terras affirmare non erubuerant, & quotidie prædicare non cessabant, omnes illos, qui tenebant, aut asserebant, gloriosam & immaculatam Dei genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos, ejusdemque immaculatæ conceptionis officium celebrantes, audientesque sermones illorum, qui cum sine hujusmodi macula conceptam esse affirmabant, graviter peccare; sed & prædictis prædicationibus non contenti, confectis super eisdem suis assertionibus libros in publicum ediderant, ex quorum assertionibus & prædicationibus non levia scandala in mentibus fidelium exorta erant, & majora merito exoriri formidabantur in dies; idem Sixtus Prædecessor hujusmodi temeritatis auibus, & pervertis assertionibus, & scandalosis, quæ exinde in Dei Ecclesia exoriri poterant, obviare volens, hujusmodi assertiones prædicatorum eorumdem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent eos, qui crederent, aut tenerent eandem Dei Genitricem, ab originalis peccati macula in sua conceptione præservatam fuisse, properans alicujus hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut hujusmodi officium conceptionis celebrantes, seu hujusmodi sermones audientes alicujus peccati reatum incurrere, utpote falsas, & erroneas, & a veritate penitus alienas, editoque desuper libros prædictos id continentes, quoad hoc reprobavit & damnavit, ac statuit & ordinavit, quod prædicatores verbi Dei, & quicumque alii cujuscumque status, gradus, aut ordinis, & conditionis esset, qui ausu temerario præsumerent in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodolibet affirmare hujusmodi sic per eum improbatas, & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere vel habere, excommunicationis sententiam eo ipso incurrerent, a qua ab alio quam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, nequirent absolutionis beneficium obtinere: similique pœnæ & censuris subjecit eos, qui ausi essent asserere contrariam opinionem, tenentes videlicet, gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum nondum id esset a Romana Ecclesia, & Apostolica Sede decisum. Hanc vero Sixti prædecessoris Constitutionem OEcumenica Tridentina Synodus postea innotavit. Ac deinde similis record. Pius Papa V., etiam prædecessor noster statuit, ordinavit & mandavit, quatenus nemo cujuscumque ordinis, vel dignitatis existeret, in popularibus concionibus, vel ubicumque promiscua virorum, & mulierum multitudo convenire solet, de hujus controversiæ alterutra parte disputare Rationibus, vel Doctorum auctoritate, asserendo propriam sententiam & contrariam refellendo vel impugnando, aut de hac ipsa quæstione cujusvis pietatis, aut necessitatis præcepto vulgari sermone scribere, vel dictare præsumeret, qui contra faceret, suspensionis pœnam a divinis absque nova declaratione ipso facto incurreret, si modo esset in Sacris constitutus, & quocumque præterea gradu, sive dignitate, vel administratione fungeretur, illis omnibus foret ipso jure privatus, & ad eadem, vel similia munera obtinenda, vel obtenda perpetuæ inhabilitatis cessura, ipso etiam facto obnoxius foret, super quibus nisi a Romano Pontifice pro tempore existente dispensati, sive absolvi non posset, & nihilominus aliis pœnis, si opus foret, a proprio Prælato pro delicti mensura infligendis subjectus esset, prout subjecit. Cæterum quamdiu per Apostolicam Sedem altera pars dissimia non esset, oppositaque sententia damnata, liceret viris doctis in publicæ Academiæ dispu-

disputationibus, sive generalium aut provincialium Capitulorum, vel ubi alias interessent, qui rem capere possent, nec scandali ulla subesset occasio, de illa quæstione differere, & argumentis utramlibet partem vel afferere, vel impugnare, dum tamen neutra veluti erronea prædicaretur, servarenturque illa omnia, quæ a dicto Sixto prædecessore statuta sunt, quorum singula etiam quantum ad alias pœnas duxit innovanda, & innovavit, prout in Sixti, & Pii prædecessorum literis desuper confectis plenius continetur. Verum licet hæc provide statuta sint, nihilominus sicut accepimus, nonnullis in diversis Christianorbis partibus interminatis quæstionibus nimis intenti, dissensionum hujusmodi, jam pridem Ecclesiæ disciplinæ vigore recisa germina coalescere procurant, indeque contentiones & rixæ non sine Dei offensa & scandalo plerumque exortæ sunt, & graviores in dies ne exoriantur, periculum est, nisi a Nobis opportune providearur. Quamobrem motu proprio, non ad aliujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris Constitutionum Sixti & Pii prædecessorum hujusmodi veriores tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, eadem constitutiones Apostolice auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & etiam quoad earum pœnas quascumque etiam absolutionis reservationem innovamus, & inviolabiliter ab omnibus, etiam regularibus, cujuscumque ordinis & instituti, & aliis quibuscumque tam Ecclesiasticis quam sæcularibus personis cujusvis status, gradus, ordinis & conditionis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ quam sæcularis, etiamsi specialis, specifica, & individua earum esset necessario facienda mentio, observari præcipimus & mandamus, donec a Romana Apostolica Sede hujusmodi controversia fuerit diffinita. Ac præterea si quis quovis modo contravenerit, præter supradictarum constitutionum pœnas respective ipso facto incurrendas etiam excommunicandi, publice legendi, seu docendi, & interpretandi facultate ac voce activa & passiva, in quibuscumque electionibus eo ipso absque alia declaratione privatus existat, nec non ad excommunandum & publice legendum, docendum, & interpretandum perpetuæ inhabilitatis pœnas similiter ipso facto incurrat, absque alia declaratione, a quibus nonnisi a Nobis ipsis, vel successoribus nostris Rom. Pontif. pariter absolvi, seu super iis dispensari possit, & nihilominus aliis pœnis nostro, & eorumdem Rom. Pont. successorum nostrorum arbitrio infligendis, subiciatur; prout eum subiicimus per præsentes. Et contra hujusmodi transgressores, etiam regulares, cujusvis ordinis & instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas & sæculares personas cujuscumque status, gradus, ordinis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ quam sæcularis, ut præfertur, tam Episcopi & Prælati Superiores, aliique Ordinarii locorum, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant, & inquirant, atque in eos severe animadvertant. Nos enim iis, & eorum cuilibet, contra eosdem transgressores procedendi & inquirendi ac pœnis coercendi & puniendi liberam facultatem & auctoritatem eisdem auctoritate & tenore tribuimus & impartimur, eosque ut præfertur, procedere, inquirere, & punire præcipimus & mandamus. Non obstantibus omnibus iis & singulis, quæ tam Sixtus, quam Pius prædecessores prædicti in literis suis hujusmodi volueruut non obstare. Quibus omnibus & singulis eorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Et ne præmissorum ignorantia a quoquam præsendi possit, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod præsentes literæ, seu illarum exemplar ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixa omnes ita arcent & afficiant, perinde ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent, quodque præfentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ muntis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die VI. Julii 1616. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

S. Cobellutius.

Anno a Nativitate Domini nostri JESU Christi 1616. Indictione XV., die vero quinta mensis Julii, Pontificatus SS. in Christo Patris & Domini nostri D. Pauli divina providentia Papæ V. an. XII. rescriptæ Literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, per me Augustum Bracherium Cursorem.

Silverius Pontirolus Mag. Curs.

FERIA QUINTA DIE XXXI. Augusti, Anno a Natvitate Domini nostri JESU Christi 1617. in generali congregatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & universalis Inquisitionis habita in palatio Apostolico in monte Quirinali, coram S. D. N. D. Paulo divina providentia Papa V.

SAnctissimus Dominus noster post longam & maturam discussionem, auditis vocis Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, re accurate ac diligenter perpensa proinde consideranis, quod quamvis in constitutione felicis record. Sixti IV. super Conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ, pro submovendis inter Christi fideles scandalis, rixis & contentionibus edita, a S. Tridentina Synodo innovata, & deinde in alia constitutione san. mem. Pii V. super eadem re, quas similiter Sanctitas sua innovavit, cum quibusdam provisionibus & adjectionibus pœnarum pro efficaciori earum observatione, relinquatur unicuique libera facultas tenendi, & etiam asserendi utramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali; dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnetur: nihilominus ex occasione assertionis affirmativæ in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis; quod eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano cum magna Dei offensa scandala, jurgia, & dissensiones; Propterea volens hujusmodi scandalis ex debito sui muneris providere, decrevit, & præcepit, ac præsentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus & singulis cujusvis ordinis, & instituti Regularibus, & aliis quibuscumque, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus personis cujusvis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, etiamsi specialis, specifica, & individua earum esset necessario mentio facienda, ut in posterum, donec articulus hujusmodi a Sancta Sede Apostolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis asserere, quod eadem B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contrafacientes autem eadem Sanctitas sua voluit, & declaravit, subjacere debere, & subiici censuris, & pœnis contentis in supradictis constitutionibus suorum prædecessorum, & sub ipso facto incurrendis. Per hujusmodi tamen provisionem Sanctitas sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu & terminis, in quibus de præsenti reperitur, præterquam quoad supra disposita. Ulterius sub eisdem censuris, & pœnis mandans, quod negativam opinionem, videlicet, quod non fuerit concepta in peccato originali, in prædictis publicis actionibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent. Insuper voluit, & expresse mandavit, ut extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ constitutiones firmæ & illæsæ remaneant, & exacte observentur, perinde ac si præsens decretum non emanasset. Et ita decrevit, & mandavit ubique inviolabiliter observari, non obstantibus in hac parte supradictis constitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus, Volens & decernens pro observatione, & executione præsentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra hujusmodi transgressores, etiam Regulares cujusvis ordinis, & instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas & sæculares personas, cujuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, tam Episcopi, & Prælati superiores, aliique Ordinarii locorum, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos severe animadvertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi. Voluit demum, ne præmissorum ignorantia a quodam prætendi possit, quod præsens decretum, seu illius exemplar ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixa omnes ita arcent, & afficiant, perinde ac si unicuique personaliter intimata fuissent. Quodque præsentium transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ muntis, eadem prorsus fides

adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Andreas de Pittinis Sanctæ Romanæ & universalis Inquisitionis Notarius.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1617. indictione XV. die vero 12. mensis Septembris, Pontificatus autem sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli divina providentia Papæ V. anno 12. præsens Decretum affixum & publicatum fuit ad valvas Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, per me Franciscum de Clericis sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Silverius Pontirolus Mag. Curs.

Quia post hæc omnia Sanctissimus D. N. Gregorius XV. felic. record. alia quoque in hoc negotio magis peculiaria sanxit, visum est ea hic referre.

FERIA III. DIE XXIV. MAII, Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1622. in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico, in monte Quirinali coram S. D. N. D. Gregor. divina providentia Papa XV. ac Illustrissimis & Reverendissimis D. D. Card. adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SAnctissimus D. N. auditis votis Illustrissimorum & Reverendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum Decretum alias editum a fel. rec. Paulo V. ejus Prædecessore tenoris sequentis, videlicet:

Sanctissimus Dominus noster post longam & maturam discussionem, auditis votis Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, re accurate ac diligenter perpensa pariter consideransque, quod quamvis in constitutione felicis record. Sixti IV. super Conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ, pro subsidio eradis inter Christi fideles scandalis, rixis & contentionibus orta, & S. Tridentina Synodo innovata, & deinde in alia constitutione san. mem. Pii V. super eadem re, quas similiter Sanctitas sua innovavit, cum quibusdam provisionibus & adjectionibus pœnar. in pro efficaciori earum observatione, relinquatur unicuique libera facultas tenendi, & etiam asserendi utramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali; dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnetur: nihilominus ex occasione assertionis affirmativæ in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano cum magna Dei offensa scandala, jurgia, & dissensiones; Propterea volens hujusmodi scandalis ex debito sui muneris providere, decrevit, & præcepit, ac præsentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus & singulis cujusvis ordinis, & instituti Regularibus, & aliis quibuscunque, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus personis cujusvis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, etiamsi specialis, specifica, & individua earum esset necessario mentio facienda, ut in posterum, donec articulus hujusmodi a Sancta Sede Apostolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis asserere, quod eadem B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contrafacientes autem eadem Sanctitas sua voluit, & declaravit, subjacere debere, & subjici censuris, & pœnis contentis in supradictis constitutionibus suorum prædecessorum, & sub ipso facto incurrendis. Per hujusmodi tamen provisionem Sanctitas sua non intendit reprobare alterum opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu & termino, in quibus de præsenti reperitur, præterquam quoad supra disposita. Ulterius sub eisdem censuris, & pœnis mandans, quod negativam opinionem, videlicet, quod non fuerit concepta in peccato originali, in prædictis publicis actionibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent, Insuper voluit, & expresse mandavit, ut extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ constitutiones firmæ & illæsæ romaneant, & exacte observentur, perinde ac si præ-

& præsens decretum non emanasset. Et ita decrevit, & mandavit ubique inviolabiliter observari, non obstantibus in hac parte supradictis constitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus, &c.

Hoc suo præsenti Decreto ex eisdem causis evitandi scandala, dissensiones, atque discordias in populo Christiano, quæ pars ratione orti possunt, & ut accepta, in aliquibus regionibus jam ortæ sunt ex sermonibus privatis occasione assertionis affirmativæ, extendit, & ampliavit etiam ad privata colloquia, & scripta, mandans, & præcipiens omnibus, & singulis supradictis, ne de cætero, donec articulus hujusmodi a Sede Apostolica diffinitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in sermonibus, & scriptis privatis audeant asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali; nec de hac optione affirmativa aliquo modo agere, seu tractare, exceptis tamen, quibus a Sancta Sede Apostolica fuerit super hoc specialiter indultum. Per hoc tamen Sanctitas sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in supradicto fel. recordationis Pauli Quinti, & hoc suo Decreto disposita. Eademque Sanctitas sua voluit, & expresse mandavit, ut in reliquis omnibus, ubi hujusmodi Decretis non adversantur Constitutiones Sixti Quarti, Alexandri Sexti, & Pii V. ac Pauli Quinti ejus prædecessorum super Conceptione Beatissimæ Virginis, firmæ & illæsæ remaneant, ac exacte observentur, perinde ac si hujusmodi Decretum non emanasset. Et insuper eadem Sanctitas sua, cum sancta Romana Ecclesia de Beatissimæ Virginis Conceptione Festum solemniter, & Officium celebret, omnibus & singulis personis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam cujusvis Ordinis, & in iisti Regularibus mandat, ac præcipit, ut in sacrificando Missæ Sacrificio, ac divino officio celebrandis, eam publice quam privatim, non alio, quam Conceptionis nomine uti debeant. Contravenientes autem Sanctitas sua voluit, & declaravit, Incidere debere, & subjici censuris, & pœnis contentis in supradictis constitutionibus, ac præfato Decreto suorum Prædecessorum ipso facto incurrendis; & ita decrevit, & mandavit ubique inviolabiliter observari, non obstantibus in hac parte constitutionibus suprascriptis, Decreto præfatæ Pauli Quinti, confœderationibus etiam immemorabilibus, necnon omnibus, & singulis, quæ prædecessores prædicti voluerunt non obstare, ac aliis quibuscunque in contrarium facientibus. Volens & decernens pro observatione, & executione præsentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra hujusmodi transgressores, etiam Regulares cujusvis ordinis, & instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas & sæculares personas, cujuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, tam Episcopi, & Prælati superiores, aliique Ordinarii locorum, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos severe animadvertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi. Voluit demum, ne præmissorum ignorantia a quodam prætendi possit, quod præsens decretum, seu illius exemplar ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixa omnes ita afficiant, & afficiant, perinde ac si unicuique personaliter intimata fuissent. Quodque præsentium transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Andreas de Pittinis Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis Notarius.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi, millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indictione V. die vero secunda mensis Junii, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Gregorii, divina providentia Papæ XV. Anno ejus secundo supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brantimarum Latinum S. D. N. Papæ Curs.

Octavius Spada Mag. Curs.

Decretum a † de Reformatione.

CAPUT I.

Habentes stipendium pro lectione sacra Scripturæ, debent cogi per Ordinarios ad munus exequendum per se, vel per alios, & qua via procurandum stipendium, si hucusque non fuerit constitutum.

EAdem sacrosancta Synodus, piis summorum Pontificum & probatorum (a) Conciliorum Constitutionibus inhærens, easque amplectens, & illis adiiciens; ne cœlestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat; statuit, & decrevit, quod 1. ß in illis Ecclesiis, in quibus prædendæ, aut præstimonium, seu aliud quovis nomine nuncupatum stipendium γ pro lectoribus sacræ Theologiæ deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alii locorum Ordinarii, eos, qui prædendam, aut præstimonium, seu stipendium hujusmodi obtinent, ad ipsius sacræ Scripturæ expositionem & interpretationem, 2. per se ipsos, si idonei fuerint, aliosquin per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, 3. & aliis locorum Ordinariis, 4. δ eligendum, etiam per subtractionem fructuum, 5. cogant, & compellant. 6. De cætero vero prædenda, præstimonium, aut stipendum hujusmodi nonnisi personis idoneis, & quæ per seipsos id munus explere possint, 7. conferantur, 8. & aliter facta provisio nulla sit, & invalida, 9. ε In Ecclesiis autem Metropolitanis, vel Cathedralibus, si civitas insignis, vel populosa, ac etiam in Collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, etiam nullius diœcesis, si ibi Clerus numerosus fuerit; 10. ubi nulla prædenda, aut præstimonium, seu stipendium hujusmodi deputatum reperitur, 11. prædenda quomodocumque, præterquam ex causa resignationis, 12. primo vacatura, cui aliud onus incompatibile injunctum non sit, ad eum usum ipso facto perpetuo, 13. constituta & deputata intelligatur. Et quatenus in ipsis Ecclesiis nulla, vel non sufficiens prædenda foret, Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuum, 14. alicujus simplicis beneficii, ejusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum suæ civitatis, & diœcesis, vel alias prout commodius fieri poterit, 15. de capituli consilio ita provideat, ut ipsa 16. sacræ Scripturæ lectio habeatur, ita tamen, ut quæcumque aliæ lectiones, vel consuetudine, vel quavis alia ratione institutæ, propter id minime præmittantur. ζ Ecclesiæ vero, quarum annui proventus tenues fuerint, & ubi tam exigua est Cleri, & populi multitudo, ut Theologiæ lectio in eis commode haberi non possit, 17. saltem (b) magistrum habeant, & ab Episcopo cum consilio Capituli eligendum, qui Clericos, aliosque scholares paupertes, 18. Grammaticam gratis doceat, * ut deinceps ad ipsa sacræ Scripturæ studia, annuente Deo, transire possint, 19. ideoque illi magistro Grammatices, vel alicujus simplicis beneficii fructus, quos tamdiu percipiat, quamdiu in docendo perstiterit, assignentur; dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio: vel ex Capitulari, vel Episcopali mensa condigna aliqua merces persolvatur: vel alias Episcopus ipse aliquam rationem ineat suæ Ecclesiæ, & diœcesi accommodam, ne pia hæc, utilis, atque fructuosa provisio quovis quæsito colore negligatur. In mo-

a Vide Concil. Later. sub Innoc. 3. c. 12. Cap. quia & c. fin. de mag. & infra sess. 23. de ref. c. 18. infra sess. 24. c. 23. de ref.

b Concil. Constant. 6. c. 5. cum alleg. a me in tract. de privil. Schol. priv. 88. c. 1. & c. quia de mag. Concil. Later. sub Alex. 3. c. 18. & sub Innoc 3. c. 11. & infra sess. 23. c. 18. de ref. Clem. ne in agro, de stat. mon. c. 2. de mag.

c c. fin. de mag. alleg. in meo tract. de priv. scholast. 98.

nasteriis quoque monachorum, ubi commode fieri queat, etiam lectio sacræ Scripturæ habeatur, qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum, in hoc ut sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis 20. compellant. In conventibus vero aliorum Regularium, in quibus studia commode vigere possunt, sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur: quæ lectio a Capitulis generalibus vel provincialibus assignetur, 21. dignioribus magistris. In gymnasiis etiam publicis, ubi tam honorifica, & cæterorum omnium maxime necessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religiosissimorum Principum, ac Rerum publicarum pietate & charitate ad Catholicæ fidei defensionem, & incrementum, sanæque doctrinæ conservationem, & propagationem instituatur: &, ubi instituta foret, & negligeretur, restituatur. Et, 22. ne sub specie pietatis impietas disseminetur, statuit eadem sancta Synodus nemmem ad hujusmodi lectionis officium tam publice, quam privatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia 23. examinatus, & approbatus non fuerit: quod tamen de lectoribus in clausuris monachorum non intelligatur, 24. α β * 25. Docentes vero ipsam sacram Scripturam, 26. ι dum publice in scholis docuerint, & 27. κ scholares, † (c) qui in ipsis scholis student, 28. λ μ privilegiis omnibus de percreptione fructuum, prædendarum, ν & beneficiorum suorum, in absentia a jure communi concessis, plene gaudeant, & 29. fruantur.

DECLARATIONES.

1. *In illis Ecclesiis*, &c.) Ubi non est constituta prædenda Theologalis, & viget consuetudo, quod detur a Capitulo stipendium perpetuum Theologo, qui docendi ibi officio fungatur, ea servanda est: quod si illud etiam poterit Theologum reddere diligentiorem in sui muneris functione, triennium ejus constitutioni Ordinarius una cum Capitulo præfinire debet.

Congregatio Concilii censuit, si stipendium pro lectore sacræ Theologiæ jam ante Concilium fuit, ut proponitur in Cathedrali, deputatum, non esse necesse ex Decr. Concil. erigere prædendam Theologalem. 14. Martii 1598.

2. *Per seipsos*, &c.) Si Theologus hujusmodi habens prædendam legitime obtineret Parochialem, teneretur in ea residere amissis distributionibus quotidianis, & aliis emolumentis, quæ tantum deservientibus dari solent: in officio autem arbitrio Ordinarii, alium deputare debet, assignato ei competenti salario.

Congregatio Concilii censuit, quando clericus sæcularis idoneus pro Theologali prædenda non reperitur, collationem illius suspendendam esse, donec inveniatur idoneus Theologus sæcularis, cui fieri possit, & interim nullum esse deputandum custodem, aut curatorem fructuum ipsius Canonicatus, sed eos omnes tradendos Superiori alicujus ordinis, qui curet, ut aliquis Theologus ex suis Regularibus publice in Cathedrali Ecclesia doceat sacram Scripturam, prout mandatur Decreto Conc. c. 1. *Sess.* 5. eique imprimis necessaria subministret ex dictis fructibus, & quod reliquum fuerit, in usum Monasterii convertat. Rhemæsis 24. Maii 1591.

Quando Clericus sæcularis idoneus non reperitur pro dicta prædenda, statuerunt Pius V. & Gregorius XIII. collationem hujus Canonicatus suspendam esse, donec inveniatur idoneus Theologus sæcularis, si fieri possit: interim vero nullum esse ab Episcopo fructuum ipsius Canonicatus custodem aut curatorem deputandum; sed eos omnes superiori alicujus monasterii tradendos, qui curet, ut aliquis idoneus Theologus ex suis Regularibus publice sacram Scripturam in Cathedrali doceat, prout hic mandatur, eique imprimis necessaria subministret ex dictis fructibus: quod si quid reliquum erit, in Monasterii usum convertatur. Doct. in c. *Majoribus*, *de prædendis*, & magis in terminis gloss. in *cap. quod nullus*, *de Magist. in verb. prædende*.

3. *Et aliis locorum Ordinariis eligendum*, &c.) Et si Ordinarius inferior fuerit negligens, puta Prior, Abbas, Præpositus, & cæteri similes alicujus Ecclesiæ collegiatæ, poterit Episcopus, in cujus Diœcesi sunt, supplere, id est cogere.

4. *Eligendum*, &c.) Electio hæc soli Episcopo competit; quia a Concilio in hoc Decreto, (cum de substituto eligendo agitur,) soli Episcopo datur electio, & adjuvat exemplum Pœnitentiarii, licet conceptum aliis verbis.

5. *Cogant & compellant*, &c.) Si lectores isti collatoribus inferioribus sunt subjecti, ut munera suo satisfaciant, per Episcopum sunt compellendi. Etenim Episcopus potest supplere negligentiam superiorum non compellentium ad eligendum eos, qui stipendium pro hujusmodi lectione obtineant, licet Ecclesia esset exempta; qui quidem Episcopus id exequi volens, moneat, terminum præfigat, & eo lapso, supplear cogendo, vel eligendo.

6. *De cætero*, &c. *qua per seipsos*, &c.) Canonicatum & magistralem præbendam obtinens cum parochiali, si in ea (ut teneatur) residerat, fructus Canonicatus & præbendæ percipere potest: ita tamen, ut quotidianas distributiones amittat, atque alia præterea, quæ absentes justa de causa percipere non possunt. In præbenda autem Magistrali idoneum virum sibi substituat, qui ex veteri institoto annexum suæ præbendæ munus obeat sacræ Scripturæ interpretandæ. Idem supra §. *per seipsos*, & *Sess.* 23. c. 1. de *Ref.* §. cum qui.

7. *Conferantur*, &c.) A quo autem hæc collatio fieri debeat, Concilium non expresse. Quare pertinebit ad eum, ad quem antea de jure spectabat. Idem infra §. *Constituta*.

8. *Ex aliter provisis facta, nulla sint & invalida*.) Eandem facultatem habebunt Ordinarii in Ecclesiis collegiatis in eisdem terminis Concilii, quando inferiores Ordinarii illarum Ecclesiarum fuerint negligentes, præsertim cum in discussu Scholasticæ, necesse sit explicare locos sacræ Scripturæ.

Non est satisfactum huic Decreto, si stipendium jam constitutum pro lectore Sacræ paginæ non sufficiens, augeatur, vel per accessionem alicujus beneficii simplicis, vel per contributionem, &c. quando in illa Ecclesia adesset præbenda, quæ pro hac lectione, juxta formam dicti decreti, uniri possit.

Præbenda, quæ vacat, potest optari, nec illa potest exigi in Theologalem, quia Concilium loquitur de præbenda vacatura, cum ista non vacaverit: quia præventa est a jure optandi, & ideo illa sola daretur Theologo, quæ remanebit post optionem.

Congregatio Concilii censuit, erectionem præbendæ Theologi non habere locum in ea, quæ vigore statuti assequenti Canonico optatur: sed illam præbendam, quam dimiserit Canonicus, qui novissime optat, huic muneri affectam, & unitam remanere. Lunensis 6. Julii, 1594.

9. *In Ecclesiis autem Metropolitanis vel Cathedralibus*.) Per decretum visitationis Apostolicæ de constituenda præbenda vacatura non fiat præjudicium legitimo collatori, cum vacaverit.

10. *Ubi nulla præbenda*, &c.) Ubi nullæ sunt præbendæ, eo quod Canonicatus tantum distributiones quotidianas habeant, idem statuendum est, quod de præbendis, cum illarum loco succedant.

An si Canonicatus omnes consistant in quotidianis distributionibus, ipsæ præbendæ erunt intelligendæ, & sic quoque Congregatio censuit.

11. *Præbenda quomodocumque*.) Intelligitur etiam præbenda, cujus fructus omnes consistant in distributionibus quotidianis, sicut reliquæ.

12. *Primo vacatura*.) Non tamen in mensis Apostolico, quia non comprehenduntur sub hoc Decreto præbendæ vacantes in mensibus reservatis, & idem jus in præbenda pœnitentiali *sess.* 24. c. 8. *de reformatione*. S. D. N. sentiens hoc decretum Concilii esse conditionatum, & requisti prius declarationem & actualem deputationem Episcopi, ut scilicet illa præbenda sit Theologalis, respondit valere collationem præbendæ (quæ primum post Concilium vacavit) factam personæ munus idoneæ ad sacram Scripturam per seipsum interpretandam, si nondum illa præbenda actu fuerit deputata in Theologalem. Nec est in optione Episcopi primam præbendam vacaturam assignare pro pœnitentiario, licet ratione curæ animarum videatur magis necessarius; sed debet pro Theologo, propter verba hujus Decreti, *ipso facto*. Verum si magis expediens in aliquo loco particulari fuerit judicium, ut prius de pœnitentiario provideatur, habenda est confirmatio in specie a sanctissima Sede Apostolica, ad omnem difficultatem tollendam.

Non debentur quidem lectori distributiones quotidianæ pro illis horis, quibus legit, ex dispositione Juris & doct. per *Sanct. nic. in cap. quia nonnulli de Magist.* Quos dixit Sanctitas sua non loqui respectu illius lectoris, qui in Ecclesia sua legit, ut facit ille, de quo in hoc textu: tamen iam-

Sanctissimus Dominus noster Gregor. XIII. audita relatione Congregationis ex gratia illas esse ei tribuendas, non modo pro illis horis, ut si mane legit pro horis matutinis, & missa solemni, sed etiam pro tota die consultus respondit.

13. *Constituta & deputata intelligatur*.) Hujus beneficii collationem Concilium reliquit illis, ad quos de jure ante Concilium spectabat. Nec talis deputatio & institutio habet locum in Canonicatibus & præbendis Sedi Apostolicæ reservatis & affectis. Item si in præteritis mensibus Cardinalis habuerit indultum a Sede Apostolica, deputationem tamen hujusmodi præbendæ Concilium reliquit illis, ad quos vere ante Concilium spectabat, quoniam ex hoc Decreto hoc solum habetur, quod in Theologalem erigatur. Electio vero soli Episcopo competit, quia a Concilio in hoc decreto, cum de substituto eligendo agitur, soli Episcopo datur electio, & adjuvat exemplum Pœnitentiarii, licet sit conceptum aliis verbis. Nec successori præjudicium factum est, si aliter per prædecessorem fuit servatum. Et id intelligendum est de iis canonicatibus Theologicis, qui erecti non sunt ante Concilium Tridentinum. Secus si ante essent erecti; tunc enim servandum est, quod ante Concilium servabatur. Ita Congregatio in una Affrictensi censuit cum consilio Capituli, si tamen ante Concilium in collatione requirebatur. Idem sup. §. Eligendum.

Hoc decretum habet locum etiam in Ecclesiis collegiatis, quarum præbendæ sunt de jure patrio Laicorum, ut deputetur prabenda primum vacatura concurrentibus omnibus requisitis, prout hic, & persona non erit nominanda ante vacationem, sed electio personæ spectabit ad Episcopum, collatio vero, ad quem legitime spectabat ante deputationem præteritam. Non potest optari præbenda, quæ fuit erecta & deputata in Theologalem pro Theologo, a sequenti Canonico.

Congregatio Concilii censuit, obtinentem præbendam Theologalem non esse admittendum ad jus optandi competens Canonicis. Affrictensis 12. Febr. 1602.

In Ecclesia vero Cathedrali aut Collegiata infigni, quæ non est numerata, vel regularis, vel quæ nullas habet distinctas præbendas, Ordinarius, ut habearut omnino lectio S. Scripturæ, (cum non possit in hujusmodi Ecclesiis deputari præbenda primo vacatura) provideat alia ratione, juxta hoc Decretum. Ideoque erit procedendum, sicut si Ecclesia esset exempta, quo ordine potestin hoc facere in negligentiam superioris.

In præbenda primo vacatura post Concilium, locum optio non habebit. Si autem de ea, quæ primo vacavit, provisum non fuit de Theologo, relictum est ordinariæ dacisioni judicium.

14. *Aliquos simplices beneficii*.) Ubi sunt præbendæ & Canonicatus, non potest assignari aliud beneficium pro isto Theologo vel Pœnitentiario.

15. *De Capitali consilio*.) Hæc verba tantum ad proxima sunt referenda, cum agatur de assignatione & contributione.

In nonnullis casibus, veluti in materia correctionis morum, ubi Concilium expresse sustulit appellationem, ea sublata intelligitur quoad effectum dumtaxat suspensivum, non autem devolutivum: quare auctoritas delegata, quæ Episcopis a Concilio tribuitur, non aufert jus illorum, ad quos legitime interposita appellationis alias causa devolveretur.

Si in electione Theologi, vacante præbenda, inter Episcopum & Capitulum sit controversia, ad Metropolitanum erit recurrendum, & ejus judicium sequendum.

16. *Sacræ Scripturæ lectio*.) Satisfit Concil. etiam Scholasticam Theologiam legendo.

De tempore, hora & materia sacræ Scripturæ vel Theologiæ, quæ in sacra Scriptura continetur, super qua legendum sit, relinquitur arbitrio Ordinarii: potest tamen ipse lector vacare a lectione tribus mensibus feliciter Julii, Augusti & Septembris.

Congregatio Concilii censuit tempus, horam & materiam sacræ Scripturæ, super qua legendum sit, remitti arbitrio Ordinarii. 11. Jan. 1594.

17. *Saltem Magistrum*.) Congregatio censuit, casu quo deficit magister Grammaticæ in urbe, fieri non posse, ut curatus ruralis ibi habitet relicto idoneo Vicario & approbato ab Ordinario, cum congrua mercede in Parochiali, etiamsi talis Curatus solemnibus saltem festis officium in parochia exercere vellet.

18. *Grammaticam gratis doceat*.) Ubi est Laicus, qui Clericos Grammaticam doceat, si presbyter ad Parochialem Ecclesiam a civitate duo milliaria non distantem deputetur, qui tamen suæ parochiali diebus festis inservit, a residentia non excusatur.

19. *Illi Magistro Grammaticæ*.) In collatione Cathedræ legatur Grammatica, &

præsupposito, quod dictæ Cathedræ sint annexa duo præbendæ, quorum fructus sint pro sustentatione lectoris dictæ Cathedræ, pertineat simul ad Episcopum & Capitulum admittere Vicarium habentem potestatem.

20. *Compellant.*) Etiam Carthusiani strictioris Clausuræ comprehenduntur sub hoc Decreto.

21. *Dignitatibus Magistris.*) Isti lectores sacræ Scripturæ in conventibus Regularium non sunt examinandi & approbandi ab Episcopo loci, de vita, moribus, & scientia, ut infra: cum Concilium videatur id committere Capitulis generalibus, vel provincialibus. Sed si in Eccl. publice populo sacra Scriptura legenda esset, tunc servandum esset, quod in Prædicatore statuitur infra *c. 2. de munere prad.*

22. *Ne sub specie pietatis.*) Ordinarius non potest examinare seu approbare de vita, moribus & scientia eos, qui sacram Scripturam interpretaturi sunt in conventibus Regularium: & multo minus eos, qui tali munere fungi volunt in clausto Monachorum, prout jam dictum est.

23. *Examinetur & approbetur.*) Ad hoc examen tenentur etiam Ludimagistri, qui privatim in domibus particularibus prima principia Grammaticæ docent, vel aliarum similium artium, qui etiam tenentur, ut supradicti facere professionem fidei juxta bullam Pii IV. Kal. Novemb. emanatam.

24. *Se coram Episcopis præsentare.*) Potest Ordinarius si sibi videbitur, etiam ab eo exigere professionem fidei.

25. *Docentes sacram Scripturam.*) Congregatio censuit, docentes jus Canonicum in publica Universitate gaudere privilegiis de percipiendis in absentia fructibus suarum præbendarum, etiamsi præbendæ, quas obtinent, sitæ essent in cathedrali ejusdem civitatis, in qua publici lectoris munere funguntur. Non recipient tamen distributiones illas quotidianas, quæ solent accrescere solis præsentibus: quod si omnes reditus Capituli hujusmodi distributionibus constent, reputabuntur pro præbendis, & tales Doctores juxta debuunt percipere distributiones, demissa una ex tribus partibus, quæ solevientibus accrescit.

26. *Dum publice in scholis docuerint.*) Idem judicandum de docentibus in Ecclesiis cathedralibus & collegiatis quoad privilegia, quando legunt sacram Scripturam.

Theologus legens, quamdiu legit, pro residente habetur, & recipiat omnes fructus præter distributiones quotidianas, præsupposito quod adsit massa grossa vel præbenda.

27. *Et Scholares.*) Non idem in scholaribus, qui in Ecclesiis audiunt.

Scholares ergo audientes in Ecclesiis Cathedralibus, non gaudent iisdem privilegiis, quibus studentes in publicis Academiis, nec percipiunt distributiones quotidianas.

28. *Privilegiis omnibus de percipiendis fructibus.*) Lectores non excusantur a residentia in parochialibus, nec possunt habere beneficia incompatibilia ratione illorum privilegiorum. Non possunt etiam obtinere aliud beneficium incompatibile, nec beneficium curatum vel requirens residentiam, & legendo deservire per substitutum. Et contra contumaciam in non residendo, Episcopus debet procedere juxta decretum Concil. *sess. 24. c. 13.* & tempore quo (cessante legitima causa, & justo impedimento) non resederit, debet alium substituere sumptibus illius, qui lectioni sacræ Scripturæ loco ipsius satisfaciat.

Lector Cathedralis Ecclesiæ non potest obtinere beneficium curatum, vel residentiam requirens, & legendo deservire per substitutum, & gaudere fructibus in absentia: nec licet cum Doctoratu Canonicatu obtinere aliud incompatibile, ut servatur multis in locis. Nec concedenda est eis licentia vacandi a lectione, ut alibi munere prædicationis fungantur. *Sup. §. Privilegiis.*

29. *Et fruantur.*) Idem censendum est de docentibus in Ecclesiis, scilicet, quod quamvis a servitio chori absentes essent, possint percipere fructus suorum Canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus, tamen ex gratia diebus, quibus legunt, habendi sunt sicut præsentes in choro & interlientes: ut declaravit S. D. N. Gregorius, & supra declaravimus: sed non gaudent illi lectores sacræ Scripturæ in Ecclesia illis privilegiis, quibus gaudent docentes in Scholis pub. Idem supra *verb. Non debentur.*

Lectores hi non sunt censendi præsentes matutinis, quæ ex antiqua Ecclesiæ consuetudine dicuntur seto præcedenti pro die sequenti.

REMISSIONES.

a Vide Navarr. in *manu. c. 27. num. 107.* Medices in *summa pœcatorum - p. 2. c. 2. tit. 3. §. 74. num. 209.* Optime Zerol. in *praxi*

praxi Episcop. p. 1. verbo, præbenda Theologalis pag. mihi 299. P. Valer. Regin. in *praxi fori panit. lib. 20. num. 53.* † Vide etiam Nav. in *cons. anic. lib. 3. de magistris*, Vinc. Grillinzon. *cons. 9. & cons. 31. per totum*, Aloys. Riccium in *prax. resol. c. 175.*

b *In illis Ecclesiis*, &c.) Sacra Cardinalium congregatio ita censuit. Ubi viget consuetudo, quod detur a Capitulo stipendium proprium Theologo, ea servanda est: quod si illud etiam poterit Theologum reddere diligentiorem in sui muneris functione, triennium ejus conductionis Ordinarius una cum capitulo præfinire debet. De hac responsione testatur Zerol. *d. verbo, præbenda Theologalis, vers. Ad secundum.*

c *Pro lectionibus sacræ Scripturæ.*) Sacra Cardinalium congregatio ita censuit. Quando clericus secularis idoneus pro Theologali præbenda non repetitur, collationem illius suspendendam esse, donec inveniatur idoneus Theologus secularis, cui fieri possit, & interim nullum esse deputandum custodem, aut curatorem fructuum ipsius canonicatus, sed eos omnes tradendos superiori alicujus ordinis, qui curet, ut aliquis Theologus ex suis regularibus publice in cathedrali Ecclesia doceat sacram Scripturam, prout mandatur decreto Concil. *c. 1. sess. 5.* atque in primis necessaria subministret ex dictis fructibus: quod reliquum fuerit, in usum monasterii convertat, & in Concil. Provinciali Beneventano *c. de præbendis Theolog.* idem servari resolvit Zerol. *d. verbo, præbenda Theologalis, vers. ad quintum.*

d *Eligendum.*) Sacra Card. congregatio ita censuit. A quo autem collatio præbendæ Theologalis fieri debeat, Concilium non expressit, quare permittebat ad eum, ad quem ante de jure spectabat. De hac responsione testatur Gonzal. ad *reg. 8. cancel. gl. 9. §. 2. 83.*

e *In Ecclesiis.*) Concordat *text. in cap. Quia, & in cap. finali, de magistris.*

f *Ecclesia vero, quarum annui proventus*, &c.) Zerol. in *praxi Episcopali p. 1. verbo, præbenda Theologalis, vers. ad 3.*

g *Grammaticam gratis docent.*) Vide Tiraquell. *de nobilitate c. 29. n. 42.* Hotat. Luti *de priv. schol. priv. 58. & 59.*

h *De vita, moribus & scientia examinandi*, &c.) Vide Rotam novill. *decis. 551.* recollectis a Farinacio.

i *Docentes vero ipsam sacram Scripturam.*) An idem sit, si doceant Jus canonicum? Affirmat Nicol. Garc. *de benef. p. 3. c. 2. 64.*

k Utrum docentes in scholis Theologiam, vel jus canonicum, dum publice in die docuerint, & studentes in eis exercuerint a residentia, & fructus suorum beneficiorum in absentia percipiant? Vide scribentes in *cap. fin. de magist.* Navar. in *man. cap. 25. num. 120.* Rebuff. in *praxi tit. de dispens. de non resid. num. 25.* & in *tract. de privileg. Schol. priv. 29. & 31.* Horat. Luti, *eod. tract. priv. 59. & 100.* Ludov. Lopez. in *instructor. conscientiæ tom. 1. cap. 149. vers. sed quæsupl. 2.* Vival. in *candelabr. aureo in appendice, cap. 9. num. 13. & 14. & verbo, residentia num. 8.* Hoj. *de incompatibil. benef. cap. 17. num. 28.* Fr. Emman. in *sum. tom. 1. cap. 33. num. 2. & tom. 2. cap. 36. num. 2. & in addit. ad bullam Cruciatæ cap. 2. ad 4. clausulam n. 27.* Gonzal. *ad reg. 8. cancel. 7. §. 7. proam. n. 180.* Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 2. num. 54. cum multis seq.* Maynar. *decis. 2. l. 2.* Aloys. Ricc. in *collect. decis. collect. 446.* * Grilinzon. *cons. 9. n. 10.* Quid si sponte, & voluntarie legant sine stipendio, & cathedra. Vide Grat. *decis. 2. n. 60.* ubi resolvit hoc non sufficere: secus si legant cum licentia universitatis, seu clausstri, sive collegii Doctorum.

l *Dum publice in scholis docuerint.*) Sacra Cardinalium congregatio sic censuit. Idem censendum est de docentibus in Ecclesiis, qui quamvis a servitio chori absentes essent, possunt percipere fructus suorum canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus: sed ex gratia diebus quibus legunt, habendi sunt sicut præsentes in choro, & interlientes non modo pro illis horis, ut si mane legunt pro horis matutinis & Missa solemni, sed etiam pro tota die, referunt Gonzal. ad *reg. 8. cancel. §. 7. proam. n. 180.* Nicol. Garci. *d. c. 2. n. 118.*

m *Scholares.*) An debeant esse in studio generali, seu celebri Universitate? Affirmant Rebuff. *d. privil. 31. n. 1.* Hotat. Luti, ad *finem dicti tract. de iis qui gaudent privil. Schol. num. 23. ad finem.* Perez. *l. 1. tit. 10. lib. 1. ordin.* Xechi. *de Republ. Ecclesiast. tit. de Clericis n. 7. v. 28.* Flores Vari. *l. 3. quæst. 24. n. 19.* Zerol. in *praxi Episc. verbo, studium. §. 4.* † Vide etiam Camil. Borrel. *cons. 36. per totum.*

n Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit: Scholares in Ecclesiis Cathedralibus non gaudent eisdem privilegiis, sicut studentes in studiis publicis, vel Academiis: interim tamen hujusmodi studentes in Academiis non percipiunt distributiones quo-

quotidianas, refert Nicol. Garci. d. c. 2. num. 117.

μ An scholastici otiosi, qui non student, & scholas non frequentant, gaudeant privilegiis scholasticorum, & absentes causa studii fructus suorum beneficiorum percipiant? Negant Tiraquel. in tract. cessante causa p. 2. n. 215. Mascard. de probat. concl. 1296. num. 9. cum seqq. Et. Emman. quæst. Regular. tom. 1. q. 9. art. 10. Prosper. de Augustino in addit. ad Stephan. Quarant. in summa bullarii, verbo, residentia, versic. limita, pag. 445.

ν Et beneficiorum suorum.) Sacra Cathedralium congregatio ita censuit. Obtinentibus parochiales Ecclesias post Conc. Tridentin. studendi licentia, atque in absentia studiorum causa fructus percipiendi non datur, referente post Gonzal. Prosper. de Augustino ubi proxime vers. sexta limita & Nicol. Gar. d. c. 2. n. 81. Farin. decis. 29. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 365. in med. & constitutum est in Conc. Provinc. Brachar. 4. act. 3. c. 9.

Vide Annotationes ad hoc *Caput* 1. *in Appendice, Discursu* 2. *Card. de Luca.*

CAPUT II.

De verbi Dei concionatoribus, & quæstoribus eleemosynariis.

QUia vero a * Christianæ Reipublicæ (*a*) non minus necessaria est β prædicatio Euangelii, quam lectio, & (*b*) hoc est γ præcipuum Episcoporum munus; statuit, & decrevit eadem sancta Synodus, 1. omnes Episcopos, Archi Episcopos, primates & omnes alios Ecclesiarum Prælatos teneri per seipsos, si legitime impediti non fuerint, ad prædicandum sanctum Jesu Christi Euangelium. Si vero contigerit, Episcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento; δ juxta formam (*c*) generalis Concilii, † 2. viros idoneos assumere, 3. teneantur ad hujusmodi prædicationis officium salubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtæ subjaceat ultioni. Archipresbyteri quoque Plebani, & quicumque Parochiales, vel alias curam animarum habentes Ecclesias quocumque modo obtinent, 4. per se, vel alios idoneos, ε si legitime impediti fuerint, (*a*) diebus saltem Dominicis, & Festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum brevitate & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & cœlestem gloriam consequi valeant. Id vero si quis eorum præstare negligat, etiamsi ab Episcopi jurisdictione quavis ratione exemptum se esse prætenderet: etiamsi Ecclesiæ quovis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monasterio, etiam extra diœcesim existenti, forsan annexæ, vel unitæ, modo re ipsa in diœcesi sint, provida pastoralis Episcoporum sollicitudo non desit, ne illud impleatur: (*e*) Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Itaque ubi ab Episcopo moniti, trium mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras Ecclesiasticas, seu alias, ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur; ita ut etiam, si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces persolvatur, donec principalis ipse telipidens officium suum impleat.

Si quæ vero parochiales Ecclesiæ reperiantur subjectæ monasteriis in nulla diœcesi existentibus; ζ Abbates, & regulares Prælati in prædictis negligentes fuerint; η Metropolitanis, in quorum provinciis diœceses ipsæ sitæ sunt, eamquam, quoad hoc, Sedis Apostolicæ delegatis, compellantur; neque hujus decreti executioni consuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, sive recursus impedire valeat, quousque de-

super a competenti judice, qui summarie, & sola facti veritate inspecta procedat, cognitum & decisum fuerit. (*f*) ζ Regulares vero * cujuscumque ordinis, nisi a suis Superioribus de vita, moribus & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, ν 5. etiam in Ecclesiis suorum Ordinum † prædicare non possint, cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, 6. antequam prædicare incipiant. ξ 7. In Ecclesiis vero, quæ suorum ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum (*g*) etiam Episcopi licentiam habere teneantur; sine qua in ipsis Ecclesiis non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint; ipsam autem licentiam gratis Episcopi 8. concedant.

ο Si vero, * quod absit, prædicator errores, aut scandala disseminaverit in populum, etiamsi in monasterio sui, vel alterius Ordinis prædicet; Episcopus ei prædicationem interdicat. Quod si hæreses prædicaverit; contra eum, secundum juris dispositionem, aut loci consuetudinem 9. procedat; etiamsi prædicator ipse generali, vel speciali privilegio exemptum se esse prætenderet, quo casu Episcopus auctoritate Apostolica, π & tamquam Sedis Apostolicæ delegatus procedat. Curent autem Episcopi, ne quis prædicator vel ex falsis informationibus, vel alias calumniose vexetur, justamve de eis conquerendi occasionem habeat.

ρ Caveant præterea Episcopi, ne aliquem, vel eorum, qui cum sint nomine Regulares, extra clausura tamen, & obediendiam religionum suarum vivunt, vel Presbyterorum sæcularium, nisi ipsis noti sint, & moribus atque doctrina probati, etiam quorumlibet privilegiorum prætextu in sua civitate vel diœcesi prædicare permittant, donec ab ipsis Episcopis super ea re sancta Sedes Apostolica consulatur; a qua privilegia hujusmodi, nisi tacita veritate, & expresso mendacio, ab indignis extorqueri verisimile non est.

μ 9 Quæstores (*b*) vero eleemosynarii, qui etiam Quæstuarii vulgo dicuntur, ξ cujuscumque conditionis existant, nullo modo, nec per se, nec per alium prædicare præsumant, & contra facientes ab Episcopis, & Ordinariis locorum, privilegiis quibuscumque non obstantibus, opportunis remediis omnino arceantur.

Indictio futuræ Sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit, & decernit, primam futuram Sessionem tenendam, & celebrandam esse die Jovis, Feria 3. post festum B. Jacobi Apostoli.

Prorogata deinde fuit Sessio ad diem 13. *mensis Januarii*, 1547.

DECLARATIONES.

1. *Omnes Episcopi.*) Episcopus vel debet per seipsum prædicare, vel sumptibus suis alium conducere, qui id munus exequatur.

2. *Viros idoneos assumere teneantur.*) Sepsis solis absque consensu Capituli, ut infra notatur *sess.* 24. *c.* 4.

Stante Decreto Concilii hoc c. & c. 4. *sess.* 24. deputatio prædicatoris in Cathedrali Ecclesia pertinet ad solum Episcopum: ita quod Canonici & Capitulum non possint se intromittere in hujusmodi deputatione, nec inconsulto, vel contradicente Episcopo aliquem ad prædicandum in Cathedrali etiam ex prædicatoribus ab ipso Episcopo approbatis approbare, deputare, seu admittere. Congregatio enim censuit ad solum Episcopum pertinere in sua Cathedrali, nulla habita ratione consuetudinis etiam immemorabilis, quæ competeret Capitulo, vel de consilio Capituli.

3. *Teneantur.*) Dum dubium est quorum sumptibus conducendus sit Concionator pro qua-

a Instr. sess. 24. de ref.

β 21. Tolet. c. 3.

γ Concil. Later. sub Innoc. 3. c. 10. e. inter cætera de cel. jud. sed.

δ Concil. Constant. 6. c. 3. c. exiit, 5. Habetur etiam, de verb. sig. Conc. Lat. alt. sess. 11.

ε Hebr. cap. 4.

ζ Concil. Lat. alt. sess. 11. de modo prædi.

η Concil. Lat. sub Innoc. 3. c. 12. c. cum ex eo, de privil. & remiss. Clem. absolutionib. an tit. inf. Sess. 22. de refor. c. 8. et c. officium 9. compescendi de hær. in 6.

θ excommunicationis 5. quia vero de hæreti. infra sess. 24. c. 4. de refor.

ι Si vero, * quod absit, prædicator errores, aut scandala disseminaverit in populum, etiamsi in monasterio sui, vel alterius Ordinis prædicet; Episcopus ei prædicationem interdicat. Quod si hæreses prædicaverit; contra eum, secundum juris dispositionem, aut loci consuetudinem 9. procedat; etiamsi prædicator ipse generali, vel speciali privilegio exemptum se esse prætenderet, quo casu Episcopus auctoritate Apostolica, π & tamquam Sedis Apostolicæ delegatus procedat. Curent autem Episcopi, ne quis prædicator vel ex falsis informationibus, vel alias calumniose vexetur, justamve de eis conquerendi occasionem habeat.

κ Caveant præterea Episcopi, ne aliquem, vel eorum, qui cum sint nomine Regulares, extra clausura tamen, & obediendiam religionum suarum vivunt, vel Presbyterorum sæcularium, nisi ipsis noti sint, & moribus atque doctrina probati, etiam quorumlibet privilegiorum prætextu in sua civitate vel diœcesi prædicare per-

λ 9 Quæstores (*b*) vero eleemosynarii, qui etiam Quæstuarii vulgo dicuntur, ξ cujuscumque conditionis existant, nullo modo, nec per se, nec per alium prædicare præsumant, & contra facientes ab Episcopis, & Ordinariis locorum, privilegiis quibuscumque non obstantibus, opportunis remediis omnino arceantur.

quadragesima, debet Episcopus eam interim proprio sumptu conducere.

Episcopus debet sumptibus propriis conducere in Ecclesia Cathedrali aliquem prædicatorem, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus & immunitatibus, vide *cap. 4. sess. 24. de Reform.* Si communitas alicujus loci solet ex immemorabili consuetudine de mercede prædicatoris providere, ad eam de cæteto tribuendam cogenda est.

4. *Per se vel alios idoneos*, &c.) Ordinarius debet ipse eligere Prædicatores, nisi in contrarium sit consuetudo ab immemorabili tempore citra, & si curatores animarum per se volunt munus prædicationis obire, non debent impediri.

Nullius jurisd. 1349. Congregatio Concilii censuit cogendos esse curatos ad subeunda per se ipsos, & non per substitutos ea munia, ad quæ tenentur; tolerandos autem, ut per substitutum suppleant in illis tantum casibus, quibus expressis verbis Canonum, Decretorumve Concilii permissum est eis, ut per Vicarios, adjutores, vel substituros possint officio suo fungi.

5. *Etiam in Ecclesiis suorum ordinum*.) Regulares in Ecclesiis suorum ordinum prædicare volentes, non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum a suis superioribus, de vita, moribus & scientia examinati & approbati debent; ac ab eis habere licentiam, & cum ea se personaliter coram Episcopo præsentare, ab eoque petere benedictionem, tametsi eam non obtinuerint.

6. *Antequam prædicare incipiant*.) Si præsentatus fuerit prædicatori idoneus Ordinario, juxta hoc decretum, non est ei deneganda licentia. Nec potest Ordinarius ad libitum, & sine rationabili causa suspendere a prædicatione.

7. *In Ecclesiis vero*.) Consuetudine præsupposita, Prædicator deputatus ab Ordinario in aliquo populo prædicare in Ecclesiis regularium (etiamsi esset alterius ordinis) potest, & Episcopus potest Regulares compellere, si nolentes admittere externum in eorum Ecclesia ad prædicandum; ut servetur consuetudo: sed si prædicatores ejusdem ordinis habeti possint, cæteris paribus sunt præferendi.

8. *Cæterum*.) Et quando exprimitur, (*de licentia sui Superioris*.) in Ecclesia sæculari semper intelligitur Episcopus, nisi esset Ecclesia nullius Diœcesis; nec obstat, si iste superior esset exemptus.

9. *Præcipimus*.) Congregatio Concilii censuit, per confirmationem privilegiorum Regularium, a Sancta Sede Apostolica non derogatum huic Decreto Concilii, nisi in ipsis privilegiis apparcat expressa dispositio, quæ contraria sit dictæ dispositioni Concilii.

REMISSIONES.

a Vide late P. Valer. Reginal. in *praxi fori pœn. lib. 18. num. 118. cum seqq.* P. Joan. de la Crux *de statu Relig. l. 1. c. 7. dub. 2.* * Rice. in *prax. var. resol. c. 190.*

β *Prædicatio Evangelii*.) Concordat *Concil. Toletan. 11. c. 2. Concil. Carthag. 4. cap. 20. c. Episcopus nullam*, 21. *dist.* Repert. Inquis. *verbo, prædicatio*, Quarant. in *summa bullaris, verbo, prædicator.*

γ *Præcipuum Episcoporum munus*.) Declaratum fuisse per Clem. 2. non concedi prædicationem Episcopo extra suam diœcesim, cum possit prohiberi ab ordinario, cujus est diœcesis, testantur praxis *Archiepiscop. Neapolitan. cap. 58.* & Steph. Gratian. *discept. forensium cap. 393. a num. 9.* ubi *num. 11.* resolvit, quod privilegium Episcoporum, ut per universum mundum possint prædicare, juxta illud *Matth. 9. & Marci ult. & c. in nov. 21. dist.* intelligitur, nisi in alienis diœcesibus prohibeantur ab Episcopis illius loci, quasi potestas prædicandi sit intelligenda in proprio populo, non alieno, Fusc. *de visit. l. 2. cap. 20. n. 23. in fin.*

δ *Juxta formam generalis Concilii*.) Scil. Latet. *c. 10. sub Innoc. III.* Et refertur in *c. inter cætera, de offic. jud. ord.* † Rice. in *prax. var. c. 190.*

ε *Si legitime fuerint impediti*.) Concordat *Concil. Constant. 6. cap. 8. cap. exiit, §. habitur, etiam de verb. signif. Concil. Later. ult. sess. 11.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 18. num. 119.*

ζ *Regulares vero*, &c.) Vide late Fr. Eman. *q. Reg. tom. 1. quæst. 32. art. 1. cum seqq.* P. Valer. Reginald. in *praxi lib. 18. n. 123.* * Hugolin. *de offic. & potest. Episc. p. 1. c. 20. de gubern. Regular. §. 2. n. 2.*

η *Etiam in Ecclesiis suorum ordinum*.) Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit Regulares in Ecclesiis suorum ordinum prædicare volentes, non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum a suis superioribus de moribus, & scientia examinari & approbari debere, ac ab eis habere licentiam; & cum ea se personaliter coram Episcopo præsentare, ab eoque petere benedictionem, tametsi eam minime obtinuerint, teste Fr. Emman. *d. q. 32. art. 5.* resolvit P. Valer. Regin. *d. lib. 18. n. 123.* † Rice. in *prax. var. c. 190.*

θ *In Ecclesiis vero, quæ suorum ordinum non sunt*, &c.) Greg. XIII. concessit Societati Jesu, quod hujus sacræ religionis confessarii, ac prædicatores ab aliquo Ordinario semel approbati, & a suis superioribus ad hujusmodi munera deputati, quandocumque sive mari, sive terra iter faciunt, possint, non repugnantibus tamen curatis Parochialium Ecclesiarum, verbum Dei prædicare; & quorumcumque Christi fidelium confessiones audire, dummodo id non faciant in oppidis, aut locis, in quibus Ordinarii existunt, nisi eorum licentia desuper obtenta, refert Fr. Emman. *d. q. 32. art. 6.* ubi in fine dicit illo privilegio frui Prædicatores Ordinum Mendicantium, & alios, qui cum ipsis communicant in privilegiis concessis & concedendis.

ι *Si vero*,) Vide Fr. Emman. *q. Reg. tom. 2. q. 32. art. 8.* * Hugol. *d. c. 20. §. 2. n. 3.*

κ *Et tamquam Sedis Apostolicæ delegatus procedat*.) Vide Fr. Emman. *quæst. Reg. tom. 1. q. 8. art. 7.*

λ *Caveant præterea Episcopi*.) Vide Fr. Emman. *q. Reg. tom. 3. q. 32. art. 9.*

μ *Quæstores vero Eleemosynarii*.) Vide Cened. ad *Clem. & Extravag. collect. 9.* Fr. Emman. *d. q. 32. art. 11.*

ν Constitutum est apud Lusitanos per Ord. regiam. *lib. 3. tit. 103.* ne quæstores alicujus Sancti nomine petitoria faciemes permittantur, nisi regiæ literæ ostendantur: si aliter factum fit, omnes pecuniæ ab illis quæsitas quæstori redemptionis cæpuvorum tradendas præcipit, ut per Castro. *in praxi judicum & advocat. verbo, eleemosyna, num. 2.* practicatum fuisse refert Cabed. *p. 1. decis. 193.* Similis apud Hispanos extat *l. 1. & 2. tit. 8. l. 1. ord.* ubi Perez nunc *l. 1. tit. 9. l. 1. & lib. 37. tit. 8. lib. 3. novæ recopil.* ubi Azeved. vide Avend. *de exequendis mand. l. 3. c. 30.* & apud Gallos idem regii Senatus decretis dispositum asserit Renat. Chopin. *de sacra Politic. l. 3. tit. 5. an. 23.*

ξ *Cujuscumque conditionis existant*.) An comprehendat Mendicantes religiosos pro suorum conventuum sustentatione eleemosynas quæstuantes? Negant Navarr. *lib. 3. consil. tit. de Regular. consil. 79. num. 3.* latissime Fr. Emman. *q. Reg. tom. 2. quæst. 57. art. 7.*

Vide annotationes Card. de Luca ad *hoc caput 1. in appendice discurs. 3.*

SESSIO SEXTA

Celebrata die 13. mensis Januarii, M. D. XLVII

Decretum de Justificatione.

PROOEMIUM.

CUm hoc tempore, non sine multarum animarum jactura, & gravi Ecclesiasticæ unitatis detrimento, erronea quædam disseminata sit de justificatione doctrina; ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Ecclesiæ tranquillitatem & animarum salutem, sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea nomine Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pauli, divina Providentia Papæ III. Reverend. Dominis Dom. Joan. Maria Episcopo Prænestino, de Monte; & Marcello, tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis, exponere intendit omnibus Christi fidelibus veram sanamque doctrinam ipsius justificationis, quam Sol justitiæ Christus Jesus, (*a*) fidei nostræ auctor, & consummator docuit, Apostoli tradiderunt, & Catholica Ecclesia, Spiritu sancto suggerente, perpetuo retinuit: districtius inhibendo, ne deinceps audeat quisquam aliter credere, prædicare, aut docere, quam præsenti decreto statuitur, ac declaratur.

(*a*) Hebr. 12. 2.

CA-

quadragesima, debet Episcopus eam interim proprio sumptu conducere.

Episcopus debet sumptibus propriis conducere in Ecclesia Cathedrali aliquem prædicatorem, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus & immunitatibus, vide *cap. 4. sess. 24. de Reform.* Si communitas alicujus loci solet ex immemorabili consuetudine de mercede prædicatoris providere, ad eam de cæteto tribuendam cogenda est.

4. *Per se vel alios idoneos*, &c.) Ordinarius debet ipse eligere Prædicatores, nisi in contrarium sit consuetudo ab immemorabili tempore citra, & si curatores animarum per se volunt munus prædicationis obire, non debent impediri.

Nullius jurisd. 1349. Congregatio Concilii censuit cogendos esse curatos ad subeunda per se ipsos, & non per substitutos ea munia, ad quæ tenentur; tolerandos autem, ut per substitutum suppleant in illis tantum casibus, quibus expressis verbis Canonum, Decretorumve Concilii permissum est eis, ut per Vicarios, adjutores, vel substituros possint officio suo fungi.

5. *Etiam in Ecclesiis suorum ordinum*.) Regulares in Ecclesiis suorum ordinum prædicare volentes, non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum a suis superioribus, de vita, moribus & scientia examinati & approbati debent; ac ab eis habere licentiam, & cum ea se personaliter coram Episcopo præsentare, ab eoque petere benedictionem, tametsi eam non obtinuerint.

6. *Antequam prædicare incipiant*.) Si præsentatus fuerit prædicatori idoneus Ordinario, juxta hoc decretum, non est ei deneganda licentia. Nec potest Ordinarius ad libitum, & sine rationabili causa suspendere a prædicatione.

7. *In Ecclesiis vero*.) Consuetudine præsupposita, Prædicator deputatus ab Ordinario in aliquo populo prædicare in Ecclesiis regularium (etiamsi esset alterius ordinis) potest, & Episcopus potest Regulares compellere, si nolentes admittere externum in eorum Ecclesia ad prædicandum; ut servetur consuetudo: sed si prædicatores ejusdem ordinis habeti possint, cæteris paribus sunt præferendi.

8. *Cæterum*.) Et quando exprimitur, (*de licentia sui Superioris*.) in Ecclesia sæculari semper intelligitur Episcopus, nisi esset Ecclesia nullius Diœcesis; nec obstat, si iste superior esset exemptus.

9. *Præcipimus*.) Congregatio Concilii censuit, per confirmationem privilegiorum Regularium, a Sancta Sede Apostolica non derogatum huic Decreto Concilii, nisi in ipsis privilegiis apparcat expressa dispositio, quæ contraria sit dictæ dispositioni Concilii.

REMISSIONES.

a Vide late P. Valer. Reginal. in *praxi fori pœn. lib. 18. num. 118. cum seqq.* P. Joan. de la Crux *de statu Relig. l. 1. c. 7. dub. 2.* * Rice. in *prax. var. resol. c. 190.*

β *Prædicatio Evangelii*.) Concordat *Concil. Toletan. 11. c. 2. Concil. Carthag. 4. cap. 20. c. Episcopus nullam*, 21. *dist.* Repert. Inquis. *verbo, prædicatio*, Quarant. in *summa bullaris, verbo, prædicator.*

γ *Præcipuum Episcoporum munus*.) Declaratum fuisse per Clem. 2. non concedi prædicationem Episcopo extra suam diœcesim, cum possit prohiberi ab ordinario, cujus est diœcesis, testantur praxis *Archiepiscop. Neapolitan. cap. 58.* & Steph. Gratian. *discept. forensium cap. 393. a num. 9.* ubi *num. 11.* resolvit, quod privilegium Episcoporum, ut per universum mundum possint prædicare, juxta illud *Matth. 9. & Marci ult. & c. in nov. 21. dist.* intelligitur, nisi in alienis diœcesibus prohibeantur ab Episcopis illius loci, quasi potestas prædicandi sit intelligenda in proprio populo, non alieno, Fusc. *de visit. l. 2. cap. 20. n. 23. in fin.*

δ *Juxta formam generalis Concilii*.) Scil. Latet. *c. 10. sub Innoc. III.* Et refertur in *c. inter cætera, de offic. jud. ord.* † Rice. in *prax. var. c. 190.*

ε *Si legitime fuerint impediti*.) Concordat *Concil. Constant. 6. cap. 8. cap. exiit, §. habitur, etiam de verb. signif. Concil. Later. ult. sess. 11.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 18. num. 119.*

ζ *Regulares vero*, &c.) Vide late Fr. Eman. *q. Reg. tom. 1. quæst. 32. art. 1. cum seqq.* P. Valer. Reginald. in *praxi lib. 18. n. 123.* * Hugolin. *de offic. & potest. Episc. p. 1. c. 20. de gubern. Regular. §. 2. n. 2.*

η *Etiam in Ecclesiis suorum ordinum*.) Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit Regulares in Ecclesiis suorum ordinum prædicare volentes, non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum a suis superioribus de moribus, & scientia examinari & approbari debere, ac ab eis habere licentiam; & cum ea se personaliter coram Episcopo præsentare, ab eoque petere benedictionem, tametsi eam minime obtinuerint, teste Fr. Emman. *d. q. 32. art. 5.* resolvit P. Valer. Regin. *d. lib. 18. n. 123.* † Rice. in *prax. var. c. 190.*

θ *In Ecclesiis vero, quæ suorum ordinum non sunt*, &c.) Greg. XIII. concessit Societati Jesu, quod hujus sacræ religionis confessarii, ac prædicatores ab aliquo Ordinario semel approbati, & a suis superioribus ad hujusmodi munera deputati, quandocumque sive mari, sive terra iter faciunt, possint, non repugnantibus tamen curatis Parochialium Ecclesiarum, verbum Dei prædicare; & quorumcumque Christi fidelium confessiones audire, dummodo id non faciant in oppidis, aut locis, in quibus Ordinarii existunt, nisi eorum licentia desuper obtenta, refert Fr. Emman. *d. q. 32. art. 6.* ubi in fine dicit illo privilegio frui Prædicatores Ordinum Mendicantium, & alios, qui cum ipsis communicant in privilegiis concessis & concedendis.

ι *Si vero*,) Vide Fr. Emman. *q. Reg. tom. 2. q. 32. art. 8.* * Hugol. *d. c. 20. §. 2. n. 3.*

κ *Et tamquam Sedis Apostolicæ delegatus procedat*.) Vide Fr. Emman. *quæst. Reg. tom. 1. q. 8. art. 7.*

λ *Caveant præterea Episcopi*.) Vide Fr. Emman. *q. Reg. tom. 3. q. 32. art. 9.*

μ *Quæstores vero Eleemosynarii*.) Vide Cened. ad *Clem. & Extravag. collect. 9.* Fr. Emman. *d. q. 32. art. 11.*

ν Constitutum est apud Lusitanos per Ord. regiam. *lib. 3. tit. 103.* ne quæstores alicujus Sancti nomine petitoria faciemes permittantur, nisi regiæ literæ ostendantur: si aliter factum fit, omnes pecuniæ ab illis quæsitas quæstori redemptionis cæpuvorum tradendas præcipit, ut per Castro. *in praxi judicum & advocat. verbo, eleemosyna, num. 2.* practicatum fuisse refert Cabed. *p. 1. decis. 193.* Similis apud Hispanos extat *l. 1. & 2. tit. 8. l. 1. ord.* ubi Perez nunc *l. 1. tit. 9. l. 1. & lib. 37. tit. 8. lib. 3. novæ recopil.* ubi Azeved. vide Avend. *de exequendis mand. l. 3. c. 30.* & apud Gallos idem regii Senatus decretis dispositum asserit Renat. Chopin. *de sacra Politic. l. 3. tit. 5. an. 23.*

ξ *Cujuscumque conditionis existant*.) An comprehendat Mendicantes religiosos pro suorum conventuum sustentatione eleemosynas quæstuantes? Negant Navarr. *lib. 3. consil. tit. de Regular. consil. 79. num. 3.* latissime Fr. Emman. *q. Reg. tom. 2. quæst. 57. art. 7.*

Vide annotationes Card. de Luca ad *hoc caput 1. in appendice discurs. 3.*

SESSIO SEXTA

Celebrata die 13. mensis Januarii, M. D. XLVII

Decretum de Justificatione.

PROOEMIUM.

CUm hoc tempore, non sine multarum animarum jactura, & gravi Ecclesiasticæ unitatis detrimento, erronea quædam disseminata sit de justificatione doctrina; ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Ecclesiæ tranquillitatem & animarum salutem, sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea nomine Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pauli, divina Providentia Papæ III. Reverend. Dominis Dom. Joan. Maria Episcopo Prænestino, de Monte; & Marcello, tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis, exponere intendit omnibus Christi fidelibus veram sanamque doctrinam ipsius justificationis, quam Sol justitiæ Christus Jesus, (*a*) fidei nostræ auctor, & consummator docuit, Apostoli tradiderunt, & Catholica Ecclesia, Spiritu sancto suggerente, perpetuo retinuit: districtius inhibendo, ne deinceps audeat quisquam aliter credere, prædicare, aut docere, quam præsenti decreto statuitur, ac declaratur.

(*a*) Hebr. 12. 2.

CA-

CAPUT I.

De natura & lege ad justificandos homines imbecillitate.

PRimum declarat sancta Synodus ad justificationis doctrinam probe & sincere intelligendam, oportere, ut unusquisque agnoscat, & fateatur, quod (*a*) cum omnes homines in prævaricatione (*b*) Adæ innocentiam perdidissent, (*c*) facti immundi, & ut Apostolus inquit, (*c*) natura filii iræ, quemadmodum in decreto de peccato originali expositum est, usque adeo servi erant peccati, & sub (*d*) potestate Diaboli ac mortis, ut non modo gentes per vim naturæ, sed ne Judæi quidem per ipsam etiam literam legis Moysi, inde liberati, aut surgere possent; tametsi in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, (*e*) viribus licet attenuatum, & inclinatum.

a Coelest. I. epist. 1. c. 4. 1. Cor. 15. 8. m. 5. b Isaiæ 64. c Ephes. 2. ar. sup. sess. 5. in princ. d Rom. 6. & 7. Hebr. 2. e Conc. 2. Arausic. c. 25.

REMISSIONES.

a *Adæ innocentiam perdidissent.*) Concordat Cœlest. Papa I. *epist.* 2. *cap.* 4. & illud ad *Rom.* 5. *vers.* 12. *In omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt*; & illud 1. ad *Cor.* 15. *vers.* 22. *In Adam omnes moriuntur*; & illud *Isa.* 64. *vers.* 6. *facti sumus, &c.*

CAPUT II.

De dispensatione, & mysterio adventus Christi.

QUo factum est, ut cœlestis Pater, (*a*) pater misericordiarum, & DEUS totius consolationis, Christum Jesum, Filium suum, & ante legem, & legis tempore multis (*b*) sanctis Patribus declaratum, ac promissum, cum venit beata illa plenitudo (*c*) temporis, ad homines misesit, ut & Judæos, qui sub lege erant, redimeret: & (*d*) gentes, quæ non sectabantur justitiam, justitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent; hunc (*e*) proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris, non (*f*) solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

a 1 Cor. 2. b Gen. 49. cum sim. c Galat. 4. d Rom. 3. e Rom. 3. & 5. Col. 2. 1. Tim. 2. & 2. Tim. 1. c. multiplex de pœn. dist. 1. f 1. Joan. 2.

CAPUT III.

Qui per Christum justificantur.

a VErum, etsi ille pro omnibus mortuus (*a*) est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, sed ii dumtaxat, quibus meritum passionis ejus communicatur. Nam sicut revera homines, (*b*) nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur injusti; cum ea propagatione, per ipsum dum concipiuntur, propriam injustitiam contrahant; ita nisi in Christo renascerentur, numquam justificarentur, cum ea renascentia per meritum passionis ejus, gratia, qua justi fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos (*c*) semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, translulitque in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.

a 2. Cor. 5. b Alluſio ad verba Auguſt. ep. 89. omnes qui renascuntur in justificationi &c. quæ aliàs crebro inculcat, inf. can. 2. c Col. 2.

REMISSIONES.

a Vide Sayr. *de Sacram. in gen. l. 2. c. 2. §. 9. art. 3. vers. Tertio.*

CAPUT IV.

Insinuatur descriptio justificationis impii, & modus ejus in statu gratiæ.

a QUibus verbis justificationis impii descriptio insinuatur, ut sit translatio ab eo statu, in quo homo natus

a Gal. 4. Tit. 3. b Joan. 1. c. filius &c. non dubito, de consecrat. d. 4.

nascitur (*a*) filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Jesum Christum, salvatorem nostrum; quæ quidem translatio post Euangelium promulgatum, β sine lavacro regenerationis, γ aut ejus voto fieri non potest, sicut scriptum est: (*b*) Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

REMISSIONES.

a Vide Sayr. *de Sacram. in genere lib. 2. cap. 2. quæst. 9. art. 3. in fin.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censuris, tom. 1. quæst. 68. a n. 23.* Gabr. Vasquez *in 3. part. D. Thom. tom. 2. disp. 251. num. 18. & disp. 258. num. 27.*

β *Sine lavacro.*) Vide Sot. in 4. *dist. 5. quæst. 3. art. 2. col. 5.* D. Thom. *p. 3. qu. 68. art. 2. Veg. in Concil. Trid. lib. 9. cap. 4. fol. 220.*

γ *Aut ejus voto.*) Vide P. Ægid. *d. tom. 2. quæst. 62. num. 66.*

CAPUT V.

De necessitate præparationis ad justificationem in adultis, & unde sit.

a * DEclarat præterea ipsius justificationis exordium in adultis a Dei per Christum Jesum præveniente gratia sumendum esse: hoc est, ab ejus vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur; ut, qui per peccata a Deo aversi erant, per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiæ libere assentiendo & cooperando, disponantur; (*a*) ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe (*b*) qui illam & abicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit. Unde in Sacris literis; cum dicitur (*c*) β Convertimini ad me, & ego convertar ad vos; libertatis nostræ admonemur, cum respondemus: γ (*d*) Converte nos Domine ad te, & convertemur; DEI nos gratia præveniri confitemur.

a Inf. can. 3. b Prosp. l. 2. de voc. gent. cap. 22. & 29. c Zach. 1. a. Joel. 2. c. converte. nimini, de pœn. dist. 1. Thren. 5. d Hier. in fin. orat. & c. 31. a Rom. 10.

REMISSIONES.

a Vide Sot. in 4. *dist. 9. 2. art. 5. cap. 10.* Nav. in *man. c. 2. n. 29.* Balduin. Junium *super opera controvers. Bellarm. p. 2. l. 5. cap. 3. vers. Quæst. 2.* P. Ægid. *de Sacramen. & censur. tom. 2. disp. 2. dub. 4. n. 34.* * V. etiam Barth. Medinam *super D. Thom. l. 2. q. 112. art. 2. & q. 113. art. 3.*

β *Convertimini ad me.*) Concordat *textus in cap. convertimini de pœn. dist. 1.* & illud *Zach. 1. v. 3. Convertimini ad me, ait Dominus exercituum, & convertar ad vos*; & illud *Joel. 2. v. 12. Convertimini ad me in toto corde vestro.*

γ *Converte nos Domine ad te.*) Concordat illud *Jer. 31. v. 18. Converte me, & convertar*; & illud ejusdem *Jerem. in eod. v. 21. Converte nos Domine ad te, & convertemur.*

CAPUT VI.

Modus præparationis.

a * DIsponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia & adjuti, (*a*) fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes vera esse, quæ divinitus revelata & promissa sunt; atque illud inprimis a Deo justificari impium per gratiam ejus, per (*b*) redemptionem, quæ est in Christo Jesu, & dum peccatores se esse intelligentes, a divinæ justitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes, Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tamquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt, β † ac propterea moventur

b Rom. 5.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GENERAL

c Infr. c. 14. & Sess. 14. cap. 4. de contrito. &c.

tur (c) adversus peccata per odium aliquod & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, quam γ ante Baptismum agi oportet: denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare novam vitam, & servare divina mandata. De hac dispositione scriptum est: (d) Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Et, (e) Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et, (f) timor Domini expellit peccatum. Et (g) δ Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum, in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum; & accipietis donum Spiritus sancti. Et (h) ε Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare, quæcumque mandavi vobis. Denique, (i) Præparate corda vestra Domino.

d Hebr. 11.

e Marc. 2. & Matt. 9.

f Eccl. 2. & Act. 2. 6. c. agum. & c. propria. de cons. dist. 4.

h Matth. ult. Euntes. 2. c. 13. c. si qua. & c. propter conscr. dist. 4. & 1. dist. 7.

REMISSIONES.

α Vide Balduin. Junium super opera controvers. Bellarm. p. 2. lib. 5. cap. 3. vers. 9. P. Ægid. de Sacram. & censuris, tom. 2. disput. 2. quæst. dub. 6. n. 56.

* Vide etiam noviſſime tradita per P. Lud. Torres in ſuo ſingulari tract. de fide diſp. 41. dub. 3. & 7.

β Ac propterea.) Vide Nav. in man. c. 1. n. 38. † Medin. ubi ſupr. d. art. 2. col. 2. & q. 113. art. 4.

γ Ante baptiſmum.) Vide Nav. in c. nolo. de pœn. dist. 7. n. 10. P. Henriq. in ſum. lib. 1. n. 5. P. Soar. diſp. 7. ſect. 4. §. occurrebat. P. Ægid. 1. 62. art. 1. dub. 2. n. 31. cum ſeqq.

δ Et pœnitentiam agite.) Concordat text. in c. agun. & c. propter, de conſecr. diſt. 4. & illud actor. 2. v. 38.

ε Euntes ergo docete omnes gentes.) Concordat illud Matth. ult. v. 19. & illud Marc. ult. v. 15. & c. 1. c. ſi qua, cap. propter, de conſecr. dist. 4.

CAPUT VII.

Quid ſit juſtificatio impii, & quæ ejus cauſa.

HAnc diſpoſitionem ſeu præparationem juſtificatio ipſa conſequitur; quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio & renovatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ & donorum. Unde homo ex injuſto fit juſtus, & ex inimico amicus, ut ſit (a) hæres ſecundum ſpem vitæ æternæ. Hujus juſtificationis cauſæ ſunt, finalis quidem, gloria Dei & Chriſti, ac vita æterna: efficiens vero, miſericors Deus, qui gratuito (b) abluit & (c) ſanctificat, ſignans & ungens (d) Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ; meritoria autem, dilectiſſimus Unigenitus ſuus, Dominus noſter Jeſus Chriſtus: qui cum (e) eſſemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, ſua ſanctiſſima paſſione in ligno crucis nobis (f) juſtificationem meruit, & pro nobis DEO Patri ſatisfecit: inſtrumentalis item, Sacramentum Baptiſmi; quod (g) eſt Sacramentum fidei, ſine qua nulli unquam contigit juſtificatio: demum unica formalis cauſa eſt juſtitia DEI, non qua ipſe juſtus eſt; ſed qua nos juſtos facit: qua videlicet ab eo donati, renovamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modo reputamur, ſed vere juſti nominamur, & ſumus, juſtitiam in nobis recipientes, unuſquiſque ſuam ſecundum menſuram, quam (h) Spiritus ſanctus partitur ſingulis prout vult, & ſecundum propriam cujuſque diſpoſitionem & cooperationem. β Quamquam enim nemo poſſit eſſe juſtus, niſi cui merita paſſionis Domini noſtri Jeſu (i) Chriſti communicantur; id tamen in hac impii juſtificatione fit, dum ejuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito per Spiritum ſanctum charitas (K) Dei diffunditur in cordibus eorum, qui juſtificantur, atque ipſis inhæret, γ unde in ipſa juſtificatione cum remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Jeſum Chriſtum, cui inſeritur, fidem,

a Tit. 3.

b 1. Cor. 6.

c Tit. 3.

d Ephes. 1.

Infr. c. 10. fidem, ſpem, & charitatem: (l) nam fides, niſi ad eam ſpes accedat & charitas, neque unit perfecte cum Chriſto, neque corporis ejus vivum membrum efficit: qua ratione veriſſime dicitur, (m) Fidem ſine operibus mortuam & otioſam eſſe. Et, In (n) Chriſto Jeſu neque circumciſionem aliquid valere, neque præputium; ſed fidem quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptiſmi Sacramentum ex Apoſtolorum traditione Catechumeni ab Eccleſia petunt, cum petunt fidem, vitam æternam præſtantem; quam ſine ſpe & charitate fides præſtare non poteſt. Unde & ſtatim verbum Chriſti audiunt: (o) Si vis in vitam ingredi, ſerva mandata. Itaque veram & Chriſtianam juſtitiam accipientes, eam (p) ceu primam ſtolam, pro illa quam Adam ſua inobedientia ſibi & nobis perdidit, per Chriſtum Jeſum illis donatam, candidam & immaculatam jubentur ſtatim renati conſervare, ut eam perferant ante tribunal Domini noſtri Jeſu Chriſti, & habeant vitam æternam.

m Jac. 2. in fin. n Gal. 5. & 6. c. circ. cisio. de pœnit. diſtinct. 2.

e Matt. 19.

REMISSIONES.

α Vide Navar. in man. cap. 11. num. 13. ad finem. P. Ægid. de Coninck de Sacramentis & cenſuris, tom. 1. quæſt. 62. art. 1. dub. unic. num. 128. & quæſt. 69. num. 3. & tom. 2. diſp. 2. dub. 2. num. 17. & dub. 10. num. 84. cum ſeqq. Et. Joan. & de la Caux de ſtatu Relig. lib. 2. c. 2. dub. 3. concl. 2. reſ. 1.

* Quamquam enim nemo poſſit eſſe juſtus, &c.) Vide Vaſquez in 3. p. D. Thom. tom. 2. diſp. 231. n. 37.

γ Unde in ipſa, &c.) Vide P. Azoti inſtit. moral. p. 1. lib. 9. c. 3. q. 3.

CAPUT VIII.

Quomodo intelligatur, impium per fidem, & gratis juſtificari.

α Rom. 5. CUm vero Apoſtolus (a) dicit, juſtificari hominem per fidem & Conc. Trid. cum Gall.

gratis; ea verba in eo ſenſu intelligenda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit, & expreſſit; ut ſcilicet per fidem ideo juſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, * fundamentum, & radix omnis juſtificationis: (b) ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & ad filiorum ejus conſortium pervenire: gratis autem juſtificari ideo dicimur, quia nihil eorum, quæ juſtificationem præcedunt, ſive fides, ſive opera, ipſam juſtificationis gratiam promeretur; ſi (c) enim gratia eſt, jam non ex operibus: alioquin ut idem Apoſtolus inquit, gratia jam non eſt gratia.

b Heb. 11. Inf. Can. 9.

c Rom. 11. Ephes. 2. Tit. 3.

REMISSIONES.

* Quia fides eſt humanæ ſalutis initium.) Vide P. Molinam in concord. q. 14. art. 13. diſp. 44. §. deinde Concilium. P. Vaſquez 1. 2. diſp. 210. c. 7. n. 52. & P. Lud. Torres de fide diſp. 51. dub. 3. 6. & 7.

CAPUT IX.

Contra inanem hæreticorum fiduciam.

QUamvis autem neceſſarium ſit credere, neque remitti, neque remiſſa unquam fuiſſe peccata, niſi gratis divina miſericordia propter Chriſtum; nemini tamen fiduciam (a) & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum jactanti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe dicendum eſt, cum apud hæreticos & ſchiſmaticos poſſit eſſe, imo noſtra tempeſtate ſit, & magna contra Eccleſiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud aſſerendum eſt, oportere eos, qui vere juſtificati ſunt, abſque ulla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere, ſe eſſe juſtificatos, neminemque a peccatis abſolvi ac juſtificari, niſi

Tit. 3.

a Inf. Can. 12. & 15.

nisi cum, (b) qui certo credat se absolutum & justificatum esse; atque hac sola fide absolutionem, & justificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, deque mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque Sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet; sic quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest; cum nullus scire valeat certitudine fidei, * cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

b In 1. Can. 10.

REMISSIONES.

* Cum nullus scire valeat certitudine fidei.] Vide Jacob. Menoch. Cons. 82. num. 58. 69. & 70.

CAPUT X.

De acceptæ justificationis incremento.

SIc ergo justificati, & amici Dei ac domestici facti, (a) euntes de virtute in virtutem, renovantur; ut Apostolus inquit, de die in diem: hoc est, mortificando membra carnis suæ, & (b) exhibendo ea arma justitiæ in sanctificationem, per observationem mandatorum Dei, & Ecclesiæ, in ipsa justitia a per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus crescunt, atque magis justificantur, sicut scriptum est: (c) Qui justus est, justificetur adhuc. Et iterum: (d) Ne verearis usque ad mortem justificari. Et rursus: (e) Videtis, quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum. Hoc vero justitiæ incrementum petit sancta Ecclesia, cum orat: Da nobis Domine fidei, spei, & charitatis augmentum.

a Psal. 83. c. infra Can. 24. 2. Cor. 4. in fin. Colos. 3.
b Rom. 6. 4.
c Apoc. ult.
d Eccles. 4 Jac. 2.

REMISSIONES.

a In ipsa justitia.] Vide Sayr. in clavi regia, lib. 3. c. 4. & P. Azor. Inst. moral. p. 2. l. 4. c. 34. col. 552.

CAPUT XI.

De observatione mandatorum, deque illius necessitate & possibilitate.

NEmo autem, quantumvis justificatus, liberum se esse ab observatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa, & a Patribus sub anathemate prohibita voce uti, Dei præcepta homini justificato ad observandum esse impossibilia. Nam (a) DEUS (b) impossibilia non (c) jubet, sed (d) jubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis; & adjuvat, ut possis. (e) Cujus mandata gravia non sunt, cujus (f) jugum suave est, & onus leve. Qui enim sunt Filii DEI, Christum diligunt; qui (g) autem diligunt eum, ut ipsemet testatur, servant sermones ejus. Quod utique cum divino auxilio præstare possunt. Licet enim in hac mortali vita quantumvis sancti & justi in levia saltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse justi; (h) nam (i) justorum illa vox est & humilis, & veracis; Dimitte nobis debita nostra; quo fit, ut justi ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via justitiæ sentire debeant, quo liberati jam a peccato, (k) servi autem facti Deo, (l) sobrie, juste, & pie vivere proficere possint per Christum JESUM: per quem (m) accessum habuerunt in gratiam istam. (n) Deus namque (o) sua gratia semel justificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæredem esse

a Ex Aug. c. 43. lib. de nat. & gratia.
b 1. Joan. 5. 1. Cor. 13. & Aug. c. 25.
c Aug. ibi.
d Vide Hieron. in epist. ad Ctesiphon. 1. Joan. 3. Matt. 11. Joan. 17. Conc. Afr. c. 82. & 83. & Conc. Milevit. c. 7. 8. & 9. & Matt. 6. Luc. 11. 6. unum 21. dist. c. 3. hinc. & c. de quarto dist. 2. de pœn. dist. 3.
e Rom. 6. 1. Inf. can. 10.
f Aug. lib. de nat. & grat. c. 69. & Prosp. Sent. 7. ex C. Gallor. & respons. 22. ad 7. capit. Vincent. Rom. 4.

esse constitutum, hæreditatemque consecuturum, etiamsi Christo non (p) compatiatur, ut & conglorificetur. Nam & Christus ipse, ut inquit Apostolus, (q) cum esset filius DEI, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam; & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Propterea Apostolus ipse monet justificatos dicens: Nescitis, quod ii, qui (r) in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? sic currite, ut comprehendatis. (f) Ego igitur sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aerem verberans; sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo; ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar. Item princeps Apostolorum Petrus: (t) Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. (u) Unde constat, eos orthodoxæ religionis doctrinæ adversari, qui dicunt, justum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut quod intolerabilius est, pœnas æternas mereri; atque etiam eos, qui statuunt in omnibus operibus justos peccare, sine illis suam ipsorum socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, ut inprimis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam; (x) cum scriptum sit; inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem, & de Moyse dicat (y) Apostolus, quod respiciebat in remunerationem.

g Philip. 2.
h Hebr. 5.
i 1. Cor. 9.
k 1. Pet. 2.
l Inf. can. 25.
m Rom. 5.
n Aug. lib. de nat. & grat. c. 26. & Prosp. Sent. 7. ex C. Gallor. & respons. 22. ad 7. capit. Vincent. Rom. 4.
o Inst. Can. 23. Pl. 2. 11.
p Rom. 8. 17.
q Hebr. 11.
r 1. Cor. 9.
s 1. Cor. 9.
t 2. Pet. 1.
u Inf. can. 25.
x Inst. Can. 23. Pl. 2. 11.
y Hebr. 11.

CAPUT XII.

Prædestinationis temerariam præsumptionem excludam esse.

NEmo quoque, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinæ prædestinationis mysterio usque adeo præsumere debet, ut certo statuat, se omnino esse in numero prædestinatorum; (a) quasi verum esset, qui justificatus aut amplius peccare non possit, aut si peccaverit, certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Nam, nisi ex speciali revelatione, scire non potest, quos DEUS sibi elegerit.

Inst. Can. 15. & 16. corrigitur, in fin. 24. 9. 5.

a Exod. 11. Galat. 3.

REMISSIONES.

a Vide text. in cap. corripiantur, in fin. 24. quæst. 3. & Menoch. cons. 82. ex num. 57. & 63.

CAPUT XIII.

De perseverantiæ munere.

SImiliter de perseverantiæ munere, de quo scriptum est: (a) Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit; quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est eum, (b) qui stet, statuere, ut perseveranter stet, & cum qui cadit, restituere; nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur; tamesi in Dei auxilio firmissimam spem collocate, & reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut (c) cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle & perficere. Verumtamen qui se (d) existimant stare, videant ne cadant; & cum (e) timore ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus & oblationibus, in jejuniis & castitate. Formidare enim debent scientes (f) quod in spem gloriæ, & nondum in gloriam renati sunt de pugna, quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo; in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti: (g) Debitores sumus non carni, ut secun-

a Matt. 10. & 24. c. suggestit. 7. 13. & c. non recte. debantur. de pœnit. dist. 3. Inf. Can. 16. & 22. Ezech. 18.
b Rom. 14. Philip. 1. 1. Cor. 1.
c Ph. 1. 6. & 2.
d 1. Cor. 1.
e Philip. 2.
f 1. Pet. 1. 6.
g Rom. 8.

dum carnem vivamus; si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

REMISSIONES.

a Vide P. Ægid. de Coninck de Sacr. & sens. tom. 2. disp. 2. n. 154.

CAPUT XIV.

De lapsis, & eorum reparatione.

a Inf. Can. 23. & 29.

a QUi vero accepta (a) justificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus justificari poterunt, cum excitante Deo per pœnitentiæ Sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim justificationis modus est lapsis reparatio: quam secundum post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti (b) Patres apte nuncuparunt. Etenim pro iis, qui post Baptismum in peccata labuntur, Christus Jesus Sacramentum instituit Pœnitentiæ, cum dixit: (c) Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Unde docendum est, Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multo aliam esse a baptismali, eaque contineri non modo cessationem a peccatis, & eorum detestationem, (d) aut cor contritum & humiliatum; verum etiam eorumdem sacramentalem Confessionem saltem in voto, & suo tempore faciendam, & sacerdotalem absolutionem; itemque Satisfactionem per jejunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia; non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto, una cum culpa remittitur; & sed pro pœna temporali, quæ, ut Sacræ literæ docent, non tota semper, ut in Baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quam

b Hier. in epist. 3. ad Demetr. quæ inclusa est, inter opera forsan ex Tertull. l. de pœn. c. secunda post naufragium, de pœnit. dist. 1.

c Joan. 20. Matt. 16. c. ut constituerunt. 50. dist. c. ut evidenter. 1. q. 1. cum sim. inf. sect. 14. de pœnit. c. 2. 3. & 4. d Psal. 50. c. sacrificium, de pœnit. dist. 1.

(e) acceperunt, ingrati Spiritum sanctum contristaverunt, & (f) templum (g) Dei violare non sunt veriti. De qua pœnitentia scriptum est: Memor esto, unde excideris: age pœnitentiam, & prima opera fac. Et iterum: (h) Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Et rursus: (i) Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ.

e Ita Flor. Concil. in decretis Eugenii.

f Eph. 4. g. 1. Cor. 3. h 2. Cor. 7. quia sunt dictus 50. dist. & c. miror. de pœnit. dist. 1. i 2. Cor. 5. Marc. 1. & 4.

REMISSIONES.

a Vide Sayr. de Sacram. in genere, lib. 2. c. 2. q. 8. art. 3. v. Quo supposito.

b Sed pro pœna temporali, &c.) Vide Fr. Emman. in explic. Bullæ Cruciatæ, fundam. 1. sol. 3. P. Ægid. de Sacram. tom. 2. disp. 4. num. 23.

CAPUT XV.

Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.

ADversus etiam hominum quorumdam callida ingenia, qui (a) per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est, non modo infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur; sed etiam quocumque alio mortali peccato, quamvis non amittatur fides, acceptam justificationis gratiam amitti, divinæ legis doctrinam defendendo: (b) quæ a regno Dei non solum infideles excludit, sed (c) & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosque omnes, qui lethalia committunt peccata; a quibus cum divinæ gratiæ adjumento abstinere possunt, & pro quibus a Christi gratia separantur.

a Tusc. Can. 27. Rom. 16.

b 1. Tim. 6.

c 1. Tim. 1. & 2. Cor. 6.

CA-

CAPUT XVI.

De fructu justificationis, hoc est, de merito bonorum operum, deque ipsius meriti ratione.

a HAc igitur ratione justificatis hominibus, sive acceptam gratiam perpetuo conservaverint, sive amissam recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba: (a) Abundate in omni opere bono, scientes quod labor vester non est inanis in Domino; (b) non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius. Et nolite (c) amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Atque ideo bene operantibus usque in finem, * & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, & tamquam gratia filiis Dei per Christum Jesum misericorditer promissa, & tamquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hæc d est enim illa corona (d) justitiæ, quam post suum certamen & cursum repositam sibi esse ajebat Apostolus, a justo judice sibi reddendam; non solum autem sibi, sed & omnibus, qui diligunt adventum ejus. Cum enim ille ipse Christus Jesus tamquam caput in membra, & tamquam vitis in palmites, in ipsos justificatos jugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possent; nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est; quo minus plene illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, divinæ legi pro hujus vitæ statu satisfecisse, & vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, vere promeruisse censeantur; *Conc. Trid. cum Gall.*

a 1. Cor. 15.

b Hebr. 6. c. non est tam injustus de pœnit. dist. 2.

c Hebr. 10. in fin. infra c. 26.

d 2. Tim. 4.

a Joan. 4.

cum Christus Salvator noster dicat: (e) Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ita neque propria nostra justitia, tamquam ex nobis propria statuitur; neque ignoratur aut repudiatur justitia Dei. Quæ enim justitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhærentem justificamur; illa eadem Dei est, quia a Deo nobis infunditur per Christi meritum. Neque vero illud omittendum est, quod licet bonis operibus in sacris literis usque adeo tribuatur, ut etiam (f) qui uni ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus eum non esse sua mercede carituram; & Apostolus (g) testetur, id quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis; absit tamen, ut Christianus homo in se ipso vel confidat, (h) vel glorietur, & non in Domino; cujus tanta est erga omnes homines bonitas, ut (i) eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. (K) Et quia in multis offendimus omnes; unusquisque sicut misericordiam & bonitatem, ita severitatem & judicium ante oculos habere debet, neque se ipsum aliquis, (l) etiam si nihil sibi conscius fuerit, judicare: quoniam omnis hominum vita non humano judicio examinanda est, sed Dei: (m) qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique a Deo, qui, ut scriptum est, (n) reddet unicuique secundum opera sua.

e Joan. 4.

f Matt. 10. in fin. & Matt. 9. circa fin.

g 2. Cor. 3.

h 1. Cor. 1. in fin. 2. Cor. 10. in fin. Gal. 6. Hier. 9.

i Pet. ep. Coelest. 1. c. 12. & Jac. 3.

l 1. Cor. 4.

m Ibid.

n Matt. 16. Rom. 2.

Post hanc Catholicam de justificatione doctrinam, quam nisi quisque fideliter firmiterque receperit, justificari non poterit; placuit sanctæ Synodo, hos Canones subjungere, ut omnes sciant, non solum quid tenere & sequi, sed etiam quid vitare & fugere debeant.

REMISSIONES.

a Vide P. Vasq. in 3. q. D. Thom. tom. 2. q. 152. n. 20. P. Ægid. de Sacram. & Censuris, tom. 2. disp. 2. dub. 20. n. 160. cum seqq. & disp. 4. n. 14. * Bene operantibus usque in finem.) Vide Menoch. in cons. 82. n. 5.

DE JUSTIFICATIONE.

CANON I.

a Sup. c. 1. & 3. Rom. 3. Conc. 15. A Si quis dixerit, (o) hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam fiant, absque divina per Jesum Christum gratia posse justificari coram DEO; anathema sit.

REMISSIONES.

A Vide Sot. in 4. dist. 14. quæst. 2. art. 3. num. 3. Nav. in man. præludi. 3. num. 10. cum seqq.

CANON II.

Si quis dixerit, ad hoc solum divinam gratiam per Christum Jesum dari, ut facilius homo (p) juste vivere, ac vitam æternam promereri possit; quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed ægre tamen & difficulter possit; anathema sit.

b Concil. Milevit. c. 5. Concil. Araus. c. 8. & cap. ult. de consecrat. dist. 5.

CANON III.

A Si quis dixerit, sine præveniente (q) Spiritus sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, diligere aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur; anathema sit.

q Concil. Araus. 2. c. 6. sup. c. 5. Rom. 5.

REMISSIONES.

A Vide Vega. de justific. quæst. 9. & 11. Castr. adversus hæres. verbo gratia. Nav. in man. cap. 27. num. 290. P. Ægid. de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 2. dub. 4. num. 34.

CANON IV.

Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quoad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac præparet, neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, meroque passive se habere; anathema sit.

CANON V.

* Si quis liberum hominis (r) arbitrium post Adæ peccatum amissum & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imo titulum sine re, figmentum denique a Satana invectum in Ecclesiam; anathema sit.

r Vide Aug. l. 1. contra 2. Epist. Pelag. c. 4.

REMISSIONES.

* Vide Aug. lib. 1. cont. 2. epist. Pelag. cap. 2.

CANON VI.

a * Si quis dixerit, (s) non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala opera ita, ut bona, Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie & per se, adeo ut sit proprium ejus opus, non minus proditio Judæ, quam vocatio Pauli; anathema sit.

s Vide Aug. l. 2. contra duas epist. Pelag. & lib. Prosper. Sent. 20. ad c. Gallorum & resp. ad 2. object. Vincent. Joan. 1. Concil. Araus. 2. circa fin.

REMISSIONES.

A Vide Sot. in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 1. colum. 3. * August. lib. 2. cont. 2. epist. Pelag. cap. 3.

CANON VII.

A Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante justificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare; anathema sit.

RE-

REMISSIONES.

A Vide Navar. in comment. de Jubileo, & indult. fol. 37. P. Azori Instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 21. col. 826.

CANON VIII.

t Phil. 1. Luc. 11. & Marc. 9. 10 fin. A Si quis dixerit, (t) gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere; anathema sit.

REMISSIONES.

A Vide P. Azor. d. cap. 25. col. 826.

CANON IX.

u Sup. c. 1. & 2. A Si quis dixerit, (u) sola fide impium justificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod ad justificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse, eum suæ voluntatis motu præparari atque disponi; anathema sit.

REMISSIONES.

A Vide P. Gabr. Vasquez in 3. D. Thom. tom. 2. disp. 134. n. 56.

CANON X.

x Sup. c. 7. Gal. 2. 5. Ephes. 1. & 4. Si quis dixerit, homines (x) sine Christi justitia, per quam nobis meruit, justificari, aut per eam ipsam formaliter justos esse; anathema sit.

CANON XI.

y Rom. 5. A Si quis dixerit, homines justificari vel sola imputatione justitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate, quæ in cordibus (y) eorum per Spiritum sanctum diffundatur, atque illis inhæreat; aut etiam gratiam, qua justificamur, esse tantum favorem Dei; anathema sit.

REMISSIONES.

A Vide Sot. in 4. d. 14. q. 2. art. 3. col. 3. Navar. in Man. præludi. 3. num. 7. Suyr. de Sacram. in genere, lib. 2. cap. 2. quæst. 9. art. 3. vers. Quæd.

CANON XII.

Si quis dixerit, (z) fidem justificantem nihil aliud esse quam fiduciam divinæ misericordiæ, peccata remittentis propter Christum; vel eam fiduciam solam esse, qua justificamur, anathema sit. z Sup. c. 9.

CANON XIII.

a Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, ut credat certo, & absque ulla hæsitatione propriæ infirmitatis & indispositionis, peccata sibi esse remissa, anathema sit.

REMISSIONES.

a Vide Navar. in tract. de oration. cap. 22. num. 42.

CANON XIV.

a Sup. c. 9. * Si quis dixerit, (a) hominem a peccatis absolvi ac justificari ex eo, quod se absolvi ac justificari certo credat, aut neminem vere esse justificatum, nisi qui credat se esse justificatum, & hac sola fide absolutionem & justificationem perfici; anathema sit.

REMISSIONES.

* Vide Castr. Adversus hæres. lib. 7. verb. Gratia hæres. 3. Menoch. cons. 82. ex num. 58.

CANON XV.

b Aug. c. 23. lib. de correp. & gratia sup. c. 22. * Si quis dixerit, (b) hominem renatum, & justificatum teneri ex fide ad credendum, se certo esse in numero prædestinatorum; A anathema sit.

C 4 RE-

REMISSIONES.

b Vide Castr. *super lib. 12. v. prædestinatio.* Menoch. *d. consil. 82. ex num. 37.* Augustin. *cap. 13. lib. de corrept. & gratia sup. cap. 12.*

a *Prædestinatorum.*) Vide Navar. in *c. novit. de Judic. notabi. 2. num. 5.*

CANON XVI.

Si quis (*e*) magnum illud usque in finem perseverantiæ donum & certo habiturum, absoluta & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc a ex speciali * revelatione didicerit; anathema sit.

e Aug. lib. de bono persev. c. 13. sup. c. 12. Galat. 1. Exech. 18.

REMISSIONES.

a *Ex speciali.*) Vide Navar. in *man. cap. 2. num. 30. & cap. 11. num. 7. & in tract. de orat.* Medellan. *30. num. 150. ad finem.*

* Vide August. *lib. de bono persever. cap. 13. sup. cap. 12. & 13. & in d. cap. novit notabi. 2. num. 5.*

CANON XVII.

Si quis justificationis gratiam non nisi prædestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos vero omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, utpote (*d*) divina potestate prædestinatos ad malum, anathema sit.

d Concil. Arausi. 2. c. 25.

CANON XVIII.

A Si quis dixerit, (*e*) Dei præcepta homini etiam justificato, & sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia; anathema sit.

e Sup. c. 11. 1. Joan. 5.

REMISSIONES.

A Vide Castr. *adversus hæreses verbo præceptum.* Navar. *in man. cap. 11. ad fin.* P. Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 2. dub. 19. num. 154.*

CANON XIX.

Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cætera esse indifferentia; neque præcepta, neque prohibita, sed libera, aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit.

CANON XX.

A Si quis hominem justificatum, & (*f*) quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei & Ecclesiæ, sed tantum ad credendum; quasi vero Evangelium sit nuda, & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione observationis mandatorum; anathema sit.

f Similis error ex Regardo rum a Concilio Vicentensi damnatorum sup. c. 18.

REMISSIONES.

A Vide Sayr. in *Clavi regia lib. 3. cap. 4.* P. Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 4. cap. 34. col. 552.* P. Valen. Regnal. in *praxi fori pœnit. lib. 13. cap. 17. n. 176.*

CANON XXI.

Si quis dixerit, Christum Jesum a Deo hominibus datum fuisse, ut redemptorem, cui fidant, non etiam ut legislatorem, cui obediant, anathema sit.

CANON XXII.

A Si quis dixerit, (*g*) justificatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta justitia perseverare posse, vel cum eo non posse; anathema sit.

g Sup. c. 13.

REMISSIONES.

A Vide P. Ægid. *de Sacram. & censurâ tom. 1. quæst. 62. art. 2. num. 105. & quæst. 73. num. 47. & 50.*

CANON XXIII.

A Si quis hominem semel justificatum dixerit (*h*) amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur & peccat, numquam vere fuisse justificatum, aut contra, posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum

h Sup. c. 10.

dum de beata Virgine tenet Ecclesia; anathema sit.

REMISSIONES.

a Vide D. Thom. *p. 3. quæst. 84. art. 16. & in 4. dist. 4. quæst. 1.* Sayr. in *clavi regia, lib. 6. cap. 3. num. 9.*

CANON XXIV.

i Sup. c. 10. Si quis dixerit, (*i*) justitiam acceptam non conservari, atque etiam augeri coram Deo per bona opera; sed opera ipsa fructus solummodo, & signa esse justificationis adeptæ, non autem ipsius augendæ causam; anathema sit.

CANON XXV.

A Si quis in quolibet bono opere justum (*K*) saltem venialiter peccare dixerit, aut, quod intolerabilius est, mortaliter, atque ideo pœnas æternas meteri; tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem; anathema sit.

K Sup. c. 11. in fin.

REMISSIONES.

a Vide Navar. in *c. 14. q. 1. num. 20.*

CANON XXVI.

l Sup. c. 16. Si quis dixerit, (*l*) justos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare & sperare æternam retributionem a Deo per ejus misericordiam, & Jesu Christi meritum, si bene agendo, & divina mandata custodiendo usque (*m*) in finem perseveraverint; anathema sit.

m Matt. 24.

CANON XXVII.

1. Cor. 6. sp. c. 15. A Si quis dixerit, (*n*) nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio, quantumvis gravi, & enormi, præterquam infidelitatis peccato semel acceptam gratiam amitti; anathema sit.

REMISSIONES.

A Vide P. Gab. Vasquez in *1. p. D. Thom. tom. 2. disp. 156. num. 63. in fine.*

CANON XXVIII.

A Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti; aut fidem, quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viva; aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum; anathema sit.

REMISSIONES.

A Vide Covat. in *cap. alma. p. 1. in initio.*

CANON XXIX.

Si quis dixerit, (*o*) eum, qui post Baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere; aut posse quidem, sed sola fide amissam justitiam recuperare sine sacramento Pœnitentiæ, prout sancta Romana & universalis Ecclesia a Christo Domino & ejus Apostolis edocta, hucusque professa est, servavit & docuit; anathema sit.

o Sup. c. 14.

CANON XXX.

A Si quis post acceptam justificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, (*p*) ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exsolvendæ vel in hoc sæculo, vel in futuro in (*q*) purgatorio, antequam ad regna cœlorum aditus patere possit; anathema sit.

p Sess. 14. c. 8.

q Sess. 25. in pr.

REMISSIONES.

A Vide *Repertor. Inquisit. verbo culpam, cum addit.* P. Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 11. num. 1. & 36.*

CANON XXXI.

A Si quis dixerit, justificatum peccare, (*r*) dum intuitu æternæ mercedis bene operatur; anathema sit.

r Sup. c. 11. in fin.

RE-

REMISSIONES.

A Vide Navar. in *Man. c. 17. n. 209.* Lud. Bejam. *resp. super. casuum conscient. p. 2. c. 24. fol. 244.* & Sanch. in *præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 35. num. 3.*

CANON XXXII.

A Si quis dixerit, hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita; aut, ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum; anathema sit.

REMISSIONES.

A Vide Sayr. *de Sacram. in genere lib. 2. cap. 2. quæst. 9. art. 3.*

CANON XXXIII.

Si quis dixerit, per hanc doctrinam Catholicam de justificatione, a sancta Synodo hoc præsenti decreto expressam, aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis JESU Christi Domini nostri derogari, & non potius veritatem fidei nostræ, Dei denique ac Christi JESU gloriam illustrari; anathema sit.

Decretum de Reformatione.

CAPUT I.

Prælati non residentes minime possunt suum ministerium implere: renovantur canones aliquando promulgati contra non residentes: modusque datur contra Episcopos absentes a propria diœcesi per sex menses continuos.

1. * EAdem sacrosancta Synodus, eisdem præsidentibus Apostolicæ Sedis Legatis, ad restituendam collapsam admodum Ecclesiasticam disciplinam, depravatosque in Clero & populo Christiano mores emendandos se accingere volens, ab iis, qui majoribus Ecclesiis præsunt, initium censuit esse sumendum; integritas enim præsidentium salus est subditorum. Confidens itaque per Domini ac Dei nostri misericordiam, providamque ipsius Dei in terris Vicarii solertiam, omnino futurum, ut ad Ecclesiarum regimen, onus quippe Angelicis humeris formidandum, qui maxime digni fuerint, quorumque prior vita, ac omnis ætas, a puerilibus exordiis usque ad perfectiores annos per disciplinæ stipendia Ecclesiasticæ laudabiliter acta, testimonium præbeat, secundum venerabiles beatorum (a) Patrum sanctiones assumantur; omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque, quovis nomine ac titulo præfectos monet, ac monitos esse vult, ut (b) attendentes sibi, & universo gregi, in quo Spiritus sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, vigilent, sicut Apostolus præcipit, (c) in omnibus laborent, & ministerium suum impleant. Implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ovium suarum, quarum (d) sanguis de eorum est manibus a supremo judice requirendus, custodiæ minime incumbant; cum certissimum sit, (e) non admitti pastoris excusationem, si lupus oves comedit, & pastor pereit. Ac nihilominus, quia nonnulli, quod vehementer doleudum est, hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam salutis immemores, terrenisque cœlestibus, ac divinis humana præferentes, in diversis curiis vagantur, aut in negotiorum temporalium sollicitudine, ovili de-

a in Sanct. & c. Epist. 61. fol. 6. fin. ruffil. & uni. Sess. 14. de ref. c. 1.

b Act. 20.

c 2. Tim. 4. Joan. 21. & fil. rector. 23. dist. c. adverlus. 7. q. 1. c. Sacerdotes & de magnific.

d Exech. 33. & Act. 20.

e Epist. 18. dist. c. 1. 23. q. 1. & Inst. Sess. 14. c. 7. in fin. de refor.

f c. pervenit cum multis seq. 7. q. 1. de cler. non resid. per tot. & c. cum ex eo, de elect. in 6. & dict. in cæteris.

g Vid. Sess. 23. c. 1. de reform. ubi causæ subindicantur.

h c. ex tua de cler. non resid. cæpondum §. porro, ut lite non cont.

i Inf. Sess. 23. de reform. c. 1. & 2.

k Vide P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 5. n. 58.*

l Vide etiam Jacobat. *de Concil. lib. 3. n. 8.* Covat. *lib. 3. variar. c. 13. n. 9.* Cened. *collect. 30. ad sextum nunc 32.* ubi late Bobadil. *tom. 1. suæ Politicæ lib. 2. c. 9.* Camill. Borell. *conf. 2. n. 16.*

m Antiquis canonibus.) Videlicet *c. pervenit. cum multis seq. 7. q. 1. cap. cum ex eo, de elect. lib. 6.*

n Si quis a Patriarchali, &c.) Vide P. Azor. *Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 6. col. 823.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 41. num. 9.*

o Justis & rationalibus causis cessantibus, &c.) Quæ autem sint hujusmodi causæ, habes *inf. sess. 23. cap. 1. & 2. de reform.* & in *cap. ex tua, de cler. non resid.* & in *cap. quoniam, §. porro, ut lite non contestata.*

p * Sex mensibus continuis,) Vide Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. can. c. 51.* & Trevisan. *decis. 42. lib. 2.*

q Quarta parti fructuum unius anni, &c.) Vide Fr. Emman. in *addit. ad bullam Cruciatæ, part. 2. fol. mihi 213. verso.*

r De Pastoribus utilioribus,) Concordat *text. in cap. ex tua, de clericis non residentib. cap. quoniam. §. porro, ut lite non contestat.*

dereliçto, atque ovium sibi commissarum cura neglecta, se detinent occupatos; placuit Sacrosanctæ (f) Synodo, ß antiquos canones, qui temporum atque hominum (g) incuria paene in desuetudinem abierunt, adversus non residentes promulgatos innovare, quemadmodum virtute præsentis decreti innovat, ac ulterius, pro summoti eorumdem residentia, & reformandis in Ecclesia moribus, in hunc, qui sequitur, modum statuere atque sancire. γ Si quis a Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, seu Cathedrali Ecclesia sibi quocumque titulo, causa, nomine, seu jure commissa, quacumque ille dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeat, legitimo impedimento, seu justis (h) & rationalibus (i) causis cessantibus † sex mensibus continuis * extra suam diœcesim morando abfuerit; δ quartæ partis fructuum unius anni, fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus loci per superiorem Ecclesiasticum applicando rum pœnam ipso jure incurrat. (K) Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat. Crescente vero contumacia, ut severiori sacrorum canonum censuræ subiiciatur, Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum vero absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens pœnam interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incurrendam infra tres menses per literas seu quantum Romano Pontifici denunciare teneatur: qui si ipsos absentes, prout cujuscumque major aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ Sedis auctoritate animadvertere, & Ecclesiis ipsis (l) de Pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire.

f c. pervenit cum multis seq. 7. q. 1. de cler. non resid. per tot. & c. cum ex eo, de elect. in 6. & dict. in cæteris.

g Vid. Sess. 23. c. 1. de reform. ubi causæ subindicantur.

h c. ex tua de cler. non resid. cæpondum §. porro, ut lite non cont.

i Inf. Sess. 23. de reform. c. 1. & 2.

k Vide P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 5. n. 58.*

l Vide etiam Jacobat. *de Concil. lib. 3. n. 8.* Covat. *lib. 3. variar. c. 13. n. 9.* Cened. *collect. 30. ad sextum nunc 32.* ubi late Bobadil. *tom. 1. suæ Politicæ lib. 2. c. 9.* Camill. Borell. *conf. 2. n. 16.*

m Antiquis canonibus.) Videlicet *c. pervenit. cum multis seq. 7. q. 1. cap. cum ex eo, de elect. lib. 6.*

n Si quis a Patriarchali, &c.) Vide P. Azor. *Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 6. col. 823.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 41. num. 9.*

o Justis & rationalibus causis cessantibus, &c.) Quæ autem sint hujusmodi causæ, habes *inf. sess. 23. cap. 1. & 2. de reform.* & in *cap. ex tua, de cler. non resid.* & in *cap. quoniam, §. porro, ut lite non contestata.*

p * Sex mensibus continuis,) Vide Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. can. c. 51.* & Trevisan. *decis. 42. lib. 2.*

q Quarta parti fructuum unius anni, &c.) Vide Fr. Emman. in *addit. ad bullam Cruciatæ, part. 2. fol. mihi 213. verso.*

r De Pastoribus utilioribus,) Concordat *text. in cap. ex tua, de clericis non residentib. cap. quoniam. §. porro, ut lite non contestat.*

REMISSIONES.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA DE SALAMANCA

CAPUT II.

Nulli obtinenti beneficium, quod requirit residentiam, licet non residere, nisi ob rationabilem causam ab Episcopo approbandam, deputandi nihilominus Vicarii ob curam animarum, &c.

1. a EPiscopis inferiores, quævis beneficia Ecclesiastica, 2. personalem residentiam de jure sive consuetudine exigentia, 3. in titulum sive commendam obtinentes, ab eorum Ordinariis, quemadmodum eis pro bono Ecclesiarum regimine, & divini cultus augmento, 4. locorum * & personarum qualitate pensata, 5. expediens videbitur, opportunis juris remediis, 6. residere cogantur

tur †: β nullique privilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis, (a) suffragentur. Indulgentiis vero & dispensationibus temporalibus, ex veris & 7. γ rationabilibus causis tantum concessis, & coram Ordinario legitime probandis, in suo robore permansuris: quibus casibus nihilominus officium sit Episcoporum, tamquam in hac parte a Sede (b) Apostolica delegatorum, providere, ut per deputationem idoneorum vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur: nemini quo ad hoc, privilegio seu exemptione quacumque suffragante.

a c. fin. de ref. in 6.

b c. cum eo de elect. in 6. c. benefic. de reg. eod. lib. & inf. sess. 7. c. 5. & 7. de ref.

DECLARATIONES.

De residentia Episcoporum ample agitur *sess. 23. c. 1. de Reform.*

1. *Episcopis inferiores.*) De residentia Parochorum vide similiter ut supra; nam circa residentiam attenditur ordinatio dispositio *d. cap. 1. sess. 23. de reform.*

2. *Personalem residentiam.*) Obtinens beneficium, licet adiit titulus alicujus Sancti, dummodo sit simplex, non tenetur in eo residere, nec cum ad residentiam potest cogere Episcopus.

Congregatio Concilii censuit rectores habentes Parochianos intra & extra civitatem, licet hi, qui extra sunt, plures & magni numeri sint, qui per Vicarios amovibiles regebantur, oportere residere in loco, in quo sua est Ecclesia Parochialis, & ideo si ea intra mœnia civitatis sit, ibi ipsos residere oportere. Quod si Parochiani, qui extra civitatem habitant, ob locorum distantiam vel difficultatem patiantur incommoda in percipiendis sacris & divinis officiis audiendis, succurrendum illis esse remedio *c. ad audientiam, de Eccles. ædif. & decret. Concilii Sess. 21. cap. 4.* Quod si essent duæ Ecclesiæ intus & extra, & una tantum parochia, rectorem debere residere in Ecclesia, quæ est intra civitatem.

3. *In titulum sive commendam, &c.*) Quando Abbatia cura & conventu caret, non est Abbas cogendus residere. Vide *Sess. 23. c. 1. de Ref. §. & alii.*

4. *Locorum & personarum qualitate pensata.*) Nulli tamen est adiiciendum onus extra fundationem beneficii aut consuetudinem.

5. *Expedient videbitur.*) Per hoc non datur facultas Ordinariis dispensandi a residentia ex quavis ratione.

6. *Residere cogantur, &c.*) Provisus ab inferiori collatore de beneficio personalem residentiam requirente, compellendus est per Ordinarium ad residendum.

Habens Archidiaconatum Palentin. in eo tamquam in digniori loco residere debet, & ibi residens potest percipere omnes fructus Thesaurariæ Legionen. præterquam distributiones quotidianas, in quas si Thesaurariæ ipsius ex *decret. Concilii Sess. 21. cap. 3.* esset conversa tertia pars, illam percipere non posset, nisi ibi resideret atque interviret.

Episcopus obtinens beneficia simplicia, non potest cogi ad aliquod personale servitium suis beneficiis impendendum: cum ex antiquissima totius Ecclesiæ consuetudine non teneatur, nisi ad officium recitandum.

Episcopus non potest cogere obtinentem Capellaniam, ut ipsemet celebret, licet in ejus fundatione disponatur, quod Rectores celebrent Missam: recte enim per substitutum satisfit.

7. *Rationabilibus causis.*) Canon. Capuanus fuit per annum excusatus a residentia ex Congregationis declaratione, dummodo eo tempore in loco viciniori habitaret, & quod inimicitiæ essent sine ejus culpa ortæ.

Alius Canonicus Aretinus, qui fidejusserat de recedendo ab urbe, fuit a residentia fidejussione durante similiter excusatus, & inhibitum Ordinario, ne contra eum procederet.

REMISSIONES.

a Vide Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de dispens. de non resid. fol. 46.* Horat. Lut. *de privil. scholast. privil. 98.* Marth. Soar. *in pract. & ord. visitandi, c. 5. n. 5.*

* *Et personarum qualitate pensata.*) Vide tradita per Sum. *de Præsis in consil. 68. ex n. 3. cent. 3.*

† *Residere cogantur.*) Vide plures relatos a Petro Cened. *collect. 30. ad finem, ex num. 2.* Bern. Diaz in *pract. can. cap. 47.* & ibi Salzed. & in *cap. 32. lit. C.* Pedroch. in *summa tit. de lus clerigos, folio mihi 312.* Hojed *de benef. 1. part. cap. 17. num. 21.* Garzan.

Garzan. *lib. de residentia ex cap. 3.* & infra referendos circa *cap. 1. & 2. de reform. sess. 23.*

β *Nullique privilegia, seu indulta perpetua, &c.*) Vide P. Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 60. n. 6.* Cened. *pract. & ex non. 9. lib. 1. 9. 1. num. 32.* ubi resolvit per clausulam illam generalem non fuisse derogatam Eugenianam constitutioni.

γ *Rationalibus causis.*) Quatuor causas legitimæ absentiæ nominat Concil. Trident. inst. *Sess. 23. cap. 1.* Vide P. Paul. Comit. *d. quæst. 60. n. 5.* P. Valer. Reginald. in *prax. for. panit. lib. 30. lit. 3. n. 54.*

DECLARATIONES.

Quod gratiæ de non residendo, & percipiendo fructus ratione studii, non valeant sine consensu Ordinarii.

SAnctissimus in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Pius, divina providentia Papa IV. ad cujus aures nuper pervenit, nonnullos curata, vel alios sactos Ordines, aut personalem residentiam requirentia beneficia obtinentes, sub prætextu, quod literis operam dare cupiebant, post confirmationem Concilii Tridentini, per Sanctitatem suam factam, & publicatam seeum, ut literarum studio in loco ubi illud vigeat generale, actu insistendo ratione beneficiorum per eos obtentorum hujusmodi usque ad quinquennium, vel aliud tempus tunc expressum, dummodo intra primum illius annum Subdiaconi fierent, ad reliquos ordines promoveri teneantur, & tam iidem interim quam alii, etiam ad eosdem ordines, vel eorum aliquem, seu aliquos promoti, quod similiter studentes beneficiis per eos obtentis per Vicarios idoneos per locorum Ordinarios, etiam congrua fructuum beneficiorum hujusmodi portione illis assignata, vel alias deputandos in divinis deserviendo animarum curam illis imminentem exercendo, & alia incumbentia onera supportando, usque ad simile tempus personaliter in eisdem beneficiis residere non tenerentur, & nihilominus interea omnes eorumdem beneficiorum fructus percipere possent, per ordinariam Sanctitatis suæ Signaturam, seu Pœnitentiariæ suæ officium dispensari, sibique pariter indulgeri obtinuerunt, nullum in his vel fraudi, vel circumventioni locum, præsertim quoad absentes a Romana Curia, de quorum qualitatibus facilis notitia haberi non potest, quantum humana ratione providesi potest, relinquere volens, & Concilii etiam Tridentini decretis inhærendo, hujusmodi dispensationes & indulta hactenus concessa, ac tam ipsius Pœnitentiariæ quam Apostolicas, & alias desuper confectas, & conficiendas literas processusque habitos, & habendos per eadem dicta absentibus nullatenus suffragari, nisi singulorum Ordinariorum locorum, in quibus singula beneficia hujusmodi consistunt, confessus gratis præstandus ad id accedat, Apostolica auctoritate declaravit, decernens irritum, &c.

Placet, publicetur & describatur. I.

LECTA & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, die vero Veneris, Vigesima quarta mensis Novemb. Pontificatus præfati S. D. N. Papæ Anno quinto.

A Lonellinus Custos.

BULLA S. D. N. D. PII,

Divina providentia Papæ IV.

Super residentia Prælatorum, Parochialium, & aliorum curam animarum habentium, & residere debentium.

Pius Episcopus, servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

IN supremæ militantis Ecclesiæ specula meritis licet insufficientibus, divina dispositione constituti, cunctos non solum vigilantiæ nostræ commissos Dominicos greges, sed etiam singulorum Pastorum suorum actus intensa nostræ mentis acie collustrantes, studium efficax, operamque sedulam ad hoc omnino statuimus adhibere, ut quemadmodum operosum sacri Concil. Trident. progressum, felicemque exitum, Domino cooperante, præstitimus, ita sanctissima illius decreta, ipsorum præsertim, qui in Apostolicæ sollicitudinis partem vocati sunt, Pastorum officium concernentia, non repide neque diffinulanter, exequamur. Sane licet in Concilio præfato salubernima fuerit ordinatione decretum, quod omnes & singuli venerabiles Fratres nostri, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Epi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& Episcopi, & alii beneficiati, apud Ecclesias spontas suas residere teneantur, nonnulli tamen, quod non sine animi nostri mœrore referimus, adeo sui gregumque, quos olim deperditos Salvator noster proprio sanguine redimere dignatus est, sibi creditorum oblivi sunt: ut etiam nunc in Alma Urbe, vel alibi commorantes, & sacrosancta spiritualis matrimonii inire eos suasque ecclesias solemniter contracti, jura confundentes, sponsas suas in longa quasi viduitate relictas ad prædictas ecclesias quomodocumque sibi concessas invisere, & apud illas, ut providos patresfamilias decet, residere non curent, in perditionem animarum suarum, & subditorum suorum, ac perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum: Nos hanc illorum contumaciam alicujus etiam temporalis pœnæ metu frangendam seu convincendam esse censentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis præfatis, ac aliis quibuscumque, etiam quavis auctoritate, dignitate, gradu, vel præeminentia præfulgentibus, prædictas ecclesias in commendam, vel administrationem, aut alio quovis nomine obtinentibus, & aliis quibuscumque beneficiatis eorum animarum habentibus, qui juxta decreti super residentia in concilio prædicto promulgati tenorem, personaliter in suis Ecclesiis residentiam facere tenentur, in virtute sanctæ obedientiæ, & ultra pœnas in dicto decreto Concilii contentas, etiam sub privationis eorum a regimine, & administratione Ecclesiarum suarum, ac aliis nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis successoris nostri arbitrio imponendis pœnis, districte præcipiendo per Apostolica scripta mandamus, quatenus omni mora cessante in eisdem suis Ecclesiis juxta formam, & tenorem dicti Concilii personaliter resideant. Et nihilominus, si quos mandato nostro hujusmodi, quod absit, non parere contigerit, ne etiam tales absentes meliores in hac parte conditionis, quam cæteri in suis Ecclesiis residentes existant, hac nostra perpetuo valitura sanctione per præsentes statuimus & ordinamus, quod deinceps omnia & singula mobilia, immobilia, etiam in Urbe, vel ejus districtu existentia & se moventia, res & bona, jura & actiones cujuscumque qualitatis & valoris, ac ubicumque locorum consistant, ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscumque, etiam quavis auctoritate, dignitate, gradu & præeminentia præfulgentes, ecclesias prædictas in titulum vel commendam, sive administrationem, aut alio quovis nomine obtinentes, & alios quoscumque beneficiatos eorum animarum habentes, qui extra prædictas Ecclesias & dioceses, etiam in Rom. Curia aut alibi degentes, & juxta decretum & formam Concilii hujusmodi non residentes decesserint, pertinentia, & per illos fructum Ecclesiarum, ac quorumcumque monasteriorum, priorarum, præpositurarum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, sæcularium & regularium, quæ illi quomodoliber obtinuerint, ac fructuum, reditumn, & proventuum Ecclesiasticorum, necnon pensionum annuarum sibi super similibus fructibus, redditibus, & proventibus servatarum; & assignatarum occasione quæsita, etiam facultatem specialem de illis, aut earum parte testandi, & alias libere disponendi a nobis, & quibusvis aliis Romanis Pontificibus, prædecessoribus, & successoribus nostris etiam cum clausulis, quod facultates hujusmodi revocari nequeant, aliisque irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum literarum desuper confectarum de rebus & bonis hujusmodi jam disposuerint, eamquam spolia, ad Cameram Apostolicam legitime pertinent. Licetque dilectis filiis, modemo, & pro tempore existenti Commissario nostro generali, & suis, dictæque Cameræ deputatis in eventum decessus hujusmodi, solitum inventarium super rebus, & bonis præfatis conficere, illaque prout de reliquis Clericorum spoliis fieri solet, ad dilecti filii nostri, moderni, & pro tempore existentis generalis Thesaurarii manus redigere, dictæque Cameræ applicare, cujusvis licentia desuper minime requisita. Ac facultates, & desuper confectas literas prædictas, etiam motu & scientia similibus, etiam in recompensam laborum, & obsequiorum etiam nobis, & Ecclesiæ Romanæ, dictæque Sedi impensorum quomodolibet concessas, & etiam literatis virtibus approbatas, illarum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum inserris habentes, in eventum obitus hujusmodi, etiamsi in Urbe, aut ejus districtu, vel alibi extra suas Ecclesias, ut præfertur, contigerit, ex nunc prout ex tunc & e contra, in dicta contumaciæ pœnam ejusdem præfatis plenitudine, & tenore revocamus, cassamus & annullamus. Ac tam eas, quam earum præ-

textu quomodolibet pro tempore conditas factasque testamenta, codicillos, legata, donationes, & alias dispositiones quaslibet, etiam ad pias causas, vel in remunerationem servitiorum, nulla & invalida, nullisque roboris vel momenti fore, neque quidquam contra præsentium tenorem suffragari. Et sic per quoscumque Judices, & commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quavis instantia, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere. Ac quidquid secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Per hoc autem nostris & Romanorum Pontificum, prædecessorum nostrorum ordinationibus, reservationibus, & decretis, quoad Prælatorum, & aliorum beneficiatorum, etiam in suis Ecclesiis, aut diœcesibus residentium, & ibi decedentium, quæ etiam ampliamus & extendimus ad habentes Ecclesias in Urbis districtu, ibique residentes ac decedentes spolia Cameræ Apostolicæ applicata, hactenus emanatis, nullatenus præjudicare, neque quidquam in eis alterare intendimus; sed ea in suo robore, ut antea, manere volumus, præterquam, quoad eos, qui in suis Ecclesiis juxta formam prædicti Concilii residerint, specialem licentiam testandi habuerint, hanc enim tantum salvam eis esse volumus. Ita ut generalia licentia testandi, eis quamquam residentibus minime suffragetur, sed sola speciali, si quam habuerint, uteri se possint. Cæterum ut præceptum, mandatum, statutum, ordinatio, revocatio, cassatio, decretum, & alia præmissa, præsentesque literæ ad eorum, quorum interest, notitiam deducantur, nullusque possit aliquam illorum ignorantiam prætendere, vel excusationem allegare, sed illa perpetuo firma & illibata permaneant, volumus & mandamus, quod eadem præsentes in Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ nostræ valvis, ac Acie campi Floræ per aliquem ex Curioribus nostris affixæ cogia illarum sic dimissa, ab ea die omnes perinde arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Non obstantibus præmissis, ac in favorem eumdem per fel. rec. Sixtum IV. Leonem X. Julium III. & quoscumque alios Rom. Pontif. Prædecessores nostros, ac etiam per nos editis, & approbatis; necnon aliis literis, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæteriisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri præcepti, mandati, statuti, ordinationis, revocationis, cassationis, annullationis, decreti, ampliationis, extensionis, intentionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, septimo Kalend. Dec. Pontificatus nostri Anno quinto.

Ca. Glorierius.
Visa de Curia M. de Encisso,
H. Cumyn.

Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto. Indictione septima, die vero quarta mensis Decembris, Pont. Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Pii divina providentia Papæ quarti, Anno quinto, retroscripte literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ad valvas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ dimissis in præfatis locis præfentium retroscriptarum literarum copiis, affixis, ut est moris, per nos Julium Parinum, & Bernardinum Andrentium, præfibati sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

MOTUS PROPRIUS S. D. N. D. Pii Papæ IV. Super executione Concilii, & literarum ejusdem Sanctiss. contra Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, & alias personas Ecclesiasticas, non residentes in eorum Ecclesiis.

PIUS PAPA IV.

Motu proprio, &c. Cum tam per sacrosanctum œcumenicum Concilium Tridentinum, quam etiam per nostras literas sive Bullas etiam desuper emanatas, & inter alias sub dato Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1562. septimo Kalend. Decemb. Pontificatus nostri anno 3. mandatum sit omnibus Episcopis, Archiepiscopis, & aliis, qui-

quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro eis sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, ac bonorum omnium exemplo pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & singulariter munera pastoralia, & eis diligenter incumbere & assistere, aliaque facere, quæ in dicto S. Concilio & in dictis nostris literis sive Bullis continentur. Quæ omnia nequaquam ab eis præstari, & adimpleri possunt, cum gregibus suis non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more oves suas deseruerunt: & propterea debuissent, & deberent omnes & singuli Episcopi, Archiepiscopi, & alii in dignitatibus Ecclesiasticis constituti & præfecti, & quibus animarum cura existit, juxta divina præcepta, & prædicti œcumenici Concilii, ac prædictarum nostrarum literarum seu Bullarum vim, formam, continentiam & tenorem, ad eorum respective Ecclesias, diœceses ac alia beneficia, in quibus personalis residentia requiritur, ad effectum in eis personalem residentiam faciendi se contulisse, ac omnia & singula in eisdem præceptis, Concilio & literis sive Bullis respective contenta adimpleviss & observasse. Attamen, sicut accepimus, multi & multi prælatorum malorum contemptores, animarumque suarum propriæ salutis immemores, & in dictis dignitatibus Ecclesiasticis, quibus cura animarum immineat, ac Episcopalibus, & Archiepiscopalibus respective constituti præmissa facere, & adimplere hactenus minime curarunt; sed dilituerunt & differunt in grave animarum suarum, gregumque sibi commissorum periculum, & ovium suarum pernitiosum exemplum & scandalum, sententias, censuras, & pœnas propterea sibi inflictas temerare, & damnabiliter incurrendo. Quæ cum omnia cum non sint conniventibus oculis aut impune prætermittenda; sed graviter, ut cæteris transeant in exemplum, cum jam per tot menses inobedientes fuerint, censuras præfatas sustinentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque potestatis nostræ plenitudine Dilecto filio nostro Alexandro Riario, Cameræ Apostolicæ generali Auditori, cui alias etiam, seu prædecessori suo vivæ vocis oraculo commisimus, ut dictos Episcopos, Archiepiscopos & alias personas Ecclesiasticas animarum curam hab. non resid. pœnas præfatas in dicto Concilio, & literis sive Bullis nostris contentas, incurrisse declararet, & ad illarum effectualem executionem, aliaque graviora procederet, vivæ vocis oraculo commisimus; Tamen, quia nonnulla monitoria contra certos Episcopos, & alias personas præfatas in vim commissionis nostræ hujusmodi factæ tunc decreverat & relaxaverat, ne in posterum de illius jurisdictione dubitari contingat, denuo eidem Auditori nostro nunc officium Auditoratus exercendum auctoritate nostra committimus & mandamus, quatenus statim tam contra Episcopos, Archiepiscopos, & alios quoscumque Prælatos, tam in Urbe quam alibi, & ubique locorum existentes, & in propriis diœc. non resid. constituto sibi quantum sufficere videbitur summarie, simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta & manu regia, de inobedientia propria usque ad sententiam exclusive procedat, & deinde nobis referat, ut nos in Consistorio nostro secreto de fratrum nostrorum consilio, ut moris est, ad sententiam privationis & depositionis Prælatorum inobedientium hujusmodi procedere valeamus, prout procedere intendimus: quo vero ad alios curam animarum habentes, usque ad sententiam inclusive procedat, & exequatur juxta formam & tenorem dicti Concilii & literarum nostrarum prædictarum cum effectu facultatibus, ut supra, ac alia faciat & exequatur, prout in dictis literis sive Bullis continetur, cum potestate citandi, inhibendi, excommunicandi, suspendendi a divinis, declarandi, & interdicendi, aggravandi, carcerandi, & brachium seculare decernendi, & quatenus opus fuerit, extrahendi & exequendi, aliaque faciendi necessaria quomodolibet & opportuna. Contrariis quibuscumque non obstantibus, & quod præsentis nostri Motus proprii sola signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio & extra, regula contraria, & aliis quibuscumque, omnibus expresse derogamus, non obstantibus.

Placet, Motu proprio. L.
Præsentetur. Amerin Regens.

De Commendatariorum ordinatione Annotationes quædam.

COmmendatarii non tenentur promoveri ad sacros Ordines. Primo si vel monasteria careant omni prorsus cura & conventu. Secundo, si vel habeant tantum Jurisdictionem temporalem. Tertio, si cura animarum sacramentalis conventui soli incumbit, non autem personæ Commendatarii. Quarto, si vel Jurisdictionem, quam ex concessione Sedis Apostolicæ habent, non possint actu exercere, quia de facto prohibentur. Quinto, si eam Jurisdictionem spiritualem actu exerceant, & non curam animarum habere videantur, *cap. Dudum. 6. cap. Licet, de elect.* ubi Hostien. Joan. Andr. Bellarm. Anchar. Card. Abbas *cap. super eo, de præb. in 6. extravag. Execrab. in fin. ubi gloss. v. visitare, de præb. & dignitat. in Extr. Joann. XXII.* tamen quia ex larga significatione esse dicitur, Innoc. & alii *cap. Cum satis, de offic. Archid. & cap. de multa, de præb.* Staph. *de stat. & qualit. benef. num.* 20. ideirco regulariter Commendatarii non erunt cogendi suscipere sacros ordines, sed quandoque, pro locorum & personarum qualitate expedit eos ad id cogere arbitrio Sanctissimi. Sed an ad sacerdotium, vel ad Diaconatum sufficiat, Vide *Card. Clem. 1. quæst. 20. de offic. Vicar. Mil. verb. curatum, in fin.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de non promov. num.* 32. & intra quod tempus, & ante cum Decreto irritante, *Supr. hoc c. §. Commendatarii.*

Si vero cura animarum Sacramentalis, sive Monachorum, sive personarum secularium incubuerit personis Commendatariorum, tenebuntur sacris ordinibus initiari. An vero exprimendum sit præcise, quod promovendus sit ad sacerdotium, & intra annum, & quod alias ipso jure privati sint, vide *ad cap. Licet canon. de elect. in 6. ubi gloss. vers. sacerdotium, & vers. commendandos, & Clem. Ne in agro §. cæterum de stat. Monach.* sicut & pro eo: An distinguendum sit, si commendam in anno 22. obtinuerit, teneatur promoveri ad sacerdotium intra 25. annum.

Cæterum convenit, ut in Galliis indistincte Commendatarii teneantur promoveri ad sacros ordines, ideoque in concessionibus Commendarum Gallicarum apponatur Decretum, & infra annum sactis initientur, alioquin post annum elapsum, vacent ipso jure commendæ, quarum si quæ existunt de Monasteriis omni prorsus cura & conventu carentibus, eo casu S. D. N. aliquam Commendatariorum habebit rationem.

De residentia Commendatariorum.

COmmendatarii non tenentur residere. Primo si monasteria careant omni prorsus cura & conventu. Secundo si vel habeant tantum Jurisdictionem temporalem. Tertio si cura animarum sacramentalis soli conventui incumbit, non autem personæ Commendatarii. Quarto si vel Jurisdictionem spiritualem, quam ex concessione Sedis Apostolicæ commendatarii habent, non possint actu exercere, quia de facto prohibentur. Quinto amplius, licet Jurisdictionem spiritualem exerceant, non ideo tamen tenentur residere ex hoc Concil. Decreto, *sess. 23. cap. 1. §. Eadem omnino,* quod licet exprimat de curatis & aliis quibuscumque beneficiis animarum curam habentibus, quæ verba ad solam quoque Jurisdictionem spiritualem referri possent, *cap. Dudum, & cap. Multæ, & extrav. Execrab. d. cap. Super eo,* tamen intelligendum est de sola cura animarum sacramentali: & ideo qui solam curam Jurisdictionis spiritualis habent, non comprehenduntur in decreto, neque pœnis in eo inflictis subjacent, sed tantum poterunt cogi residere, prout ante Concilium tenebantur, ad terminos *cap. Dudum. 6. & d. cap. Super eo, & d. Extravag. Execrab.* ad quod etiam jus vetus videtur Concilium alibi se retulisse. Si vero cura animarum sacramentalis seu Monachorum, seu personarum secularium incumbit personis Commendatariorum, tenebuntur residere ex Decreto Concil. *sess. 23. cap. 1.* Vide *supr. §. In titulum.*

A quo visitari possint Commendatarii.

DIcebatur Concilium videri subjecisse Commendatarios Ordinariis in materia residentiæ per præsens Decretum. Idemque cum de incompatibilitate agitur *Sess. 7. cap. 4.* aut de cura animarum sacramentali, quam ipsimet Commendatarii exercent *Sess. 25. cap. 11. de Regul.* Extra istos autem casus Concilium nihil in specie decrevisse, a quo Commendatarii possint visitari & corrigi. Considerandum autem esse, quod ea hodie opinio recepta sit: Commendatarios perpetuos pro veris titularibus haberi, & jura de Abbatibus & Prioribus loquentia habere etiam locum in iisce Commendatariis, probatur, *cap. Nemo, de elect. in 6.* Challan. in *consuet. Burgund. rubr. 9. §. 9.* Rebuff. *de nominat. q. 8. num. 29. & de pacif. poss. num. 96. &* 43. Gomez. *inform. reform. 4. num. 2. & de idem. quæst. 5. num. 6.* Consequens ergo videtur, ut, quemadmodum Abbates a suis superioribus regularibus visitari debent, ita etiam ipsi Commendatarii visitari possint.

Quod si hoc omnino convenire aut decere videtur, turlus advertendum, an nullo expresso Jure, nullaque clara concessione Apostolica ab his visitentur: & quamquam se exemptos probarent, posse tamen ab Ordinariis judicari ratione rei, contractus, aut delicti, ut latum Constitutio Innocentii IV. *cap. 1. de privil. in 6.* quam concilium innovavit, atque etiam amplivit in cautis mercedum & miserabilium personarum, etiamsi certus Judex a sede Apostolica in partibus deputatus esset, & generaliter quoque in aliis cautis, si certus Delegatus non adesset, ut dicitur *Sess. 7. cap. 14.* Quod materiam tamen visitationis visum est plerisque, non posse commendatarios nomine Commendæ visitari, neque corrigi, nisi a delegatis sedis Apostolicæ: sed quia aliqui Ordinarii hanc facultatem sibi competere credunt, & ob id urgere aliquos Commendatarios, Sanctitas sua justit, ut audiantur Commendatarii, quibusnam rationibus se ab hac visitatione tueantur, ideo eis auditis, amplius erit deliberandum.

Item dubitatum fuit, An Commendatarii eorum Monasteriorum, quæ habent conventum, a suis Superioribus regularibus visitarum, ab Ordinariis locorum visitari & corrigi possint? Ad hoc autem respondetur, quod licet Concilium Tridentinum *Sess. 24. cap. 12.* de Commendatariis non meminerit, in illa commemoratione personarum, quæ ab Ordinariis visitari debent, non obstantibus quibuscumque privilegiis eis concessis, Congregatio censuit, si nullius diœcesis sint, ad Episcopos nullum jus pertinere: sed ad Sedem Apostolicam: si vero in certa diœcesi sunt, quoad residentiam subjacere Episcopo ordinario loci, per *cap. 2. Sess. 6.* & eidem, quoad incompatibilia. *Sess. 7. cap. 14.* Et ponderando quod *cap. 24.* loquitur de commendatis, *cap. 5.* dat Jurisdictionem Episcopis. Quod vero spectat ad visitationem & correctionem, Congregatio censuit eos non posse ratione commendæ visitari aut corrigi, nisi a summo Pontifice, aut ejus delegato, licet Alciatus, qui aversabatur, diceret, *visitator est delegatus*. Ratione autem delicti rei contractus, ad jus commune se remiserunt, prout Concilium se remisit, illudque ampliavit, ut *sup. cap. 14. Sess. 7.* quod est notandum, cum Concilium per *d. cap.* innovaverit *cap. 1. de privil. in 6. quod insipis, Volentes*.

Vide annotationes ad hoc *caput 2. in Appendice sub discursu 5. Card. de Luca*.

CAPUT III.

Excessus sæcularium clericorum & regularium, agentium extra monasteria, ab Ordinario loci, ut deputato a Sede Apostolica corrigantur.

1. a ECclesiarum Prælati ad coercendum subditorum excessus prudenter ac diligenter intendant: & nemo sæcularis Clericus, (a) β cujusvis personalis, vel regularis, 2. * extra monasterium degens, γ etiam sui ordinis privilegii (b) prætextu † tutus confidatur, quo minus, si deliquerit, 3. ‡ ab Ordinario loci, δ tamquam super hoc a Sede Apostolica delegato, secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri & corrigi valeat.

a Ferat legislatum vel edictum vir ordinis regularis, Inf. Sess. 25. c. 21. & 14. Sess. 24. c. 4. & 5. de reform.

DECLARATIONES.

1. *Ecclesiarum Prælati.*) Episcopi in hoc Decreto agere possunt contra omnes professores militiarum Hierosolymitanarum exemptos, ob privilegium Pii V. etiamsi dicti milites extra locum suorum ordinum cum licentia suorum Superiorum degerent. Idem censuit Congregatio in omnibus aliis Regularibus, qui degunt extra monasterium, etiam cum licentia suorum Superiorum, si deliquerint, posse puniri a locorum Ordinariis juxta hoc Decretum.

An milites Hierosolymitani comprehendantur Decret. Concilii, etiam ubi de eis non fit expressa mentio? Responsit Congregatio comprehendi, nisi specialiter privilegiis post concilium muniantur.

2. *Extra monasterium degent.*) Intellige de degente sine licentia superioris. Vide c. 14. *Sess. 25. de Regul. Si deliquerint.*

Fuit dubitatum, Utrum existentes in aliqua domo ad erectionem monasterii destinata, comprehendantur in hoc Decreto? Et fuit resolutum sub die 24. Maii, 1588. quod licet ibi existerent de licentia suorum Superiorum, tamen si non haberent in dicta domo Priorem seu Guardianum, & non viverent juxta institutum Regulæ illius Religionis, comprehendantur in d. Decreto, & ab Ordinario puniri possint: non posse autem, si in ea domo sub Superiore conventualiter vivant.

3. *Ab*

3. *Ab Ordinario loci.*) Presbyter delinquens in sua Diœcesi, si in altero loco commoretur, ad suum Ordinarium remitti debet.

REMISSIONES.

a *Ecclesiarum Prælati.*) Concordat *c. cum propter, de vita & honest. Cleric.*

β *Cujusvis personalis vel regularis.*) Navar. *cons. 21. de Regularibus*, quamvis dubius videatur existimare hoc decretum nihil derogare privilegiis Ordinum militarium in his, quæ pertinant ad factos milites. Aliis probabilius videtur, eos non esse comprehensos, ait enim Nav. ubi supra, literam veram prædicti decreti elariorem desiderari, quorum ea, quam habemus, subdifficilis, & subobscura videtur, q. od attinet ad illa verba, *cujuscumque personalis*. Cæterum litera hujus decreti non videtur Auctoribus statim citandis, & juxta eos illius sensus est: Nullus Clericus sæcularis cujusque personalis videlicet privilegii prætextu, vel regularis extra monasterium degens, etiam sui ordinis privilegii prætextu tutus confidatur, quo minus si deliquerit, ab Ordinario loci tamquam super hoc a Sede Apostol. delegato secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat, referunt P. Azor. *Instit. Moral. 1. p. lib. 13. cap. 4. q. 3. pag. 1282.* Fr. Emman. *quæst. Reg. tom. 2. q. 20. art. 7. per tot. & q. 63. art. 7. vers. Quinto.*

* *Extra monasterium degens, &c.*) Vide Mich. Agia *de exhib. annil. fundam. 5. p. 23.* Salzed. *ad Bruneri in prax. Can. cap. 3. lit. A.* Trevizan. *decis. 36. 2 num. 2. lib. 1.* Joan. Aloys. Riccium *decis. 223. n. 4. Curiæ Neapol. p. 1. & in fac collect. 503.*

γ *Etiam sui ordinis privilegii prætextu.*) Decisionem *text. in extravag. cum Matthæus 3. de hæret. inter commun.* non corrigi per hunc *text.* in præsenti testatur Cened. in *Clem. & Extravag. collect. 14. n. 3. cum seq.* † Vide Seraphinum *decis. 960.*

δ *Tamquam super hoc a Sede Apost. delegatus.*) Dum his tributitur prælatis jurisdictio corrigendi excessus subditorum, concessum esse prælatis Regularium privative ad ordinarium in præsenti, testantur Menochi *de præsumpt. lib. 2. quæst. 12. num. 22.* Cened. *ad decretal. collect. 87. num. 4. vers. Secunda.*

CAPUT IV.

Quarumcumque Ecclesiarum minorum Capitula totiescumque voluerit Episcopus & alii majores Prælati &c. visitent, corrigant, emendent, non obstantibus, &c.

a 1. CApitula (a) Cathedralium β & aliarum, 2. majorum Ecclesiarum, 3. illorumque personæ, 4. nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, 5. & concordiis, † quæ tantum suos obligent auctores, non etiam successores, tueri se possint; quo minus 6. a suis Episcopis, & aliis majoribus Prælatis, 7. per se ipsos solos, 8. vel illis, quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta (b) Canonicas sanctiones, toties γ quoties opus fuerit, 9. visitari, corrigi & emendari, etiam 10. auctoritate Apostolica, 11. possint & valeant.

a Sess. 25. c. 6. de ref. & c. 4. de ref. Sess. 24.

b Inf. Sess. ult. de reform. c. 4.

DECLARATIONES.

1. *Capitula Cathedralium.*) Episcopus sua Capitula visitare potest & corrigere, si non sunt exempta: si vero exempta essent, servanda est forma præscripta a Concilio *Sess. 25. c. 6. de Reform.*

Congregatio censuit de voto Rotæ hoc decretum non solum comprehendere Capitula exempta, sed etiam omnia alia prætendentia se posse tueri adversus visitationem, sive vigore consuetudinum, sive sententiarum, sive juramentorum, sive concordiarum, quæ tantum suos obligent auctores, non etiam successores, quo minus a suis Episcopis, &c.

2. *Et aliarum majorum Ecclesiarum.*) Neque enim collegiatarum Capitula visitari possunt per hoc decretum.

3. *Illorumque persona.*) Ita est resolutum a congregatione, non obstantibus privilegiis ex fundatione. Præsupposito autem quod res & bona Capitulorum sint exempta a jurisdictione Episcopi, an sicut Episcopus visitare potest Capitula, ita etiam possit res & bona, rerumque & bonorum administratores visitare? Congregatio die

6. Junii, 1587. censuit Episcopum in visitatione formali posse res, rerumque administratores visitare; alias deluforia esse visitatio, si negligentes & bonorum usurpatores non castigaret. Archid. in c. Romana, de constit. in 6. Fel. in sua tract. de Visit. l. 1. c. 23. n. 30. & alibi.

Item censuit Congregatio Episcopum in visitatione Capituli posse solum aliquod crimen corrigere & punire, non tamen ad pœnam ordinariam, sed eam pœnam, quæ magis emendationem morum respiciat; cum finis visitationis sit potius emendatio, quam punitio. Item si compilato processu & formato judicio contra aliquem capitularem in visitatione Episcopus voluerit procedere, censuit Congregatio servandam esse formam traditam in cap. 6. Sess. 25. ut non tolus, sed additis depuratis Episcopus procedat.

Præsupposito statuto inter Dominum Archiepiscopum Hispalensem & Capitulum ipsius a Sede Apostolica confirmato, de cujus validitate videndum erit in judicio ordinario, Congregatio censuit Dominum Archiepiscopum in visitatione, qua fit inquisitio, quæ vocatur præparatoria, non posse recipere juramentum a visitatis, nec procedere ad capturam, nec mandare, ut detur copia reilium, nec procedere ad ullum genus pœnarum posse, aut visitare solum sine adjunctis, juxta formam cap. 4. Sess. 6. Quod si compilato processu, formatoque judicio, prout juris fuit, contra aliquem Capitularem in casu, quo contra accustum de crimine comprehensum in judicio, statuto sive concordia ad pœnam voluerit procedere, servandam esse concordiam, non posse Dn. Archiepiscopum visitare in domo sua Episcopali, sed cum visitare voluerit, Capitulum debere accedere ad locum solitum, quo scilicet Capitulares congregari, & eorum actus expediri confueverunt, si id tamen commode fieri poterit, sin minus ad locum congruum & commodum: sed non teneri accedere ad locum Capituli, quoties profequs velit visitationem alicujus particularis personæ de Capitulo. Si tamen Capitulum occasione visitationis ipse convocare voluerit, non posse extra locum solitum jubere illud congregari, ut dictum est.

4. *Nullis exemptionibus.*) Si Capitula erunt exempta, tenebuntur servare decreta illius Concil. Provinciale, cui interfuit eorum Episcopus.

5. *Concordiis.*) Fuit resolutum a Rota, & a Congregatione Concilii ex mente Gregorii XIII. hunc textum non tollere concordias confirmatas a Sede Apostolica ex scientia certa: sunt autem sublatæ illæ, quæ dantur in forma communi, cum instantiæ concedantur ab officio contradictarum citra scientiam Pontificis. Itaque ad dubium quod movebatur: An scilicet per hoc Capitulum, & *Sess. 25. cap. 6.* derogatum sit concordiis non confirmatis per Sedem Apostolicam? Congregatio respondens censuit derogatum esse Concordiis omnibus, præterquam confirmatis specialiter a Sede Apostolica. Videatur *gl. in c. veniens, de transact.* Alex. *cons. 62. vol. 1.* quibus innotescet, quod concordiæ reliquæ tollantur, quæ suos dumtaxat tenent auctores. *Infra hoc cap. 5. in hoc.*

An derogatio de qua in *Sess. 25. c. 6.* extendatur etiam ad disposita in hoc *cap. 4.*? Congregatio respondit extendi.

† *Suos obligent auctores.*) Videtur Rota decidisse hæc verba, non referri ad concordias, sed ad juramenta.

Abulensium Quæstio.

EXtat in Ecclesia Abulensium statutum, quo datur formæ procedendi in causis criminalibus, ubi agitur de corrigendis beneficiatis Ecclesiæ, tam in visitatione quam extra: & in multis casibus soli Episcopo Jurisdictio tribuitur. Illud statutum non est ex certa scientia a Sede Apostolica confirmatum: siquidem nec Papa id exprimit, nec statuti tenor, vel illius substantia saltem compendiose in confirmatione refertur. Rota. late *cons. 327. num. 7. & seqq. & cons. 336. post num. 2.* Panor. *cons. 102. num. 3. lib. 1.* maxime quia licita & honesta tantum confirmantur: quod solum satis offendit confirmationem esse in forma communi. Panorm. in *cap. extra num. 6. de confirmat. util. vel inutil.* Imol. in *cap. pen. ad fin. tod. tit.* Alex. *cons. 1. lib. 5.* Et quod fortius est, neque etiam in ipsa confirmatione statutum illud aliquo modo designatur, nec quicquam exprimitur, quo Pontifex verisimiliter intelligere potuit, in eo statuto de jurisdictione agi, ac sub nube ac verborum involucro, narrata prius substantia aliorum quorumdam statutorum, alio pertinentium, quoad materiam Jurisdictionis, omnia statuta Ecclesiæ confirmantur. Unde iadubitatum est, confirmationem istam non esse ex certa scientia, ut in specie de statutis generaliter confirmatis tradit Alex. *cons. 59. num. 8. lib. 1.* Burs. *cons. 108. num. 25. lib. 1.* His statutibus, etc.

creditum confirmationem istam non suffragari, quo minus per Conc. Trid. fuerit sublatum statutum hoc: nam etsi sacra Congregatio jam resolverit statuta confirmata non esse a Concilio revocata (quod aliter tenuit Rota in illa Palentin. *Jurisdictionis*, de qua per Archil. *decis. 1. de confirm. util. vel inutil.* & passim feratur) illud tamen non videtur recipiendum, ut quælibet statutorum confirmatio etiam in forma communi, ad præservanda statuta sufficiat: cum ultius generis confirmatio parum vel nihil operetur: Card. *cons. 44. num. 6.* Imol. *d. cap. pen. in fin. de confirm. util. vel inutil.* Curt. jun. *cons. 352. num. 6.* multoque minus videtur illud recipiendum, quando (ut in casu nostro) sub involucro & generaliter, omnia statuta confirmantur ex eo, quod optime in proposito scribit Bart. in *l. ex placito, col. 3. num. 12. in fin. C. de rer. permut.* ubi ait, quod statuta non dicantur Papalia, si illa generaliter fuerint confirmata; secus si aliquod statutum in individuo confirmetur, ut sequitur Aret. *cons. post num. 6.* Hoc enim casu cum non videatur concurrere duplex vinculum saltem considerabile; cessat ratio, qua mota fuit Congregatio, ex dictis Archil. deserpta & gloss. in *Clem. dudum, vers. pactis, de sepult.* ibi, quod derogatio pactorum non trahitur ad confirmata: nam hoc intelligendum est de confirmatis in individuo, & cum cautæ cognitione: quo casu vinculum duplex videtur considerabile, ut gloss. senit, dum præsupponit sententiam etiam fuisse latam pro validitate pacti: & in illa Palentin. *Jurisdictionis*, totius tenor concordiæ erat insertus in confirmatione, prout etiam in confirmationibus tunc scriptis videre licet. Et cum materia ista: An decreta Concilii sustulerint, nec ne concordias confirmatas, fuisset semper dubitabilis, nisi sacra Congregatio omnem controversiam diluisset, & magna hinc inde argumenta adferri possint, maximeque urgeant verba Concilii in præsenti Decreto ibi, *nullis concordiis*, quæ verba per sui generalitatem trahuntur etiam ad concordias confirmatas, secundum Bonif. in *dicta Clem. Dudum, §. nos etiam, num. 14.* non deber tam facile declaratio sacræ Congregationis trahi ad eas concordias, quarum confirmatio non solum non fuit obtenta ex certa scientia, sed nec in individuo. Quare ut omnis disputandi materia tollatur, & clarius appareat, quid illustrissimi in hoc articulo sentiant, supplicamus in sacra Congregatione proponi:

Cons. Trid. cum Gall.

An confirmatio statutorum ejusdem Ecclesiæ Abulensi sit talis, quæ præservet statutum ejusdem Ecclesiæ, ut non includatur sub decreto Concil. *sess. 6. cap. 5. & sess. 25. cap. 6.* vel potius: An hujc statuto per decreta prædicta cessetur derogatum?

Iteratius Mandosius respondit.

PRæsupposito Decreto sacræ Congregationis, quo concordiæ in forma communi conceptæ, & a sede Apostolica generaliter confirmatæ, censentur sublatæ per Concilium præsenti capitulo, die Jovis 5. Nov. 1586. Congregatio auditis utrinque Advocatis, eorumque rationibus diligenter perpensis, censuit illas tantum confirmatas intelligi præservatas in Decretis Concilii, quæ emanarunt ex certa scientia, & cum cautæ cognitione: cæteras autem penitus esse abrogatas.

6. *A suis Episcopis.*) Non autem a Vicariis etiam generalibus. Si enim Episcopus velit visitare ex hoc decreto, debet id personaliter agere: secus si ex aliis Concilii Decretis, cum per suum Vicarium id agere possit aut Visitatorem, si modo legitime impeditus fuerit, ut permissum est infra *Sess. 25. cap. 6.* etiamsi de visitandis exemptis ageretur, cum dictum capitulum exemptiones tollat: tametsi juxta *cap. 8. sess. 22.* de visitandis hospitalibus, Subcollectores & aliis Officiales Sedis Apostolicæ minime comprehenduntur, ne quidem quoad ostensionem titulorum sub hoc Decreto.

In territorio de Covarruvias extat Collegiata insignis omnimodo exempta a visitatione Abbatis. Quæritur quis istorum: Episcopus ne in cujus Diœcesi prætenditur esse Abbatia, an ipse Abbas juxta *cap. 6. sess. 25.* item is, qui debuerit visitare, observet formam Concilii, assumendo duos electos de Capitulo. Item expositum fuit, quod est advertendum, quod sis pender in Rota, an Abbatia sit in Diœcesi Burgensi, necne.

Congregatio censuit Concilium *d. cap. sess. 6. & cap. 4. Sess. 25.* nullum jus dedisse Abbati visitandi Collegiatam, quia dicta Capitula loquuntur de Episcopo tantum: Ideo Episcopum posse visitare juxta *d. cap. 4.* non obstante exemptione etiam immemoriali, quia prædicta capitula sublata sunt. Si modo d. Collegiata est in diœcesi Burgensi, nec in actu visitationis tenetur Episcopus assumere duos de Capitulo, *d. cap. 4.*

7. *Per seipsos vel alios.*) Quando solus Episc. possit haec facere, cum quibus Notario, & Fiscali, quo in loco, & quæ crimina, &c. vide *inf. sess.* 24. *c.* 20.

8. *Vel illis, quibus ibi videbitur, adjunctis.*) Episcopus potest in visitatione personarum sui Capituli assumere aliquos in acta visitationis, quos voluerit, etiam extra gremium Capituli.

An Episcopi incumbentes Correctioni & Visitationi exemptorum, vigore facultatis eis tamquam Sedis Apostolicæ delegatis a cas tamquam Sedis Apostolicæ delegatis a Concil. tributæ, procedere valeant contra conservatores impedientes, præsertim si illi extra Diœcesim commorentur? Congregatio censuit die 16. Martii 1589. Episcopum posse procedere.

9. *Visitari, corrigi, & emendari.*) An liceat Episcopo visitare volenti suum Capitulum, in edictis publicis præsuppositis, & in Concionibus promulgatis, pronunciare provocando quoscumque, etiam sub pœna excommunicationis denunciare, ut deponere debeant, si aliqua sciant, vel habeant contra Capitulares, & eorum vitam, & mores? Congregatio censuit Episcopo non licere.

An Episcopus visitans possit tamquam suspectus recusari? Congregatio censuit non posse, nisi in visitando modum excesserit.

An Episcopus in speciali visitatione possit exigere juramentum? Congregatio censuit posse in speciali.

10. *Auctoritate Apostolica.*) Concordiæ confirmatæ, etiam quando Ordinarius visitat tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, non cententur sublatæ.

11. *Possint & valeant.*) Hæc facultas non est privativa ad illos, qui jus habent visitandi & corrigendi: ut sunt Abbates, Decani & similes: quia illis licet visitare & corrigere seorsum ab Episcopis.

Hoc decreto prohibetur, quod Decanus & Capitulum habens jus sibi legitime competens, non possit visitare ipsum Capitulum, singulasque personas sibi subjectas cumulative cum Episcopo, seorsum tamen ab eodem, nec potest, si quis in visitatione legitime fuerit punitus & correctus ab ipso Decano, Episc. denuo punire & corrigere super eodem.

Potest Abbas Benedictinus scilicet ex ptivilegio hanc facultatem habens exercere pontificalia, & solemnem benedictionem populo dare in suo monasterio & Ecclesia, in qua habet hanc jurisdictionem: extra vero veluti benedictiones datæ, reconciliatæ Ecclesiæ, & cætera non nisi de licentia Ordinarii loci.

In hoc Decreto includuntur Capellæ, Canonicatus, & alia beneficia non curata, requirentia residentiam; si tamen alias sunt incompatibilia, & temporis longitudo non obstat, quin ab Episcopo compelli possint ad dissentiones exhibendas. Et quia mens Concilii est tollere concordias, quæ tantum suos obligant auctores, ideo dicendum est, quod si tantum est confirmatio in forma communi, non obligat successores, gl. *in cap. Veniens, de transact. Communiter. est.* Alex. *cons.* 62. *num.* 1. *lib.* 1. & quia aliqui dicunt pacta confirmata non tolli per generales derogationes, Interpretes Conc. Trident. intelligunt hoc de confirmationibus ex certa scientia, Alex. *cons.* 95. *num.* 12. & in statutis eorum vult Alex. *cons.* 7.

Dubitarum adhuc fuit tempore Sixti V. An intelligantur præservatæ Concordiæ confirmatæ in forma communi, an vero illæ, quæ sunt ex certa scientia tantum? Hinc inde multa fuerunt dicta. Tandem resolutum fuit die 13. Nov. 1586. a sacra Congregatione, fuisse præservatas tantum Concordias confirmatas ex certa scientia, cum aliæ quæ concedantur in forma communi, concedantur ab officio contradictarum, & pœnitentiæ, citra scientiam Pontificis. *Idem supr. §. Præsupposito.*

Congregatio censuit, licere alieno Episcopo exercere pontificalia in aliena Ecclesia, & ordinare clericos ejusdem diœcesis de licentia Ordinarii, & cum literis dimissoriis suorum Ordinariorum. Item etiam licere de licentia Capituli sede illa Episcopali vacante. Nec obstare *cap.* 10. *Sess.* 7. quia voluit tantum coarctare hanc facultatem post annum; nec verisimile est, quod voluerit abrogare jus vetus, & tollere facultatem & jurisdictionem datam Capitulo. Nec obstare hoc decretum, quia dicit, sine licentia Ordinarii, quia Capitulum hoc casu vice Ordinarii fungitur. Nec obstant verba illa subditos & subjectos, quia literæ dimissoriales suorum Ordinariorum fecerunt illos subjectos.

Poterit etiam ille Episcopus ordinare familiares triennales ejusdem Episcopi, in cujus Diœcesi exercet Pontificalia, si ille idem Episcopus, qui hanc facultatem exercendi Pontificalia dedit, expresse etiam dedit licentiam hujus familiari, ut posset ordinari ab eo, cum talem familiarem Concilium habeat pro subdito illius Episcopi, & sic.

& sicut Episcopus vere subditum ordinare potest, sic & istum.

Vide melius de istis materiis in *Sess.* 25. *cap.* 6. *de Reform.*

REMISSIONES.

α Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. §. 21. *art.* 7. P. Azor. *Instit. Moral. p.* 2. *l.* 3. *c.* 40. *a princip. & præcipue q.* 4. *& infr. sess.* 25. *c.* 6. *de reform.*

β *Capitula Cathedralium.*) Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit. Subcollectores, & alii officiales Sedis Apost. minime comprehenduntur; neque quoad ostensionem titulorum sub hoc decreto refert Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. glos.* 51. *num.* 81.

† *Contendit.*) Vide Archill. de Graff. *decis.* 60. Cæs. de Grass. *decis.* 88. Salzed. ad *Bern. Diez in prax. can. c.* 1. *lit. A. vers. competit.* Rota *noviss. decis.* 715. *in recoll. a Farinacio.*

γ *Quoties opus fuerit visitari.*) Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit. Hæc facultas non est privativa ad illos, qui jus habent visitandi, & corrigendi, ut sunt Abbates, Decani, & similes: quia istis licet visitare, & corrigere seorsum ab Episcopis.

Et iterum, An visitatio, de qua in *c.* 4. *Sess.* 6. *& c.* 6. *Sess.* 25. *de ref.* eatenus comperat ex his decretis Episcopis, ut non liceat Decano, & Capitulo Regulares personas ipsi Capitulo subjectas cumulative cum Episcopo, seorsum tamen ab eodem, non excludendo ipsum Episcopum, toties, quoties sua auctoritate uti voluerit, visitare, corrigere, & emendare justa consuetudinem hactenus observatam? Congregatio Concilii censuit, imo totaliter licere Decano, & Capitulo visitare subditos suos. Hæ decisiones referunt Gonzal. ad *reg.* 8. *cancel.* §. 3. *prælim. n.* 21. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 154. *n.* 40.

Vide annotationes ad hoc *caput* 4. *in appendice sub discursu* 5. *Card. de Luca.*

CAPUT 4^um V.

Pontificalia in aliena diœcesi non exerceantur, aut ordinatio fiat sub pœna suspensionis ab exercitio, &c.

Sess. 14. c. 8 2. Vide 1. Nicæ. c. 17. & 2. Arelat. c. 13. & Antioch. c. 21. Sard. c. 18. & 19. & 3 Carth. c. 20. & 21. Conc. Aur. 3. c. 15. c. placuit. cum seq. 9. 7. & Instr. sess. 14. de ref. c. 3. & 8.

NUlli Episcopo † liceat cujusvis privilegii prætextu, γ 1. Pontificalia in alterius diœcesi exercere, δ 2. nisi de Ordinarii loci expressa licentia; * 3. & in personas eidem Ordinario subjectas tantum; si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati, ε ab executione Ordinum sint ζ ipso jure suspensi.

Indictio futuræ Sessionis.

PLACETNE *vobis proximam futuram Sessionem celebrari die Jovis Feria quinta post primam Dominicam subsequentis Quadragesimæ, quæ erit dies* 3. *mensis Martii?* Responderunt, PLACET.

DECLARATIONES.

1. *Pontificalia in alterius Diœcesi.*) Cardinales in aliena Diœcesi potestatem non habent confecrandi Ecclesias profanatas, nisi de indulgentia Papæ.

2. *Nisi de Ordinarii loci expressa licentia.*) Non potest Prælatus inferior, etiam exemptus, hujusmodi licentiam concedere, sed Ordinarius loci, qui communiter esse ille intelligitur Episcopus, in cujus Diœcesi locus est constitutus.

Patriarcha habens aliquas Ecclesias sibi immediate subjectas in aliena Diœcesi, non potest dare licentiam exercendi Pontificalia in aliena Diœcesi sine consensu Episcopi Diœcesis.

Capitulum sede vacante potest concedere licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in eorum Ecclesia, & ordines conferendi, tam Clericis illius Diœcesis quam alterius: juxta tamen formam hujus Decreti, quæ exteris habentibus dimissorias suorum Episcoporum facultatem non negat ordines recipiendi ab Ordinario legitimam ad id potestatem habente. Confer *cum declaratione sess.* 7. *cap.* 10. §. *Capitulum.*

3. *In personas eidem Ordinario subjectas tantum.*) Episcopus in alterius Diœcesi de licentia Ordinarii loci, non potest ordinare personas, quæ non sunt subjectæ illi Ordinario, nisi habeant dimissorias generales a suis Ordinariis, nec potest de licentia Ordinarii ministrare Sacramentum chrismatis. Hæc spectat *cap.* 1. *sess.* 7. *de Reform.* Non excluduntur tamen propterea Clerici aliarum Diœcesium, (si suas literas dimisso-

rias habeant) quo minus possint ab Episcopis extraneis in aliena Diœcesi de licentia Ordinarii Pontificalia exercentibus, ordinari. Neque Episcopus, qui nullum habet Episcopatum, potest in sua Ecclesia jurisdictionali, (velut si esset Præpositura) sine expressa licentia Episcopi, intra cujus fines Diœcesis præpositura existit, chrisma conficere, nec alia Pontificalia exercere.

Nec etiam potest Episcopus pontificalia exercere in loco exempto jurisdictionis non Episcopi, sed inferioris; etiam vocatus ab ipso inferiore, sine licentia Episcopi, intra cujus Diœcesis fines esset locus ille, etiamsi ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Episcopum, quem maluerit ad ministrandum Sacramentum confirmationis: dummodo locus ipsius exempti sit intra fines Diœcesis alicujus, ita ut non esset nullius; quia tunc posset, sicut S. D. N. Greg. XIII. declaravit.

Vicarius generalis non potest concedere hanc licentiam, nisi habeat speciale mandatum. gl. vers. non extenditur. c. cum nullus, de sem. ordin. in 6.

REMISSIONES.

a Concordat *Conc. 1. Nican. c. 17. Concil. 2. Arelat. cap. 13. & Antioch. cap. 15. & Conc. 3. Aurel. cap. 15. & Concil. 3. Carthag. cap. 20. & 21. cap. placuit cum seq. 7. quæst. 1. & cap. 14. quæst. 1. cap. nullam Episcopum, cum tribus seqq. 9. quæst. 2.* Vide Navar. *conf. 69. de sentent. excom.* Cened. ad Decretum *collect. 52. a prima* P. Henriquez in *sum. p. 2. lib. 11. c. 3. §. 2. in fin. lit. S.* Salzed. ad *Bern. in pract. cap. 26. lit. A.* Garcer. *Canon. lib. 1. cap. 26. num. 26.* Elamin. de Resign. *l. 1. quæst. 17. num. 17.* Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo Archiep. num. 2. p. 26. & p. 2. verbo Episc. p. 45.* Dest. Ledesma in *sum. 9. 1. tract. de Sacram. Ordinis cap. 8. concl. 4. dub. 4.* Ricc. in *prax. resol. c. 234. & 300.*

b *Nulli Episcopo* .) An etiam Archiepiscopo affirmant Cov. *pract. in c. 9. num. 2. cum glos. in c. 1. in 2. notabi. de offic. ordin. lib. 6.* in terminis nostris text. allegans Zerol. *d. verbo Archiepisc. ver. Ad secundum*, ubi respondet, ad *text. in cap. 1. cum similibus, de Auctoritate, & usu pallii*, † ac Riccard. *d. c. 234. n. 1.*

† *Pontificalia in alterius diœcesi exercere* .) Quod Episcopus & Vicarius habeant facultatem faciendi actus voluntariæ jurisdictionis extra territorium, resolvit Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 127. a princ. & num. 6.* dicit quod possunt concedere dimissorias in aliena diœcesi.

Utrum Episcopus extra territorium existens possit excommunicare & absolvere subditum suum? Affirmat. Gonsal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 62. num. 12.* ubi *num. 21.* resolvit, quod potest Episcopus extra suam diœcesim jurisdictionem contentiosam exercere, quando causæ cognitio non vertitur, & effectus consertur in suam diœcesim, de quo etiam Gratian. *dict. cap. 127. num. 8.*

c *Expressa licentia*. Quare hodie cessante tradita per Hostiens. quem refert ac sequitur Zabarell. in *Clem. Archiepisc. vers. similb. de privileg.* ut animadvertit Hugolin. *de offic. & potest. Episcopi p. 1. c. 4. §. 14. num. 1. in fin.*

d *Ordinarii loci* .) Quod etiam Episcopus in aliena diœcesi, de licentia Ordinarii pontificalia exercens, possit clericis alienarum diœcesium, si suas literas dimissorias habeant, ordines conferre, docet Fr. Emman. in *sum. p. 2. cap. 14. num. 7. concl. 7.*

e *Ab executione Ordinum* .) Quod ordinario propriis Episcopi extra territorium valeat, licet puniri possit, resolvit P. Henriquez in *sum. p. 2. lib. 11. c. 3. §. 2. in fin. lit. S.*

f *Sint ipso jure suspensi* .) Hoc procedere, etiamsi inadvertenter faciant benedicendo calices, vel corporalia, resolvit Zerol. in *prax. Episcop. p. 2. verbo Episcopi, vers. Secundo.*

Vide Annotationes ad hoc *Caput. 5. in Appendice, Discursu 6. Card. de Lucâ.*

SESSIO SEPTIMA

Celebrata die 3. mensis Martii, M. D. XLVII.

Decretum de Sacramentis.

PROOEMIUM.

AD consummationem salutaris de justificatione doctrinæ, quæ in præcedenti proxima Sessione uno omnium Patrum consensu promulgata fuit; consentaneum visum est de Sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis agere, per quæ omnis vera justitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur: propterea sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hæreses, quæ circa sanctissima ipsa Sacramenta hac nostra tempestate, tum de damnatis olim a Patribus nostris hæresibus suscitatæ, tum etiam de novo adinventæ sunt, quæ Catholicæ Ecclesiæ puritati, & animarum saluti magnopere officiunt, sanctarum Scripturarum doctrinæ, Apostolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum, & Patrum consensui inhærendo, hos præsentes canones statuendos, & decernendos censuit, reliquos, qui supersunt ad cœpti operis perfectionem deinceps, divino Spiritu adjuvante, edituram.

DE a SACRAMENTIS IN GENERE.

CANON I.

a Concil. Florent. in decretis Eugenii ad Armenos.

Si quis dixerit (*a*) Sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Jesu Christo, Domino nostro instituta; aut esse plura, vel pauciora quam septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, (*b*) Eucharistiam, Pœnitentiam, extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem, non esse vere, & proprie Sacramentum; anathema sit.

b cap. abominandam, de hæret.

CANON II.

Si quis dixerit, ea ipsa novæ legis Sacramenta a Sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia cæremoniæ sunt aliæ, & alii ritus externi; anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, (*c*) hæc septem Sacramenta ita esse inter se paria; ut nulla ratione aliud sit alio dignius; anathema sit.

c c. nihil, de consec. dist. 4. cum sim.

CANON IV.

Si quis dixerit, Sacramenta novæ Legis non esse ad salutem necessaria; sed superflua; & sine eis, aut eorum voto per solam fidem homines a Deo gratiam (*d*) justificationis adipisci; licet omnia singulis necessaria non sint; anathema sit.

d Supra sess. 7. de justif. c. 7. & Can. 7.

CANON V.

Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse; anathema sit.

CANON VI.

e Concil. Flor. sub sing. 4. ubi hoc docet Beatus.

Si quis dixerit, (*e*) Sacramenta novæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum externa sint accepta

rias habeant) quo minus possint ab Episcopis extraneis in aliena Diœcesi de licentia Ordinarii Pontificalia exercentibus, ordinari. Neque Episcopus, qui nullum habet Episcopatum, potest in sua Ecclesia jurisdictionali, (velut si esset Præpositura) sine expressa licentia Episcopi, intra cujus fines Diœcesis præpositura existit, chrisma conficere, nec alia Pontificalia exercere.

Nec etiam potest Episcopus pontificalia exercere in loco exempto jurisdictionis non Episcopi, sed inferioris; etiam vocatus ab ipso inferiore, sine licentia Episcopi, intra cujus Diœcesis fines esset locus ille, etiamsi ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Episcopum, quem maluerit ad ministrandum Sacramentum confirmationis: dummodo locus ipsius exempti sit intra fines Diœcesis alicujus, ita ut non esset nullius; quia tunc posset, sicut S. D. N. Greg. XIII. declaravit.

Vicarius generalis non potest concedere hanc licentiam, nisi habeat speciale mandatum. gl. vers. non extenditur. c. cum nullus, de sem. ordin. in 6.

REMISSIONES.

a Concordat *Conc. 1. Nican. c. 17. Concil. 2. Arelat. cap. 13. & Antioch. cap. 15. & Conc. 3. Aurel. cap. 15. & Concil. 3. Carthag. cap. 20. & 21. cap. placuit cum seq. 7. quæst. 1. & cap. 14. quæst. 1. cap. nullam Episcopum, cum tribus seqq. 9. quæst. 2.* Vide Navar. *conf. 69. de sentent. excom.* Cened. ad Decretum *collect. 52. a prima* P. Henriquez in *sum. p. 2. lib. 11. c. 3. §. 2. in fin. lit. S.* Salzed. ad *Bern. in pract. cap. 26. lit. A.* Garcer. *Canon. lib. 1. cap. 26. num. 26.* Elamin. de Resign. *l. 1. quæst. 17. num. 17.* Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo Archiep. num. 2. p. 26. & p. 2. verbo Episc. p. 45.* Dest. Ledesma in *sum. 9. 1. tract. de Sacram. Ordinis cap. 8. concl. 4. dub. 4.* Ricc. in *prax. resol. c. 234. & 300.*

b *Nulli Episcopo* .) An etiam Archiepiscopo affirmant Cov. *pract. in c. 9. num. 2. cum glos. in c. 1. in 2. notabi. de offic. ordin. lib. 6.* in terminis nostris text. allegans Zerol. *d. verbo Archiepisc. ver. Ad secundum*, ubi respondet, ad *text. in cap. 1. cum similibus, de Auctoritate, & usu pallii*, † ac Riccard. *d. c. 234. n. 1.*

† *Pontificalia in alterius diœcesi exercere* .) Quod Episcopus & Vicarius habeant facultatem faciendi actus voluntariæ jurisdictionis extra territorium, resolvit Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 127. a princ. & num. 6.* dicit quod possunt concedere dimissorias in aliena diœcesi.

Utrum Episcopus extra territorium existens possit excommunicare & absolvere subditum suum? Affirmat. Gonsal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 62. num. 12.* ubi *num. 21.* resolvit, quod potest Episcopus extra suam diœcesim jurisdictionem contentiosam exercere, quando causæ cognitio non vertitur, & effectus consertur in suam diœcesim, de quo etiam Gratian. *dict. cap. 127. num. 8.*

c *Expressa licentia*. Quare hodie cessante tradita per Hostiens. quem refert ac sequitur Zabarell. in *Clem. Archiepisc. vers. similb. de privileg.* ut animadvertit Hugolin. *de offic. & potest. Episcopi p. 1. c. 4. §. 14. num. 1. in fin.*

d *Ordinarii loci* .) Quod etiam Episcopus in aliena diœcesi, de licentia Ordinarii pontificalia exercens, possit clericis alienarum diœcesium, si suas literas dimissorias habeant, ordines conferre, docet Fr. Emman. in *sum. p. 2. cap. 14. num. 7. concl. 7.*

e *Ab executione Ordinum* .) Quod ordinario propriis Episcopi extra territorium valeat, licet puniri possit, resolvit P. Henriquez in *sum. p. 2. lib. 11. c. 3. §. 2. in fin. lit. S.*

f *Sint ipso jure suspensi* .) Hoc procedere, etiamsi inadvertenter faciant benedicendo calices, vel corporalia, resolvit Zerol. in *prax. Episcop. p. 2. verbo Episcopi, vers. Secundo.*

Vide Annotationes ad hoc *Caput. 5. in Appendice, Discursu 6. Card. de Lucâ.*

SESSIO SEPTIMA

Celebrata die 3. mensis Martii, M. D. XLVII.

Decretum de Sacramentis.

PROOEMIUM.

AD consummationem salutaris de justificatione doctrinæ, quæ in præcedenti proxima Sessione uno omnium Patrum consensu promulgata fuit; consentaneum visum est de Sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis agere, per quæ omnis vera justitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur: propterea sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hæreses, quæ circa sanctissima ipsa Sacramenta hac nostra tempestate, tum de damnatis olim a Patribus nostris hæresibus suscitatæ, tum etiam de novo adinventæ sunt, quæ Catholicæ Ecclesiæ puritati, & animarum saluti magnopere officiunt, sanctarum Scripturarum doctrinæ, Apostolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum, & Patrum consensui inhærendo, hos præsentes canones statuendos, & decernendos censuit, reliquos, qui supersunt ad cœpti operis perfectionem deinceps, divino Spiritu adjuvante, edituram.

DE a SACRAMENTIS IN GENERE.

CANON I.

a Concil. Florent. in decretis Eugenii ad Armenos.

Si quis dixerit (*a*) Sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Jesu Christo, Domino nostro instituta; aut esse plura, vel pauciora quam septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, (*b*) Eucharistiam, Pœnitentiam, extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem, non esse vere, & proprie Sacramentum; anathema sit.

b cap. abominandam, de hæret.

CANON II.

Si quis dixerit, ea ipsa novæ legis Sacramenta a Sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia cæremoniæ sunt aliæ, & alii ritus externi; anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, (*c*) hæc septem Sacramenta ita esse inter se paria; ut nulla ratione aliud sit alio dignius; anathema sit.

c c. nihil, de consec. dist. 4. cum sim.

CANON IV.

Si quis dixerit, Sacramenta novæ Legis non esse ad salutem necessaria; sed superflua; & sine eis, aut eorum voto per solam fidem homines a Deo gratiam (*d*) justificationis adipisci; licet omnia singulis necessaria non sint; anathema sit.

d Supra sess. 7. de justif. c. 7. & Can. 7.

CANON V.

Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse; anathema sit.

CANON VI.

e Concil. Flor. sub sing. 4. ubi hoc docet Beatus.

Si quis dixerit, (*e*) Sacramenta novæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum externa sint accepta

ptæ per fidem gratiæ vel justitiæ, & notæ quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, non dari gratiam per hujusmodi Sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiamsi rite ea suscipiant, sed aliquando, & aliquibus; anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, per ipsa novæ Legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem divinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere; anathema sit.

CANON IX.

[f] Sess. 17. Can. 4. ex decretis Eugenii in Concil. Flor.

Si quis dixerit, (f) in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale & indelebile unde ea iterari non possunt; anathema sit.

CANON X.

[g] Vide Concil. Carth. 4. c. 98. & in Concil. Constant. 2. 3 Joan. Vvicles. infr. Sess. 24. de pœn. c. 6.

Si quis dixerit, (g) Christianos omnes in verbo & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem; anathema sit.

CANON XI.

[h] Concil. Flor. in decreto Eugenii. [i] Idem error damnatur in Vviclef. [k] Concil. Coriant. Sess. 8. c. multis, c. remissionis c. Christus enim plor. seq. 1. q. 1. c. ult. 13. c. ult.

Si quis dixerit, (h) in ministris dum Sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia; anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, (i) ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere aut conferre Sacramentum; anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos; aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse; anathema sit.

REMISSIONES.

[a] Vide Hugolin. *de Sacramentis in genere*, Sayr. in *speciali tract. de Sacram. in communi*. Vivald. in *Candelabro aureo in principio de Sacramentis in genere*. P. Hent. in *sum. part. 1. lib. 1. de Sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis in genere*. Card. Bellar. *tom. 2. in lib. de Sacram.* P. Soar. *tom. 3. de Sacr.* Gabr. Vasquez in *3. par. D. Thom. tom. 2. disp. 60.* Bald. Junium *super opere controv. Bellarm. part. 2. lib. 1. de Sacram. in genere*, Petr. Ledesm. in *sum. p. 2. de Sacrament.* novissime P. Ægid. de Coninck *de Sacram.*

[b] CANON I. Vide Petr. *l. 1. tit. 1. cr.* Andin. Navar. *in manu. c. 22. n. 2. & 3. & in c. novit. de judic. notab. 3. n. 92.* P. Hentiq. in *sum. lib. 1. c. 3. §. 1.* Sayr. *de Sacram. in genere lib. 2. cap. 1. q. unic.* & latius *cap. 2. art. 1. & art. 2.* respondet ad argumenta contraria. P. Soar. *tom. 3. de Sacram. disp. 12. sect. 1.* P. Valquez. in *3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 135. n. 1. cum sequ. & disp. 139. n. 1.* Balduin. Junium *super opera controvers. Bellarm. 2. 2a lib. 1. cap. 3. vers. Prima ergo quæstio.* P. Reginal. in *praxi fori panit. lib. 28. num. 4.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 2. quæst. 64. art. 1. dub. 1. & q. 65. art. 1. n. 4.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Sacramentis in communi. cap. 6. concl. 4.*

[c] CANON II. Vide Sayr. *de Sacram. in genere lib. 5. cap. 7. art. 3.* P. Hentiq. in *sum. lib. 1. cap. 7.* P. Valer. Reginal. in *praxi fori panit. lib. 31. n. 7.*

[d] CANON III. Vide Card. Bellarm. *lib. 2. de Sacram. c. 19.* late Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 6. cap. 1. 3. unic.* Balduin. Jun. *d. lib. 2. cap. 8. prope finem.* P. Vasquez. *in 3. p. D. Thom. tom. 3. q. 74. disput. 77. num. 6.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Sacram. in communi. cap. 7. concl. 3.*

[e] CANON IV. Vide Magist. in *4. dist. 1. D. Thom. in 4. distinct. 3. q. 1. art. 2. & part. 3. q. 61. art. 1.* D. Antonin. *p. 3. tit. 14. cap. 11. §. 4.* Can. in *relect. de Sacram. in genere*, c. 24. Hug. Victor. *lib. 1. de Sacram. p. 9. c. 3.* Catd. Bellar. *lib. 1. de Sacramen. in genere, cap. 22.* Gregor. de Valent. *tom. 4. disp. 3. q. 2. punct. 1.* P. Soar. *tom. 3. de Sacram. disp. 3.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 3. cap. 1. q. unic.*

[f] CANON V. Vide Sayr. *de Sacrem. in genere, lib. 3. cap. 1. q. unic. art. 2. & 3.* P. Valquez in *3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 131. n. 34. & disp. 149. n. 5.*

[g] CANON VI. Vide P. Hentiq. in *sum. p. 1. lib. 1. cap. 17.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 5. cap. 5. 9. unic.* P. Valer. Regin. in *praxi fori panit. lib. 26. a num. 43.* Petr. Ledesm. in *sum. part. 1. tr. de Eucharist. cap. 10. concl. 1.*

[h] CANON VII. Vide Card. Bellarm. *lib. 1. de Sacram. cap. 26.* P. Ægid. *de Sacram. quæst. 64. art. 9. num. 108.* P. Valer. Reginal. *d. lib. 26. a num. 43.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Sacramentis in communi. cap. 7. concl. 1.*

[i] CANON VIII. Vide Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 5. cap. 2. in princ.* P. Ægid. *de Sacram. q. 62. art. 1. dub. 4.*

[k] CANON IX. Vide P. Hentiq. in *sum. lib. 1. cap. 15.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 4. cap. 1. cum seq.* P. Ægid. *de Sacram. q. 63. art. 1. a princ.* P. Valquez in *3. p. Div. Thom. tom. 2. disp. 146. num. 5.* P. Valer. Regin. in *praxi fori pæn. lib. 26. a num. 43.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tr. de Sacram. Confirm. cap. 4. concl. 2.*

[l] CANON X. Vide P. Paul. Comit. *resp. moral. lib. 1. quæst. 46. num. 1.* P. Valquez in *3. p. D. Thom. tom. 2. quæst. 138. num. 3.*

[m] CANON XI. Vide Sayr. *de Sacram. in genere, l. 2. c. 3. 5. unic. art. 3. post princ.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tr. de Sacramentis in communi. c. 6. concl. 13.* P. Ægid. *de Sacram. q. 64. art. 3. dub. 1. num. 62.* P. Valerium Reginald. in *praxi fori panitent. lib. 26. a num. 36.*

[n] CANON XII. Vide *cap. Multi, cap. Significasti, cap. Dominus, cap. Christus, 1. q. 1.* P. Hentiq. in *sum. lib. cap. 29.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Euchar. cap. 9. concl. 8.* Canon. *ad Decretum collect. 39. n. 3.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 5. cap. 4. p. 491.* P. Valquez in *3. p. li. Thom. tom. 2. disp. 137. n. 18.* P. Ægid. *de Sacram. q. 64. art. 6. & q. 82. n. 34.* P. Val. Reginal. in *praxi fori panit. li. 26. n. 14.*

[o] CANON XIII. Vide P. Ægid. *de Sacram. tom. 2. q. 60. num. 59. & quæst. 82. num. 3.* P. Valer. Regin. in *praxi fori panit. l. 26. num. 10. & num. 28. cum seq.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Baptismo, cap. 12. conclus. in fine.*

DE BAPTISMO.

CANON I.

[a] Aug. Enchirid. c. 68. Calixtus, & c. non regenerabuntur, de cons. dist. 4.

Si quis dixerit, (a) Baptismum Joannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi; anathema sit.

CANON II.

[b] c. pen. de Bapt. Joan. 3. c. filius, & c. non dubito, de cons. dist. 4.

Si quis dixerit, (b) aquam veram & naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque idco verba illa Domini nostri Jesu Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit; anathema sit.

CANON III.

[c] c. non decet. 23. dist. c. ad abolendi. de hæret.

Si quis dixerit, (c) in Ecclesia Romana, quæ omnium Ecclesiarum mater est & magistra, non esse veram de Baptismi Sacramento doctrinam; anathema sit.

CANON IV.

[d] Concil. Florent. in decreto Eugenii c. dictum. & quod verso cum 2. c. seq. 1. 41.

Si quis dixerit, (d) Baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum; anathema sit.

CANON V.

[e] Joan. 3. c. 1. Petr. de cons. dist. 4.

Si quis dixerit, (e) Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem; anathema sit.

CANON VI.

[f] Sic. ad Gal. 5. dicit Paulus Testificor omni homini, &c.

Si quis dixerit, Baptizatum non posse, etiamsi velit, gratiam amittere, quantumcumque peccet, nisi nolit credere; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, (f) baptizatos per ba-

baptismum ipsum solius tantum fidei debitores fieri, non autem universæ legis Christi servandæ; anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint; anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, ita revocandos esse homines ad Baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia, quæ post Baptismum fiunt, vi promissionis in Baptismo ipso jam factæ, irrita esse intelligant, quasi per ea & fidei, quam professi sunt, detrahatur, & ipsi Baptismo; anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, peccata omnia, quæ post Baptismum fiunt, sola recordatione & fide suscepti baptismi vel dimitti, vel venialia fieri, anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, verum & rite collatum Baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negaverit, cum ad pœnitentiam convertitur; anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, neminem esse baptizandum, nisi ea ætate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo; anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto Baptismo † (g) inter fideles computandos non esse; ac propterea cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos; aut præstare omitti eorum Baptisma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ; anathema sit.

CANON XIV.

Si quis dixerit, hujusmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt: & ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos; nec alia interim pœna ad Christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistiæ, aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant; anathema sit.

DECLARATIONES.

Can. 3. ibi *Veram de Baptismi*.) Cæremoniæ supplendæ sunt in baptizatis à Calvinistis, etiam in adultis, prævia abjuratione hæresis & reconciliatione.

Cap. 4. ibi *ab hæreticis*.) S. D. N. Pius V. probavit sententiam congregationis Concilii dicentis, Calvinistarum Baptismum verum esse, & ideo baptizati ab eis, non sunt iterum baptizandi: non enim Calvinistæ discesserunt ab Ecclesia circa baptismum, proindè adhuc servant formam Ecclesiæ, sed non reliqua solemnia.

REMISSIONES.

a Vide Magist. & Theol. in 4. *dist.* 3. Pet. Sot. *de institt. Sacerd. lect.* 1. *de Baptismo.* Ledesm. 1. 4. q. 7. Tolet. *de institt. Sacerd. lib.* 2. *cap.* 18. Card. Bellarm. *tom.* 2. *lib. unic. de Bapt.* P. Henriq. in *sum. p.* 1. *lib.* 2. P. Sotus *tom.* 3. *de Sacram. q.* 66. P. Vasquez in 3. *p. D. Thom. tom.* 2. *disp.* 140. *cum seqq.* Bald. Jun. super *oper. controv. Bellarm. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 1. Petr. Ledesm. in *sum. p.* 1. *tract. de Baptismo.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnitent. lib.* 27. *a primo.* P. Ægid. *de Sacram. & censur. q.* 69. plures Doctores refert Carrill. in *tabulis tit. de Sacram. Bapt.*

β CANON I. Concordat D. Augustin. in *Enchirid. c.* 49. *c. aliud c. non regenerabuntur. de consec. dist.* 4. V. Bald. Junium super *opera controv. Bellarm. p.* 2. *l.* 2. *c.* 5. *prope finem.*

γ CANON II. Vide *c. pen. de Baptismo, c. sic.*

δ Aug. lib. 1. de pec. mer. & rem. c. 9. & lib. 2. c. 2.

c. filius, & c. non dubito, de consec. dist. 4. Navarr. in *manual. c.* 22. *n.* 5. & 6. Bellarm. *lib. unic. de Baptismo, cap.* 4. Henriq. in *sum. lib.* 2. *cap.* 6. P. Soar. *tom.* 3. *q.* 66. *art.* 4. *disp.* 20. *sect.* 1. Bald. Junium super *opera controv. Bellarm. lib.* 2. *cap.* 1. *vers. De materia Baptismi part.* 2. P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. lib.* 27. *num.* 10. P. Ægid. *de Sacrament. quæst.* 60. *num.* 20.

ε CANON III. ibi (*Quæ omnium Ecclesiarum mater est*.) Concordat textus in *cap.* 1. *dist.* 12. *cap. rogamus* 24. *quæst.* 1. *cap. sin. de Extrema unct.* & inter alias primatum obtinet *c. quamvis* 23. *dist. c. omnes*; *cap. Sacrosancta* 22. *dist.* Covar. *lib.* 4. *var. cap.* 14. *num.* 11. Bannez in 2. 2. *D. Thom. q.* 1. *art.* 10. *concl.* 5. D. Mart. *de Jurisd. part.* 1. *cap.* 13. *a num.* 16. Card. Thus. *tom.* 7. *litt. R. concl.* 365. Card. Mantic. *de conjectl. ult. voluntat. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 4. *in princip.* Jacob. de Grassis *tom.* 2. *consil. lib.* 3. *tit. de Clericis non resid. cons.* 1. *num.* 4. P. Valer. Regin. in *praxi panit. lib.* 1. *num.* 22. Fr. Paulin. Bern. Lucen. in *praxi crimin. Regul. tit.* 2. *cap.* 14. *num.* 4.

ζ CANON IV. Vide P. Henriq. in *sum. l.* 1. *c.* 28. *a princ. & l.* 2. *c.* 28. §. 2.

η CANON V. Vide Sayr. *de Sacram. in genere, lib.* 6. *cap.* 4. §. 1. *vers. Est quidem Baptismus*. P. Ægid. *de Sacram. tom.* 1. *q.* 63. *num.* 6. P. Valer. Regin. in *praxi fori panit. lib.* 27. *num.* 7.

θ CANON VI. Vide P. Henriq. in *sum. lib.* 1. *cap.* 12. §. 6. *pag. mihi* 44. P. Vasquez in 3. *p. D. Thom. disp.* 156. *num.* 63. *in fine*. Petr. Ledesm. 1. *part. de Baptism. cap.* 8. *concl.* 1.

ι CANON VII. Vide Petr. Henriq. *dist.* 6. *lit. T.* Card. Bellarm. *lib. unic. de Baptismo, cap.* 15. P. Vasquez *dict. disp.* 156. *num.* 68.

κ CANON VIII. Vide Bellarm. *lib. unic. de Baptismo, cap.* 16. *lib.* 2. *de Sacram. cap.* 29. P. Henriq. d. §. 9. *lit F.* P. Vasquez *d. disp.* 156. *n.* 69.

λ CANON IX. Vide Vasq. *d. disp.* 156. *num.* 76.

μ CANON X. Vide Bellarm. *lib. unic. de Baptismo, cap.* 18. *& lib.* 1. *de panit. cap.* 8. *col. antepen. & cap.* 12. *cum duobus seqq.* P. Henriquez in *sum. lib.* 4. *cap.* 1. *in prooem.* §. 4. *lit. b.* P. Vasquez *d. disp.* 150. *num.* 7 1.

ν CANON XI. Vide Sybald. Medices in *sum. omnium hæreseon, in secta hæresiarch. pag.* 69. *Reperi. Inquisit. versus Baptismum, versa Sed iteratio* P. Valq. in 3. *p. D. Thom. tom.* 2. *disp.* 136. *n.* 9. plures refert Cened. ad *Doctrinam collect.* 63. * Vide etiam Sa' zed. ad *Bern. Diaz. in prax. can. cap.* 15. *litt. A.* post D. Thom. & alios per eum relatos.

ξ CANON XII. Vide P. Vasquez in 3. *p. D. Thom. tom.* 2. *disp.* 154. *n.* 5.

ο CANON XIII. Vide P. Henriq. in *sum. lib.* 1. *cap.* 17. §. 5. *litt.* 12. 1. *lib.* 2. *cap.* 15. §. 2. *lib.* 2. *litt. D.* Baduin. Junium super *opera controvers. Bellarm. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *vers. de prima quæst.* P. Ægid. *de Sacram.* 1. q. 68. *art.* 9. *num.* 58. P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib.* 27. *num.* 34.

† *Susceptus baptismo.*) Vide D. Augustinum *lib. de peccat. mer. & remiss. c.* 16. & *lib.* 3. *cap.* 2.

π CANON XIV. Vide P. Henriq. in *sum. lib.* 2. *cap.* 15. §. 2. *lit. F. & cap.* 24. §. 1. *lit. B.* P. Vasquez in 3. *p. D. Thom. tom.* 2. 9. 68. *disp.* 143. *n.* 5. Petr. Ledesm. *p.* 1. *de Baptismo, cap.* 8. *concl.* 9.

DE CONFIRMATIONE.

CANON I.

β Si quis dixerit, (*a*) Confirmationem Baptizatorum otiosam cæremoniam esse, & non potius verum & proprium Sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesin quamdam, qua adolescentiæ proximi fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant; anathema sit.

a c. nullus ministrorum de conf. d. 4.

CANON II.

γ Si quis dixerit, (*b*) injurios esse Spiritui Sancto eos; qui sacro Confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt; anathema sit.

b Vide Simonem epist. Urbani 1. ad omnes, &c. cap. 1. cum seq. de consecr. dist. 5. c. omnes, & consil. dist. 6. Concil. Flor. loco cit. vide Eulebium Pap. 1. Ep. ad Epist. Toletæ Innocent. I. Epist. 1. cap. & inf. Sess. 23. c. 4.

CANON III.

δ * Si quis dixerit, (*c*) sanctæ Confirmationis 1. ordinarium ministrum 2. non esse solum Episcopum, sed quamvis simplicem sacerdotem anathema sit.

DECLARATIONES.

1. *Ordinarium*,) Abbas habens ex privilegio sedis Apostolicæ, ut sacramentum Confirmationis possit conferre; S. D. N. Gregorius audita relatione Congregationis annuit

annuit quod posset, de licentia tamen Ordinarii. Extraordinariarum verò cui Papa concederet, S. D. N. Gregorius ex sententia Congregationis respondit, Abbatem privilegiatum omnia, quæ spectant ad Episcopum, posse exercere, præterquam Chrisma & sacros ordines conferre non posse, & sacramentum Confirmationis administrare, cum ea, quæ sunt ordinis, requirant specialem mentionem, nec inferioribus Prælatis inveniuntur concessa; & licet exceptio firmet regulam, non tamen ampliat ultra ejus naturam, ut comprehendat ea, quæ sunt alias reservata: & de quibus est facienda specialis mentio, prout est confirmare.

Episcopo chrismatis tantum conferendi causa ad loca suæ diœcesis accedente, Laici, vel Ecclesiarum Rectores ad illius impensas non tenentur.

2. *Non esse solum Episcopum.*) Etiam Abbates ex privilegio Sedis Apostolicæ, & de consensu tamen Ordinariorum, hoc Sacramentum confirmationis conferre possunt.

Omnes Prælati inferiores exempti habentes Jurisdictionem Episcopalem, si intra fines alicujus Diœcesis sint, tenentur accedere ad Episcopum, intra cujus limites existunt, pro sanctis oleis.

S. D. N. Consulto respondit, non posse Abbates uti facultate conferendi Sacrosanctum Confirmationis chrisma, nisi Ordinarius loci consenserit, & quemadmodum, & quamdiu placuerit ei. Qui vero est nullius Diœcesis, habetque jurisdictionem, ut supra, potest accersere quem maluerit Catholicum Episcopum, pro ministrando chrismatis Sacramento, non obstante Capitulo quinto reformationis sessionis sextæ.

REMISSIONES.

« Vide Summistas *verbo*, *Confirmatio*. Castr. *lib.* 5. *adversus hæreses*, *Verbo*, *Confirmatio*. Pet. Sot. *de instit. Sacerdotii*. *de Confirmatio*. Covar. *lib.* 1. *var. resol. in duplici lectione*. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 16. *in manu cap.* 23. *num.* 8. Angles in *floribus Theologicis p.* 1. *de Confirmat.* Marc. Ant. *lib.* 5. *instit. majorum tit.* 3. *de Sacram. Confirm.* Petr. Greg. *Syntagm. lib.* 22. *cap.* 15. Card. Bellarm. *lib. unico de Sacram. Confirm.* P. Henriq. in *sum. lib.* 3. Vival. in *Candelabro aureo de Sacram. tit. de Confirm.* Petr. Ledesm. in *sum. p.* 1. *tract. de Sacram. Confirm.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & consor. quæst.* 72. P. Valen. Reginal. in *praxi fori pœnit. lib.* 28.

§ CANON I. Vide P. Henriquez in *sum. lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *& lib.* 3. *cap.* 1. §. 2. Sayr. *de Sacram. in genere*, *lib.* 2. *cap.* 2. §. 1. *art.* 2. *vers. Verùm itaque opinio*. P. Valer. Reginald. *dist. lib.* 28. *num.* 28. Petr. Ledesm. in *sum. p.* 1. *tract. de Sacramento Confirm. cap.* 1. *concl.* 2.

§ CANON II. Vide Sayr. *de Sacram. in genere*, *lib.* 2. *cap.* 2. §. 1. *art.* 2. *vers. verior itaque opinio & lib.* 5. *cap.* 1. §. *unico art.* 2. *vers. de Consens.* Petr. Ledesm. in *sum. p.* 1. *tract. de Sacramento Confirmat. cap.* 3. *concl.* 2.

§ CANON III. Concordat text. in *cap. Manus*, *de cons. dist.* 5. Vide Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 10. *n.* 6. & 14. P. Henriq. in *sum. lib.* 3. *cap.* 6. Card. Bellarm. *de Confirm. cap.* 12. Bald. Jun. *super opera controv. Bellarm. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 6. *prope finem vers. Catholici omnes*. P. Ægid. *de Sacram.* 7. 72. *n.* 97. & *n.* 105. Petr. Ledesm. in *sum. p.* 1. *tract. de Sacram. Confirm. cap.* 9.

* Vide etiam Mich. Agia. *de exhib. anxil. fundament.* 2. *p.* 35.

DECRETUM DE REFORMATIONE.

EAdem sacrosancta Synodus, (*a*) eisdem Præsidentibus, & Legatis, inceptum residentiæ & Reformationis negotium ad Dei laudem, & Christianæ religionis incrementum profequi intendens, ut sequitur statuendum censuit, (*b*) salva semper in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate.

CAPUT I.

Quis sit capax regiminis Ecclesiarum Cathedralium.

« AD Cathedralium (*a*) Ecclesiarum regimen nullus, § nisi ex legitimo matrimonio natus, * & ætate matura, gravitate morum, § literarumque scientia, juxta constitutionem Alexandri III. quæ incipit, (*b*) Cum in cunctis, in Concilio Lateranensi promulgatam, præditus assumatur.

RE-

a Sup. sess. 9. c. 1. & inf. Sess. 12. c. 1. b Inst Sess. ult. de ref. c. 21.

a Sess. 22. c. 2. plus exigitur. § Parte 1. c. 3. confer ejus 3ed libr. 1. Decret. c. 7. c. cum in cunctis. 9. cum vero 34. 8. cui de ætate sacerd. prad. Concil. Chalcedo. c. 10. & 12. 21. 9. c. sanctum 30. dist. c. in his. 104. 2. c. quia in tantum c. ad hæc & c. & multa, de prab. c. quia nonnulli de mag. & cum nonnulli, de præb. in 6. Clem. gen. de reform. & execrab. 3. qui vero in Extrav. comm. de præb. & inst. Sext. 24. c. sic de ref.

a Sub Innoc. III. 2. Later. cap. 29. alii quinque ad hunc dispositio refertur.

REMISSIONES.

« V. Petr. Ledesm. in *sum.* 2. *p.* tr. 32. *cap.* 3. *del estado de los Obispos quæst.* 10.

§ *Nisi ex legitimo matrimonio natus.*) An procedat in legitimato per subsequens matrimonium? Affirmat Pereg. *de fideicom. art.* 24. *num.* 12. P. Soar. *tom.* 3. *de censur. disp.* 30. *sect.* 3. *an.* 10. P. Azor. *Instit. Moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 14. *q.* 14. & hanc partem sequutus est doctissimus, & omni ævo memorandus præceptor meus D. Antonius Homen in Conimbricensi Academia juris Pontificii primarius, & in Cathedrali Ecclesia Conimb. Doctoralis Canonicus, in eleganti & nunquam satis laudato *commentario ad tit. Qui filii sint legitimi*, *in Decretal. super cap.* 1. *verbo*, *ante dispensationem*, *num.* 9. *vers. Tertio ex dictis constat.* * Vide Cenedo in *collect.* 77. *ad Decretales*, *n.* 2.

* *Ex ætate matura.*) Vide P. Henriq. in *sum. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *in princip. vers. ad Episcopatum jure requiritur ætas quadraginta annorum*. P. Azor. *Inst. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *in princ.* Ft. Ludov. Miranda *de ordine judic. quæst.* 4. *art.* 2. *concl.* 3. Leff. *de Justit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 107. P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 163. *vers. Primo*.

§ *Literarum scientia.*) Vide P. Henriq. in *sum. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 8. §. 1. *vers. Gradus*. P. Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.* 3. *cap.* 28. *quæst.* 9. Petr. Alphons. de Vasconcellos in *herm. Rubricarum in Rub. de ætate*, *& qualit. num.* 2. P. Valer. Regin. *d. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 171. *vers. Occurrit*.

CAPUT II.

Tenentes plures Cathedrales Ecclesias juventur omnes excepta una dimittere, certo modo & tempore.

« NEmo quacumque etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgens, plures Metropolitanas seu Cathedrales Ecclesias in titulum, seu commendam, aut alio quovis nomine, § contra (*a*) sacrorum Canonum instituta recipere & simul retinere præsumat; cum valde felix ille censendus, cui y unam Ecclesiam bene ac fructuose, & cum animarum sibi commissarum salute regere contigerit. Qui autem plures Ecclesias contra præsentis decreti tenorem nunc detinent, una, quam maluerint retenta, reliquas infra sex menses, si ad liberam Sedis Apostolicæ dispositionem pertineant, alias infra annum dimittere teneantur: alioquin Ecclesiæ ipsæ, ultimo obtenta dumtaxat exceptæ eo ipso vacare censeantur.

a Part. 1. c. 13. c. quia nonnulli de cler. non resid. b. c. licet. Concil. de Elect. in 6. Decret. c. 14. grave nimis, de præb. c Vide paulo post, Notitiæ 4. Sept. 1591.

REMISSIONES.

« Vide late, & eleganter P. Azor. *instit. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *a princ.* P. Leff. *de Justit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 138.

§ *Contra sacrorum Canonum.*) Concord. text. in *c. Sanctor.* 70. *dist.*

y *Cui unam Ecclesiam bene*, *&c.*) Vide Navar. *de Oratione*, *cap.* 22. *n.* 22.

Vide *Annotat. ad hoc Caput in Appendice sub Discursu* 7. *Card. de Luca*.

CAPUT III.

Habilibus tantum personis conferantur beneficia.

« INferiora beneficia Ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia, 1. § personis dignis & habilibus, & quæ in loco residere, ac per seipsos * curam ipsam exercere valeant, y juxta constitutionem Alexandri III. in Lateranensi, quæ incipit, (*a*) Quia nonnulli, & aliam Gregorii X. in generali Lugdunensi Concilio, quæ incipit, (*b*) Licet Canon, editam conferantur, § aliter autem facta collatio sive provisio, omnino irrita sit; & Ordinarius collator pœnas constitutionis Concilii generalis, quæ incipit, (*c*) Grave nimis, se noverit incursurum.

DECLARATIONES.

1. *Personis dignis.*) Stante penuria Sacerdotum idoneorum, Episcopus provideat beneficiis ea ratione, qua potest, meliori.

Con-

Congregatio Concilii censuit, ad omnia nendam in Cathedrali vel collegiata dignitatem non curaram, requiri ætatem annorum 22. completam.

2. *Per saltum curam.*) Parochus, si ex morbi genere timeatur, ut ad functionem sui Sacerdotii, aut ad res divinas per se obeundas minime idoneus esse videatur, non teneatur durante illo morbi genere, sacris ordinibus se initiari facere.

CAPUT III.

Lib. 3. Decretal. de Clericis non residentibus.

QUia nonnulli modum avaritiæ non ponentes, dignitates diversas Ecclesiasticas, & plures Ecclesias parochiales, contra facientem canonum institutiones gestiunt accipere; ut cum unum officium vix impleve limitetur, stipendia sibi vendicent plurimorum; ne id de cætero fiat, districtius inhibemus: Cum igitur Ecclesia, vel Ecclesiastico ministerium committi deberit, talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, & curam ejus per seipsum valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra sacros Canones accepit, amittat, & qui dederit, largiendi potestate privetur.

REMISSIONES.

* Vide Navar. ad c. *Si quando de Rescript.* extrav. 1°. & *Alfarill.* 14. *de stat.* P. Valer. Regin. *in praxi fori panit. lib.* 30. *tract.* 3. *a* num. 174.

β *Personis dignis & habilibus.*) In hoc Lusitaniæ Regno ex aut plures Summorum Pontificum constitutiones, quibus statuunt ac decernunt, ne aliqua contrario seu provisio de beneficiis Ecclesiasticis dispositionem Apostol. reservatis, vel affectis, in hoc regno vacantibus, præsertim in Cathedralibus Ecclesiis existentibus personis, ex Hebræorum genere, seu stirpe descendentibus fiat, & prima Constitutio data fuit à Pio V. Summo Pontifice die 20. Jan. anno 1568. Altera a Clemente VIII. die 18. Octob. anno Dom. 1600. ubi ampliavit hujusmodi prohibitionem habere locum in canonicatibus, præbendis, ac dignitatibus Catheralium, & in principalibus dignitatibus Collegiatarum Ecclesiarum, in Parochialibus, ac eorum perpetuis, cæterisque Ecclesiasticis beneficiis curam animarum habentibus. Novissime S. D. N. Paulus V. Sum. Pontif. die 17. Januar. anno Domini 1612. per aliam constitutionem supradictas declaravit habere locum tam in secularibus, quam in cujuscris Ordinis regularibus sint, quæ in Hebræorum genere, seu stirpe descendentes, sub quovis prætextu curam animarum Vicariæ etiam amovibilis, exercere prohibeantur.

* *Ac per scripsos.*) Vide tradita a Cavalcano in *decis.* 11. *n.* 38. & 26. *p.* 3.

γ *Juxta Constitutionem Alexandri III.*) Hæc constitutio habetur in *c. quia nonnulli, de Cleric. non resid.* Vide P. Valer. Reg. in *praxi fori panit. lib.* 32. *tract.* 2. *n.* 62.

† *Aliam Gregorii X.*) Hæc constitutio habetur in *c. locis canon.* 14. *de elect. in* 6. cujus declarationem recenset Farinac. in *decis.* 270. *in compil. declarationem sacræ Congregationis Card.* & Vide *infr. Sess.* 24. *c.* 18. ubi alios retuli.

‡ *Aliter autem facta collatio, sive provisio omnino irritetur.*) Vide Ft. Emman. *quæst. Regul. sem.* 52. *q.* 2. *art.* 5.

CAPUT IV.

Plurium beneficiorum retentor contra Canones, iis caret, nisi, &c.

a 1. QUicumque de cætero, 2. β plura curata, (a) aut alias 3. incompatibilia beneficia * Ecclesiastica, 4. γ sive per viam unionis ad vitam β seu commendæ perpetuæ aut alio ε quocumque nomine, & titulo, contra formam sacrorum canonum, & præsertim constitutionis Innocentii III. quæ incipit, (b) De multa, recipere ac simul retinere præsumpserit; beneficiis ipsis ζ juxta ipsius constitutionis dispositionem, η ipso jure, etiam præterius Canonis rigore, privatus existat.

a Inf. *Sess.* 24. *decret. c.* 17.

b Supr. *c.* 2. *d.* omnia *de præb. &* 6. 29. in Conc. Lat. sub. 4.

DECLARATIONES.

1. *Quicumque de cætero.*) Possidentes beneficia circa dispositionem hujus *cap.* ex præsumpta dispensatione, in qua fundatur Regula de triennali, se tueri non possunt, quia non habet locum contra hoc Decretum, & Capitulum 17. *Sess.* 24. *de ref.* ita ut suam provisionem tueri valeant.

De

De Parochialibus Ecclesiis, quæ residentiam personalem requirunt, & inter se incompatibiles sunt, una tantum potest, per hoc Decretum, retineri. Quoad alia vero beneficia residentiam requirentia, non residentes distributiones eas percipere non debent, quæ propter servitium cultus divini assignatæ sunt, non tamen procedendum est ad privationem dictorum beneficiorum si ea cum legitimis dispensationibus obtinuerint, quia de his in futurum tantum statuit Concilium, dummodo in uno illorum resideat, ubi magis est necessaria residentia.

2. *Plura curata.*) Congregatio censuit posse contineri dignitatem Parochialem cum uno curato.

3. *Incompatibilia beneficia.*) Parochiales Ecclesiæ sunt incompatibiles cum beneficiis, in quibus assignatæ sunt distributiones quotidianæ, quas amittere debent ii, qui a divinis sunt absentes. Quod de incompatibilibus beneficiis dicitur, idem intelligendum est de omnibus beneficiis residentiam requirentibus, quæ aliquis post publicationem concilii receperit, veluti duos Canonicatus, vel Canonicatum cum parochiali.

Congregatio Concilii censuit, obtinentem Parochialem una cum Canonicatu ex dispensatione Apostolica, ante Concilium obtenta, potuisse post Concilium absque alia dispensatione optare præbendam pinguiorem.

Congregatio Concilii, declarando supradictum S. D. N. responsum, intellexit regulam de triennali non defendere eos, qui beneficia incompatibilia post Concilium obtenta simul retinuerint contra decretum *c.* 4. *sess.* 7. nec etiam eos, qui beneficia ante Concilium obtenta ratione incompatibilitatis vel aliasdimittere teneantur, non obstantibus dispensationibus juxta terminos *c.* 17. *sess.* 24. & *c.* 15. *sess.* 25.

An qui obtinent Dignitates in Cathedrali Ecclesia, quarum præbendæ sunt admodum tenues, nec ad quotidianas distributiones (etiamsi personaliter divinis laudibus cum aliis in Choro inserviant) admittuntur, possint vacante Parochiali intra civitatem ejus curam habere, servata in reliquis forma Concilii, vid. si digni, & idonei in examine per concursum reperiantur? Congregatio censuit posse; expectandum tamen, donec vacet Parochialis aliqua hujusmodi, tuncque Episcopum debere S. D. N. consulere, & veros rediius Dignitatis & Parochialis exprimere.

An scholares universitatum, quibus ex *Conc. Trid. cum Gall.* indulto Apostolico concessum est, ut possint nominari ad beneficia vacatura secundo & tertio, donec qui seniores sunt, assecuti ætatem legitimam 80. florenos auri de camera in fructibus beneficiorum de fructis omnibus percipere valeant? S. D. N. Gregorius respondit ex sententia Congregationis, hanc receptionem nominationem intelligi de compatibilibus beneficiis.

Scribuntur literæ Archiepiscopo Valentinensi, ut Hieronymo Bodio obtinenti Parochialem in civitate, & Canonicatum in Cathedrali (si possit utrique commode inservire) definat molestram exhibere.

Hoc incompatibilitatis Decretum procedit etiam in illis, qui post Concilium Tridentinum receptunt duos Canonicatus, & retinent sine dispensatione Sedis Apostolicæ: seu fuerint ante Concilium, etiamsi ab Ordinario collatio facta sit.

Capellania & monasterium, quorum fructus tenues sunt, sunt incompatibilia beneficia, nec possunt retineri, sub eodem tecto sine dispensatione Apostolica. *Supra hoc c.* 5. *Incompatibilia.*

Congregatio Concilii censuit Episcopum ex causa posse dispensare, ut quis possit obtinere duo beneficia diffornia sub eodem tecto, dummodo quodliber per se non sit sufficiens ad sustentationem provisi.

Capellania quæ habet onus celebrandi certas missas, & coadjuvandi in cura animarum Ecclesiæ plebanatus, est beneficium incompatibile, cum alio beneficio curato vel alias personalem residentiam requirente, & licet ejus Rector non subjiciatur *c. Licet Can. de elect. in sexto*, tamen comprehenditur sub Decretis Concilii Tridentini, loquendo de beneficiorum non tamen curatorum residentia.

Habenti dignitatem tenuem in Ecclesia cathedrali, quique distributionibus quotidianis non participet, Ecclesia Parochialis inconsulto Romano Pontifice conferri non debet. *Super hoc c.* 5. *An qui obtinent.*

4. *Sive per viam unionis.*) Decretum hoc observandum est in iis tantum Dignitatibus & Canonicatibus, quibus a principio conjuncta fuit cura animarum, non autem si ab initio illis cura annexa non esset, sed postea ut ajunt, ex post facto.

Episcopus, cum examinaret unliones juxta dispositionem hujus decreti, & in *sess.* 21. *c.* 9. ante quadraginta annos in ejus diœcesi factas, & quæ prius, non tamen ante dictum tempus 40. annorum fortirz effectum fuerant, interesse præsentes vigore suarum prætensarum appellationum impedius

Episcopum ab hujusmodi examine. Respondit Congregatio Concilii casum hunc omissum a Concilio, ideo ex decretis ejusdem non posse quidquam attentari in eos c. 7.

An hoc decretum habeat locum in duabus Parochiis, quarum altera unita est beneficio simplici, vel dignitati? Congregatio censuit non habere locum, si Parochialis unita est perpetuo & accessorie: unde hoc decreto non obstante dicendum est, quod utraque Parochialis talis poterit retineri, si modo utramque legitime ante obtinuerat.

Censuit Congregatio in Parochialibus, quæ non sunt unitæ Monasteriis, sed earum membra, aut quomodolibet dependentes sunt, nec Concilium, nec constitutionem Pii V. de vicariis perpetuis disponisse, an unus vel duo regulares esse deberent. Ideo hos casus relinquendos esse institutioni cujusque religionis, nisi aliud Sanctissimus decernat.

Dignitates plures, quibus a principio fuit conjuncta cura animarum, sunt incompatibiles: si vero eis ex post facto conjuncta fuit, possunt cum legitima dispensatione ante Conc. Trident. obtenta retineri.

5. *Commenda perpetua.*) Commendæ, quæ ad lex menses in Ecclesiis curatis fieri poterant, ab Ordinariis *cap. nemo de Elect. in 6.* amplius post Concilium locum non habent in eis deputati Vicarii ad formam *c. 18. sess. 24.*

REMISSIONES.

α Vide Nav. *cons. 32. de præbend.* P. Azori. *inst. moral. p. 2. lib. 6. c. 13. cum segq.* Nicol. Garci. *de benefic. p. 11. c. 5. §. 2. n. 182. cum segq.* Flamin. *de Resignationib. lib. 3. q. 2. n. 121. cum segq.* Prosper. de Augustino in *addit. ad summam Bullarii, verbo, Beneficiorum resignatio, causa 9.* Caro. Thusc. *lit. B. concl. 62. & 66.* Achil. de Grat. *decis. 1. & 2. de Elect.* Aloys. Ricci in *collect. dec. p. 3. collect. 474.*

β *Plura curata aut alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica.*) Decisum fuisse, procedere in requisitionibus residentiam, ut sunt duo Canonicatus cum Parochiali, testantur Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. Glos. 15. num. 10.* Nicol. Garci. *de benefic. p. 11. c. 3. n. 79. cum multis segq.*

* Vide etiam *infr. Sess. 24. c. 17. de reform. & c. de multas, & præbend.* Diaz. in *prax. can. c. 48.* ubi late Salzedo *Rota noviss. decis. 608. & seqq. in recollect. a Farinac.*

γ *Sive per viam unionis.*) Vide Quintanad. *lib. 1. Eccles. c. 4. num. 12. & c. 7. num. 6. & lib. 4. sem. 1. n. 46.* Flamin. *de resign. lib. 12. q. 1. n. 45.* Gonz. ad *reg. 8. Canc. gl. 5. §. 7. n. 146.* Nic. *de benef. p. 11. c. 5. n. 219.*

δ *Seu commenda perpetua.*) Vide Hosped. *de incompat. benef. p. 1. c. 14. & num. 16.* Flam. *de resign. lib. 3. q. 1. n. 110.* Gonz. ad *reg. 8. Cancel. gl. 5. §. 8. a princip. & n. 20.* Prosper. de Augustin. *in addit. ad Quarant. in summa Bullarii, verbo, beneficiorum resignationes, vers. 3. Causa ibi, secunda limita.* P. Azori. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 11. v. Verum dubito*, ubi resolvit, nec duo beneficia commendata in perpetuum, nec unum jure tituli, alterum commendatum in perpetuum, posse simul haberi sine juris relaxatione, quando aliquota sunt beneficia ipso jure incompatibilia. Vide eund. Azori. *d. lib. 6. c. 13. q. 3.* Sayr. *decis. 52. de præbend.* quem refert Aloysi. Ricci. in *collect. decis. p. 3. collect. 447. in medio.*

ε *Quocumque nomine.*) Vide Nav. *de Oratione c. 22. n. 75.*

ζ *Juxta ipsius constitutionis dispositionem.*) Vide Nicol. Garci. *de Benefic. p. 11. c. 4. num. 91.*

η *Ipso jure etiam præsentis Canonis vigore privatus existat.*) Quatuor tempora ante Conc. Trident. distinguunt Gonzal. ad *reg. 8. Canc. Glos. 15. a n. 9. cum segq.* Hosped. *de incompatib. benef. p. 1. c. 7. n. 1.* P. Azori. *instit. Moral. p. 2. l. 6. c. 13. quæst. 1.* Nicol. Garci. *p. 11. c. 5. a n. 1.*

CAPUT V.

Qui plura beneficia obtinent, exhibeant suas dispensationes. Per competentes Vicarios recte cura animarum agatur. Beneficia suis obsequiis minime fraudentur.

α * ORdinarii locorum quoscumque plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica obtinentes, dispensationes suas exhibere districte compellant; & alias procedant juxta constitutionem Gregorii X. in generali Lugdunensi Concilio editam, quæ incipit, (a) Ordinarii quam eadem sancta Synodus innovandam censet, & innovat, addens insuper, quod ipsi Ordinarii etiam per I. idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur, & 2. Beneficia ipsa debitis obsequiis minime defraudentur: appellationibus, privilegiis, exemptionibus quibuscumque, etiam cum judicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmissis nemini suffragantibus.

α Lib. 6. decret. de offic. Ordinarii, & infr. c. 15. & supra Sess. 6. & 7. cit. in fin. Vide post.

DECLARATIONES.

1. *Idoneorum Vicariorum deputationem.*) Deputatio Vicariorum habet locum in omnibus beneficiis incompatibilibus, non autem in curatis, casu quo ea obtinentes, eis non inservire tenentur.

Congregatio Concilii censuit, nominationem Vicariorum ad tempus in beneficiis curatis spectare ad monasterium; perpetuorum vero in vim constitutionis Pii V. spectare ad Episcopos. Fuit in Congregatione Concilii dubitatum, an Vicarius perpetuus constitutus vigore hujus decreti subire deberet aliqua onera saltem pro rata per constitutionem Pii V. de vicariis perpetuis. S. D. N. Greg. XIII. audita relatione Congregationis declaravit Bullam Pii V. ut omnia onera incumbentia ipsi parochiali, in qua erit vicaria perpetua, pertineant ad ipsum vicarium solum, nulla autem ex parte ad Ecclesiam seu monasterium, aut locum pium, quibus erat unita ipsa parochialis.

Actum est in Congregatione Concilii, an essent constituendi vicarii perpetui in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, curam animarum habentibus, & eam per temporarios mercenarios exercentibus.

Congregatio censuit, nihil per legem generalem statuendum esse, sed in gulis casibus, qui occurrerint, providendum, prout magis expedire videbitur.

2. *Beneficia ipsa debitis obsequiis minime defraudentur.*) In hoc Decreto, & præcedenti, Capellæ & Canonicatus, & alia beneficia non curata requirentia residentiam, (si tamen alias sint incompatibilia) comprehenduntur.

Per hoc decretum non permittitur Ordinariis visitare Ecclesias Regularium. Nec temporis longitudo obfuit huic decreto, quia ab Episcopo compelli possunt ad dispensationes exhibendas, & illorum titulos ostendendos.

Subcollectores, & alii officiales Sedis Apostolicæ minime comprehenduntur, neque quoad ostensionem tituli rum, sub hoc Decreto, nisi beneficia ad Episcopi jurisdictionem spectarent, veluti si essent membra sancti Antonii Viennensis, vel aliorum. Sic e contrario illi, qui obtinent duo vel plura beneficia cum dispensatione legitima, ante Concil. Tridentinum obtenta, requirentia personalem residentiam, tenentur residere in illo, in quo magis est necessarium: nec ideo possunt alterutro privari, amittunt tamen distributiones quotidianas ejus beneficii, cujus ministerio non inserviunt.

Congregatio censuit nihil innovandum in beneficiis simplicibus, (quæ etiam Clericatus nuncupantur,) in Ecclesiis parochialibus vel alibi constitutis, quorum fructibus possessores gaudent, nullum servitium, nec per seipsos, nec per substitutos illis Ecclesiis præstando, quibus dicti Clericatus subsunt, ut possint cogi vel per seipsos, vel per alios in habitu Clericali manutenere, qui illis Ecclesiis inserviant. Et licet *cap. 3. sess. 21.* præsupponat, quod omnia beneficia sint ad cultum divinum, atque ad Ecclesiastica munera obeunda instituta; juxta *cap. ult. de reformip. lib. 6.* si tamen tanto tempore possessores talium beneficiorum non sunt coacti ad aliquid istorum, nec apparet, quod, & ad quid certum sint obligati, satisfacere videbuntur, si dicunt horas Canonicas. Unde si beneficia illa non requirunt residentiam, non debent cogi per substitutum deservire: exemplo illius Canonici, qui causa studiorum non residet; nec enim tenetur ad substitutum. *Abb. in cap. Licet, de præb.*

Congregatio Concilii censuit, si aliqua Abbatia nullius diœceseos existat, non posse Episcopum viciniorem ibi conferre Sacramentum Confirmationis, & exercere Pontificalia, absque Abbatis expressa licentia, sed esse in facultate ipsius Abbatis convocare, quem maluerit, catholicum Antistitem, salvo tamen majori jure Episcopi viciniorio, si aliunde id sibi competat, verum posse Episcopum viciniorem visitare beneficia sæcularia, & Clericos sæculares dictæ Abbatiæ, illosque culpabiles repertos corrigere, & Episcopum viciniorem dici tantum illum, cujus Cathedralis Ecclesia sit Abbatiæ proximior, non autem locis dictis Abbatiæ subjectis.

CAPUT III.

In Sexto, tit. 16. de officio Ordinarii.

ORdinarii locorum subditos suos, plures dignitates vel Ecclesias, quibus animarum cura imminet, obtinentes, seu personarum, aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura similis est annexa, distincte compellant dispensationes, auctoritate quarum hujusmodi Ecclesias, personatus seu dignitates canonice tenere se asserunt, intra tempus pro facti qualitate ipsorum Ordinariorum moderandum arbitrio, exhibere. Quod si forte justo impedimento cessante nullam dispensationem intra idem tempus contigerit exhiberi, Ecclesiæ beneficia, personatus, seu dignitates, quæ sine dispensatione aliqua eo ipso illicite detineri constabit, per eos, ad quos eorum collatio pertinet, idoneis conferantur. Cæterum si dispensatio exhibita sufficiens evidenter appareat, exhibens nequaquam in beneficiis hujusmodi, quæ canonice obtinet, molestetur. Provideat tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura in eisdem Ecclesiis, personatibus seu dignitatibus negligatur: nec beneficia ipsa debitis obsequiis defraudentur. Si vero de dispensationis exhibitæ sufficientia dubitetur, super hoc erit ad Sedem Apostolicam recurrendum: cujus est æstimare, quem modum sui beneficii esse velit. In conferendis insuper personalibus, &c.

REMISSIONES.

a Vide Aloys. Ricc. in *collect. dec. p. 3. col. 607.* & Dd. Spino in *speculo testam. 3. 3. princ. n. 75.* & quæ hic Farinacius refert ex declarat. factæ Congregationis.

CAPUT VI.

Beneficiorum unionis valide censeantur, quæ debeant irrite declarari post examen factum ab Ordinario.

a * UNiones perpetuæ (*a*) β a quadraginta annis citra factæ, † γ examinari ab Ordinariis, tamquam a Sede Apostolica delegatis, possint: & quæ per subreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint, 2. irritæ declarentur. Illæ vero, quæ a dicto tempore citra concessæ nodum in toto vel in parte * fortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cujusvis instantiam fient, nisi ex ea legitimis aut aliis rationabilibus causis, coram loci Ordinario ‡ vocatis, quorum interest, † verificatis, factæ fuisse constiterit, per subreptionem obtentæ præsumantur: ac propterea, nisi aliter a Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant.

a Vide Sess. 24. c. 9. de ref. Sess. 22. de ref. c. 3. & Sess. 25. de ref. c. 9.

DECLARATIONES.

A quadraginta annis citra factæ.) Non datur potestas per Concilium Tridentinum examinandi & revidendi unliones, quæ per 40. annos ante confirmationem decretorum ejusdem Concilii factæ fuerunt. Quæ vero post quadraginta annos factæ sunt, Episcopo revidere volenti ostendi omnino debent.

Per hoc decretum non excluduntur Ordinarii, quo minus uniones revidere possint in casibus, quibus licet de jure communi etiam ultra 40. annos.

2. *Irritæ declarentur.*) Uniones perpetuæ a 40. annis, a publicatione Conc. Trid. computandæ debent ab Ordinariis examinari, & irritæ declarari.

REMISSIONES.

a Vide Zerol. in *praxi Episcop. p. 1. verbo, unio, vers. ad sextum, & verbo, visitatio, vers. decimum dubium.* Flores variar. *quæst. l. 3. q. 23. n. 50.* * Ricc. in *prax. resol. c. 208.*

β *A quadraginta annis citra factæ.*) Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit. Duæ Parochiæ, quæ per consuetudinem, quæ per quadraginta annos viguerit, tanquam unitæ, cum semper sine collatione collatæ fuerint, earum sic possessor non est molestandus, & tempus quadraginta annorum currit a publicatione Concilii, refert Zerol. d. verbo unio vers. *Ad sextum.* † Vide etiam infr. *sess. 24. c. 9. de refor. & sess. 24. c. 13. de ref.* Menoch. in *cons. 402. n. 80.* Ricc. in *sua prax. curiæ Eccl. Neap. decis. 385.*

γ *Examinari ab ordinariis, &c.*) Quomodo probetur unio, & ad eam probandam quod tempus requiratur? Vide Rebuf. in *sua praxi Benefic. l. 1. tit. de unionib. benefic. a n. 54.* Flores *Var. lib. 1. q. 20. n. 19.* Mascard. *de Probat. concl. 179. & concl. 586. & concl. 1413.* Menoch. *de Præsumpt. lib. 6. quæst. 80. Jamillus* Nicol. Garci. *de benefic. p. 12. cap. 2. num. 225. cum seqq.*

* *Sortitæ sunt effectum.*) Vide Joan. Aloys. Ricc. *d. decis. 384. a num. 2.* ubi quando unio dicatur sortiri effectum. De quo etiam Garcia *de benef. p. 10. c. 12. n. 284.* Mozend. *cons. 29. n. 3.*

‡ *Vocatis quorum interest.*) Vide Joan. Matth. Soar. in *pract. & ordine visitandi c. 6. num. 5.* † Rotam *noviss. decis. 133. num. 4. p. 2.* Ricc. in *prax. curiæ Eccles. Neap. dec. 486. a num. 3.*

Vide annotationes ad hoc *caput 6. in appendice sub discursu 8. Card. de Luca.*

CAPUT VII.

Beneficia Ecclesiastica unita visitentur: per Vicarios etiam perpetuos cura exerceatur: deputatio ipsorum Vicariorum fiat cum portione assignanda etiam super re certa, non obstantibus, &c.

1. α β BEneficia Ecclesiastica curata, (*a*) quæ Cathedralibus, 2. Collegiatis, 3. seu aliis Ecclesiis, 4. 7 vel Monasteriis, beneficiis, seu collegiis, aut piis locis quibuscumque perpetuo unita & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur, * (*b*) qui solicite providere procurent, ut 5. δ ε ζ per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, 6. nisi ipsis Ordinariis pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum aut majori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum, 7. portione, etiam super 8. certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur: appellationibus, 9. privilegiis, exemptionibus, etiam cum judicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscumque in præmissis minime suffragantibus.

a Infr. Sess. 24. de ref. c. 3.

b Vide Sess. 25. c. 16. de reform.

Conc. Trid. cum Gall.

DECLARATIONES.

1. *Beneficia Ecclesiastica curata.*) Congregatio Concilii censuit Episcopum posse visitare Ecclesias Parochiales unitas Monasterio Canonicorum Regularium, si Generalis in eo sedem ordinariam principalem non habeat. Et si Canonici Regulares, qui perficiuntur de consensu & mandato suorum Superiorum Ecclesiis unitis Monasteriis suis, delictum commiserint, non concernens animarum curam aut Sacramentorum administrationem, a suis tantum superioribus Regularibus punientur.

2. *Collegiatis.*) Ordinarius tam ex auctoritate Concilii Tridentini, quam ex Bulla Pii V. quæ incipit *Ad exequendum* publicata Kalend. Nov. 1567. de Vicariis perpetuis habet facultatem creandi Vicarios perpetuos Parochialibus Ecclesiis unitis collegiatæ Ecclesiæ, & Vicarii sive perpetui sive temporanei sint, debent ab eodem ordinario examinari & approbari.

3. *Seu aliis Ecclesiis.*) Episcopus debet constituere Vicarium perpetuum, sive temporalem in Prioratu, cui cura animarum incumbit.

4. *Vel Monasteriis.*) In Monasteriis ab ipsorum primæva fundatione curatis non possunt deputari Vicarii illi, sed servandum est *cap. 12. Sess. 25. de Regul.* juxta quod exercentes curam sint ab ipso Ordinario approbati; secus si Parochiales essent Monasteriis unitæ, eo enim casu possunt deputari tales Vicarii.

Si Ecclesiæ sint curatæ & unitæ Monasteriis, possunt Episcopi Ordinarii locorum visitare eas; & in eis Vicarios perpetuos sive temporaneos constituere, secundum dispositionem Conc. Trid. hoc capite. Si autem Ecclesiæ hujusmodi sitæ sint in loco ipsorum Monasteriorum, eisque imminet cura animarum, posse Episcop. visitare personas exercentes in eis curam animarum, juxta tamen illam formam, quam præscripsit Conc. Trid. *c. 11. Sess. 25. de Reg.*

Ergo in Parochialibus unitis Monasteriis deputari possunt Vicarii perpetui, nisi essent in loco, in quo ipsa monasteria, quo casu servandum est præsatum Decretum *c. 11. Sess. 25. de Regularium reformatione.*

Congregatio Concilii censuit, beneficium liberum, si quidem unitum sit Monasterio Monalium, Vicarium in eo constituendum esse perpetuum, vel amovibilem a Monialibus præsentandum, & ab Episcopo approbandum juxta *c. 7. Sess. 7.* si vero

Patavien. Julii 1592.

nno sit unirum , sed pertineat ad collationem Monialium , & per personas sæculares delectivi fit solitum , esse utique conferendum a Monialibus illi , qui ab Episcopo prævio examine, per concursum fuerit approbatus. Quod si de jure patronatus Monialium fuerit , servandum esse quod dictuit Decret. Conc. c. 18. *Sess. 24. vers. si vero jurispatronatus Ecclesiastici* : nempe , ut si institutio ad Episcopum pertineat, is quem Moniales digniorem inter probatos ab examinatoribus judicaverint , Episcopo præsentent, ut ab eo instituatur ; si vero institutio ab alio , quam ab Episcopo , erit facienda , Episcopus solus ex digno eligat digniorem, quem Patronus ei præsentet , ad quem spectat institutio .

Concessum tamen fuit aliquando ex gratia a Greg. XIII. ut etiam in Parochialibus Monasterio unitis non deputarentur Vicarii , sed ut aliquis ex Regularibus (ab Episcopo tamen approbatus) curam animarum exercere posset , dummodo secum haberet socium ordinis ejusdem : imo Monachi non possunt prohiberi , quo minus curam exerceant animarum .

3. *Per vicarios etiam perpetuos* .) Vicarii perpetui non possunt constitui absque erectione stabili Vicarii , non obstante Bulla Pii V. & hoc Decreto . Non tamen prohiberur , quo minus cura animarum exerceri possit per Vicarium amovibilem , ut *Sess. 21. c. 7. de Reform.* dummodo sit certum , cui particulariter incumbat , ut dicitur *cap. 13. Sess. 24.*

Congregatio censuit nominationem Vicariorum ad beneficiatos pertinere , nec non ad eos , ad quos beneficia unita spectant , sic etiam Pius V. dicta Bulla , addens tamen , Ordinarii , vel ejus Vicarii prævio examine approbationem necessariam esse .

Ex dicta Bulla Pii V. Kal. Nov. nominatio Vicariorum etiam perpetuorum spectat ad Ecclesias seu loca , quibus dictæ Parochiales sunt unitæ.

Ad dictam nominationem faciendam poterit Episcopus præfigere terminum decem dierum .

Per dictam Bullam non inhibetur , quo minus Vicarii perpetui possint institui , ex declaratione Congregationis Concilii .

6. *Vel ipse ordinarius* .) Sicut potest dispensari cum senibus, infirmis, ac decrepitis , ita & eorum Ecclesiis (quæ personalem residentiam requirunt) ab idoneis perpetuisque Vicariis inserviatur . Item cum iis , qui propter Monialium , vel hospitalium curam in Ecclesia , quas in mensibus obtinent , non facile possunt residere , servandum est Decretum *c. 1. de Reform. sess. 23.* quo Decreto non amplius id permittitur , quod in illo casu relictum erat sub Paulo III. arbitrio Ordinariorum , sed non imponitur necessitas residendi .

7. *Portione*.) In constituenda mercede pro inservientibus aliorum beneficiis curatis observari debent Conc. Trid. Decreta . Quæ autem sit ista portio, declarat Bulla Pii V. licet ad terminos Concilii fuerit restricta , in revocatione privilegiorum Mendicantibus concessorum Bulla superius citata . Essi hæc Bulla Pii V. fuit revocata , ex ea aliqua , ut supra , sunt notata .

Licet supradicta Bulla fuerit revocata per Bullam Greg. XIII. Kal. Martii , ann. 1. sub titulo *Reducilio literarum felicissimæ recordationis Pii Pap. V. pro mendicantibus*.) postea tamen suo ore idem Greg. illam Pii V. revalidavit .

Congregatio Concilii censuit constitutionem Sanctæ memoriæ Pii V. de Vicariis perpetuis ita esse intelligendam, ut omnia onera incumbentia Parochiali Ecclesiæ , in qua fuerit erecta Vicaria perpetua , pertineant ad Vicarium perpetuum solum , nulla autem ex parte ad Ecclesiam , seu Monasterium , aut alium locum pium , quibus unita fuerit ipsa Parochialis . 27. Mar. 1594.

Ex fructibus Parochiæ unitæ Monasterio detrahenda est merces Vicarii , qui ei inservit & non ex fructibus Monasterii . Et quidem si non apparent certi reditus harum Parochialium , censuit Concilii Congregatio , cogendos esse religiosos ad assignandum de suo scuta 50. dictis Vicariis : nisi ipsi clare & evidenter probent , dictas Parochiales nullos prorsus habuisse reditus , quando fuerunt Ecclesiæ suis locis prædictis unitæ .

8. *Super certa re assignanda*.) Incerta , de quibus in Bulla , Ordinarii tax abunt .

In Ecclesiis curatis unitis Monasteriis possunt Episcopi Ordinarii locorum visitationem facere , & ponere in eis Vicarios perpetuos vel temporaneos , juxta dispositionem hujus Decreti , prout eis expedire videbitur . Si vero hujusmodi Ecclesiæ curatæ sunt poliræ in loco ipsorum Monasteriorum , eisque imminet cura animarum , possunt Episcopi visitare personas exercentes in eis curam animarum , juxta tamen illam formam , quam præscripsit Concilium *c. 11. sess. 25. de Reg. Sup. §. 5. Ecclesiæ* .

In Parochialibus autem militiæ S. Joannis Hierosolymitani , servandum est Breve Sanctæ memoriæ Pii V. editum 12. Sept. 1571. Pontificatus sui Anno 6.

San-

Sanctissimus Dominus noster Greg. XIII. non habet pro revocata Bullam Pii V. de Vicariis perpetuis , cum hac limitatione , *in favorem Monasteriii*, ut Episcopus ad nominationem Monachorum deputet unum ex ipsis prævio examine approbatum , & ad nutum ipsorum amovibilem , & cum Vicario sic deputato debet habitare unus duntaxat vel alius Monachus , ne plures extra claustrum maneant . Sed non ita censendum , si vellent deputare Capellanum sæcularem ad nutum amovibilem , hoc enim pertinet ad Episcopum .

REMISSIONES.

α Vide Steph. Quarant. in *summa Bullarii* , *verbo* , *Vicarius perpetuus Matthæus Soares in practica* , *& ordine visitandi cap. 3. num. 1.*

β Ad declarationem portionum assignandarum Vicariis perpetuis Parochialium piis locis perpetuo unitarum , emanavit constitutio felicis record. Pii V. Romæ publicata die 15. Novemb. 1507. incip. Ad exsequendum quæ constitutio est hodie servanda , prout testatur Gonzal. ad *reg. 8. cancel. gl. 3. §. 1. n. 79.*

γ *Vel Monasterii* .) Si beneficium , aut Parochia unitur Monasterio exempto , etiam alienæ diœcesis , ab visiturur ab Episcopo loci ? Affirmat P. Henrig. in *sum. p. 1. lib. 7. c. 15. §. 4. in. 1.*

δ *Ab ordinariis locorum annis singulis visitentur* .) Vide *supr. c. 3. & infra sess. 25. c. 16.* & quæ notat Vincent. Grillandus *cons. 17. per tot.*

ε *Ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos*.) Quod Vicarius perpetuus non possit constitui sine titulo Vicariæ , resolvit Zerol. in *praxi Episc. p. 2. verbo , Vicarius , p. 112.*

ζ An Episcopo competat institutio Vicarii , & Monasterio , cui est unita Parochialis præsentatio ? Affirmant affectantes factam Cardinalium Congregationem constitisse Gonzal. ad *reg. 3. cancel. gl. 5. §. 3. n. 50. & n. 60.* Flores *Parl. tit. 1. q. 10. n. 20.* ubi resolvit nominationem Vicariorum ad nutum amovibilium pertinere ad Prælatum Monasterii , cui beneficium unitum est & Episcopus solum debet approbare , & admittere , & hactenus ad similitudinem Sacræ memoriæ dare , quando beneficium curatum est unitum Monasterio mendicantium , aut Monachorum Regularium , quo Prælatus possit ei relinquere per Monachum , aut Fratrem ad nutum amovibilem , qui quidem debebit approbari , & examinari ab Episcopo , nisi Abbas , vel Abbatissa habeant jurisdictionem Episcopalem , respondit sacram Card. Congregationem , asserti Flores *d. q. 10. n. 24. & 26. in fin.*

ξ An Vicarius ad nutum amovibilis possit amoveri ante finitum annum servitii ? Negant Rebuff. in *praxi benef. l. 2. tit. de dispen. de non resid. num. 18. & num. 3. ad leges Galliæ tit. de materiis possess. in benef. art. 9. gl. unic. in præfat.* Flores *Parl. lib. 1. q. 10. n. 34.* Guttier *de jur. confir. p. 3. c. 38. n. 19.* Steph. Grat. *discept. forensium c. 167. num. 22. cum seq.*

Vide Annotationes ad hoc *Caput 7. in Appendice, Discursu 9. Card. de Luca* .

CAPUT VIII.

Ecclesiæ reparentur , cura animarum sollicite habeatur , non obstantibus , &c.

α Inf. Sess. 24. de ref. c. 9. & Sess. 21. c. 6. Concil. Arel. c. 17.

LOcorum Ordinarii Ecclesias quascumque , (*a*) quomodolibet 1. exemptas , auctoritate Apostolica , singulis annis visitare teneantur , & opportunis juris remediis providere , ut quæ reparatione indigent , reparentur ; & 2. cura animarum , si qua illis immineat , aliisque debitis obsequiis minime defraudentur , appellationibus , 3. privilegiis , consuetudinibus , etiam ab immemorabili tempore præscriptis , judicum deputationibus , β & illorum inhibitionibus penitus 4. exclusis .

DECLARATIONES.

1. *Quomodolibet exemptas* .) Episcopus visitat Ecclesias exceptas , etiam inferioribus Prælatis subjectas .

Episcopum visitare Ecclesias , quas Abbas S. Benedicti in ejus Diœcesi sitas habet , Congregatio censuit posse ex hoc Decreto , si modo in eis cura animarum exerceatur per sacerdotes sæculares .

Congregatio censuit , licere Episcopo visitare Capellaniam Juripatronatus Laicorum , etiam Juripatronatus Regum ex privilegio sibi concesso , quia in sua diœcesi , nec Juripatronatus quamvis Regum obstare , nisi in fundatione id expressum fuisset si probetur capellaniam exemptam , tunc Episcopus visitet tanquam Sedis Apostol. delegatus ex hoc c. 8.

Concilium hic non videtur sustulisse, neque rem judicatam, neque concordiam.

Episcopus visitare potest Ecclesias Diœcesis, Castri, ubi Moniales prætendunt habere jurisdictionem spiritualem à tempore immemorabili visitandi per deputatos, etiam eligendo Episcopum extraneum, Confirmationem & ordines conferendi gratia, ac alia Pontificalia exercendi etiam invito Episcopo loci: Congregatio enim ita judicavit, & censuit Episcopum posse visitare eas Ecclesias ex facultate sibi attributa à Concilio hoc capite.

Congregatio Concilii censuit, posse Episco-
12. Febr. 1596. pum visitare quascunque Ecclesias sæculares, intra fines suæ diœceseos existentes vigore c. 8. session. 7. etiamsi ad regulares pertinent, & ab eis dependeant, dum tamen per sæculares eis deserviatur.

Episcopus potest visitare omnes parochiales suæ diœcesis, in quibus sunt Sacerdotes sæculares, licet Ecclesiæ sint Regularibus subjectæ. Etiamsi Monasteria Religionum prætenderent habere Jurisdictionem spiritualem immutabilem, in locis ubi dictæ Ecclesiæ sunt unitæ.

Episcopus non habet jus visitandi sacellum, vel altare, quod cura caret animarum, & membrum sit Religionis S. Antonii Viennensis. Congregatio tamen censuit hoc non habere locum in Ecclesiis Regularium, ubi a Regularibus inservitur, & in terminis c. 1. sess. 25. de Regular. ubi excipiuntur Abbates generales, & Capita Ordinum; sed limita, nisi per Regulares inserviant.

Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, habent potestatem visitandi omnes suæ Diœcesis Ecclesias collegiatas, eas tamen remanente salvo jure in petitorio.

Item Monasteria quæcunque commendata, in quibus non viget Regularis observantia, ac beneficia tam curata, quam non curata, sæcularia & regularia qualitercunque commendata vigore, c. 8. sess. 21. Præterea tam beneficia curata unita quibuscunque Monasteriis & locis piis ex cap. 7. sess. 7. quam etiam personas exercentes curam animarum in Monasteriis Regularium, quibus etiam cura imminet juxta c. 11. sess. 25. de Regul.

Item nullam pœnam incurrit Episcopus non utendo jurisdictione sibi in exemptos a Concilio tributa; sed in illis tantum casibus, quibus decreta Concilii utuntur verbis præcipuis seu obligatoriis, incuterete peccatum mortale, & in casibus, in quibus dispositio Concilii non absolute admittit exemptis hanc jurisdictionem, sed tantum si Ordinarii velint, Ordinariis volentibus exercere possunt; exempti vero in casibus, in quibus Concilium hanc jurisdictionem exemptis admittit, & præcipit Episcopis, ut soli ipsi exerceant, non possunt.

2. *Cura animarum.*) Etiamsi Ecclesiæ sunt Regularium, tamen tunc ab Ordinariis visitari debent, quando cura exercetur per Sacerdotes sæculares. Comprehenduntur enim Ecclesiæ sæculares, tametsi ad Regulares illæ pertineant, & ab eis dependeant, dummodo per sæculares illis deserviatur. Non autem comprehenduntur Monasteria & Ecclesiæ ipsorum Regularium. Hæc procedunt, quando Ecclesiæ sunt in Diœcesi. *Idem supr. 5. Episcopus potest.*

3. *Privilegiis & consuetudinibus.*) Quod si adderetur sententia, & privilegium; An illis videatur Concilium hic derogare? Congregatio censuit negative, quia cum hoc caput faciat diversas derogationes, non videtur aliis ab eo expressis derogare, & ita Rota in una Legionensis Jurisd.

Archidiaconus Mercurii die 15. Novemb. 1587. coram R. D. Blanchetto firmat dictam Decisionem, videlicet ut hic Concilium non comprehendat casus per sententias determinatos, idemque confirmavit Rota 2. Decemb. 1585. ut Concilium non tollat sententias & res judicatas, ut *infr. c. 20. verss. ad hæc. sess. 24.*

Ecclesiæ autem missum Hierosolymitanorum esse exemptas privilegiis summi Pontificis à visitatione Episcopi, præterquam, si fuerint curatæ, tunc enim hujusmodi privilegia exeipiunt ea, quæ respiciunt curam animarum & Sacramentorum administrationem, quoad hoc, posse utique visitari ab Episcopis, &c.

Ubi Equites Hierosolymitani habent jurisdictionem spiritualem & temporalem, ubi Ordinarii se non interponant ad visitandum, vide Bullam Pii V. *Paternalis Officii*, die 22. Septemb. 1572. Item Equites Hierosolymitani, quatenus beneficia curata non obtinent, non possunt ab Ordinariis visitari.

Lucensis Collegiata S. Michaelis Juris patronatus exempta à fundatione & dotatione, visitari potest ab Ordinario, sed tanquam Apostolicæ Sedis delegato.

Parochiales Ecclesiæ unitæ Monasteriis, etiam iis, quæ sunt Capita Ordinum, ab Ordinariis visitari debent.

Regulares inservientes de licentia suorum superiorum beneficiis simplicibus, quæ sunt tamen membra Monasteriorum seu Religionis, non poterunt visitari ab Ordinariis, nec comprehenduntur sub Decreto c. 14. *sess. 7.*

sess. 7. de refor. Idem *infr. hujus sess. c. 14. §. Aut Regulares.*

Qui pacifice per triennium beneficium aliquod possedit, non tenetur ostendere titulum, vel docere de titulo.

Episcopus visitare volens non potest, uti suspectus, recusari, nec ulla allegatione suspicionis impediri, quo minus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem & emendationem respiciat, visitatos afficere possit.

Præpositio ex declaratione congregationis, quod Episcopi non solum per scripsos, sed etiam per illorum in spiritualibus generales Vicarios munus visitationis possunt exercere, an Vicarii eo casu specialem in scriptis facultatem habere debeant, & de illa prius, & per authentica documenta ipsis Abbatibus, superioribus, vel eorum officialibus & subditis, dimisso sibi illorum exemplo de verbo ad verbum fidem facere teneantur, & donec illud fecerint, libere & licite eis valeant resistere?

Congregatio censuit opus esse speciali in scriptis facultate, de eaque etiam hujusmodi fidem esse faciendam.

4. *Exclusis.*) Etsi jurejurando solemniter cessisset exemptæ Ecclesiæ, quæ in sua diœcesi reperitur, quia Ordinarius non potest se eximere à præceptis, quæ continentur & in hoc & in aliis decretis Concilii.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 36. art. 3.* Zerol. in *praxi Episc. verbo, Visitatio, part. 3. p. 1. & verbo, Exemptus, part. 2. P. Azor. instit. Moral. part. 2. lib. 3. c. 40. col. 356.*

* *Ut quæ reparatione indigent, &c.*) Vide Mich. Torres *de visitat. lib. 1. tract. 4. c. 32. & lib. 2. tract. 1. c. 1. & tract. 3.* Camil. Borrel. *cons. 2. n. 15.* Fr. Salgado *de regia potest. 3. p. c. 1. ex n. 14. & 15.*

† *Etiam ab immemorabili tempore præscripti, &c.*) Vide *Decis. Rot. 744. in 2. p. novissim. decis.*

§ *Et illorum inhibitionibus penitus exclusa.*) Sacra Cardinalium Congregatio censuit non posse Episcopum in visitatione recusari tanquam suspectum, dum tamen in ea processum non compleat, & se intra visitationis terminos contineat, referunt Thom. Val. *tom. 1. allegat. juris, alleg. 70. n. 7.* Cur. Philip. *p. 1. §. 7. n. 10.*

Vide annotationes ad hoc *caput in Appendice sub disjunctiva 10. Curiæ de Luca.*

CAPUT IX.

Munus consecrationis non differendum.

a A Ad majores Ecclesias promoti, (*a*) munus consecrationis infra tempus a jure statutum suscipiant: & prorogationes ultra sex menses concessæ nulli suffragentur. a Sess. 13. cap. 2. C. quoniam quidam. Bull. 200.

REMISSIONES.

a Vide Sylvest. *verbo, Consecrat. Prælatorum.* Zerol. in *prax. Episc. part. 1. verbo, Consecrat. Prælatorum pag. 89.*

CAPUT X.

Sede vacante Capitula nulli dent reverendas, nisi arctato occasione abutendi aut obtenti beneficii Ecclesiastici: pœna varia contra varios contravenientes.

1. a * NOn liceat Capitulis Ecclesiarum, (*a*) 2. Sede vacante, infra annum a die vacationis, 3. ordinandi licentiam, aut literas dimissorias, seu reverendas, ut aliqui vocant, tam ex juris communis dispositione, quam etiam cujusvis privilegii, aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficii Ecclesiastici recepti, sive recipiendi occasione β γ δ arctatus non fuerit, concedere: si secus fiat, (*b*) Capitulum contravenientis Ecclesiastico subjaceat interdicto: ε & sic ordinati, si in minoribus, 4. ζ ordinibus constituti fuerint, nullo ∗ † privilegio clericali, præsertim in criminalibus, ϑ gaudeant: in majoribus 5. vero, ab executione Ordinum, ι ad beneplacitum futuri Prælati, sint ipso jure suspensi. a Sess. 23. c. 10. cum nullus. de tempor. ord. in 6.

b Inf. Sess. 13. de ref.

DECLARATIONES.

1. *Non liceat Capitulis.*) Capitulo Canonicorum non licet concedere dimissorias ex

De-

Decreto Concilii Tridentini *Sess.* 23. *cap.* 10. etiamsi territorium habeat distinctum & exemptum ob immemorabilem possessionem, & sint Judices Ordinarii. Ita responsum fuit Episcopo Salmonensi die 3. Julii 1575.

Præposito Ecclesiæ, vel loci multo minus licet concedere literas dimissorias. Ita a Cardinalibus Congregationis decisum fuit contra Cardinalem Medicæum Præpositum terræ Prati.

Congregatio Concilii censuit anno 1586. die Martii Concil. Provinciale statuere non posse, ut Capitula non dimittant ordinandos ad alios, quam ad comprovinciales Episcopos, nisi id fiat ex rationabili causa, pro correctione videlicet provinciæ.

Infra annum Sedis vacantis Capitulum literas dimissorias, & facultatem ordinandi in Ecclesia vacaare concedere non potest. Sic ipsum Concilium Tridentinum.

Fuit dubitatum, An Concilium provinciale possit restringere possessatem Capitulis hic tributam, ita scilicet, ut non concedant post annum literas dimissorias ordinandis ad titulum patrimonii, vel pensionem? Responsum fuit in hac re servandum esse *cap.* 2. *Sess.* 21. *de Reform.* quod docet, obtinentes patrimonium, vel pensionem non esse promovendos, nisi Episcopus pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum judicaverit eos assumendos esse.

Vicarius Capituli Sede vacante infra annum potest concedere dimissorias ad primam tonsuram ei, qui est præsentatus a patronis laicis ad beneficium Ecclesiasticum Jurispatronatus ipsorum, ut illud obtinere valeat.

2. *Sede vacante.*) Capitulum Sede vacante potest concedere licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in eorum Ecclesia, & ordines conferendi tam Clericis illius Diœcesis, quam exteris habentibus dimissorias suorum Episcoporum, juxta tamen formam hujus decreti.

Taurinen. sis 17. Augusti. 1591. 14. Dec. 1592.

Congregatio Concilii censuit non posse Capitulum, vel ejus Vicarium Sede Episcopali vacante infra annum literas dimissorias non arctatis concedere.

Congregatio Concilii censuit licere Vicario Capituli Sede Episcopali, quamvis adhuc intra annum vacante, concedere Oratori, impote arctato, dimissorias ad ordines, &c.

3. *Ordinandi licentiam.*) Congregatio censuit textum hunc non comprehendere primam tonsuram.

Hoc cap. censuit Congregatio non procedere in insignito solo charactere primæ tonsuræ.

4. *In minoribus ordinibus constituti, &c.*) Non tamen suspenduntur. *Supr. ad Sess.* 6. *cap.* 5. § *Capitulum.*

5. *Si in majoribus ordinibus, &c.*) Ad minores sic promotus, potest in susceptis ordinibus ministrare & beneficium obtinere.

Dubitatum fuit, An Episcopo existente hæretico, facultas concedendi dimissorias juxta hoc *cap.* pertineat ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ? Secundo, An eo casu, quo Capitulum concedere potest dimissorias, si Canonici propter hæreses dispersi sunt, & nequeunt convenire sine difficultate, sufficiat habere literas dimissorias ab uno aliquo ex Canonicis Cathedralis Ecclesiæ? Tertio. An omnino sufficiat, sine dimissoriis adire, pro suscipiendis ordinibus, viciniorem Episcopum seu Metropolitanum? Ad primum Congregatio censuit, & anno 1588. respondit, ad Capitulum pertinere, si Episcopus sit notorie hæreticus. Ad secundum, sufficere habere dimissorias a residentibus Capitularibus etiamsi unus dumtaxat resideret. Ad tertium, non adeundum, neque vicinioremn neque Metropolitanum, sed adeundum Sedem Apostolicam.

REMISSIONES.

a Vide Zerol. in *praxi Episc. p.* 1. *verbo, Capitulum, in princ. p.* 831. P. Henriq. in *sum. p.* 2. *l.* 10. *cap.* 22. § 3. *Sayr. decis.* 61. *de tempor. ord.* P. Ledesm. in *sum. p.* 1. *tract. de Sacram. Ordin. cap.* 8. *concl.* 3. Quarant. in *sum. Bullarii verbo, Capitulum Sede vacante, vers. Decimoquarto*, ubi ampliat dispositionem hujus *text.* etiamsi Capitulum haberet territorium distinctum & exemptum ob immemorialem possessionem, & sint judices Ordinarii: ampliat etiam procedere in literis dimissoriis ad primam tonsuram, de quo etiam Vide Rebuff. in *praxi benefic. tit. de devolut. num.* 67. Joan. Aloys. Ricci in *decis. Curiæ Archiepisc. Neap.* 23. * & in *praxi var. resol. cap.* 106. *num.* 2. post Nav. *cons.* 23. *de temp. ord.* Henr. *cons.* 16. *num.* 8. Rodriq. in *summa l.* 2. *cap.* 14. *num.* 6. & Nic. Garcia. *de benef. p.* 5. *c.* 7. *num.* 93. Vide etiam Ilern. Diaz in *praxi cam. cap.* 26. *num.* 2. & ibi Salzedo *lit. C.* Mayol. *de irreg. l.* 3. *c.* 5. *n.* 5. Borgal. *de irregul. p.* 9. *in rub. de dispens. capit. sede vac.* Azevedo ad *Curiam Pisan. l.* 1. *c.* 8. *n.* 10.

B *b* *Arctatus non fuerit.*) An arctatus beneficiis tam habitis quam habendis, possit Capitulum Sede vacante per vicarium ab eo electum intra annum literas dimissorias concedere? Affirmant Zerol. in *praxi Episcop. p.* 1. *verbo, Capitulum in princ. vers. Secundum*, Quarant. *d. vers. Decimoquarto, in fin.* Joan. Aloys. *d. decis.* 30.

c An literæ dimissoriæ ad ordines concessæ a Capitulo expirent per ingressum moderni Epis. Negant Gonzal. ad reg. 8. *cancell. glos.* 12. *in pr. num.* 37. P. Ledesm. *d. tr. de Sacram. Ordin. cap.* 8. *concl.* 4. Quarant. *d. verbo, Capitulum Sede vacante vers. Secundo dubitatur*, Gutier. *Can. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 12. ubi consulit ordinatoribus, ut si tempore præsentationis dictarum literarum coram eis scirentur novum Prælatum atque successorem possessionem ejusdem Episcopatus cepisse, vel in Episcopatu adesse, illas non admittant, nisi revalidatæ, vel noviter a successore concessæ productæ fuerint, vel ab ejus officiali ad id speciale mandatum habente.

d An dimissoriæ expirent morte Episcopi concedentis? Negant Navarr. in *c. placuit, num.* 165. *de pœn. dist.* 6. *& cons.* 49. *de temp. ord. in antiq.* P. Henriq. in *sum. lib.* 10. *de Sacram. Ordin. c.* 22. *in fine.* Quarant. & Gonzal. ubi proxime Sayr. *detis.* 52. *de temporibus ordinat.*

e Et sic ordinati, &c.) Vide P. Henriq. in *sum. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 38. § 2. *lit. C.* Quarant. in *summa Bullarii, verbo, ordo vers. Secundo limita, pag.* 377. Thom. Valasc. *tom.* 1. *allegat. juris, allegat.* 45. *num.* 19. & 20.

f Si in minoribus ordinibus constituti fuerint, &c.) Quod hic sit suspensus quoad se, & per consequens ei non possit conferri beneficium, resolvunt Nav. *lib.* 1. *consil. tit. de temporib. ordin. in priori edit. conf.* 19. *in posteriori tamen conf.* 28. Flamin. *de Resign. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 58.

g Clericali privilegio.) Præsertim in criminalibus intelligit Cardin. Tolet. in *sum. de Sacerdot. lib.* 1. *cap.* 49. *vers. Secunda.* Thom. Valasc. *d. allog.* 45. *num.* 20. † Vide Jac. Ant. Maria *de jurisdict. 4. p. centur.* 2. *casu* 139. Gabriel *cons.* 181. *dub.* 1. *vol.* 2.

h Gaudeant.) Hoc verbum esse futuri temporis, & per illud non infligi ipso jure pœnam, resolvit nostrum text. allegatus Nav. *d. cons.* 19. quem refert P. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 46. *n.* 18. Sayr. *decis.* 21. *de temp. ord.*

i Ad beneplacitum futuri Prælati.) Impedimentum hoc perpetuum non esse sed temporale, donec scilicet aliud placeat futuro successori, tenet Salzed. ad *Bernard. in pract. cap.* 26. *verbo, sine licentia, vers. Has autem dimissorias*, P. Soar. *tom.* 3. *de cens. disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 20. Petr. de Ledesm. *tract. de Sacram. Ord. cap.* 8. *concl.* 5. Et quod potest Episcopus ratificare ordines, quos accepit ejus subditus, absque suis litteris dimissoriis, contra Rebuff. in *praxi Benefic. tit. de formul. lit. dimissor. num.* 9. resolvit Fr. Emman. in *sum. p.* 2. *cap.* 14. *num.* 13.

CAPUT XI.

Aliquorum facultates de promovendo continere debent expressam causam, ob quam alienum accedere debeant Episcopum.

1. FAcultates de promovendo a quocumque non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam a propriis Episcopis ordinari non possint, in literis exprimendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua diœcesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, 2. *a* & diligenti prævio examine.

DECLARATIONES.

1. *Facultates de promovendo a quocumque.*) An qui facultatem a Sede Apostolica obtinuit, ut possit ordinari ab alio, quam a suo Ordinario, debeat nihilominus probitatem suam & mores Ordinarii sui testimonio probare? Congregatio censuit debere: petuit & signatoria gratiæ S. D. N. jam dudum solita est in hujusmodi facultatibus ponere clausulam illam, (*de licentia Ordinarii.*)

Facultate de promovendo a quocumque.) Intelliguntur a Sede Apostolica concessæ, non ab Ordinariis, quæ appellantur literæ dimissoriæ.

2. *Et diligenti prævio examine.*) Episcopus qui a sua Diœcesi abest, debet subditos suos non aliter quam probatos & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittere, sicut & suas literas dimissorias date, & ordinandos subiicere suo examini, si ita sibi videbitur: & si absentes sint, ad

ad se, ut ipsos examinet, vocare, si commodum erit: alioquin eorum examen committere poterit Ordinario loci, in quo illi degunt.

REMISSIONES.

α Et diligenti prævis examine.) Vide Gutier. Canon. lib. 1. c. 26. n. 24.

CAPUT XII.

Facultas de non promovendo annum non excedat.

1. * FAcultates de non promovendo (a) præterquam in casibus a jure expressis, concessæ ad annum tantum suffragentur.

a c. licet canon. & c. cum ex eo, de elect. in 6.

DECLARATIONES.

1. *Facultates de non promovendo.*) Interim tamen, dum quis necdum est promotus, debet per Capellanum Missarum onera (ad quæ tenetur) subire.

REMISSIONES.

* Vide Aloys. Ricc. in *praxi var. resol. cap.* 289.

CAPUT XIII.

A quocumque præsentati non instituantur, nisi prævio examine Ordinarii & approbatione; exceptis certis.

PRæsentati, seu electi, vel nominati a quibuslibet Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ Nuntiis, α β ad quævis Ecclesiastica beneficia non

α Inf. sess. 25. c. 9. de reform.

1. instituantur, (a) nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cujuslibet privilegii, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius a locorum 2. Ordinariis examinati, & idonei reperti. γ δ ε Et nullus appellationis remedio se tueri possit, quo minus examen subire teneatur. (b) Præsentatis ζ tamen electis, seu nominatis ab Universitatibus, seu Collegiis generalium studiorum exceptis.

β Sess. 24. c. 12.

DECLARATIONES.

1. *Instituantur nec confirmentur.*) Congregatio censuit hoc non procedere in Ecclesiis electivis. Sed in beneficiis curatis, sive sint Jurispatronatus, sive liberæ collationis, examen faciendum est ab Episcopis Ordinariis, secundum dispositionem Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. & in quibusvis aliis beneficiis, ad quæ præsentatio seu electio, vel ordinatio facienda sit a quibuscumque aliis personis Ecclesiasticis, inferioribus Episcopo, prout statutum est a Conc. Trid. hic & *sess.* 25. *cap.* 9.

2. *A locorum Ordinariis examinati.*) Obtinentes beneficia curata ab inferioribus collatoribus debent ab Ordinariis examinari; secus in beneficiis simplicibus ad prædictos collatores inferiores pertinentibus. Hoc etiam procedit in beneficiis, quæ sunt de Jure patronatus, & simplicibus.

Congregatio Concilii censuit Canonicum semel ab examinatoribus urbis, cum Canonicatum adeptus est, examinatum & idoneum repertum, si eo dimisso, alium Canonicatum obtinuerit, non esse iterum examinandum. Jan. 6. Jul. 1591.

In beneficiis simplicibus, quorum collatio libera pertinet ad inferiorem, non requiritur illa approbatio, quæ est facienda ab Episcopo in his beneficiis, quorum institutio pertinet ad inferiores ex *cap.* 9. *sess.* 25. & præsenti Decreto, velut etiam in iis, quorum institutio pertinet ad Monasterium.

Congregatio Concilii censuit, in provisione beneficiorum simplicium, quorum collatio libere spectat ad collatorem inferiorem, non requiri approbationem Episcopi, prout requiritur in institutione, ut dicitur, ex *c.* 15. *Sess.* 7. *de Reform.* 3. Januar. 1594.

Congregatio Concilii censuit, provisum Apostolicum apprehendentem possessionem beneficii, litteris non expeditis, ex Julii tertii constitutione amittere beneficium, sive jus illud habens, ac ad illa obtinenda Decreto inhabilem effici. Placentin. nensis 1. Jul. 1593.

Observandum est, quod ex hoc Decreto, & *d. cap.* 9. *sess.* 25. *de Reform.* Episcopus potest possessores beneficiorum curatorum, sive simplicium de Jure patronatus, compellere ad ostendendas eorum Bullas, si tamen beneficia post Concilium collata sunt, & declarare institutionem irritam & inanem esse, si ea absque examine Episcopi facta sit, ac compellere ad fructuum perceptorum restitutionem, ultra privationem. Sed si isti vellent examini iterum se subjicere, deberet eos admittere, & eadem etiam beneficia ipsis concedere, quatenus repertantur idonei. Et si institutio pertinet ad inferiorem, ita ut non dependeant ab aliquo Jure patronatus, quod per Concilium sublatum est *cap.* 9. *sess.* 25. *de Reformat.* præsentario soli Episcopo facienda est ad effectum examinis duntaxat, non attenta etiam quacunque consuetudine immemorabili, quæ in contrarium invaluisset, ut hic sanctum est.

Congregatio Concilii censuit cum, qui ad dignitatem approbatus est, examini nihilominus subjiciendum tam ejus Episcopi, qui non contulit dignitatem, quam ejus, qui contulit, nisi tam statim cum collatione dignitatis examinatus, & ordinatus fuerit.

Qui admittuntur in Ecclesiis patrimonialibus aut receptivis, tam numeratis quam innumeratis ad beneficia servitoria, non possunt admitti, nisi prævio examine & approbatione Episcopi juxta hoc decretum. In illis Ecclesiis, in quibus occurrente vacatione Canonicatus Canonicus ad illum præsentari debeat, & ab inferiori institui, antiquior pensionarius ad pensionem antiquorum, beneficiatus ad beneficium antiquior expectans, confert Congregatio non sufficere aliquem examinatum & approbatum fuisse ab Episcopo, quando admissus est ad expectandum juxta dispositionem hujus Decreti, sed necessarium est in quolibet ascensu novum examen.

Episcopus, cui commissum examen per literas Apostolicas alicujus, qui beneficium simplex obtinuit, potest illud delegare, non obstante, quod fuerit in literis ejus conscientia onerata.

Cognitio vero an beneficium sit vel ne de jure patronatus *ℓ* spectat ad habentem jus instituendi.

Ita alias in una Vercellensi.

REMISSIONES.

α *Ad quævis Ecclesiastica beneficia.*) Quod in provisionibus faciendis de beneficiis ex causa permutationis non est necessarium novum examen, docet Flam. *de Resig. lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 95.

ℓ Sacra Card. Congregatio in hunc modum censuit. Si permutatio Parochialis cum beneficio simplici coram Ordinario jure fieri potest, requiritur novum examen quoad Parochialem, sed absque concursu: & retum. In permutationibus, quæ fiunt de beneficio simplici, & curato, licet non sit necessarius concursus, examen tamen necessarium est, refert iidem verbis Garc. *de Benefic. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 162. *cum seqq.*

γ *A locorum Ordinariis examinati.*) Quod Parochialis Ecclesia non possit conferri personæ notorie doctæ, idoneæ & benemeritæ, absque examine, tenent Flamin. *de Resign. lib.* 2. q. 9. *n.* 8. & 9. Zerol. in *praxi Episc. p.* 2. *verbo, Doctor.* §. 1. Prosper de Augustino in *addit. ad Quarant. in sum. Bullarii verbo, Parochialium beneficiorum collat.* q. 1. Marc. Anton. Genuens. in *praxi Archiepisc. Curiæ Neap. cap.* 63. *num.* 3. *ad finem.* P. Lelli. *de Justit. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 82. Gonzal. ad *Reg.* 8. *Cancel. glos.* 4. *a num.* 86.

δ Sacra Cardinalium Congregatio in hunc modum censuit, Doctor, sive Licent. in Theologia, sive in Jure Canonico, etiam in publica Universitate graduatus non excusatur ab examine, quando petit sibi provideri de aliqua Ecclesia Paroch. refert Nic. Garci. *d. p.* 9. *c.* 2. *num.* 103.

ε *Et nullus appellationis remedio se tueri possit.*) Vide Azeved. ad *l.* 1. *n.* 4. *tit.* 19. *l.* 3. *novæ Recopil.* Gonzal. ad *reg.* 8. *cancell. glo.* 9. §. 1. *in annot. contra nullitates, n.* 184. ubi *num.* 186. resolvit, quod a mala relatione, & gravamine examinatorum non tollitur appellatio.

ζ *Præsentatis tamen electis.*) Vide Gened. ad *Decretum collect.* 15. *n.* 5. & 9.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 11. *Card. de Luca.*

CAPUT XIV.

Causæ civiles exemptorum, Clericorum secularium, & regularium degentium extra monasterium, videantur ab Episcopis, ut deputatis a Sede Apostolica.

α * IN exemptorum causis constitutio Innocentii IV. quæ incipit, (a) Volentes, in Generali Concilio Lugdunensi edita, servetur; quam eadem sacrosancta Synodus innovandam censuit, & innovat; addendo

α Lib. 6. decret. de priv. c. 2. Vide post finem hujus lib. inf. sess. 24. de ref. c. 6. in fin.

dendo insuper, quod in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum Clerici sæculares, 1. aut regulares, extra monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiamsi certum judicem, a Sede Apostolica deputatum, in partibus habeant; in aliis vero, si ipsum judicem non habuerint, ß coram locorum Ordinariis, † tamquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conveniri, & jure medio ad solvendum debitum cogi, & compelli possint; privilegio, exemptionibus, Conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus adversus præmissa nequaquam valituris.

DECLARATIONES.

1. *Aut Regulares extra monasterium degentes.*) Regulares inservientes de licentia superiorum suorum beneficiis simplicibus, quæ sunt tamen membra Monasteriorum Religionis, non poterunt visitari ab Ordinariis, nec comprehenduntur hoc Decreto, *idem supr. sess. 7. cap. 1. § Regulares.*

An Canonici Regulares, qui de consensu & mandato suorum Superiorum Regularium aliquibus Parochialibus Ecclesiis suis Monasteriis unitis præficiuntur, si delictum, curam animarum, aut administrationem non concernens Sacramentorum commiserint, possint ab Episcopo puniri?

Congregatio Concilii censuit, non posse ab Episcopo puniri, sed a suis superioribus Regularibus tantum.

REMISSIONES.

a Vide Guttier. *pract. lib. 3. q. 10. num. 2.* Fr. Emman. *quæst. Reg. tom. 1. q. 65. art. 5. & tom. 2. q. 2. art. 8.* Navarr. *comment. 2. de Regul. n. 73.* Choppin. *dec. 361. part. 2.* Aloys. Riec. *in collect. dec. part. 3. collect. 503. vers. Tertius.* * Vide etiam Bobadillam *tom. 1. sua Politicæ lib. 2. cap. 19. n. 10.* Olibam *de jure fisci cap. 14. num. 9.* Illustrissimum Regiæ regni Aragonum Audientiæ Præsidem Joseph de Sesse *de inhibit. c. 2. §. 2. n. 19. & §. 3. n. 136. & seqq.* Trevisan. *decis. 36. ex n. 2. lib. 1.*

ß *Coram locorum Ordinariis.*) Vide Fr. Emman. *d. tom. 2. q. 63. art. 6.*

† Seraphin. *decis. 960.* & Rotam *dec. 702. ex n. 2. & 5. in 1. p. diversorum.*

CAPUT XV.

Ordinarii curent, ut hospitalia quæcumque etiam exempta a suis administratoribus fideliter gubernentur.

α ß * CUrent Ordinarii, (a) ut hospitalia quæcumque a suis administratoribus, quocumque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis, 1. fideliter, & diligenter gubernentur, constitutionis Concilii Viennensis, quæ incipit: (b) Quia contingit, forma servata; quam quidem constitutionem eadem sancta Synodus innovandam duxit, & innovat, cum derogationibus in ea contentis.

a Sess. 25. c. 8.

b Lib. 3. d. Clem. de religiosis domibus, c. 2. quia contingit, & inf. sec. eiusd. de mod. c. 8.

DECLARATIONES.

1. *Fideliter & diligenter gubernentur.*) Quoniam curare debent Episcopi, ut Hospitalia a suis administratoribus, quomodolibet exemptis diligenter ac fideliter gubernentur, dubium non est, quin illorum visitationem instituere debeant, ut per illam cognoscere possint, quæ facere debeant administratores Hospitalium, & confraternitatum quamcumque.

REMISSIONES.

α Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 63. art. 7. vers. Quinto, & quæst. 84. art. 2.* Zerol. *in praxi Epis. p. 1. verbo, Hospitale, num. 2. p. 173.* Petr. Azoti. *Instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 40. quæst. 10. vers. Et sessione.*

ß Quod testator non potest prohibere, ne Episcopus se intromittat circa implementum, & executionem eorum, quæ ad pias causas relinquuntur, habetur in *cap. Tua, de testam.* & vide Zerol. ubi supra, Spin. *in Speculo Testam. Glos. 23. principali, n. 20.* Sarmi. *lib. 1. Select. c. 11. a n. 13.* D. Matta *de jurisdict. p. 4. casu 88. a num. 14.* Soari de Paz *in praxi tom. 2. pralud. 2. n. 44.* Bobadil. *in sua Politica, lib. 2. c. 17. n. 102. in fine.* Valasc. *cons. 105. n. 37.* * Idem Matta *ex su 113. n. 32.*

Vide Annotationes ad hoc *Caput in appendice sub discursu 15.* Card. de Luca.

Indi-

Indictio futuræ Sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit, & decrevit, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse die Jovis, Feria quinta post sequentem Dominicam in Albis, quæ erit vigesima prima mensis Aprilis præsentis anni 1547.

BULLA FACULTATIS transferendi Concilii.

PAulus Episcopus, servus servorum DEI, venerabili Fratri, Joanni Matiæ, Episcopo Præneslino, & dilectis filiis, Marcello tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero, ac Reginaldo S. Mariæ in Cosmedin Diacono, Cardinalibus nostris, & Apostolicæ Sedis legatis de latere, salutem & Apostolicam benedictionem.

Regimini universalis Ecclesiæ, meritis licet imparibus, disponente Domino, præsidentes, nostri officii partes esse putamus, ut, si quid gravius causa Reipublicæ Christianæ constituendum sit, id non modo tempore opportuno, verum etiam loco commodo & idoneo perficiatur. Cum itaque nos nuper, postquam suspensionem celebrationis sacri œcumenici & universalis Concilii, alias per nos in civitate Tridentina ex causis tunc expressis, de venerabilium fratrum nostrorum, S. R. E. Cardinalium consilio & assensu indicti, ex certis aliis etiam tunc expressis causis, usque ad aliud opportunius & commodius tempus per nos declarandum; de simili consilio, & assensu factam, audita pace inter carissimos in Christo filios nostros, Carolum Rom. Imperatorem, semper Augustum, & Franciscum Francorum Regem Christianissimum, conciliata, pari consilio & assensu sustuleramus & amoveramus: nequeuntes ipsi, tunc legitime impediti, ad dictam civitatem personaliter accedere, & eidem Concilio interesse, vos nostros & Apostolicæ Sedis legatos de latere, in eodem Concilio de simili consilio constituerimus, & deputaverimus, vosque ad eandem civitatem, tamquam pacis Angelos, destinaverimus, prout in diversis nostris desuper confectis literis plenius continetur: Nos, ne tam sanctum celebrationis Concilii hujusmodi opus ex incommoditate loci, aut alias quovis modo impediatur, aut plus debito differatur, opportune providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, parique consilio & assensu vobis insimul, aut duobus ex vobis, reliquo legitimo impedimento detento, seu inde forte absente, quandocumque vobis videbitur, Concilium prædictum de eadem civitate Tridentina ad quamcumque aliam commodiorem, & opportuniorem seu tutiorem civitatem, de qua vobis etiam videbitur, transferendi & mutandi, ac illud in ipsa civitate Trid. supprimendi & dissolvendi; necnon Prælatis, & aliis personis Concilii hujusmodi, ne in eo ad ulteriora in dicta civitate Tridentina procedant, etiam sub censuris & pœnis Ecclesiasticis inhibendi, ac idem Concilium in alia civitate hujusmodi, ad quam illud transferri & mutari contigerit, continuandi, tenendi & celebrandi, & ad illud Prælatos & alias personas Conc. Trid. hujusmodi, etiam sub perjurii & aliis in litteris indictionis Concilii hujusmodi, expressis pœnis, evocandi, eidemque sic translato & mutato Concilio, nomine & auctoritate præmissis præsidendi, ac in eo procedendi, cæteraque in præmissis, & circa ea necessaria & opportuna, alias juxta priorum vobis directarum literarum continentiam & tenorem fa-

faciendi, statuendi, ordinandi & exequendi, plenam & liberam Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus potestatem & facultatem; ratum & gratum habituri, quidquid per vos in præmissis factum, statutum, ordinatum, executumve fuerit, isque facturi, auctore Domino, inviolabiliter observari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, M. D. XLIV. VIII. Kal. Mart. Pontificatus nostri anno XI.

Eab. Episcopus Spol.

B. Motta.

SESSIO OCTAVA

Celebrata die 11. mensis Martii, M. D. XLVII.

Decretum de translatione Concilii.

PLacetne vobis decernere & declarare de hujusmodi morbo ex præmissis & aliis allegatis ita manifeste & notorie constare, ut Prælati in hac civitate sine vitæ discrimine commorari, & in ea ideirco inviti minime retineri possint & debeant? itemque attento recessu multorum Prælatorum post proxime præteritam Sessionem, & attentis protestationibus aliorum complurium Prælatorum in Congregationibus generalibus factis, hunc omnino tantore ipsius morbi abire volentium; qui pulle detineri non possunt, & ex quorum discessu Concilium vel dissolveretur, vel ex paucitate Prælatorum bonus ejus progressus impediretur; & attento etiam imminenti periculo vitæ, & aliis causis per aliquos ex Patribus in ipsis Congregationibus allegatis, utpote notorie veris & legitimis; placeretne vobis similiter decernere & declarare, pro conservatione, & prosecutione ipsius Concilii, securitate vitæ ipsorum Prælatorum, Concilium ipsum ad civitatem Bononiæ, veluti ad locum magis paratum, salubrem & idoneum, pro tempore transferendum esse, & ex nunc transferri & ibidem Sessionem jam indictam, statuta die 21. Aprilis celebrandam esse, & celebrari; & successive ad ulteriora procedendum, donec sanctissimo Domino nostro, & sacro Concilio expedire videbitur, ut ad hunc seu alium locum; communicato etiam consilio cum invictissimo Cæsare, Christianissimo Rege, & aliis Regibus ac Principibus Christianis; ipsum Concilium reduci possit & debeat? *Responderunt*, PLACET.

SES-

SESSIO NONA

Bononiæ celebrata die 12. mensis April. M. D. XLVII.

Decretum prorogationis Sessionis.

HÆc sacrosancta, œcumenica & generalis Synodus, quæ dudum in civitate Tridenti congregata erat, nunc Bononiæ in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea nomine Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Pauli, divina providentia Papæ III. eisdem Reverendissimis Dominis D. Jo. Maria, Episcopo Prænestino, de Monte, & Marcello, tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero, S. R. E. Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis, considerans, quod die undecima mensis Martii præsentis anni, in generali publica Sessione, in eadem civitate Tridenti, & in loco consueto celebrata, omnibusque agendis de more peractis, ex causis tunc instantibus, urgentibus, & legitimis, interveniente etiam auctoritate sanctæ Sedis Apostolicæ, eisdem Reverendissimis præsidentibus etiam specialiter concessa, decrevit & ordinavit, Concilium ex eo loco in hanc civitatem transferendum esse, sicut transtulit; itemque Sessionem pro præsenti die XXI. Aprilis, illic indictam, ut de Sacramentorum & reformationis materiis, de quibus tractandum proposuerat, canones sanciretur & promulgarentur, in hac ipsa civitate Bononiæ celebrari debere. Consideransque nonnullos ex Patribus, qui in hoc Concilio interesse consueverunt, his superioribus majoris hebdomadæ, & solemnitatis Paschalis diebus in propriis Ecclesiis occupatos, aliquos etiam aliis impedimentis detentos, huc nondum accessisse, quos tamen brevi affuturos sperandum est, ac propterea factum esse, ut non ea, quam sancta Synodus desiderabat, Prælatorum frequentia potuerint materiæ ipsæ Sacramentorum, & reformationis examinari, & discuti; ut omnia maturo consilio, cum dignitate & gravitate debita fiant; bonum opportunum, & expediens censuit, censetque Sessionem prædictam, quæ hoc ipso die, ut præfertur, celebranda erat, ad diem Jovis, infra Octavam Pentecostes proximæ futuram, quo ad ipsas materias expediendas, differendam & prorogandam esse, quemadmodum differt ac prorogat: quam diem & rei gerendæ maxime opportunam, & Patribus præsertim absentibus percommodam judicavit & judicat. Hoc tamen adjecto, quod terminum ipsum ipsa sancta Synodus, pro ejus arbitrio & voluntate, sicut rebus Concilii potuerit expedire, etiam in privata Congregatione restringere & imminuere possit & valeat.

SESSIO DECIMA

Bononiæ celebrata die 11. mensis Junii, M. D. XLVII.

Decretum prorogationis Sessionis.

QUamvis hæc sacrosancta œcumenica & generalis Synodus Sessionem, quæ die XXI. mensis Aprilis proxime præteriit, super Sacramentorum & reformationis materiis in hac inclyta civitate Bononiæ, ex decreto, in urbe Tridentina, in publica Sessione, die 11. Mensis Martii promulgato, celebranda erat, propter aliquas causas, ac præsertim propter absentiam nonnullorum Patrum, quos brevi affuturos sperabat, ad hunc præsentem diem differendam & prorogandam esse decrevit; volens tamen cum iis, qui non venerunt, etiam adhuc benigne agere, eadem sacrosancta Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus & Apostolicæ Sedis Legatis, statuit & decernit Sessionem ipsam, quam hac die secunda mensis Junii, præsentis anni 1547. celebrare decreverat, ad diem Jovis post festum Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, quæ erit 15. mensis Septembris proxime futuri, quoad præfatas & alias materias expediendas, differendam & prorogandam esse, quemadmodum differt & prorogat; ita tamen, quod prosecutio discussionis & examinationis eorum, quæ tam ad dogmata quam ad reformationem pertinent, interim non omittatur; & terminum ipsum ipsa sancta Synodus, pro ejus libito & voluntate, etiam in privata Congregatione, abbreviare & prorogare libere possit & valeat.

Die 14. Septemb. 1547. in Congregatione generali Bononiæ, prorogata fuit Sessio, quæ futura erat die sequenti, ad beneplacitum sacri Concilii.

BULLA RESUMPTIONIS
Concilii Tridentini, sub Julio III. Pont. Max.

JUlius Episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Cum ad sedanda religionis nostræ dissidia, quæ in Germania longo tempore, non sine totius Christiani orbis perturbatione & scandalo viguerunt, bonum, opportunum & expediens esse videamus, sicuti etiam carissimus in Christo filius noster, Carolus Romanorum Imperator semper Augustus, nobis per suas literas & nuntios significari fecit, ut sacrum œcumenicum generale Concilium per fel. rec. Paulum Papam III. prædecessorem nostrum indictum, & per nos, tunc Cardinalatus honore fungentes, atque ipsius prædecessoris nomine, una cum duobus aliis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ipsi Concilio præsidentes, inceptum, ordinatum & continuatum, in quo plures publicæ & solemnes habitæ fuerunt Sessiones, pluraque tam in causa fidei, quam reformationis promulgata decreta, multaque etiam ad utramque causam pertinentia examinata & discussa, ad civitatem Tridentinam reducatur: Nos (*a*) ad quos, ut summus pro tempore Pontifices, spectat generalia Concilia indicere & dirigere, ut Ecclesiæ pacem & Christianæ fidei atque orthodoxæ religionis incrementum ad omnipotentis Dei laudem & gloriam procuremus, & quantum in nobis est, tranquillitati ipsius Germaniæ, quæ sane provincia retroactis temporibus in vera religione, ac sacrorum Conciliorum & sanctorum Patrum doctrina excolenda, exhibendaque maximis Pontificibus, Christi redemptoris nostri in terra Vicariis, debita obedientia & reverentia, nulli Christianorum provinciæ fuit unquam secunda, paterne consulamus, sperantes per ipsius DEI gratiam & benignitatem futurum, ut Reges omnes ac principes Christiani justis piisque nostris in hac re votis annuant, faveant, atque assistant: venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios Abbates, omnesque alios & singulos, qui de jure, vel consuetudine, vel privilegio Conciliis generalibus interesse debent, quosque idem prædecessor noster in suis Indictionibus & aliis quibuscumque desuper confectis & publicatis literis, Concilio interesse voluit, per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi hortamur, requirimus & monemus, ut proximis futuris Kalend. Maii, quem diem ad ipsum Concilium in eo, in quo nunc reperitur, statu resumendum & prosequendum, prævia matura deliberatione, & ex certa nostra scientia & de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, ac venerabilium fratrum nostrorum ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu, statuimus, decernimus, & declaramus, in ipsa civitate Tridenti, legitime cessante impedimento, convenire & se congregare, ac ipsius Concilii continuationi & prosecutioni, omni mora postposita, incumbere

(*a*) Tessa Matrem, Lin. Epist. 1. ad Ep. temporales Antioch. & Pelagia. in Epist. Synodicis Bonifacius Ep. ad Zacar. Papam, cens. & Synodo Chalcedo. 2. & Nicæn. 1. Adam. & Nicol. I. 2. 3. Epist. ad Michael.

velint. Nos enim operam sedulo daturi sumus, ut eodem tempore, in eadem civitate nostri omnino adsint Legati, per quos, si per ætatem nostram valetudinemque, & Sedis Apostolicæ necessitates, personaliter adesse nequiverimus, Spiritu sancto duce, ipsi Concilio præsidebimus: quacumque ipsius Concilii translatione & suspensione, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, ac præsertim illis, quæ idem prædecessor noster in suis literis prædictis, quas cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis & decretis in suo robore permanere volumus atque decernimus, & quatenus opus sit, innovamus, voluit non obstare; irritum nihilominus decernentes & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram hortationis, requisitionis, monitionis, statuti, declarationis, innovationis, voluntatis & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, M. D. XLVIII. Kalend. Decemb. Pontificatus nostri anno I.

M. Cardinalis Crescen.

Rom. Amasæus.

SESSIO UNDECIMA,

Quæ est prima

SUB JULIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata Kalend. Maji, M.D.LI.

Decretum de resumendo Concilio.

PLACETNE vobis, ad laudem & gloriam sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ad incrementum & exaltationem fidei & religionis Christianæ, sacrum œcumenicum & generale Concilium Tridentinum, juxta formam & tenorem literarum Sanctissimi Domini nostri, resumi debere, & procedendum esse ad ulteriora? *Responderunt*, PLACET.

Indictio futuræ Sessionis.

Placetne vobis, proximam futuram Sessionem habendam & celebrandam esse in futuris Kalend. Septembris? *Responderunt*, PLACET.

SESSIO DUODECIMA,

Quæ est secunda

SUB JULIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata Kalend. Maii, M.D.LI.

Decretum prorogationis Sessionis.

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nuntiis, quæ in proxime præterita Sessione sequentem hanc hodie habendam, & ad ulteriora procedendum esse decreverat, cum ob inclytæ Germanicæ nationis, cujus præcipue causa agitur, absentiam, ac non magnam cæterorum Patrum frequentiam procedere hactenus distulerit, de Venerabilium in Christo fratrum & filiorum suorum, Moguntini & Trevirensis Archiepiscoporum, ac sacri Romani Imperii Principum Electorum, & complurium ipsius aliarumque provinciarum Episcoporum, sub hanc ipsam diem adventu in Domino exultans & dignas ipsi omnipotenti Deo agens gratias, firmamque spem concipiens, quamplurimos alios tam ipsius Germanicæ, quam aliarum nationum Prælatos & sui officii debito & hoc exemplo commotos, propediem esse venturos, futuram Sessionem ad quadragesimam diem, quæ erit undecima mensis Octobris, proxime sequentis, indicit; & Concilium ipsum in statu, in quo reperitur, pro-

prosequendo, cum in præteritis Sessionibus de septem Sacramentis novæ Legis in genere, & in specie de Baptismate & Confirmatione definitum fuerit, statuit & decernit de sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, necnon, quod ad reformationem attinet, de reliquis, quæ ad faciliorem & commodiorem Prælatorum residentiam pertinent, agi & tractari debere; ac monet & hortatur omnes Patres, ut interim, Domini nostri JESU Christi exemplo, quantum tamen humana fragilitas patietur, jejuniis & orationibus vacent: ut tandem placatus, qui in sæcula sit benedictus, Deus, corda hominum ad veræ suæ fidei agnitionem & sanctæ matris Ecclesiæ unitatem, ac recte vivendi normam reducere dignetur.

SESSIO DECIMATERTIA,

Quæ est tertia

SUB JULIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 11. Octob. M.D.LI.

Decretum de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuntiis, etsi in eum finem, non absque peculiari Spiritus sancti ductu & gubernatione convenerit, ut veram & antiquam de fide & Sacramentis doctrinam exponeret, & ut hæresibus omnibus, & aliis gravissimis incommodis, quibus DEi Ecclesia misere nunc exagitatur, & in multas & varias partes scinditur, remedium afferret; hoc præsertim jam inde a principio in votis habuit, (*a*) ut stirpitus convelleret zizania execrabilium errorum & schismatum, quæ inimicus homo bis nostris calamitosis temporibus in doctrina fidei, usu & cultu sacrosanctæ Eucharistiæ superseminavit: quam alioqui Salvator noster in Ecclesia sua, tamquam symbolum reliquit ejus unitatis & charitatis, qua Christianos omnes inter se conjunctos & copulatos esse voluit. Itaque eadem sacrosancta Synodus sanam & sinceram illam de venerabili hoc & divino Eucharistiæ Sacramento doctrinam tradens, quam semper Catholica Ecclesia, ab ipso Jesu Christo Domino nostro & ejus Apostolis erudita, atque a Spiritu sancto, illi (*b*) omnem veritatem in dies suggerente, edocta, retinuit, & ad finem usque sæculi conservabit; omnibus Christi fidelibus interdicit, ne posthac de sanctissima Eucharistia aliter credere, docere, aut prædicare audeant, quam ut est hoc præsenti decreto explicatum atque definitum.

(*a*) Matt. 13.

(*b*) Luc. 22. c. 1. vers. ego pro te. 1. dist. & 1 of. 8. dist. 22. c. 1. & sup. Sess. 7. Joan. 10.

REMISSIONES.

(*a*) Vide Alan. *de Euchar.* Valent. *eod. tract.* Card. Bellarm. *lib. 2. de Eucharist.* P. Hentq. in *summ. lib. 8. de sanct. Euchar.* P. Gabr. Valquez in 3. *p. D. Thom. tom. 3. q. 73. disp. 177. cum seqq.* novissime P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censuris, q. 73. per totam.*

SESSIO UNDECIMA,

Quæ est prima

SUB JULIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata Kalend. Maji, M.D.LI.

Decretum de resumendo Concilio.

PLACETNE vobis, ad laudem & gloriam sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ad incrementum & exaltationem fidei & religionis Christianæ, sacrum œcumenicum & generale Concilium Tridentinum, juxta formam & tenorem literarum Sanctissimi Domini nostri, resumi debere, & procedendum esse ad ulteriora? *Responderunt*, PLACET.

Indictio futuræ Sessionis.

Placetne vobis, proximam futuram Sessionem habendam & celebrandam esse in futuris Kalend. Septembris? *Responderunt*, PLACET.

SESSIO DUODECIMA,

Quæ est secunda

SUB JULIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata Kalend. Maii, M.D.LI.

Decretum prorogationis Sessionis.

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nuntiis, quæ in proxime præterita Sessione sequentem hanc hodie habendam, & ad ulteriora procedendum esse decreverat, cum ob inclytæ Germanicæ nationis, cujus præcipue causa agitur, absentiam, ac non magnam cæterorum Patrum frequentiam procedere hactenus distulerit, de Venerabilium in Christo fratrum & filiorum suorum, Moguntini & Trevirensis Archiepiscoporum, ac sacri Romani Imperii Principum Electorum, & complurium ipsius aliarumque provinciarum Episcoporum, sub hanc ipsam diem adventu in Domino exultans & dignas ipsi omnipotenti Deo agens gratias, firmamque spem concipiens, quamplurimos alios tam ipsius Germanicæ, quam aliarum nationum Prælatos & sui officii debito & hoc exemplo commotos, propediem esse venturos, futuram Sessionem ad quadragesimam diem, quæ erit undecima mensis Octobris, proxime sequentis, indicit; & Concilium ipsum in statu, in quo reperitur, pro-

prosequendo, cum in præteritis Sessionibus de septem Sacramentis novæ Legis in genere, & in specie de Baptismate & Confirmatione definitum fuerit, statuit & decernit de sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, necnon, quod ad reformationem attinet, de reliquis, quæ ad faciliorem & commodiorem Prælatorum residentiam pertinent, agi & tractari debere; ac monet & hortatur omnes Patres, ut interim, Domini nostri JESU Christi exemplo, quantum tamen humana fragilitas patietur, jejuniis & orationibus vacent: ut tandem placatus, qui in sæcula sit benedictus, Deus, corda hominum ad veræ suæ fidei agnitionem & sanctæ matris Ecclesiæ unitatem, ac recte vivendi normam reducere dignetur.

SESSIO DECIMATERTIA,

Quæ est tertia

SUB JULIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 11. Octob. M.D.LI.

Decretum de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuntiis, etsi in eum finem, non absque peculiari Spiritus sancti ductu & gubernatione convenerit, ut veram & antiquam de fide & Sacramentis doctrinam exponeret, & ut hæresibus omnibus, & aliis gravissimis incommodis, quibus DEi Ecclesia misere nunc exagitatur, & in multas & varias partes scinditur, remedium afferret; hoc præsertim jam inde a principio in votis habuit, (*a*) ut stirpitus convelleret zizania execrabilium errorum & schismatum, quæ inimicus homo bis nostris calamitosis temporibus in doctrina fidei, usu & cultu sacrosanctæ Eucharistiæ superseminavit: quam alioqui Salvator noster in Ecclesia sua, tamquam symbolum reliquit ejus unitatis & charitatis, qua Christianos omnes inter se conjunctos & copulatos esse voluit. Itaque eadem sacrosancta Synodus sanam & sinceram illam de venerabili hoc & divino Eucharistiæ Sacramento doctrinam tradens, quam semper Catholica Ecclesia, ab ipso Jesu Christo Domino nostro & ejus Apostolis erudita, atque a Spiritu sancto, illi (*b*) omnem veritatem in dies suggerente, edocta, retinuit, & ad finem usque sæculi conservabit; omnibus Christi fidelibus interdicit, ne posthac de sanctissima Eucharistia aliter credere, docere, aut prædicare audeant, quam ut est hoc præsenti decreto explicatum atque definitum.

(*a*) Matt. 13.

(*b*) Luc. 22. c. 1. vers. ego pro te. 1. dist. & 1 of. 8. dist. 22. c. 1. & sup. Sess. 7. Joan. 10.

REMISSIONES.

(*a*) Vide Alan. *de Euchar.* Valent. *eod. tract.* Card. Bellarm. *lib. 2. de Eucharist.* P. Hentq. in *summ. lib. 8. de sanct. Euchar.* P. Gabr. Valquez in 3. *p. D. Thom. tom. 3. q. 73. disp. 177. cum seqq.* novissime P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censuris, q. 73. per totam.*

Pett. Ledesm. in summ. p. 1. tract. de excellentissimo Sacramento del Altar, que se llama Eucharistia.

β In doctrina fidei, usu, & cultu sacrosancta Eucharistiæ superseminavit.) Vide P. Henriq. in summ. lib. 8. in proem. §. 6. Sot. de Just. in 4. diff. 1. q. 6. art. 3.

CAPUT I.

De reali præsentia Domini nostri Jesu Christi in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

a PRincipio docet sancta Synodus & aperte ac simpliciter profitetur in almo sanctæ Eucharistiæ Sacramento, β post panis & vini consecrationem, Dominum nostrum Jesum Christum (a) verum Deum atque hominem, vere, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri, nec enim hæc inter se pugnant, (b) ut ipse Salvator noster semper ad dexteram Patris in cælis assideat, juxta modum existendi naturalem; & ut multis nihilominus aliis in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, (c) possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus, & constantissime credere debemus: ita enim majores nostri omnes, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc Sacramento disseruerunt, apertissime professi sunt, hoc tam admirabile Sacramentum in ultima cœna Redemptorem nostrum instituisse; cum post panis vinique benedictionem, se suum ipsius Corpus illis præbere, ac suum sanguinem, dertis ac perspicuis verbis testatus est; (d) quæ verba a sanctis Evangelistis commemorata, γ (e) & a S. Paulo postea repetita, cum propriam illam & apertissimam significationem præseferant, secundum quam a Patribus intellecta sunt; indignissimum sane flagitium est, ea a quibusdam contentiosis & pravi hominibus ad fictitios & imaginarios tropos, quibus veritas Carnis & Sanguinis Christi negatur, contra universum Ecclesiæ sensum detorqueri; quæ tamquam (f) columna & firmamentum veritatis, hæc ab impiis hominibus excogitata commenta, velut Sathanica, detestata est, grato semper & memori animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

a Joan. 1.
b 1. Cor. 11. Ephes. 5. in symbolo. Epiph. hæres. 69. in fin.
c Matt. 19. Luc. 18.
d Matt. 26. Marci 14. Luc. 22.
e 1. Cor. 11.
f 1. Tim. 3.

REMISSIONES.

a Vide P. Henriq. in summ. p. 2. lib. 8. cap. 20. a princ. optime Bald. Junium super opera contra Bellarm. p. 2. lib. 3. cap. 1. a princ. & c. 2. vers. At sententia communis scholarum. P. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 29. n. 9. P. Ægid. de Sacram. & censur. tom. 1. q. 78. n. 14.

β Post panis, & vini benedictionem.) Utrum benedictio illa Christi super panem fuerit destructa a consecratione? affirmant P. Soar. de Sacram. disp. 58. sect. 2. P. Ægid. d. disp. 75. n. 14.

γ Quæ verba a sanctissimis Evangelistis commemorata.) Horum verborum meminerunt omnes Evangelistæ, ac etiam S. Paulus: videlicet Matth. c. 26. ℣. 26. Marc. c. 14. ℣. 22. Luc. c. 22. ℣. 19. Joan. c. 6. ℣. 25. & 1. ad Cor. 11. ℣. 24.

Vide annotat. ad hoc caput in appendice sub discursu 4. Card. de Luca.

CAPUT II.

De ratione institutionis sanctissimi hujus Sacramenti.

a ERgo Salvator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem β γ Sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit, (a) memoriam faciens mirabilium suorum; (b) & in illius sumptione δ colere nos sui memoriam præcepit; suamque annunciare mortem, donec ipse ad judicandum mundum veniat. Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tamquam spiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur viventes vita

e Joan. 6. illius, qui dixit: (c) Qui manducat me, & ipse vivet propter me: & tamquam antidotum, e quo liberemur a culpis quotidianis, & a peccatis mortalibus præservemur. ζ Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis; adeoque symbolum unius illius corporis,

f 1. Cor. 10. Ephes. 5. Rom. 12. 1. Cor. 5. (d) cujus ipse caput existit, cuique nos, tamquam membra arctissima, fidei, spei & charitatis connexione adstrictos esse voluit; ut idipsum omnes diceremus, (e) nec essent in nobis schismata.

g 1. Cor. 1. 10. 11.

REMISSIONES.

a Vide P. Ægid. de Coninch. de Sacram. quæst. 78. num. 21. P. Vasquez. in 3. part. Divi Thom. tom. 2. disp. 169. num. 15. P. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 29. a num. 9.

β Sacramentum hoc instituit.) Institutum fuisse hoc Sacramentum Matth. 26. quando Christus in cœna suum corpus & sanguinem confecravit, docent Ambros. lib. 4. de Sacram. c. 4. & 5. & in libro de initiandis Mysteri. cap. 9. Damasc. l. 4. c. 14. ad finem. D. Thom. in 4. diff. 8. q. 1. arti 3. & p. 3. q. 73. Sayr. de Sacram. in genere lib. 2. cap. 2. q. 3. art. 1. vers. In Eucharistiæ Sacramento. P. Henriq. in summ. lib. 8. cap. 2. §. 2. P. Vasquez 3. tom. 3. disp. 177. a princip. P. Valer. Reginald. lib. 29. n. 9.

γ Utrum præcepto divino teneamur aliquando ad hujus Sacramenti susceptionem? Affirmant P. Valent. disput. 6. q. 3. punct. 4. P. Ægid. de Sacram. disp. 80. a n. 87. P. Soar. tom. 3. disp. 69. sect. 1. P. Valer. d. lib. 29. a num. 57.

δ Colere nos sui memoriam præcepit.) Concordat text. in c. iterator, de consecr. disp. 2. & illud Luc. 22. ℣. 19.

ζ Quo liberemur a culpis quotidianis.) Vide de Pett. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Eucharist. c. 10. concl. 10.

η Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriæ.) Vide Vasquez d. disp. 169. n. 13. Pett. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Eucharist. c. 10. conc. 6.

a Phil. 1.
b Conc. Lat. in 1. Cor. 11. c. 1. tract. de cons. dist. 2.

CAPUT III.

De excellentia sanctissimæ Eucharistiæ super reliqua Sacramenta.

a COmmune hoc quidem est sanctissimæ (a) Eucharistiæ cum cæteris Sacramentis, symbolum esse rei sacræ, & invisibilis gratiæ formam visibilem: verum illud in ea excellens & singulare reperitur, (b) quod reliqua Sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur, at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante usum est; nondum enim Eucharistiam (c) de manu Domini Apostoli susceperant, cum vere tamen ipse affirmaret Corpus suum esse, quod præbebat, & semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem (d) verum Domini nostri Corpus, verumque ejus Sanguinem sub panis & vini specie una cum ipsius anima & divinitate existere; sed Corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie ex vi verborum: ipsum autem Corpus sub specie vini, Sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque vi naturalis illius connexionis & concomitantiæ, qua partes Christi Domini, (e) qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur: Divinitatem porro propter admirabilem illam ejus cum corpore & anima hypostaticam unionem. Quapropter verissimum est, (f) tantumdem sub alterutra specie atque sub utraque contineri, totus enim & integer Christus, sub panis specie; & sub quavis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie, & sub ejus partibus existit.

a c. sacrificium de cons. dist. 2.
b c. multi. 1. q. 1.
c Matt. 26. Marc. 14.
d Inf. Can. 1.
e Rom. 6. c. 1. infra Can. 3.
f Sess. 21. c. 3. vide hom. 5. de pasch. inter eas quæ sunt. Brunsse. adscribuntur, & de cons. dist. 2. nihil prius est, &c.

REMISSIONES.

a Vide P. Henriq. in sum. lib. 8. c. 20. §. 3. lit. R. & c. 26. §. 2. lit. N. & R. Bald. Junium super

super opera controvers. Bellarm. part. 2. lib. 3. c. 5. P. Gabr. Vásquez in 3. p. D. Thom. tom. 3. disp. 186. num. 3. P. Ægid. de Sacram. quæst. 76. num. 2. cum seq. & quæst. 79. num. 55. Card. Bellarm. lib. 4. de Eucharist. cap. 29. & 30. P. Soar. tom. 3. disp. 59 sect. 2. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 4. & 5. Petr. Ledesm. in sum. p. 2. tract. de Euchar. c. 7. concl. 2.

CAPUT IV.

De transubstantiatione.

a Luc. 22. Joan. 6. 2. Cor. 11.

a QUoniam autem Christus redemptor noster, Corpus suum id, (a) quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit; ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuo sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini conversionem fieri totius substantiæ (b) panis in substantiam Corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam Sanguinis ejus, quæ conversio convenienter & proprie a sancta Catholica Ecclesia Transubstantiatio est appellata.

b c. panis, de consecr. dist. 2. Manbr. de ordeb. Miss. inst. Can. 2. in 2. tom. Concil.

REMISSIONES.

a Concordat *text. in c. Panis, de consecrat. distinct. 2. cap. Cum Marthæ, de celebrat. Missar.* Vide P. Henriq. in *sum. p. 2. lib. 2. c. 22.* P. Vásquez in *3. p. D. Thom. tom. 3. q. 73. disp. 181.* P. Ægid. *de Sacram. q. 75. n. 49. cum seqq. & a n. 73. tom. 1.* P. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 29. a num. 54.* P. Valent. *tom. 4. disp. 6. quæst. 3. 4. & 5.* P. Soar. *tom. 3. quæst. 38.* Petr. Ledesm. *in summ. p. 2. tract. de Eucharist. c. 6. conclus. 1. cum seq.*

CAPUT V.

De cultu & veneratione huic sanctissimo Sacramento exhibenda.

a Inf. can. 6.

a NUllus itaque dubitandi locus relinquitur, (a) quin omnes Christi fideles pro more in Catholica Ecclesia semper recepto β latriæ cultum, qui vero Deo debetur; hoc sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum; nam illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum, dicit: (b) Et adorent eum omnes Angeli Dei, quem Magi procedentes adoraverunt; (c) quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura testatur. Decharat præterea sancta Synodus, pie & religiose admodum in Dei Ecclesiam (d) inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis γ peculiari quodam & festo die præcelsum hoc venerabile Sacramentum singulari veneratione ac solemnitate celebretur, (e) & utque in Processionibus reverenter & honorifice illud per vias & loca publica circumferretur. Æquissimum est enim, sacros aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes singulari ac rara quadam significatione gratos & memores testentur animos erga communem Dominum (f) & Redemptorem pro tam ineffabili & plane divino beneficio, quo mortis ejus victoria & triumphus repræsentatur. Atque sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio & hæresi triumphum agere; ut ejus adversarii in conspectu tanti splendoris, & in tanta universæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati & fracti tabescant, vel pudore affecti & confusi aliquando resipiscant.

b Psal. 96 Hebr. 1. Matt. 2.
c Matth. Luc. 24.
d Urban. Pap. cit. tus Clementinar. lib. 3. de relig. & venerat. sanct. c. infr. Can. 6.
e Conc. Rhemen. c. 2. Concil. Later. sub Jun. 2. c. 26. c. præsentem 93. dist. d Anxit. c. 6. 1. Nic. c. 12. Card. 4. c. 7. n. 78. Ag. tinus, 4. 15. &c.
f 1. Corinth. Hebr. 10

DECLARATIONES.

1. *Utique in processionibus reverenter.*) Mandat decet, ut solemnitas Venerabilis Sacramenti celebretur in Cathedrali Ecclesia, quam in alia, ex eaque sumi sanctissimum Sacramentum, & in processione per vias publicas circumferri, & ad eandem Ecclesiam

suam referri, tumultique rei agendæ auctoritate penes Capitulum sit.

REMISSIONES.

a Vide P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censuris quæst. 73. n. 15. & q. 76. num. 85.* P. Soar. *tom. 3. disp. 55.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnitent. lib. 29. num. 37. in fine.*

β *Latriæ cultu, qui vero Deo debetur.*) Vide *Repert. Inquisit. verbo, Latria.* Azored. ad *lib. 2. num. 14. tit. 2. lib. 1. novæ Recopil.* ° & in *lib. 3. num. 5.* Vide etiam *gloss. verb. ostiatus, in Clem. fin. de hæret.* S. Thom. *3. p. quæst. 25. art. 1. & 2. Castr. adversus hæres. verb. Adoratio, versus secunda hæresis.*

γ *Peculiari quodam & festo die.*) Concordat text. in *Clem. unic. de Reliquiis, & venerat. Sanctor.*

CAPUT VI.

De asservando sacre Eucharistiæ Sacramento, & ad infirmos deferendo.

a Inf. can. 7. c. sane de celebr. Miss. c. de cultu Euchar. c. Presbyter. de consecr. dist. 2. b 1. Nicæni forte c. 14.

a β γ COnsuetudo (a) asservandi in Sacrario sanctam Eucharistiam adeo antiqua est, ut eam sæculum etiam (b) Nicæni Concilii agnoverit. Porro deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, & hunc usum diligenter in Ecclesiis conservari, præterquamquod cum summa æquitate & ratione conjunctum est; rum multis in (c) Conciliis præceptum invenitur & vetustissimo Catholicæ (d) Ecclesiæ more est observatum. Quare sancta hæc Synodus retinendum omnino salutarem hunc & necessarium morem statuit.

c Conc. Rhemen. c. 2. Concil. Later. sub Jun. 2. c. 26. c. præsentem 93. dist. d Anxit. c. 6. 1. Nic. c. 12. Card. 4. c. 7. n. 78. Ag. stinus, 4. 15. &c.

DECLARATIONES.

In Ecclesiis Parochialibus semper Eucharistia reservari debet, in aliquo mundo, singulari & signato loco, ut infirmis succurri possit, nec consuetudo excutat contraria, nec paupertas Ecclesiæ, nisi forte subeant periculum a manu sacrilega, contra quod periculum satis cautum esse non potest per quamvis diligentem custodiam.

REMISSIONES.

a Vide P. Henriq. in *sum. lib. 2. c. 28. §. 2. lit. B.* P. Ægid. *de Sacram. & censur. q. 76. n. 35. cum seqq.*

β *Consuetudo asservandi in Sacrario.*) Concordat *text. in cap. Sane, de celebrat. Missar. c. Presbyter, de consecr. dist. 2. c. 1. de custod. Euchar.*

γ An Episcopus possit concedere licentiam asservandi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesia non Parochiali pro adoratione populi? negative decidit *c. in tribus, §. sanxit, de consecr. distinct. 1.* Resolvunt Rub. *dec. 29.* Aloysi. Ricc. in *coll. dec. p. 4. coll. 1216.*

CAPUT VII.

De præparatione, qua adhibenda est, ut digne quis sacram Eucharistiam percipiat.

a 1. Cor. 11. c. quid ergo, 2. de sanctis. c. Sicut Judæi 32. c. trimoniu, de consecr. dist. 2.

a SI non decet ad sacras ullas functiones quempiam accedere, nisi sancte; certe, quo magis sanctitas & divinitas cœlestis hujus Sacramenti viro Christiano comperta est, eo diligentius cavere ille debet, ne absque magna reverentia & sanctitate ad id percipiendum accedat, præsertim cum illa plena formidinis β verba apud (a) Apostolum legamus: Qui manducat & bibit indigne; judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini. Quare communicare volenti revocandum est in memoriam ejus præceptum: (b) Probet γ seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi (c) contritus videatur, absque δ præmissa Sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat, quod a Christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, ε modo non desit (d) illis copia con-

b 1. Cor. 11. c. qui confitetur, de pœn. dist. c. Et infr. can. 11.

d Inf. can. 11.

confessoris; quod si, necessitate urgente, sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur.

REMISSIONES.

a Vide Navar. in man. c. 21. n. 7. cum seqq. & in tract. de Orat. Miscel. 39. n. 155. & 10 c. Fratres, de pœn. dist. 3. n. 100. P. Henriq. in sum. lib. 8. cap. 34. §. 3. lit. D. Sayr. de Sacram. in genere l. 6. c. 147. 9. 3. art. 2. P. Ægid. de Sacr. & censur. q. 80. n. 5. cum seqq. P. Vasquez. in 3. p. D. Thom. tom. 3. disp. 208. a n. 1. P. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 29. num. 98.

β Verba apud Apostolum leguntur.) Conc. 1. ad Corinth. c. 10. v. 27. relata in c. Quid ergo, c. Sanctæ, c. Sicut Judæi, & c. Timorem, de consecr. dist. 2.

γ Probet seipsum homo.) Concordat text. in cap. Quotidie. cap. Qui fœderate, c. Panem, de consecr. dist. 2. Vide P. Vasquez. d. tom. 3. disp. 180. num. 52. Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Eucharist. c. 10. concl. 15. ver. A ista duda.

δ Absque præmissa Sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat.) An de jure divino sacra peccatorum lethalium confessio ante Eucharistiam sumi debeat? Vide P. Azor. instit. Moral. part. 1. lib. 10. c. 31. q. 2. Petr. Ledesm. d. tract. de Eucharist. c. 11. concl. 8. a Castro adversus hæreses lib. 6. verbo. Eucharistiæ errores 10. Covar. in c. alma mater, p. 1. §. n. 7. conclus. 4. Azevedo in l. 5. tit. 1. novæ recopilæ n. 1.

ε Modo non desit illis copia confessarii, quod si, necessitate urgente, &c.) Vide P. Azor. d. c. 31. quæst. 3. plures per Cened. ad Decret. collect. 98. n. 1. Velasquez tom. 3. disp. 208. a n. 13.

CAPUT VIII.

De usu admirabilis hujus Sacramenti.

a c. quid est, cum seq. c. dilectissimi, & c. in illo, de consul. dist. 2. Augustin. contra Donat. Serm. de Prosp. in lib. sent.

QUoad usum autem, (a) recte & sapienter Patres nostri tres rationes hoc sanctum Sacramentum accipiendi distinxerunt, quosdam enim docuerunt sacramentaliter duntaxat id sumere, ut peccatores: alios tantum spiritualiter, illos nimirum, qui voto propositum illum cœlestem panem edentes, fide viva, (b) quæ per dilectionem operatur, fructum ejus & utilitatem sentiunt: tertios porro sacramentaliter simul & spiritualiter; hi autem sunt, qui ita se prius probant & instruunt, (c) ut vestem nuptialem induti ad divinam hanc mensam accedant. β In sacramentali autem sumptione semper in Ecclesia Dei mos fuit, ut laici a sacerdotibus Communionem acciperent; (d) sacerdotes autem celebrantes seipsos communicarent: qui mos (e) tamquam ex traditione Apostolica descendens, juste ac merito retineri debet. Demum autem paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogat, & obsecrat per viscera misericordiæ Dei nostri, ut omnes & singuli, qui Christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiæ symbolo jam tandem aliquando conveniant & concordent, memoresque tantæ Majestatis, & tam eximii amoris JESU Christi Domini nostri, (f) qui dilectam animam suam in nostræ salutis pretium, & carnem suam nobis dedit ad manducandum; hæc sacra mysteria Corporis & Sanguinis ejus, fidei constantia & firmitate, ea animi devotione ac pietate & cultu credant & venerentur, ut panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint; & is vere eis sit animæ vita, & perpetua sanitas mentis; cujus vigore confortati ex hujus miseræ peregrinationis itinere ad cœlestem patriam pervenire valeant, eundem (g) panem Angelorum, quem modo sub sactis velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi.

b Gal. 5.

c Quoniam autem non est satis, vetitarem dicere, nisi detegantur & refellantur errores; placuit sancta Synodo hos Canones subjungere, ut omnes jam agnita Catholica Doctrina, intelligant quoque, quæ ab illis hæreses caveri vitarique debeant.

RE-

REMISSIONES.

a Vide Mirand. q. 7. de Corpore Christi. P. Henriq. in sum. lib. 8. c. 34. P. Vasquez ad 3. p. D. Thom. tom. 3. disp. 222. a n. 1. P. Ægid. de Coninck de Sacram. & censur. q. 80. art. 1. & q. 82. n. 16.

β In Sacramentali autem sumptione, &c.) Vide Bejam. casuum conscientiæ p. 4. casu 14. vers. præterea.

d c. relatum de cons. dist. 1. inf. can. 10.

e Hetir. 9. & 3.

DE SACROSANCTO Eucharistiæ Sacramento.

CANON I.

a Supr. 1. Concil. Constant.

Si quis negaverit, (a) in sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento contineri vere, realiter, & substantialiter Corpus & Sanguinem, una cum anima & dignitate Domini nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum; sed dixerit tantummodo esse in eo, ut in signo, vel figura, aut virtute; anathema sit.

CANON II.

b Concil. idolatrarum apud Joan. Velcier.

β Si quis dixerit (b) in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis & vini, una cum Corpore & Sanguine Domini nostri Jesu Christi; negaveritque mirabilem illam & singularem conversionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in Sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis & vini; quam quidem conversionem Catholica Ecclesia aptissime (c) Transsubstantiationem appellat; anathema sit.

c Supr. c. 4.

CANON III.

d Concil. Flor. in decr. Eug. ad Arm. & Sup. c. 1. & inf. Sess. 21. c. 1. de comm.

γ Si quis negaverit, (d) in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie, & sub singulis cujusque specici partibus, separatione facta, totum Christum contineri; anathema sit.

CANON IV.

δ Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ Sacramento non esse Corpus & Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, sed tantum in usu, dum sumitur, non autem ante vel post, (e) & in hostiis seu particulis consecratis, quæ post communionem reservantur vel supersunt, non remanere verum Corpus Domini; anathema sit.

e Sup. c. 3.

CANON V.

f Si quis dixerit, (f) vel præcipuum fructum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire; anathema sit.

f vide Concil. Flor. ibid. sup. c. 2.

CANON VI.

ζ Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ Sacramento Christum unigenitum Dei Filium non esse (g) cultu latriæ, etiam externo, adorandum, atque ideo nec festiva peculiari celebritate venerandum, neque in Processionibus, secundum laudabilem & universalem Ecclesiæ sanctæ ritum & consuetudinem, solemniter circumgestandum, vel non publice, ut adoretur, populo proponendum, & ejus adoratores esse idololatras; anathema sit.

g Sup. c. 3.

CANON VII.

h Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiam (h) in Sacrario reservari, sed statim post consecrationem astantibus necessario distribuendam: aut non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur; anathema sit.

h Sup. c. 6.

CANON VIII.

i Si quis dixerit, Christum in Eucharistia exhibitum, spiritualiter tantum manducari (i) & non etiam sacramentaliter ac realiter; anathema sit.

i Sup. c. 8.

CA-

CANON IX.

(K) Omnis utriusque sexus. de pœn. & remis. Con. Lat. sub Innoc. III. c. 21. & in Sess. 12. Can. 9. de pœnit. & Concil. Lat. sub Innoc. III. c. 21.

, Si quis negaverit, (K) omnes & singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis 2. saltem in Paschate, ad communicandum, (l) juxta præceptum sanctæ matris Ecclesiæ; anathema sit.

CANON X.

m Sup. c. 8.

Si quis dixerit, (m) non licere Sacerdoti celebranti seipsum communicare; anathema sit.

CANON XI.

n Sup. c. 17.

, Si quis dixerit, (n) solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, anathema sit. Et, ne tantum Sacramentum indigne, atque ideo in mortem & condemnationem sumatur; statuit, atque declarat ipsa sancta Synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis gravat, (o) quamtumque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, necessario præmittendam esse Confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere; seu etiam publice disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat.

o Sup. c. 7.

DECLARATIONES.

1. *Adorandum.*) Non licet sanctam Eucharistiam ad eos ægrotantes deferre, qui morbi gravitate impediri sumere eam non possunt, ut fecisset ipsi infirmi venerationis gratia eam desiderarent: & si forte aliquo in loco talis est consuetudo, ea prorsus est tollenda, vel sic sanctissimum Sacramentum ad infirmos deferendum est, ut illud sumant, non autem ut adorent tantum, sicuti fit in aliquibus locis, quod Pius V. prohibuit.

2. *Saltem in Paschate.*) Quærebatur, stante privilegio Minoribus & aliis Religiosis concesso, ut omni tempore (præterquam in die Dominicæ Resurrectionis) possit ab illis Eucharistia sumi, an qui ab eis intra Dominicam in Albis Eucharistiam perceperant, præcepto, de quo in *cap. Omnis de pœnitentia & remissione*, satisfecerint? Congregatio die 23. Jan. 1586. censuit negative, quia *d. c. Omnis*, sicut vult, quod quis proprio Parocho confiteatur, ita a proprio etiam Eucharistiam sumat; & quia subdit, *nisi forte de proprii sacerdotis consilio duxerit abstinendum ab Eucharistia*, ab eodem recipi debet Eucharistia; ejus enim est desistere, cujus est condere, *l. ult. C. de leg.* Alex. *ibi n.* 13. Eo magis, quod tunc Religiosi non poterant hoc Sacramentum ministrare. Card. *in Clem. 1. num. 2. de privil.*

Congregatio Concilii censuit, procedi non posse adversus eum, qui tribus abhinc annis ab A. C. excommunicatus ad hanc usque diem in excommunicatione permansit, præterquam in festis Paschalibus, in quibus anno ab A. C. absolutionem obtinuit. 18. Febr. 1598.

Congregatio Concilii censuit, non satisfacere præcepto Ecclesiæ eum, qui sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipit, ante, vel post diem Paschatis non de manu Parochi, sed Regularium habentium a Sede Apostolica privilegium ministrandi hoc Sacramentum, præterquam in die Paschali. 22. Maii 1602.

Dubitatur rursum: An eis, qui infra dictum tempus, de manu parochi Eucharistiam acceperunt, & sic præcepto Ecclesiæ satisfecerunt, vel injunctionem habent, priusquam labatur octava Paschatis, de manu Parochi eam sumere, licitum sit ipso Resurrectionis die ex religiosorum manu communicare? Congregatio die 23. Januarii 1586. censuit id non esse licitum, cum sit expresse prohibitum. Navar. *manualis cap. 21. num. 52.* Itaque in Paschate sumenda est Eucharistia in propria Parochia, nec excusatur sumens in hebdomada sancta, vel immediate post Pascha extra eam.

Famuli quoque sæculares in Monasteriis Regularium Ord. Cisterciensis habitantes non sunt cogendi accedere ad Ecclesiam Parochialem, nec ibi Sacramenta accipere, nisi tempore Paschali Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi. Ita in una decisione data Episcopo Tornacensi die 20. Februarii 1576.

REMISSIONES.

a CANON I. Vide P. Henriq. in *summ. lib. 8. cap. 20. §. 4. in princ.* Valent. *disp. 6. quæst. 3.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur. quæst. 75. num. 3.* P. Ledesm. *in summ. p. 1. tract. de Eucharist. cap. 1. concl. 5.*

β CANON II. Vide Petr. Henriq. in *summ. l. 8. c. 30. §. 2. lit. I.* P. Vasquez in 3. *p. D. Thomæ tom. 3. disp. 180. n. 108. & disp. 194. n. 4.* Pat. Ægid. *de Sacram. q. 73. n. 49. & num. 171. & quæst. 77. art. 1.* P. Valer. Reginal. in *praxi fori pœnit. lib. 29. num. 36.* Petr. Ledesm. *d. tract. de Eucharist. cap. 6. concl. 2. & 3.*

γ CANON III. Vide P. Henriq. in *summ. lib. 8. c. 27. §. 3. lit. K.* P. Ægid. *de Sacram. & censuris quæst. 74. n. 3. & n. 191. & quæst. 75. n. 49. & 188. & quæst. 76. n. 32.* P. Vasquez *tom. 3. disp. 188. n. 2. & 3.* P. Valer. Regin. *d. lib. 29. n. 37.*

δ CANON IV. Vide P. Henriq. in *summ. lib. 8. cap. 29. in princ. lit. C.* Bald. Junius *super opera controvers. Bellarm. p. 2. lib. 3. cap. 5.* Ægid. *d. q. 74. num. 26.*

ε CANON V. Vide P. Henriq. in *summ. lib. 8. cap. 26. in princ. lit. B.* P. Ægid. *de Sacram. q. 79. num. 53.* P. Vasquez *n. tom. 3. disp. 201. n. 2.*

ζ CANON VI. Vide Can. *lib. 5. de locis Theol. c. 5. col. 144. & lib. 12. c. 11. col. 441.* P. Henriq. in *summ. lib. 8. c. 32. §. 3. lit. D. & c. 42. §. 2. lit. H.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 1. q. 76. n. 80.* P. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 37. in fin.* P. Soar. *tom. 3. disp. 65.*

η CANON VII. Vide Bald. Junium *super opera controv. Bellarm. p. 2. lib. 3. cap. 5.*

θ CANON VIII. Vide P. Vasq. in *3. p. D. Thom. tom. 3. disp. 212. n. 3.*

ι CANON IX. Vide P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur q. 80. n. 102. cum seqq.* P. Valet. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 29. n. 37. in fin.*

* *Saltem in Paschate.*) Vide Sotum in *4. dist. 12. q. 1. art. 4.* Covar. in *cap. cum mater p. 1. §. 1. num. 7. vers. hanc præterea.* Azevedo *in l. 6. §. n. 1. in fin. tit. 1. lib. 1. nov. recopilat.*

λ CANON X. Vide Sotum in *4. dist. 12. q. 1. art. 4. ad 14.* Can. *de locis Theolog. lib. 5. col. 169. ad fin. cum seqq.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 1. quæst. 80. n. 5. cum seq.* P. Azor. *Instit. mor. p. 1. lib. 10. cap. 31. col. 1040.* Pat. Soar. *tom. 3. disp. 86. sect. 3. vers. Sed quæres.* Pat. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 20. n. 53.*

DECRETUM DE REFORMATIONE.

CAPUT I.

Datur forma, qua Episcopi debent residere, subditos cum prudentia corrigere, a cujus visitatione nemo appellet, &c.

EAdem sacrosancta Tridentina Synodus, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & * Nuntiis, intendens nonnulla statuere, quæ ad jurisdictionem pertinent Episcoporum, ut juxta proximæ Sessionis decretum, illi in commissis sibi Ecclesiis eo libentius resideant, quo facilius & commodius sibi subjectos regere, & in vitæ ac morum honestate continere potuerint; illud primum eos admonendos censet, (a) β ut se pastores, non percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, ut non in eis dominentur, sed illos tamquam filios & fratres † diligant; eosdemque exhortando, ut hortando & monendo * ab illicitis deterreant, ne, ubi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur. Quos tamen, si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, (b) illa Apostoli est ab eis servanda præceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate, & patientia: cum sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia quam austeritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas quam potestas. Sin autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia judicium, cum lenitate severitas adhibenda est; ut sine asperitate disciplina populis salutaris ac necessaria conservetur; & qui correpti fuerint, emendentur; aut si resipiscere noluerint, cæteri salubri

a Tit. 1. 1. Tim. 3. 1. Petr. 5. Act. 20. 1. Cor. 4. 21. 2. Cor. 1. 24. 1. Petr. 5. 3.

† 1. Tim. 5. 1.

* 2. Tim. 4. 2.

in

in eos animadversionis exemplo, a vitiis deterreantur: cum sit diligentis & vii simul pastoris officium, morbis ovium levia primum adhibere fomenta; post, ubi morbi graviras ita postulet, (c) ad acriora & graviora remedia descendere; sin autem ne ea qui em proficiant illis submovendis, cæteras saltem oves a contagionis periculo liberare. (d) Cum igitur rei criminum plerumque ad evitandas pœnas & Episcoporum subterfugienda judicia, querelas & gravamina simulent, & appellationis diffugio judicis processum impediant, ne remedio ad innocentiæ præsidium instituto, † ad iniquitatis defensionem abutantur, atque ut hujusmodi eorum calliditati & tergiversationi occurratur, ita statuit & decrevit: (e) 1. ɣ In causis visitationis & correctionis, sive habilitatis & inhabilitatis, necnon criminalibus, ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario generali, ante definitivam sententiam, ɗ ab interlocutoria * vel alio quocumque gravamine, 2. non appelletur: 1 ζ ɳ &c. nec Episcopus seu Vicarius appellationi hujusmodi, tamquam frivolæ, deferre teneatur; sed ex ac quacumque inhibitione ab appellationis judice emanata, necnon omni stylo & consuetudine, etiam immemorabili, contraria non obstante, ad ulteriora valeat procedere, (f) 3. nisi gravamen hujusmodi † per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva 4. appellari non possit: quibus casibus factorum & antiquorum Canonum statuta illibata persistant.

c c. resc. cand. & c. corrigendum, 2. q. 1. d 2. cum speciali §. porro, de elect.

e Inf. Sess. 22. c. 1. & 24. c. 20. de ref.

f c. ut dubium, & appellatum fin.

DECLARATIONES.

1. *In causis visitationis & correctionis.*) Appellatio a correctione non est admittenda per Metropolitanum ante definitivam sententiam, etiamsi Metropolitanus acta solum videre vellet expensis appellantis transportanda.

7. Martii 1596. Congregatio Concilii censuit, non posse Episcopum in visitatione recusari, tanquam suspectum: dum tamen in ea processum non complicet, & se intra visitationis terminos contineat.

14. April. 1597. Congregatio Concilii censuit, Episcopum non posse in visitatione imponere pœnas ordinarias delictorum, sed tantum extraordinarias, quæ magis morum emendationem, ac correctionem, quam ordinarium delicti vindictam respiciant.

2. Junii 1601. Congregatio Concilii censuit, non licere Episcopo Visitationem aggredienti proponere edicta, quibus subditi jubeantur crimina detegere, multoque minus proposita pœna excommunicationis.

25. Maii 1601. Congregatio Concilii censuit, Episcopum visitationem aggredientem, atque etiam in visitatione, quando sit inquisitio quæ præparatoria vocatur, non licere Episcopo ad defendenda visitandorum peccata per edicta publica monere homines sub excommunicationis pœna ad revelandum, neque in ea exigere juramentum a visitatis, cæterum cum visitare voluerit illos, qui sunt de Capitulo, teneri ad locum Episcopum accedere, ubi Capitulares se congregare consueverint, si id commode fieri possit, sin minus, ad locum congruum, non tamen teneri accedere ad locum Capituli, quoties profequi voluerit visitationem alicujus particularis personæ de Capitulo, & si Episcopus visitaverit ad morum correctionem & emendationem, utique non posse non compilato processu, nec servatis de jure servandis pœnam ordinariam infligere.

2. *Non appelletur.*) Appellatio a diffinitiva in causa correctionis non suspendit executionem. Itaque in nonnullis casibus, veluti in materia correctionis morum, ubi Concilium expresse sustulit appellationem, sublatam intelligo quoad effectum suspentivum, non autem devolutivum.

3. *Nisi gravamen.*) Non est inhibendum Episcopo in aliqua causa, quæ sit coram eis in prima instantia, nec deferendum appellationibus, nisi appellatum fuerit a diffinitiva, vel interlocutoria habente vim diffinitivæ, cujus gravamen per appellationem a diffinitiva non possit reparari.

Post diffinitivam sententiam in causis Visitationis & correctionis appellari potest, ita tamen, ut appellatio non suspendat executionem, nisi gravamen sit hujusmodi, ut est infra.

4. *Appelleri non potest.*) Intelligitur etiam de indebita cassatione, & ideo ab hujusmodi gravamine appellari potest, & Ordinarius tenetur huic appellationi deferre, & sincere processum transferre ad Judicem appellationis; interim tamen eo manente in carcere, donec Judex appellationis causa cognita aliud judicet.

Quare auctoritas delegata, quæ Episcopis a Concilio tribuitur, non auferit jus illorum, ad quos legitime interposita appellatione alias causa devolveretur.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 40. art. 1.*

* Bern. Diaz. *cap. 147.* & ibi Salzedo. *lit. B.* Vide etiam Greg. Tholos. *de appellationib. lib. 2. cap. 10. ex num. 1. cum seqq. art. 8.*

β *Usque pastores, non percussores esse meminerint.*) Episcopi perpendere debent summa diligentia, & pietate *textum in præsenti, & infr. sess. 24. cap. 3. sess. 25. cap. 1. de Reformat. & cap. Ego subjectus, & cap. Episcop. cum sequentibus 92. dist.*

† *Tanquam filius & frater*, &c.) Vide Cabedo *lib. 1. diversi. juris argumentorum cap. 3. num. 3. vers. tertio.* Pet. Greg. Tolosan. *de appellat. 2. cap. 10. num. 8. & 9. cum seqq.*

* *Hortando & monendo*, &c.) Vide Segutam *in direct. judic. 2. p. in initio num. 9.* Bobadill. *tom. 2. sua Politic lib. 2. cap. 13. num. 52. & 54.*

† *Ne crimendo ad innocentiæ præsidium instituto*, &c.) Vide Afflict. *decis. 188. num. 6.* Gail. *pract. observ. lib. 1. observ. 132. num. 9.* Azevedo *in lib. 7. num. 44. tit. 18. lib. 4. novæ recopil.*

γ *In causis visitationis*, &c.) Vide *infr. sess. 24. cap. 3. & 20.* Navarr. *in Man. cap. 18. & 25. num. 34. cum seq.* & in *Rub. de jud. notab. 9. num. 87.* Thom. Valasc. *tom. 1. allegat. 70. num. 4.* Navar. *cons. 2. lit. 2. de appellat.*

ɗ *Ab interlocutoria, vel ab alio quocunque gravamine non appelletur.*) Quando gravamen illatum per illum, non potest tolli per appellationem a diffinitiva, posse appellari docet Nav. *cap. fol. 2. de appellat.* quod potest etiam appellari ex rationabili causa, & in appellatione expressa, habetur in *cap. Ut dictum, de appellat. cap. Cum appellationibus frivolis, eod. tit. lib. 6.* Vide tamen Sozz. de Pax. *in prax. tom. 2. p. 3. cap. 5. cap. unic. num. 3.* Quarant. *in summa Bullarii, verbo Archiepiscopus auctoritas, vers. Primo quæro, pag. 63.* ubi resolvit, quod non potest appellari ab interlocutoria in scriptis, & expressa causa justa, ex hoc decreto, licet olim ante Concilium attento jure, liceret.

* *Ab interlocutoria*, &c.) Vide Paz. *in prax. tom. 1. part. 6. in præmio ex num. 25.* Horat. Lucium *de privileg. schol. privo. 72.* Aloys. Ricc. *resol. 7. in prax. curr. resol. nu. 3.*

ɳ *Nec Episcopus, seu Vicarius appellationi hujusmodi tanquam frivolæ deferre teneatur.*) Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit. Archiepiscopus non debet se ingerere in prima instantia causarum, quæ agitantur coram ejus suffraganeo. Et iterum: Non est inhibendum Episcopis in aliqua causa, quæ sit coram eis in prima instantia, nec deferendum appellationibus, nisi in illis tribus casibus, de quibus supra, adest Bulla Greg. XIV. quæ est 34. *fol. 702. in Bullario, 7. 2.* & prædictas Cardinalium decisiones refert Zerol. in *praxi Episc. verbo, appellatio, vers. Ad decimum.*

ζ Sacram Cardinalium Congregationem definisse, Metropolitanum non posse cognoscere, etiam citra præjudicium cursus causæ coram Episcopo, neque ad eum effectum etiam absque ulla inhibitione posse simpliciter mandare, ut sibi transmittatur copia processus expensis appellantis, extra casus a prædicto Concilio expresse concessos appellandi, refert Stephan. Quarant. *in summ. Bullar. verb. Archiepisc. auctoritas, vers. Primo quæro, §. 63.*

ɩ In hac denique appellationis materia extat decretum Sacræ Congregationis prolatum die 16. Octobris 1600. Alex. Card. Florent. Rector. Agucchius Secret. cujus tenor sequens est.

ϑ Ad tollendas ambiguitates, & controversias jurisdictionales, quæ inter appellationum, & priorum instantiæ judices non sine partium dispendio, confusoque justitiæ impedimento, & sæpe cum scandalo, oriuntur, facto Congregatio cautis Epis. oportune præposita facta prius relatione S. D. N. Clement. Papa, ac de sanctitatis suæ mandato vivæ vocis oraculo desuper habito, ut hunc, qui sequitur, modum ab omnibus, ad quos spectat in posterum fieri, ac servari debere, mandavit, & mandat.

ι Metropolitani, Archiepiscopi, primates aut Patriarchæ suffraganeos eorumve subditos non judicent, nisi in casibus a jure expressis.

ϰ Idem, nec alii superiores etiam Nun-

tii,

tii, vel legati de latere speciosam facultatem majorem non habentes, causas in curiis Ordinariorum, vel aliorum inferiorum jud cum pendentes ad se non advocent: nisi per viam legitimæ appellationis ad ipsorum tribunalia deferantur; tunc quæ appellanter ab inferiorum jurisdictionibus, quoad alias causas eximere non possint.

x Appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius constiterit appellationem a sententia definitiva, vel habente vim definitivæ, aut a gravamine, quod per definitivam sententiam reparari non possit, in casibus a jure non prohibitis per legitimam personam, intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosequutam.

Nec dum causæ coram inferioribus judicibus pendent, ante diffinitivam sententiam, vel vim diffinitivæ habentem, de gravamine illato superiores cognoscere valeant, nisi certa præjudicium curius causarum le id facere contestentur. Nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, ut ipsis copia processus transmittatur etiam expensis appellantis.

μ Inhibitiones post appellationem, sicut præmittitur, receptam, non contendantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiæ, aut decreti diffinitivi aut vim diffinitivi habentis, vel damnum per diffinitivam irreparabile consequeris: alias inhibitiones, & processus, & inde sequuta quæcunque sint ipso jure nulla, eisque impune non parere liceat.

ν Si appellans allegat sententiæ, aut appellationis exemplum culpa judicis a quo, vel actuarii habere non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantum, ad quos pertinet, injungi potest, ut soluta condigna mercede actorum exemplum authenticum appellanti intra breven aliquem competentem terminum tradatur. Caveat tamen judex a quo, nisi vere appellatum fuerit in causa appellabili, interim aliquid in præjudicium appellantis attentet. Et si per actum publicum, aut per testium depositiones constiterit acta denegari appellanti, tunc mandato tradendi acta possit judex appellationis assistere, ne interim aliquid novi contra appellantem innovetur.

ξ Ab executione decreti S. Concil. Trident. an vibrationis Apostol. appellationes a Metropolitanis non recipiantur, nec, si Episcopi virtute ejusdem Sacri Concilii procedant, ut Sedis Apostolicæ delegati in causis, quæ sub eorum jurisdictione ordinaria non comprehenduntur, salva tamen in hoc casu Legatorum, & Nuntiorum Apostolicorum auctoritate.

ο In causis vero visitationis Ordinariorum, aut correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantum admittantur: nisi de gravamine per diffinitivam irreparabili agatur, vel cum visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione judicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensivum.

π Cum a gravamine quod per diffinitivam reparari nequit, ut indebitæ carcerationis, vel torturæ aut excommunicationis etiam comminatæ appellatur, non nisi visis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel provisio aliqua concedatur.

ρ Causa appellationis, dum pendet, appellans in eodem, quo reperitur carcere, permanebit, quoad judex, ad quem appellatum est, visis actis, & causa cognita, aliter decreverit, & tunc si a judicis, ad quem decreto vim diffinitivæ habente fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare potent, donec per judicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

σ Acta originalia processuum primæ instantiæ ad judicem appellationis notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ judicialiter objectur, & nunc terminata causa remittenda sunt ad Ordinarium, ut in suo archivio conserventur.

τ A sententia diffinitiva contra veritus contumacem prelata appellatio non recipiatur: nec inhibitio aut alia quævis provisio, quandiu appellans in hujusmodi vera contumacia perstiterit, concedatur. Hæc etiam de verbo ad verbum retulit Aloys. Riccius *decis.* 502.

† *Nisi gravamen hujusmodi &c.*) Vide Camill. Borell. *cons.* 30. *num.* 4. Aloys. Riccium *decis.* 103.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 5. *Card. de Luca.*

CAPUT II.

In criminalibus appellationis causa a sententia Episcopi, quando Metropolitano, & quando uni ex vicinioribus sit committenda, eorumve Vicariis, & non inferioribus.

a A Sententia Episcopi, vel ipsius in spiritualibus Vicarii generalis, in criminalibus appellationis causa, ubi appellationi locus fuerit, si Apostolica auctoritate in partibus eam committi contigerit, 1. Metropolitano, seu illius etiam Vicario in spiritualibus generali, aut, si ille aliqua de causa suspectus foret, vel ultra duas legales diætas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, 2. uni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum Vicariis, non autem inferioribus judicibus, committatur.

DECLARATIONES.

1. *Metropolitano, seu illius etiam Vicario.*) Fuit dubitatum, An Legati seu Nuntii Apostolici possint committere istas causas suis Auditoribus, ut illas viderent, tanquam Judices delegati? Fuit resolutum die 6. Octob. 1588. non posse: & fuit allegatum c. 20. *sess.* 25. *de reform.*

2. *Uni ex vicinioribus Episcopis.*) An sit a Decretis & sententiis Ordinarii, qui etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatus ex Decreto Concilii processit, interponenda appellatio coram Ordinario, vel potius ad Sedem Apostolicam appellandum? Et fuit resolutum, appellandum esse ad Metropolitanum, quia Concilium videtur coadjuvare, non autem de novo dare.

Die 24. Maji 1590. Congregatio censuit, sententias latas ab Auditoribus Nuntiorum Sanctissimi, in causis appellationum, in criminali, nullas esse: nec propter utilitatem publicam, & communem partium errorem sustineri.

REMISSIONES.

a Cui sit committenda appellationis causa in criminalibus, vide Arim. Trepat. *lib.* 1. *var. sent. tit.* 254. *de appellat. in genere.*

CAPUT III.

Acta primæ instantiæ intra triginta dies dentur gratis reo appellanti.

a * REus, ab Episcopo, aut ejus Vicario in spiritualibus generali, in criminali causa appellans, coram judice, ad quem appellavit, 1. acta primæ instantiæ omnino produ-

cat: & judex, nisi illis visis, ad ejus absolutionem minime procedat. Is autem, a quo appellatum fuerit, intra 30. dies acta ipsa postulanti 2. gratis exhibeat; alioqui absque illis 3. causa appellationis hujusmodi, prout justitia suaserit, terminetur.

DECLARATIONES.

1. *Acta primæ instantiæ.*) Confisto de contumacia Judicis a quo, recusantis exhibere acta, partes erunt Judicis, ad quem appellatum est, absolvere partem appellantem a molestationibus, & pronunciare acta & sententiam Judicis a quo, si unquam reperiuntur, causa esse & vana.

Carcerati sine processu appellatio a Metropolitano cognosci potest, dummodo non impediat executionem: carceratus tamen non est per judicem appellationis, nisi causa cognita, relaxandus.

2. *Gratis exhibeat.*) Gratis exhibenda sunt acta in causa criminali, confecta per Cancellarium Episcopi aut ipsummet Episcopum: secus si per Notarium, cui solvenda est merces, juxta *cap.* 20. *sess.* 24.

3. *Causa appellationis.*) Congregatio censuit, Episcopum, ad quem appellatum fuerit, excommunicatum coram se comparentem ad cautelam posse absolvere: visis tamen actis, quibus jurisdictio sua fundetur, quamvis alias de causæ meritis non cognoscat diffinitive: tamen nonnisi visis omnibus actis primæ instantiæ posse, juxta hoc *cap.* sententiam ferre.

REMISSIONES.

a Vide Soarez de Paz. in *praxi tom.* 2. *part.* 5. *cap. unic. num.* 7. & 14. * & Petr. Gregor. Tholos. *de appell. lib.* 6. *cap.* 9. *nu.* 2. & 3. ultra tradita a Farinacio in præsenti.

CAPUT IV.

Si a jure requisiti Episcopi certo numero non possint assistere Episcopo deponenti ac degradanti clericum, assistant totidem Abbates certi, ejusdem diœcesis: quibus assistere non valentibus, assistant personæ alioquin in dignitate constitutæ, &c.

a Cum. 10. vide 1. 9. 2. Cougarro. & 13. 9. 7. C. Felix Epis.

a CUm vero tam gravia nonnumquam sint delicta, (a) ab Ecclesia-

 sticis

fficiis commissa personis, ut ob eo rum atrocitatem e sacris ordinibus deponendæ, & Curiæ sint tradendæ sæcu-
a 2. Hilpal. c. 8. lari: in quo (b) secundum sanctorum Canonum certus Episcoporum numerus
c. 6 quis cum seq. 9. 8. ac de 9. 11. de pœn. in 6. requiritur: (c) quos si omnes adhibere difficile esset, debita juris executio differretur; si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit & decrevit Episcopum per se, seu illius Vicarium in spiritualibus generalem, contra Clericum, in sacris etiam Presbyteratus Ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationem, necnon verbalem depositionem, & per seipsum etiam ad actualem atque solemnem degradationem ab ipsis Ordinibus & gradibus Ecclesiasticis, in casibus, in quibus aliorum Episcoporum præsentia, in numero a Canonibus definito, requiritur, etiam absque illis procedere liceat: adhibitis tamen & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus, * usum mitræ & baculi ex privilegio Apostolico habentibus, si in civitate aut diœcesi reperiri & commode interesse possint, alioquin aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, 1. quæ ætate graves, ac juris scientia commendabiles existant.

DECLARATIONES.

1. *Constitutis.*) Non comprehenduntur Prælati mendicantium regularium, eum non habeant nomen dignitatis.

Nec debent interesse in examine processus, sed tantum in solemni & actuali degradatione, tanquam assistentes seu assessores.

Et possunt ab Ordinario assumi aliæ personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ & non diœcesanæ, scientia sacræ Theologiæ commendabiles.

REMISSIONES.

a Vide Salzed. in *pract. cap.* 3. *num.* 7. Henriq. in *sum. lib.* 13. *cap.* 53. §. 2. P. Valenz. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib.* 13. *pract.* 2. *num.* 52. Rycium in *praxi nat. resol. cap.* 221.

* *Sibi assistentibus totidem Abbatibus.*) Vide Salzed. ad Bern. Diaz. in d. *pract. can. cap.* 140. *lit. A.* Franc. Vivium *decis.* 314. *lib.* 2. *num.* 6.

CAPUT V.

Gratiæ mendaciis aut taciturnitate extortas pro remissione peccati aut pœnæ, ad quam criminosus fuerat condemnatus, revocet is, qui gratiam fecisse videbatur.

ET quoniam per fictas causas, quæ tamen satis probabiles videntur, interdum accidit, ut nonnulli ejusmodi gratias extorqueant, per quas pœnæ, illis Episcoporum justa severitate inflictæ, aut remittuntur omnino, aut minuuntur; cum non ferendum sit, ut mendaciom, quod tantopere Deo displicet, non modo ipsum (a) impunitum sit, verum etiam alterius delicti veniam impetret mentiendi; idcirco, ut sequitur, statuit & decrevit, Episcopus apud Ecclesiam suam residens, de surreptione & obreptione gratiæ, quæ super absolutione alicujus publici criminis, vel delicti, de quo ipse inquirere cœperat, aut remissione pœnæ, ad quam criminosus per eum condemnatus fuerit, falsis precibus impetratur, per seipsum, tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, (b) etiam summarie cognoscat; ipsamque gratiam postquam de falsa narratione, aut veri taciturnitatem obtentam esse legitime constiterit, non admittat.

a Bruneb. Lezz. Pro. c. 10. 11. 8. 19. c. 3. qua dicit, non teneri pœnitentem. 11. §. 1.

DECLARATIONES.

Congregatio Concilii censuit, subditum Episcopi excommunicatum ab eo, & a Vicario urbis & delegatione Papæ absolutum, posse appellare ab Episcopi pronunciatione, qui vigore Decreti Concil. *cap.* 3. *Sess.* 13. absolutionem obtentam subreptitiam, & obreptitiam declaravit. Marsil. Pellad. 150. Mol.

CA-

CAPUT VI.

Episcopus nequaquam moneatur aut citetur, ut personaliter compareat, nisi ob causam, ex qua deponendus aut privandus veniret.

QUoniam vero subditi Episcopo (a) tametsi jure correpti fuerint, magnopere tamen eum odisse, & tamquam injuria affecti sint, falsa illi crimina obicere solent, ut, quoquo pacto possint, ei molestiam exhibeant; cujus vexationis timor plerumque illum ad inquirenda & punienda eorum delicta segniorem reddit; idcirco, ne is magno suo & Ecclesiæ incommodo gregem sibi creditum relinquere, ac non sine Episcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur, ira statuit & decrevit: (b) a * Episcopus, nisi ob causam, ex qua deponendus sive privandus veniret, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, sive alio quovis modo procedatur, ut personaliter compareat, nequaquam citetur vel moneatur.
a c. sunt nonnulli 2. §. 7. 2
b Videfelic. 24. c. 1.

REMISSIONES.

a *Episcopus nisi ob causam.*) Vide Jacob. *lib.* 22. *de offic. Vicarii lib.* 2. *quæst.* 59. *num.* 1. & 2. Clar. in §. *fin. quæst.* 55. *vers. sileerint quæro.* Stephan. Grat. *discept. for. cap.* 189. *num.* 15. * & *infr. sess.* 24. *cap.* 3. & Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi canon. cap.* 121. *lit. A.*

CAPUT VII.

Qualitates testium contra Episcopum describuntur, iisque carentes puniuntur.

a * TEstes (a) in causa criminali ad informationem vel judicia seu alias in causa principali con-
a tacentio quoque, c. accusatio B. episcoporū,

tra Episcopum, nisi contestes, & bonæ conversationis, existimationis, & famæ fuerint, non recipiantur; & si odio, temeritate aut cupiditate aliquid deposuerint, gravibus pœnis mulctentur.
c. testes 2. q. 7. & c. ult. 2. q. 3. Concil. Rom. sub Sylvest. I. juxta Anacleti Pap. Epist. 2. & Carth. 2. cap. 6. & Carth. 4. cap. 96. & Sixt. III. Epist. c. 3.

CAPUT VIII.

Graves Episcoporum causæ a Pont. Max. cognoscantur.

β † CAusæ Episcoporum, cum pro criminis objecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur.

REMISSIONES.

a β Vide Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. Gloss.* 41. *num.* 3. ubi resolvit, Concilium in præsenti dum definit, quod Episcopus nisi ob causam, ob quam deponendus, seu privandus veniret, ut personaliter compareat nequaquam citetur, vel moneatur; intelligendum esse de Episcopis non residentibus; quia illi possunt citari, seu moneri ad comparendum, ob causam, ob quam veniant deponendi, seu privandi: Episcopi autem residentes, etiamsi sit causa atrocissima, utpote hæresis, aut læsæ majestatis, minime citati possunt ad personaliter comparendum, per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nisi de expressa ac speciali commissione manu Papæ signata.

* Vide tradita a Salzedo ad *Bern. Diaz in praxi crim. can. c.* 128. *lit. F.*

† Vide Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi canon. c.* 122. *lit. A.*

Decretum prorogationis definitionis quatuor articulorum de Sacramento Eucharistiæ, & salvi conductus, Protestantibus dandi.

EAdem sancta Synodus errores omnes, qui super hoc sanctissimo Sacramento repullularunt, tamquam vepres ex agro Dominico evellere, ac omnium fidelium saluti prospicere

cupiens, quotidianis precibus Deo omnipotenti pie oblatis inter alios, ad hoc Sacramentum pertinentes articulos, diligentissima veritatis Catholicæ inquisitione tractatos, plurimis accuratissimisque pro rerum gravitate dispositionibus habitis, cognitis quoque præstantissimorum Theologorum sententiis, hos etiam tractabat: An necessarium sit ad salutem, & divino jure præceptum, ut singuli Christi fideles sub utraque specie ipsum venerabile Sacramentum accipiant, Et: Num minus sumat, qui sub altera, quam qui sub utraque communicat. Et: An ersaverit sancta mater Ecclesia, laicos, & non celebrantes Sacerdotes, sub panis specie dumtaxat communicando. Et: An parvuli etiam communicandi sint. Sed quoniam ex nobilissima Germaniæ provincia ii, qui se protestantes nominant, super his ipsis articulis, antequam definiantur, audiri a sancta Synodo cupiunt, & eam ob causam fidem publicam ab illa postularunt, ut ipsis tuto huc venire, & in hac urbe commorari, ac libere coram Synodo dicere atque proponere, quæ senserint, & postea, cum libuerit, recedere liceat; sancta ipsa Synodus, licet magno desiderio eorum adventum multos antea menses expectarit, tamen, ut pia mater, quæ ingemiscit & parturit, summopere id desiderans ac laborans, ut in us, qui Christiano nomine censentur, nulla sint schismata, sed quemadmodum eumdem omnes Deum, & Redemptorem agnoscunt, ita idem dicant, idem credant, idem sapiant; confidens Dei misericordia, & sperans fore, ut illi in sanctissimam & salutarem unius fidei, spei, charitatisque concordiam redigantur, libenter eis in hac re morem geresas, securitatem & fidem, ut petierunt, publicam, quam salvum conductum vocant, quoad se pertinet, ejus, qui infra scriptus erit tenoris, dedit atque concessit; & eorum causa definitionem illorum articulorum ad secundam Sessionem distulit; quam, ut illi commode interesse possent, in diem festum Conversionis Divi Pauli, quæ erit xxv. diei mensis Januarii, anni sequentis, indixit. Illudque præterea statuit, ut in eadem Sessione de sacrificio Missæ agatur, propter magnam utriusque rei connexionem: interea Sessione proxima de Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis Sacramentis tractandum. Illam autem die festo D. Catharinæ Virginis & Martyris, qui erit xxv. Novembris, habendam esse decrevit, simulque ut in utraque materiam reformationis prosequatur.

SALVUS CONDUCTUS datus Protestantibus.

SAcrosancta generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nuntiis, omnibus & singulis, sive Ecclesiasticis sive sæcularibus personis universæ Germaniæ, cujuscumque gradus, status, conditionis, & qualitatis sint, quæ ad œcumenicum hoc & generale Concilium accedere voluerint, ut de iis rebus, quæ in ipsa Synodo tractari debent, omni libertate, conferre, proponere & tractare, ac ad ipsum œcumenicum Concilium libere & tuto venire, & in eo manere & commorari, ac articulos, quos illis videbitur, tam scripto quam verbo, offerre, proponere, & cum Patribus sive iis, qui ab ipsa sancta Synodo delecti fuerint, conferre, & absque ullis convitiis & contumeliis disputare, necnon quando illis placuerit, recedere possint & valeant, publicam fidem & plenam securitatem, quam

quam salvum conductum appellant, cum omnibus & singulis clausulis & decretis necessariis & opportunis, etiamsi specialiter & non per verba generalia exprimi deberent, quæ pro expressis haberi voluit, quantum ad ipsam sanctam Synodum spectat; concedit. Placuit præterea sanctæ Synodo, ut, si pro majori libertate ac securitate eorum, certos tam pro commissis, quam pro committendis per eos delictis judices eis deputari cupiant, illos sibi benevolos nominent, etiamsi delicta ipsa quantumcumque enormia, ac hæresim sapientia fuerint.

SESSIO DECIMAQUARTA,

Quæ est quarta

SUB JULIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 25. Novemb. M. D. LI.

Doctrina de sanctissimis a Pœnitentiæ & extremæ Unctionis Sacramentis.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuntiis, quamvis in decreto de (a) Justificatione multus fuerit de Pœnitentiæ Sacramento, propter locorum cognitionem, necessaria quadam tatione sermo interpositus; tanta nihilominus circa illud nostra hac ætate diversorum errorum est multitudo, ut non parum publicæ utilitatis retulerit, de eo exactiorem & pleniorem definitionem tradidisse; in qua demonstratis & convulsis, Spiritus sancti Præsidio, universis erroribus, Catholica veritas perspicua & illustris fieret; quam nunc sancta hæc Synodus Christianis omnibus perpetuo servandam proponit.

a Supra Sess. 6. c. 14.

Conc. Trid. cum Gall.

REMISSIONES.

a De Pœnitentiæ Sacramento bene scripserunt Theologi cum Magistro in 4. dist. 14. Divus Thom. p. 3. quæst. 84. Ubi Pat. Ægid. de Coninck in tract. de Sacram. disput. 1. cum sequent. doctiss. Pat. Soarez tom. 4. de pœnit. Petr. de Ledesm. in summa part. 2. tract. de Pœnitentia. Vivald. in Candelabro Aureo de Sacram. Pat. Valet. Reginal. in praxi fori pœnit. Lib. 24. Cardin. Bellarm. de Pœnitent. Pat. Henriq. in summæ lib. 4. Gregorius de Valentia tom. 4. disput. 7. quæst. 3. cum tribus sequentibus. Pat. Luc. Pinell. de Sacramento Pœnitentiæ.

CAPUT I.

De necessitate & institutione Sacramenti Pœnitentiæ.

a SI ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut justitiam in Baptismo ipsius beneficio & gratia susceptam, constanter tuerentur; non fuisset opus, aliud ab ipso Baptismo Sacramentum ad peccato-

cupiens, quotidianis precibus Deo omnipotenti pie oblatis inter alios, ad hoc Sacramentum pertinentes articulos, diligentissima veritatis Catholicæ inquisitione tractatos, plurimis accuratissimisque pro rerum gravitate dispositionibus habitis, cognitis quoque præstantissimorum Theologorum sententiis, hos etiam tractabat: An necessarium sit ad salutem, & divino jure præceptum, ut singuli Christi fideles sub utraque specie ipsum venerabile Sacramentum accipiant, Et: Num minus sumat, qui sub altera, quam qui sub utraque communicat. Et: An ersaverit sancta mater Ecclesia, laicos, & non celebrantes Sacerdotes, sub panis specie dumtaxat communicando. Et: An parvuli etiam communicandi sint. Sed quoniam ex nobilissima Germaniæ provincia ii, qui se protestantes nominant, super his ipsis articulis, antequam definiantur, audiri a sancta Synodo cupiunt, & eam ob causam fidem publicam ab illa postularunt, ut ipsis tuto huc venire, & in hac urbe commorari, ac libere coram Synodo dicere atque proponere, quæ senserint, & postea, cum libuerit, recedere liceat; sancta ipsa Synodus, licet magno desiderio eorum adventum multos antea menses expectarit, tamen, ut pia mater, quæ ingemiscit & parturit, summopere id desiderans ac laborans, ut in us, qui Christiano nomine censentur, nulla sint schismata, sed quemadmodum eumdem omnes Deum, & Redemptorem agnoscunt, ita idem dicant, idem credant, idem sapiant; confidens Dei misericordia, & sperans fore, ut illi in sanctissimam & salutarem unius fidei, spei, charitatisque concordiam redigantur, libenter eis in hac re morem geresas, securitatem & fidem, ut petierunt, publicam, quam salvum conductum vocant, quoad se pertinet, ejus, qui infra scriptus erit tenoris, dedit atque concessit; & eorum causa definitionem illorum articulorum ad secundam Sessionem distulit; quam, ut illi commode interesse possent, in diem festum Conversionis Divi Pauli, quæ erit xxv. diei mensis Januarii, anni sequentis, indixit. Illudque præterea statuit, ut in eadem Sessione de sacrificio Missæ agatur, propter magnam utriusque rei connexionem: interea Sessione proxima de Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis Sacramentis tractandum. Illam autem die festo D. Catharinæ Virginis & Martyris, qui erit xxv. Novembris, habendam esse decrevit, simulque ut in utraque materiam reformationis prosequatur.

SALVUS CONDUCTUS datus Protestantibus.

SAcrosancta generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nuntiis, omnibus & singulis, sive Ecclesiasticis sive sæcularibus personis universæ Germaniæ, cujuscumque gradus, status, conditionis, & qualitatis sint, quæ ad œcumenicum hoc & generale Concilium accedere voluerint, ut de iis rebus, quæ in ipsa Synodo tractari debent, omni libertate, conferre, proponere & tractare, ac ad ipsum œcumenicum Concilium libere & tuto venire, & in eo manere & commorari, ac articulos, quos illis videbitur, tam scripto quam verbo, offerre, proponere, & cum Patribus sive iis, qui ab ipsa sancta Synodo delecti fuerint, conferre, & absque ullis convitiis & contumeliis disputare, necnon quando illis placuerit, recedere possint & valeant, publicam fidem & plenam securitatem, quam

quam salvum conductum appellant, cum omnibus & singulis clausulis & decretis necessariis & opportunis, etiamsi specialiter & non per verba generalia exprimi deberent, quæ pro expressis haberi voluit, quantum ad ipsam sanctam Synodum spectat; concedit. Placuit præterea sanctæ Synodo, ut, si pro majori libertate ac securitate eorum, certos tam pro commissis, quam pro committendis per eos delictis judices eis deputari cupiant, illos sibi benevolos nominent, etiamsi delicta ipsa quantumcumque enormia, ac hæresim sapientia fuerint.

SESSIO DECIMAQUARTA,

Quæ est quarta

SUB JULIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 25. Novemb. M. D. LI.

Doctrina de sanctissimis a Pœnitentiæ & extremæ Unctionis Sacramentis.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuntiis, quamvis in decreto de (a) Justificatione multus fuerit de Pœnitentiæ Sacramento, propter locorum cognitionem, necessaria quadam tatione sermo interpositus; tanta nihilominus circa illud nostra hac ætate diversorum errorum est multitudo, ut non parum publicæ utilitatis retulerit, de eo exactiorem & pleniorem definitionem tradidisse; in qua demonstratis & convulsis, Spiritus sancti Præsidio, universis erroribus, Catholica veritas perspicua & illustris fieret; quam nunc sancta hæc Synodus Christianis omnibus perpetuo servandam proponit.

a Supra Sess. 6. c. 14.

Conc. Trid. cum Gall.

REMISSIONES.

a De Pœnitentiæ Sacramento bene scripserunt Theologi cum Magistro in 4. dist. 14. Divus Thom. p. 3. quæst. 84. Ubi Pat. Ægid. de Coninck in tract. de Sacram. disput. 1. cum sequent. doctiss. Pat. Soarez tom. 4. de pœnit. Petr. de Ledesm. in summa part. 2. tract. de Pœnitentia. Vivald. in Candelabro Aureo de Sacram. Pat. Valet. Reginal. in praxi fori pœnit. Lib. 24. Cardin. Bellarm. de Pœnitent. Pat. Henriq. in summæ lib. 4. Gregorius de Valentia tom. 4. disput. 7. quæst. 3. cum tribus sequentibus. Pat. Luc. Pinell. de Sacramento Pœnitentiæ.

CAPUT I.

De necessitate & institutione Sacramenti Pœnitentiæ.

a SI ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut justitiam in Baptismo ipsius beneficio & gratia susceptam, constanter tuerentur; non fuisset opus, aliud ab ipso Baptismo Sacramentum ad peccato-

torum remissionem esse institutum.

a Inf. can. 5. Ill. 120. Ispiist. 1. Sic Innoc. 1. Epist. 91. item Bas. August. Nam quoniam rem. missis, &c. & Cypr. 23 August. citatus, lib. 2. contra Julian. c. 3 Quam benigna quam necessaria.

(a) Quoniam autem Deus, dives in misericordia, cognovit figmentum nostrum; illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati servitutem, & dæmonis potestatem tradidissent, Sacramentum videlicet Pœnitentiæ; quo lapsis post Baptismum, beneficium mortis Christi applicatur.

b Sup. sect. 6. de justific. Concil. Cabil. c. 8.

(b) Fuit quidem Pœnitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam & justitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui Baptismi Sacramento ablui petivissent, ut perversitate abjecta & emendata, tantam Dei offensionem cum peccati odio & pio animi dolore detestarentur. Unde

c Ezec. 18. Propheta ait: (c) Convertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris; & non erit vobis in ruinam iniquitas. Dominus etiam dixit:

d Luc. 13. (d) Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et Princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandis pœnitentiam commendans, dicebat (e) Pœnitentiam

e Act. 2. Conc. Arausic. & c. 5. Baptiste, sed simul. dist. 4.

agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Porro nec ante Adventum Christi pœnitentia erat Sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante Baptismum. Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipue instituit, cum a mortuis excitatus, insufflavit in discipulos suos, dicens:

f Joan. 20. Matth. 16. c. 18. Conf. Tridentor. 30. d. 1. & Jul. cap. 8. in fin. & Can. 3.

(f) Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni facto & verbis tam perspicuis, potestatem remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles post Baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum Patrum consensus semper intellexit. Et Novatianos, requittendi potestatem olim pertinaciter negantes magna ratione Ecclesia Catholica, tamquam hæreticos explosit atque condemnavit. Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum sancta hæc Synodus probans & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad potestatem prædicandi verbum Dei & Christi Evangelium annuntiandi, contra hujusmodi Sacramenti institutionem falso detorquent.

REMISSIONES.

a Vide Sayr. *de Sacramentis in genere lib. 2. cap. 2. quæst. 1. art. 1. vers. de Pœnitentiæ Sacramento*. P. Gabr. Vasquez in 3. p. *D. Thomæ, tom. 2. disput. 135. num. 10.* P. Ægid. de Coninck. *de Sacram. & censur. tom. 1. quæst. 66. num. 140.* P. Valer. Regin. *in praxi fori pœn. lib. 28. num. 39. cum seqq.*

CAPUT II.

De differentia Sacramenti Pœnitentiæ & Baptismi.

a Sup. sect. 6. de just. c. 14. & inf. Can. 14.

a Cæterum hoc Sacramentum (a) multis rationibus a Baptismo differre dignoscitur; nam præterquam quod materia & forma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissime distidet; constat certe, Baptismi ministrum judicem esse non oportere; cum Ecclesia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus.

b 1. Cor. 5. in fin. c. multi 1. 2. c. quale mut. de liver. ex. Con. to. b. c. verum de pœn. dist. 1.

(b) Quid enim mihi, inquit Apostolus, de us, qui foris sunt, judicare? Seeus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus (c) lavacro Baptismi sui corporis membra semel effecit: nam bos, si se postea crimine aliquo contaminaverint, non jam repetito Baptismo ablui, * cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal, tamquam reos sisti voluit; ut per sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes con-

confugerint, possent liberari. Alius præterea est Baptismi, & alius Pœnitentiæ fructus: per Baptismum enim Christum (d) induentes, nova prorsus in illo efficimur creatura plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen novitatem & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ, sine magnis nostris fletibus & laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus: ß ut merito Pœnitentia laboriosus quidam Baptismus a sanctis Patribus dictus fuerit. Est γ autem hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus.

d Col. 3.

REMISSIONES.

a Vide P. Ægid. de Coninck. *de Sacram. & censur. quæst. 68. art 3. num. 41.* Greg. de Valentia, *tom. 4. disp. 7. quæst. 1. punct. 5.* P. Soar. *tom. 4. disp. 17. sect. 1. § Secunda veritas fidei.* P. Reginald. *in praxi fori pœn. lib. 28. n. 38.*

ß *Non jam repetito Baptismo ablui, &c.*) Vide supra *sess. 7. can. 11.* Div. Thom. *3. p. quæst. 66. art. 9.* Theologos omnes in *4. sentent. dist. 6.* Alphonsi a Castro *adversus hæreses lib. 2. cap. de baptismo, hæresi 5.*

ß *Ut merito Pœnitentia laboriosus, &c.*) Vide Nav. *in cons. de pœn. dist. 1. 5. quod quamvis num. 10. & 11.* Sayr. *de Sacram. in genere lib. 3. c. 1. quæst. unic. art. 2. vers. de Pœnit.*

γ *Est autem hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium.*) Vide P. Henriq. *in sum. lib. 4. cap. 2. §.* . P. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 6. n. 42.*

CAPUT III.

De partibus & fructu hujus Sacramenti.

DOcet præterea sancta Synodus a Sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse: 1. Ego te absolvo, &c. quibus quidem de Ecclesiæ sanctæ more preces quædam laudabiliter adjunguntur: ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessariæ. Sunt ß autem quasi materia hujus Sacramenti, ipsius pœnitentis actus, (a) nempe, Contritio, Confessio & Satisfactio. Qui quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Pœnitentiæ partes dicuntur. Sane vero res & effectus hujus Sacramenti, quantum ad ejus vim & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam interdum in viris piis & cum devotione hoc Sacramentum percipientibus, conscientiæ pax ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solet. Hæc de partibus & effectu Sacramenti S. Synodus tradens, simul eorum sententias damnat, qui pœnitentiæ partes, incussos conscientiæ terrores & fidem esse contendunt.

a Sup. sect. 6. de justific. c. 14. & inf. Can. 4.

DECLARATIONES.

1. *Ego te absolvo.*) Congregatio censuit, intelligi in forma solita & consueta ab Ecclesia, quæ debet extendi secundum consuetudinem & stylum.

REMISSIONES.

a *Sacramenti Pœnitentiæ formam, &c.*) Vide Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 1. c. 3. quæst. unic. art. 5. vers. in pœnitentia sacram.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 2. disp. 4. dub. 2. a num. 49.*

ß *Sunt autem quasi materia hujus Sacramenti ipsius pœnitentis actus.*) Vide Navar. *in man. prælud. 10. num. 3. & in sum. de pœnit. dist. 5. num. 18.* Sayr. *d. l. 1. c. 3. quæst. unic. art. 7. vers. Ad primum, in med.* P. Henriq. *in summ. lib. 4. cap. 9. cum seqq.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 2. disp. 4. a n. 27. & præcipue n. 32.*

CAPUT IV.

De Contritione.

a Supr. sess. 4. de just. c. 6. & 14.

CONtritio, (a) quæ primum locum inter dictos pœnitentiæ actus habet, animi dolor, β ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus necessarius; & in homine post Baptismum lapso, ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si eum fiducia divinæ misericordiæ & voto præstandi reliqua conjunctus sit, quæ ad iste suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta Synodus, hanc Contritionem non solum (b) cessationem a peccato, & vitæ novæ propositum & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, juxta illud: (c) Projicite a vobis omnes iniquitates vestras, quibus prævaricati estis; facite vobis cor novum & spiritum novum. Et certe, qui illos Sanctorum clamores considerarit, (d) Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: (e) Laboravi in gemitu meo; lavabo per singulas noctes lectum meum; (f) Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ; & alios hujus generis; facile intelliget, eos ex vehementi quodam anteactæ vitæ odio, & ingenti peccatorum detestatione manasse. Docet præterea, etsi Contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi Contritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. γ Illam vero Contritionem imperfectam, quæ Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ; declarat, non solum non facere hominem hypocritam & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, qua pœnitens adjutus viam sibi ad justitiam parat. Et quamvis sine Sacramento Pœnitentiæ per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. Hoc enim timore utiliter (g) concussi Ninivitæ, ad Jonæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerunt, & misericordiam a Domino impetrarunt. Quamobrem falso quidam calumniantur catholicos Scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ absque bono motu suscipientium gratiam conferre quod numquam Ecclesia DEI docuit, nec sensit, sed & falso docent, Contritionem extortam, & coactam, non liberam & voluntariam.

b Infra Can. 5.

c Ezech. 18.

d Psal. 50. & venit. divit. 1. & tentans. de pœn. dist. 3.

e Psal. 6.

f Psal. 18.

REMISSIONES.

α Vide P. Henriq. in *sum. lib. 4. c. 17. cum seqq.* Bald. Junium super *opera controv. Bellarm. part. 2. lib. 3. cap. 3.* P. Ægid. *de Sacrem. 1. quæst. 88. n. 30. & tom. 2. disp. 1. dubit. n. 13.* Petr. Ledesm. in *sum. part. 1. tract. de Pœnit. c. 6. & 7.* P. Luc. Pinell. *de Sacramento Pœnit. tract. de Contr.*

β *Ac detestatio.*) Vide P. Paul. Comitol. *responsorum moral. lib. 3. q. 32. num. 2. versic. Qui vero.*

γ *Illam vero Contritionem imperfectam*, &c.) Vide P. Henriq. in *summ. lib. 4. c. 17. §. 4. & c. 20. §. 5.*

CAPUT V.

De Confessione.

α EX (a) institutione Sacramenti Pœnitentiæ jam explicata universa Ecclesia semper intellexit, institutum etiam esse a Domino integram peccatorum Confessionem, & omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessariam existere: quia Dominus noster Jesus Christus, (b) e terris ascensurus ad cœlos, sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tamquam præsides & judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint: quo, pro potestate clavium, remissionem aut retentionem peccatorum sententiam pronuncient. Constat enim, sacerdotes judicium hoc, incognita causa, exercere non potuisse, neque æquitatem quidem illos in pœnis injungendis servare potuisse, si in genere dumtaxat, & non potius in specie, ac singillatim, sua ipsi peccata declarassent. (c) Ex his colligitur, oportere a pœnitentibus β omnia peccata mortalia, quorum γ post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint, & tantum adversus duo ultima (d) Decalogi præcepta commissa, quæ nonnunquam animos gravius sauciant, & periculosiora sunt iis, quæ in manifesto admittuntur: nam venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, (e) & in quæ frequentius labimur, quamquam recte & utiliter, cumque omnem præsumptionem in Confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat; taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari possunt. Verum, cum universa mortalia peccata, etiam cogitationis, (f) homines itæ natos, & Dei inimicos reddant; necessum est, omnium etiam veniam, cum aperta & verecunda Confessione, a Deo quærere. Itaque dum omnia, δ quæ memoriæ occurrunt, peccata, Christi fideles confiteri student, procul dubio omnia divinæ misericordiæ agnoscenda exponunt; qui vero secus faciunt, & scienter aliqua retinent, nihil divinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt: si enim erubescat ægrotus vulnus Medico detegere, quod ignorat, medicina non curat. ζ Colligitur præterea, etiam eas circumstantias in Confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant: quod sine illis peccata ipsa neque a pœnitentibus integre exponantur, nec judicibus innotescant, & fieri nequeat, ut de gravitate criminum recte censere possint, & pœnam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere, unde alienum a ratione est, docere circumstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse; aut unum tantum circumstantiam confitendam esse, nempe peccasse in fratrem. Sed & impium est, Confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impossibilem dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare; constat enim, nihil aliud in Ecclesia a pœnitentibus exigi, quam, ut, postquam quisque diligentius se excusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum & Deum suum mortaliter offendisse meminerit; reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in universum, eadem Confessione inclusa esse intelligunter: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: (g) Ab occultis meis munda me Domine. Ipsa vero hujusmodi Confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, gravis quidem videri posset, nisi tot tantisque commodis & consolationibus levaretur, quæ omnibus, digne ad hoc Sacramentum accedentibus, per absolutionem certissime conferuntur. 1. Cæterum, quo ad modum confitendi secreto apud solum Sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin alicujus id vindictam fuerint scelerum, & sui humiliationem, cum

b Joann. 20. Matt. 16. c. verbum, de pœnit. dist. 1. & c. adhuc. de pœnit. dist. 3.

c Infra Can. 6.

d Deut. 5.

e Supr. sess. 6. Can. 11. c. adhuc, & c. de quibusdam, de pœnit. dist. 3.

f Eph. 2.

g Psal. 18.

α Luc. 5. de reliq. c. 1. sum. c. 1. inf. Can.

β Joan. 5. Matt. 11. Luc. 10. c. quos oberat. 2. pœn. dist. 1.

γ Psal. 18.

δ

ζ

ob

ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publice confiteri posse: non est tamen hoc divino præcepto mandatum, nec satis consulte humana aliqua lege præciperetur, ut delicta, præsertim secreta, publica essent Confessione aperienda. Unde cum a sanctissimis (*b*) & antiquissimis Patribus, magno unanimique consensu secreta Confessio Sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta usa est, & modo etiam utitur, fuerit semper commendata; manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam a divino mandato alienam, & inventum humanum esse, atque a (*c*) Patribus in Concilio Lateranensi congregatis initium habuisse, docere non verentur. Neque enim per Lateranense Concilium Ecclesia (*K*) statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod jure divino necessarium & institutum esse intellexerant, *neque* sed ut præceptum Confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus & singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur, unde jam in universa Ecclesia cum ingenti animarum fidelium fructu observatur mos ille salutaris confitendi, facto illo & maxime accepta tali tempore. Qua tragedia nuper quem morem hæc sancta Synodus maxime probat & amplectatur, tamquam pium & merito retinendum.

b Concil. Carthag. c. 33.

c Infr. Can. 8. & 14.

K Concil. Lat. sub Inn. c. III. c. 21. 6. omnis utriusque de pœn. & remiss.

DECLARATIONES.

1. *Caterum, quoad modum confitendi secreto apud solum Sacerdotem.*) Die 20. Junii, ann. 1602. in generali Congregatione S. N. Universalis Inquisitionis habitæ in palatio Apostolico in monte Quirinali coram S. D. N. Domino Clemente divina providentia Papa VIII. proposita quæstione: Utrum liceat per literas seu per interpretum Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere? SS. auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illustrissi. & Reverendiss. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus mature ac diligenter consideratâ, hanc propositionem, scilicet *licere per literas seu interpretum confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere*: ad minus uti falsam, temerariam & scandalosam damnavit, & prohibuit: præcepitque, ne deinceps ista propositio publicis privatisque lectionibus, concionibus & congressibus doceatur, neve unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quovis modo deducatur. Quod si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputationem tractaverit, nisi forsan impugnando, seu ad praxim directe vel indirecte duxerit, præter excommunicationem latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, a qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque dignitate fulgeare, etiam S. R. E. majori Pœnitentiario; nisi a pro tempore existente Romano Pontifice absolvi, alias etiam pœnis arbitrio infligendis subjaceat.

Concilium Lateranense sub Innocent. III. capit 21. de pœn. & remiss. cap. Omnis.

OMnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum: alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in Ecclesiis publicetur, ne quispiam ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat. Si quis autem aliene sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ille ipsum non possit solvere vel ligare.

REMISSIONES.

a Vide Navar. in *man. cap. 21. n. 1. ad 3. & cap. 21. n. 30. & 34. & c. 27. num. 269.* & in *sum. de pœnit. dist. 2. num. 18.* P. Henriq. in *sum. lib. 5. cap. 3.* Petr. Ledesm. in *summa pœn. 1. tract. de Sacram. Pœnitentiæ. c. 2. a principio.* P. Luc. Pinel. *de Pœnit. Sacram. tract. 2. de Confessione, cap. 1. cum seqq.* P. Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disput. 4. a num. 27.* P. Valer. Regin. in *praxi pœnit. lib. 6. a num. 28.*

b *Omnia peccata mortalia.*) Quod laici, qui tantum habent venialia, non obligantur per se confiteri, cum non sit materia necessaria, tenent omnes. Regulares tamen videntur ex statuto, & consuetudine obligari sub veniali, ut aliquod ex his fateantur semel in mense, aut ex aliis, a quibus iterum fuerat absolutus; quia videtur aliquo modo confiteri eo tempore, resolvunt P. Henriq. *lib. 4. c. 4. in fine.* P. Azor. *instit. morali. p. 1. lib. 7. cap. 28. quæst. 3.* P. Soar. *tom. 4. disp. 36. sect. 3. n. 6.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 6. num. 44.* P. Ægid. *d. tom. 2. disp. 5. a num. 51.* P. Luc. Pinell. *d. tr. 2. de Conf. c. 7. dub. 2. & c. 8. post princip.* * Vide infr. *can. 7.* & Covarr. *lib. 2. var. cap. 13. num. 6.* Castr. adversus *hæreses lib. 4. verb. confessio.*

c *Post diligentem sui discussionem.*) Quod pœnitens præmittere debeat debitam & diligentem conscientiæ discussionem, post multos, quos refert, docent P. Henriq. *lib. 5. cap. 5. a principio.* Petr. Ledesm. *de tract. de pœn. c. 16. concl. 6.*

† *Cum aperta & verecunda confessione.*) Vide Castro. & Covarr. ubi proxime. Padillam. in *l. 8 in epist. n. 14. C. de fidecom.* Azeved. late in *l. 3. tit. 1. novæ recopil. num. 8.*

d *Quæ memoriæ occurrunt.*) Vide Nav. in *man. cap. 21. num. 55.* P. Henriq. *d. lib. 5. c. 3. & 4.*

e Utrum si quis in confessione facta hoc anno aliqua peccata mortalia omiserit per oblivionem excusabilem vel aliquam causam rationabilem, teneatur vi præcepti Ecclesiastici statim confiteri eadem peccata? Negant post Victor. & Navar. P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœn. l. 6. n. 40.* P. Luc. Pinell. *d. tr. 2. de Confess. c. 7. dub. 3.*

f *Colligitur præterea etiam eas circumstantias, &c.*) Vide Navar. in *Man. cap. 6. n. 3. & in c. Confiduret, de Pœn. dist. 5. n. 10. cum seqq.* P. Henriq. in *sum. lib. 5. c. 6. cum seqq.* Sayr. in *clavi reg. lib. 2. c. 3.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 6. num. 310. cum seqq.* P. Ægid. *d. tom. 2. disp. 7. n. 8. cum seqq.* Petr. Ledesm. *d. tract. de pœnit. cap. 18.* P. Luc. Pinell. *de pœnit. Sacram. tract. 2. de Confess. cap. 3. cum seqq.*

g *Sed ut præceptum confessionis saltem semel in anno ab omnibus, &c.*) Concordat *cap. Omnis utriusque sexus, de pœnit. & Remiss.* Vide P. Henriq. in *summ. lib. 4. c. 3. § 2. lit. I.* P. Ægid. *d. tom. 2. disp. 5. a n. 45.* P. Luc. Pinell. *d. tract. 2. de Confes. c. 7.*

h An hic annus computetur a Pascha ad Pascha? Affirmant Pat. Soar. *tom. 4. disp. 36. sect. 3. num. 8.* P. Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 7. cap. 28. quæst. 6.* P. Valer. Reginal. *d. lib. 6. n. 36.* P. Ægid. *d. disp. 5. num. 56.* P. Luc. Pinell. *d. tract. 2. de Confess. c. 7. dub. 1.*

i An satisfaciat huic præcepto quocunque anni tempore confitendo? Negant Victor. in *sum. n. 137.* P. Henriq. *lib. 4. c. 4. n. 7.* P. Vasq. *q. 90. art. 3. dub. 1. n. 5. & 15.* P. Ægid. *d. disp. 5. n. 57. cum seqq.*

CAPUT VI.

De Ministro hujus Sacramenti, & Absolutione.

a Inf. can. 10.

"CIrca ministrum autem hujus Sacramenti, declarat sancta Synodus, falsas esse & a veritate Euangelii penitus alienas doctrinas (*a*) omnes, quæ ad alios quosvis homines præter Episcopos & sacerdotes, Clavium ministerium perniciose extendunt; putantes verba illa Domini, (*b*) Quæcumque alligaveritis super terram, erunt alligata & in cœlo; & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo; (*c*) & Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt: ad omnes Christi fideles indifferenter & promiscue, (*d*) contra institutionem hujus Sacramenti, ita fuisse dicta, ut quivis potestatem habeat remittendi peccata, publica quidem per correptionem, si correptus acquieverit; secreta vero per spontaneam confessionem, cuicumque factam. Docet quoque, etiam sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus sancti in ordinatione collatam, tamquam Christi ministros, functionem remittendi peccata exercere; eosque prave sentire, qui in malis sacerdotibus hanc potestatem non esse contendunt. (*e*) Quamvis autem absolutio sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio, tamen non

b Matt. 16. & 18.

c Joan. 20.

d Sup. sess. 7. de Sacr. Can. 10.

e Secundum Beclesiæ ritum dist. & c. non nocet, 4. q. 1.

non est solum nudum ministerium vel annuntiandi Evangelium, vel declarandi remissa esse peccata, sed adhibetur actus judicialis, quo ab ipso, velut a judice sententia pronunciatur; atque ideo non debet pœnitens adeo sibi de sua ipsius fide blandiri, ut etiam (f) si nulla illi adsit contritio, aut sacerdoti animus serio agendi & vere absolvendi desit; putet tamen se, propter suam solum fidem, vere & coram Deo esse absolutum; nec enim fides sine Pœnitentia remissionem ullam peccatorum præstaret: nec is esset, nisi salutis suæ negligentissimus, β qui sacerdotem joco se absolventem cognosceret, & non dium, serio agentem, sedulo requireret.

f Inf. Can. 9.

REMISSIONES.

α Vide P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 1. c. 1. P. Ægid. de Sacram. tom. 2. disp. 8. per totum.*

β *Qui Sacerdotem joco se absolventem, &c.*) Vide P. Henriq. *in sum. lib. 4. c. 11. §. 6. lit. K.*

CAPUT VII.

De casuum reservatione.

QUoniam igitur natura & ratio judicii illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur; γ c. 8. Epist. Steph. 1. (a) persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem. Magnopere vero ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrocitora quædam & gravia crimina non a quibuslibet 1. sed a summis dumtaxat sacerdotibus absolvenda, de pœnit. d. 6. c. Sicut. 2. c. 33. q. 3. Cum. c. 7. & 8. Tolet. c. 12.

δ c. 8. qui tuendæ, Max. pro suprema potestate, sibi in 27. q. 2. c. 1. hæc quæstio.

ε c. Felicis de pœnit. d. 6. c. fideles 2. ut infr. eod. cupientes, de pœnit. Clement. unic. de sepult. §. finem. de pœnit. in extr. com. Cabassut. l. 2. c. 38. n. 4. Cuniz. c. 7. n. 8. & Tolet. c. 12.

quas criminum graviores suo potuerunt peculiari judicio reservate. Neque dubitandum est, quando omnia, quæ a Deo sunt, ordinata sunt, quin β γ hoc idem (c) Episcopis omnibus in sua cuique diœcesi in ædificationem tamen, non in destructionem liceat, pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, præsertim quoad illa, quibus 2. excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reservationem, consonum est divinæ auctoritati, non tantum in externa politia; sed etiam coram Deo vim habere. δ Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei 3. custoditum semper fuit, (d) ε ζ ut nulla sit reservatio η in articulo mortis; † 4. atque adeo ϑ ι † omnes Sacerdotes κ quoslibet pœnitentes a quibuslibet peccatis & λ censuris absolvere possunt: extra μ quem articulum Sacerdotes, cum ν ξ nihil possint in casibus reservatis, id unum pœnitentibus persuadere nitantur, ut ad Superiores & legitimos judices pro beneficio Absolutionis accedant.

DECLARATIONES.

1. *Sed a summis dumtaxat sacerdotibus absolvenda.*) Idem etiam possunt Prælati Regulares in Regulares sibi subjectos & inferiores Episcopis sæculares, qui habent jurisdictionem quasi Episcopalem in loco, & nulli diœcesi, nec ipsi, nec eorum subditi subsunt.

2. *Excommunicationis censura annexa est.*) Regulares non possunt ex privilegiis, præsertim ex illo, quod *Mare magnum* appellant, eis concessis, absolvere quemquam in casibus, quos Episcopus sibi reservaverit, nec possunt absolvere ad cautelam, tam in exteriori, quam in interiori foro eos, qui incidisse videntur in bullam Cœnæ Domini. At omnes, qui audiunt confessiones possunt absolvere a casibus Episcopo reservatis virtute Bullæ Jubilæi indicti a summo Pontifice cum facultate absolvendi a quibuscunque excommunicationibus reservatis Sedi Apostolicæ, etiam in Bulla Cœnæ Domini? sed hoc non congingit ipsis virtute privilegiorum, & facultatum perpetuo concessarum ipsis Regularibus & Confraternitatibus, ut puta Rosarii, & aliorum piorum locorum: ut in libro literarum *fol.* 143. comprehenduntur etiam exempti, non autem, qui sunt nullius diœcesis, qui ut supra, possunt reservare sibi casus.

3. *Custoditum semper fuit.*) Congregatio censuit, Sacerdotem aliquam idoneum, si tamen ad audiendas confessiones approbatus non sit juxta *cap. 15. Sess. 23.* non posse valide a peccatis mortalibus absolvere pœnitentem in articulo mortis constitutum, ubi Parochus præsens jam perhibetur, *sess. 14. de Sacram. Pœnitentiæ, & de reservatione*, paratusque sit infirmi audire confessionem, illamque absolvere; neque tolli tollit causa Parochum ipsum recusandi.

4. *Atque ideo omnes Sacerdotes.*) Eriamsi isti Sacerdotes essent excommunicati, & denunciati, extra quem articulum, scilicet mortis, cum nihil possint, graviter etiam peccant, excommunicationem incurrunt.

Regulares per privilegium, quod Mare magnum vocatur, facultatem non habent absolvendi Pœnitentes, in casibus Episcopis reservatis. Quamobrem neque Mendicantes, neque seculares, neque alii vigore Magni Maris absolvere possunt a casibus reservatis Episcopo.

Confessiones in vim privilegiorum Rosarii non absolvunt confitentes a casibus reservatis Episcopo, nisi privilegia ipsa talem habeant facultatem, vel sint obtenta, vel confirmata post Concilium Trid. Quare fratres Mendicantes & cujuscunque ordinis Regulares, in vim privilegiorum, non absolvunt a casibus Episcopo reservatis. Congregatio censuit Anno 1567. die 30. Jan. Episcopum posse adversus eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis confiteri & Eucharistiam sumere neglexerint, etiam usque ad excommunicationem procedere: etsi enim *c. Omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss.* ab Ecclesia velit arcendos, eos tamen pœna differt ab Excommunicatione, juxta Covar. *in c. Alma mater, de sentent. excomm.* Episcopus ergo potest aggravare pœnas a jure communi statutas, quia cum tales confessionem & communionem negligentes, mortaliter peccent, ab Episcopo excommunicari possunt. Quæ etiam eadem Congregatio eadem die censuit, Episcopum posse ex justa causa pœnas pecuniarias pro loco applicandas, imponere

ζ c. Si quis suadente. 26. q. 6. c. Si quis. 27. q. 2. c. 1. hæc quæstio.

η c. Si quis. 26. q. 6. c. Si quis. 27. q. 2. c. 1. hæc quæstio.

ϑ c. Si quis. 26. q. 6. c. Si quis. 27. q. 2. c. 1. hæc quæstio.

ι c. Si quis. 26. q. 6. c. Si quis. 27. q. 2. c. 1. hæc quæstio.

† c. Si quis. 26. q. 6. c. Si quis. 27. q. 2. c. 1. hæc quæstio.

κ c. Si quis. 26. q. 6. c. Si quis. 27. q. 2. c. 1. hæc quæstio.

λ c. Si quis. 26. q. 6. c. Si quis. 27. q. 2. c. 1. hæc quæstio.

μ c. Si quis. 26. q. 6. c. Si quis. 27. q. 2. c. 1. hæc quæstio.

ν c. Si quis. 26. q. 6. c. Si quis. 27. q. 2. c. 1. hæc quæstio.

ξ c. Si quis. 26. q. 6. c. Si quis. 27. q. 2. c. 1. hæc quæstio.

posse, cum res aliquando magis timeantur. Verumtamen eadem Congregatio die supra dicta censuit non expedire, ut Episcopus sibi reserver absolutionem eorum, qui temporibus sic constitutis negligunt confiteri, & communicare.

Congregatio Concilii censuit, illos, qui confessiones audiunt, posse virtute Jubilæi indicti a summis Pontificibus cum facultate absolvendi a quibuscunque casibus, absolvere a casibus Episcopo reservatis, sed non virtute privilegiorum Regularibus, seu confraternitatibus concessorum.

An qui semel in uno tempore Paschatis peccata fuerit confessus pœnitentiario deputato, in vim decreti Concil. Trident. *cap. 8. sess. 18.* dicatur satisfecisse præcepto Ecclesiæ contento in *c. Omnis utriusque sexus, extrav. de pœnit. & remiss.* Omnes illustriss. Domini fuerunt illius sententiæ, ut videatur satisfecisse.

Congregatio Concilii censuit, non posse Regulares absolvere a casibus Episcopo reservatis, in vim privilegiorum eis ante Concilium concessorum, neque audire confessiones personarum sæcularium, nisi prius fuerint approbati ab Ordinario.

REMISSIONES.

α Vide P. Hentiq. in *sum. lib. 6. cap. 9. §. 3.* P. Valer. Regin. *in praxi fori pœn. lib. 1. n. 21.* P. Ægid. de Coninck *de Sacr. & cens. tom. 2. disp. 9. à n. 73.*

β *Cum nihil possint in casibus reservatis.*) Sacra Cardinalium Congregatio sic censuit, Regulares per privilegium, quod Mare magnum vocatur, facultatem non habere absolvendi pœnitentes a casibus Episcopis reservatis, refert Fr. Lud. Beja *resp. casuum consc. p. 2. casu 21. in fin. V. Nunc tamen, & p. 3. casu 3. in fin. vers. hoc tamen*, qui etiam resolvit, postea per Greg. XIII. fuisse speciliter concessum, ut possint absolvere, & hanc concessionem fuisse vivæ vocis oraculo factam Patribus Societatis sola, eaque per communicationem gaudere omnes Mendicantes & multi sapientissimi Doctores indistincte tenent, Concilium in præsenti non intendere derogare antiquo Regularium privilegio, quod juri communi adeo tam habet ratione favoris, sicut & jus commune & posse Regulares absolvere a reservatis Episcopo casibus etiam post Concil. Trid. Hunc opinioni subscripsere P. Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 6. §. 4.* P. Mart. Delr. *disquis. magic. l. 6. cap. 1. sect. 3. in med. pag. mihi 677.* Fr. Emman. *3. Reg. tom. 1. 3. 61. art. 1. & 3. cum seqq.*

γ Quod

y Quod pœnitens vigore facultatis a summo Pontifice concessæ Societati cum clausula, ut ingrediens in talem Societatem possit absolvi ab omnibus casibus, etiam Sedi Apostol. reservatis, valeat etiam absolvi a quibuscunque reservatis Episcop. tam a jure, quam ab homine, resolvit F. Lud. Beja *respons. casuum conf. p. 2. casu 21. per totum.*

z *Quam hæc idem Episcopis omnibus in sua cuique diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem, &c.*) Posse Episcopum reservare sibi casus plus minusve, juxta majorem, vel minorem Confessariorum, quos in sua diœcesi habet, idoneitatem, capacitatem & eruditionem resolvit Zerol. in *praxi Ep. p. 1. verb. Casus reservati, pag. 88.*

a Ultimo sicut Episcopus per hunc *text.* dispensat in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, nisi sint ad forum contentiosum deductæ, & nisi ex homicidio voluntario proveniant, ita etiam possunt Abbates habentes jurisdictionem quasi Episcopalem dispensare? Affirmat Flores *var. lib. 3. quæst. 24. num. 18.*

b *Verumtamen pie admodum, &c.*) Vide Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 2. c. 8. §2. art. 2. verse Secunda, in fine.*

c *Ut nulla sit reservatio in articulo mortis, &c.*) Vide Navar. *cons. 15. de pœnit. & remiss.* P. Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 19. pag. 795.* Navar. in *princ. de pœnit. disc. 6.* Azevedo ad *l. 5. n. 3. verse Est tamen verum tit. 1. lib. 1. novæ Recop.* Gutticr. *Canon. l. 1. cap. 1. num. 58. 63. & 75.* P. Paul. Comitol. *respons. moral. l. 1. quæst. 21. num. 1. & quæst. 22. num. 2. l. 3. q. 14. num. 3.* P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. 3.* P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. l. 1. c. 4. num. 58.* P. Ægid. de *Sacrament. l. 1. c. 4. num. 90. & cum seqq.* P. Sanch. in *præcept. Decalogi l. 2. cap. 13.* plures refert Cened. ad *decretum collect. 24. num. 5.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 3. tract. de Pœnit. cap. 14.* * Salazed ad *Bern. Diac. in praxi canon. cap. 33. lit. A.* Ricc. in *sua praxi var. resol. cap. 229. num. 1.*

3 Quod omnis Sacerdos quoslibet pœnitentes, a quibuslibet peccatis absolvere possit, & excusetur ab irregularitate Clericus, qui excommunicatione injuri innodatus, interdictus, aut suspensus absolvit constitutum in mortis articulo, tradunt Vivald. in *Candelabro Aureo, p. 1. tit. de absolutione, n. 64.* Navar. in *man. cap. 27. num. 271. verse. Septimo quod.* Salazed. ad *Bernard. in praxi cap. 33. lit. A. verse excusabitur.* Gutticr. *Canon. lib. 1. c. 1. a n. 56.* plures per Cened. ad *decretal. collect. 25. n. 9.* P. Paul. Comitol. *respons. Moral. lib. 6. quæst. 27.* Ludov. Beja *respons. casuum consc. p. 4. casu 6.* Petr. Ledesm. *d. tract. de Pœnit. cap. 14. conc. 1. dub. 4.* † Ricc. *d. cap. 229. n. 3.*

t In articulo mortis, &c.) Articulus mortis in hac materia quis dicatur? Vide apud Sylvest. *verb. Absolutio, 1. num. 10.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 1. num. 59.* Nav. in *Man. cap. 27. n. 271.* Covar. in *c. Almæ, p. 1. §. 11. num. 8.* Vivald. in *Candelab. cap. de Absolut. num. 60.* P. Soar. *tom. 4. disp. 26. sect. 4.* qui resolvunt, non posse absolvi a simplici Sacerdote omnem transfretare volentem, sed credentem aut dubitantem probabiliter se naufragaturum, aut alias de vita periclitaturum; similiter non quemliber obsessum ab hostibus, sed telis impugnatum, nec quamvis mulierem prægnantem, sed eam, quæ periclitatur de vita arbitrio prudentis viri.

u Quotlibet pœnitentes.) Quod in articulo mortis absolvi potenter hæretici a quocunque Sacerdote absque aliqua Bulla, vel privilegio, tenet P. Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 19. quæst. 5.* & resolvit post Guttier. Rojas. Simanc. & alios, Cened. ad *Decret. coll. 103. num. 3. verse. in mortis.*

x *Omnes Sacerdotes.*) Non comprehendi hæreticum docent D. Thom. *3. p. quæst. 82. art. 7. ad 2. & in 4. dist. 19. q. 1. art. 2. ad 7.* Navar. in *Man. c. 26. num. 26.* Covar. in *c. Almæ, p. 1. §. 6. n. 3.* Posse tamen Catholicum Pœnitentiæ Sacramentum percipere ab hæretico in extremo vitæ periculo, tenent Can. in *Relect. de Pœnit. p. 3.* P. Valer. *d. lib. 1. n. 60.* P. Ægid. *d. tom. 2. disp. 14. d. num. 254.* post B. Antonin. Angel. Rosel. & alios, P. Azor. *instit. Morale p. 1. lib. 8. cap. 11. quæst. 12.*

y An pollint, si propitius Sacerdos sit præsens, vel possit facile haberi? Affirmant Navar. *cons. 13. sub tit. de Pœnit.* Sayr. *decis. 23. sub tit.* P. Valer. *d. lib. 1. num. 60.* qui dicunt consulte factum esse, qui præsente suo Parocho, vel superiore, ab eo potius, quam ab alio se absolvi curat.

z *Et censuris absolvere possunt.*) Vide P. Henriq. *in sum. lib. 6. c. 9. §. 3.*

& *Extra quem articulum Sacerdotes, &c.*) Utrum is, qui non habet potestatem absolvendi a reservatis, possit extra periculum mortis ab aliis peccatis absolvere eum, qui talem casus habet? Vide Sylvest. *verbo, Confessio, 1. quæst. 19.* P. Henriq. *lib. 6. cap. 15. num. 1.* P. Soar, *tom. 4. disp. 31. sect. 3. num. 2.* P. Ægid. *d. tom. 2. disp. 8. num. 90. & disp. 31. sect. 3.* P. Valer. Regin. *d. lib. 1. num. 63.*

CAPUT VIII.

De Satisfactionis necessitate & fructu.

a DEmum quoad Sanctificationem, quæ ex omnibus Pœnitentiæ partibus, quemadmodum a Patribus nostris Christiano populo fuit perpetuo tempore commendata; ita una maxime nostra ætate, summo pietatis prætextu impugnatur ab iis, qui speciem pietatis habent, virtutem autem ejus abnegarunt: sanctæ Synodus declarat, falsum omnino esse, & a verbo Dei alienum, culpam a (*a*) Domino numquam remitti, quin universa etiam pœna condonetur. Perspicua enim & illustria in sacris literis exempla reperiuntur, quibus præter divinam traditionem hic error quam manifestissime revincitur. β Sane & divinæ justitiæ ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter vero, qui semel a peccati & dæmonis servitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono, scienter templum (*b*) Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut, occasione accepta, peccata leviora putantes, velut injuri & (*c*) contumelioſi Spiritui sancto, in graviora labamur, thesaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magnopere a peccato revocant, & quasi fræno quodam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ, cautioresque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt; medentur quoque peccatorum reliquiis; & vitiosos habitus, male vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. (*d*) Neque vero securior ulla via in Ecclesia Dei unquam existimata fuit ad amovendam imminentem a (*e*) Domino pœnam, quam ut hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quod, dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Jesu, (*f*) qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur, certissimum quoque inde arrham habentes, quod si compatimur, & conglorificabimur. Neque vero ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exsolvimus, ut non sit per Christum Jesum: γ δ nam qui (*g*) ex nobis tamquam ex nobis nihil possumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus; ita non habet homo, unde glorietur: (*h*) sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo m remur, in quo satisfacimus, (*i*) facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur a Patre. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutares, & convenientes satisfactiones injungere: ne, si forte peccatis conniveant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leviſſima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem: (*k*) nam Claves sacerdotum non ad solvendum dumtaxat; sed ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres & credunt & docent; nec propterea existimarunt,

Sa-

§ Inf. can. 12. Gen. 3. 2. Reg. 12. Num. 12. & 20. Deut. 6. Can. 32. & 34.

§ 1. Cor. 3. Ephes. 4.

e Hebr. 10. Rom. 2.

d Ezech. 33. Joan. 3. Matt. 3. & 4. 11. & 18. cum fin.

f Rom. 5. 1. Joan. 2. in princ. 2. Cor. 3. Rom. 8.

g 2. Cor. 3. Philip. 4. 1. Cor. 1. in fin.

h 1. Cor. 10. in fin. Gal. 6. Ador. 17.

i Matt. 3. & 4. Luc. 3. 10. 17. 2. tempora, cum multis seqq. 18. 8. 7. 6. de pœnit. de cons. dist. 4. Concil. Carthag. 3. c. 32. & Concil. Carthag. 4. c. 74. Concil. Cabol. c. 34. & 38. Concil. Africa. c. 9.

k Matth. 16. & Joan. 20. sup. cit. in fin. & infra Can. 3. & alii. de pœnit.

Sacramentum Pœnitentiæ esse totum itæ vel pœnarum, sicut nemo unquam Catholicus sensit, ex hujusmodi nostris satisfactionibus vim meriti, & (*l*) satisfactionis Domini nostri Jesu Christi vel obscurari, vel ex aliqua parte imminui: quod dum Novatores intelligere nolunt, ita optimam pœnitentiam novam vitam esse docent, ut omnem satisfactionis vim & usum tollant.

l Infra Can. 13.

REMISSIONES.

a Vide Bald. Junium *super opera controv. Bellarm. p. 2. lib. 5. cap. 6. per totum.* P. Luc. Pinell. *de Sacr. Pœnit. tract. 3.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 2. dub. 12. num. 107. & disp. 4. n. 26. in fin.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Pœnit. cap. 23.*

β Sane & divinæ justitiæ ratio, &c.) Vide P. Vasquez in *3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 155. num. 54.*

γ Nam qui ex nobis, tanquam ex nobis nihil possumus.) Ex parte personæ satisfactentis an requiratur primo, ut sit in gratia? Affirmat post B. Thom. & B. Bonav. P. Ægid. *d. tom. 2. disp. 10. num. 22. cum seqq.*

d An confessor possit invitum pœnitentem obligare ad pœnitentiam, & si non acceptet, peccet ob id lethaliter contra aliquod præceptum? Negant Navarr. in *Man. c. 26. num. 20. & in c. contrarium, de pœnit. dist. 3. num. 10.* post Cajet. Armil. Med. Sylvest. & alios Fr. Lud. Beja *resp. casuum conscient. p. 3. casu 3. vers. ex parte ergo, Tantenim.* P. Paul. Comit. *Resp. Moral. lib. 2. quæst. 33.* P. Joan. Rebello, *in disput. de sacram. de nostra Senhora do Rosario, libr. 3. diabry 17.* Cened. ad *Lessium collect. 40. num. 2.* P. Valer. Reginald. *2. lib. 7. n. 13.* Affirmant tamen pœnitentem sub peccato mortali tenere acceptare & implere pœnitentiam a confessario pro peccato mortali legitime injunctam, si materia gravis sit, & velit absolutionem consequi. Victor. *de Sacrament. num. 209.* Petr. Sot. *lect. 4. de satisfact. 3. impositio pœnitentiæ.* P. Soar. *tom. 4. disp. 38. sect. 7. num. 2.* post Magist. B. Thom. & Palud. P. Ægid. *de Sacram. tom. 2. disp. 10. n. 79.* P. Luc. Pinell. *d. tract. 3. de satisfact. dub. 4.*

ε Ex convenientes satisfactiones infungere.) Vide P. Henriq. in *summa lib. 5. cap. 20. §. 3. & cap. 21. in princ.* P. Ægid. *dict. tom. 2. disp. 10. a num. 60. cum seqq. & a num. 70.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 7. a num. 11.* P. Comitol. *resp. Moral. lib. 1. quæst. 35. num. 2.* Fr. Lud. Beja *casuum conscientiæ p. 3. casu 1. fol. 275. & casu 2. fol. 281. vers.*

CAPUT IX.

De Operibus Satisfactionis.

DOceat præterea, tantam esse divinæ munificentiæ largitatem, ut non solum pœnis, sponte a nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam, quod maximum amoris (*a*) argumentum est, temporalibus flagellis a Deo inflictis & a nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus.

c c. fin. plures in fin. de pœnit. dist. 5.

REMISSIONES.

a Utrum justi per opera pœnitentiæ, vel sponte assumpta, vel etiam illis præcepta posslint satisfacere pro pœnis ex peccatis remissis restantibus? Affirmant P. Soar. *tom. 4. disp. 37. sect. 1.* Card. Bellarm. *lib. 4. de Pœnit. cap. 3. cum seqq.* P. Valent. *disp. 7. q. 14. punct. 2.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 2. disp. 10. a n. 14.*

DOCTRINA DE SACRAMENTO Extremæ Unctionis.

a VIsum est autem sanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de Pœnitentia adjungere ea, quæ sequuntur de Sacramento extremæ Unctionis: quod non modo Pœnitentiæ, sed & totius Christianæ vitæ, quæ perpetua Pœnitentia esse debet, consummativum existimatum est a Patribus. Primum itaque circa illius institutionem declarat & docet, (*b*) quod clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis (*c*) adversus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis aliis præparavit, quibus Christiani conservare se integros, dum viverent, ab omni graviore spiritus incommodo possint; ita extremæ Unctionis Sacramento finem vitæ, tamquam firmissimo quodam præsidio munivit. Nam etsi adversarius (*c*) noster occasiones per omnem vitam quærat & captet, ut devorare animas nostras quoquomodo possit; nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suæ versutiæ nervos intendat ad perdendos nos penitus, & a fiducia etiam, (*d*) si possit, divinæ misericordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ perspicit.

c 1 Pet. 5. cap. nulli dubium 3. q. 1.

d Gen. 3. & Matt. c. 2 in fin.

REMISSIONES.

a Vide P. Henriq. in *sum. lib. 5. c. 7. cum seqq.* Vivald. in *Candelabro aureo de Sacrament. de extrema Unctione*, Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, Extrema Unctio.* Fr. Emman. *q. Regular. tom. 3. q. 79. art. 1. cum duobus seqq.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 28. a. 43. cum seqq.* novissime P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom. 1. disp. 10.* Gregorius de Valentia *tom. 4. d. 8.* P. Soar. *tom. 4. d. 39. & quinque seqq.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Sacram. Extremæ Unct.*

CAPUT I.

De Institutione Sacramenti Extremæ Unctionis.

INstituta est autem Sacra hæc Unctio infirmorum, tamquam vere & proprie *a* Sacramentum, novi Testamenti *a* β Christo Domino nostro (*a*) apud Marcum quidem insinuatum, (*b*) per Jacobum autem Apostolum ac Domini fratrem, fidelibus commendatum ac promulgatum: Infirmatur, inquit, quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; &, si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus verbis, ut Apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum, & effectum hujus salutaris Sacramenti. γ Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab Episcopo benedictum: nam unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat; δ formam deinde esse illa verba: Per istam unctionem, &c.

a Matt. 6.

b Jac. 5. c. presbyter. 3. dist. c. 1. 5. 3. de sa. Unct. Conc. Cabil. c. 48. Innoc. 1. epist. 1. c. 8.

c Bed. in

REMISSIONES.

a Sacramentum novi Testamenti.) Unctionis Extremæ Sacramento, quod est quædam immediata præparatio ad gloriam, & ingressum ad cœlum, nullum in veteri Lege respondere potuisse Sacramentum, eo quod pretio nondum soluto aditus in cœlum patere non potuit, tenet Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 5. c. 4. 9. unic. art. 2. vers. Quintum est, prope med.*

β A Christo Domino nostro apud Marcum, &c.) Vide Sayr. *de Sacram. in genere lib. 2. cap. 2. 4. 2. art. 2. & 4. 3. art. 2. vers. de Sacram. Extremæ Unct.* P. Henriq. in *summ. lib. 5. c. 7.* Baldain. Junium *super opera controv. Bellarm. p. 2. lib. 6. c. 1.* P. Vasquez in *3. p. Div. Thom. tom. 2. disp. 155. num. 1.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 28. a num. 45.*

γ Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab Episcopo benedictum.) Vide Sayr. *de Sacram. in genere lib. 1. c. 3. 4. unic. art. 3. vers. de Sacramentis, ubi, de Extrema Unct.* Petr. Ledesm. *p. 1. de Sacram. Extr. Unct. cap. 2.* Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, Extrema Unctio, vers. Primo.* P. Azori *instit. Moral. p. 1. lib. 2. cap. 9. vers. Quæsiisti quoque* in fin. *pag. 107.* Pat. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 28. n. 30. cum seqq.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 2. disp. 19. a n. 5. &* de oleo infirmorum, in quo sunt facta multa miracula, vide P. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 6. c. 2. sect. 3. pag. 512.*

δ Formam deinde esse illa verba.) Vide Sayr. *de Sacram. in genere lib. 1. cap. 3. art. 3. vers. in Extrema Unctione.* P. Henriq. in *sum. lib. 3. cap. 8. §. 3.* P. Ægid. *d. disp. 19. a num. 13.* P. Valer. Reginald. *lib. 28. a n. 54.* Petr. Ledesm. *d. tract. de Sacr. Extremæ Unct. c. 3.*

CAPUT II.

De effectu hujus Sacramenti.

a Jac. 5.

b Inf. eum c. de Sacr. Extremæ Unct.

c Gen. 3.

a RES porro & effectus hujus Sacramenti illis verbis explicatur : Et (*a*) oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus ; & , si in peccatis sit, dimittentur ei. & , si in peccatis sit, dimittentur ei. Res etenim hæc gratia est Spiritus sancti , cujus Unctio delicta , si quæ sint adhuc expianda , ac peccati reliquias abstergit ; & ægroti animam alleviat & confirmat ; magnam in eo divinæ misericordiæ fiduciam excitando : qua infirmus sublevatus, & morbi incommoda ac labores levius ferr, & tentationibus dæmonis , (*c*) calcaneo insidiantis, facilius resistit ; & salutem aliquando corporis interdum, ubi saluti animæ expedierit, consequitur.

REMISSIONES.

a Vide Sayr. *de Sacram. in genere lib. 5. cap. 1. quæst. unic. art. 2. vers. de Sacram. Extremæ Unctionis* . P. Henriq. in *summa lib. 3. cap. 9.* Late P. Ægid. *de Sacram. tom. 2. d. sp. 19. num. 18.* cum *seqq.* Bald. Junium *super opera controvers. Bellarm. p. 2. lib. 6. cap. 2.* Petr. Ledesme in *sum. p. 1. tract. de Sacram. Extremæ Unct. cap. 4.*

CAPUT III.

De Ministro hujus Sacramenti , & tempore , quo dari debeat.

JAm vero , quod attinet ad præsentionem eorum , qui & suscipere & ministrare hoc Sacramentum debent , haud obscure sunt illud etiam in verbis prædictis traditum : nam & ostenditur illic , a proprios hujus Sacramenti ministros esse Ecclesiæ Presbyteros, quo nomine, eo loco , non ætate seniores aut primores in populo intelligendi veniunt, sed (*a*) aut Episcopi, aut sacerdotes a Episcopis rite ordinati (*b*) & per impositionem manuum presbyterii. Declaratur etiam, esse hanc Unctionem infirmis adhibendam , illis vero præsertim , qui tam periculose decumbunt , ut in exitu vitæ constituti videantur : unde & Sacramentum exeuntium nuncupatur.

a Cap. Illud super fin. vers. Presbyteros , & dist. & lib. 2. Can. 9. q. 1.

b Quod si infirmi post susceptam hanc Unctionem convaluerint , iterum hujus Sacramenti subsidio juvari poterunt , cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint . Quare nulla ratione audiendi sunt , qui contra tam apertam & dilucidam Apostoli (*c*) Jacobi sententiam docent , hanc Unctionem vel figmentum esse humanum, vel ritum a Patribus acceptum , nec mandatum DEI, nec promissionem gratiæ habentem ; & qui illam jam cessasse asserunt , quasi ad gratiam curationum donatam in primitiva Ecclesia referenda esset : & qui dicunt , ritum & usum , quem sancta Romana Ecclesia in hujus Sacramenti administratione observat , (*d*) Jacobi Apostoli sententiæ repugnare , atque ideo in alium commutandum esse ; & denique qui hanc Extremam Unctionem a fidelibus sine peccato contemni posse affirmant . Hæc enim omnia manifestissime pugnant cum perspicuis tanti Apostoli verbis . (*e*) Nec profecto Ecclesia Romana , aliarum omnium mater & magistra , aliud in hac administranda Unctione , quantum ad ea, quæ hujus Sacramenti substantiam perficiunt, observat , quam quod B. Jacobus præscripsit. Nec vero tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere , & ipsius Spiritus sancti injuria esse posset.

b Jac. 5.

c Jac. 5.

d Jacob. Cap. 5. & Sacr. Extr. Unct.

e Cap. non licet. fili. c. 1. de Iudæ. Trib. & fin. de consecr.

Hæc sunt , quæ de pœnitentiæ & Extremæ Unctionis Sacramentis hæc sancta œcumenica Synodus profitetur & docet, atque omnibus Christi fidelibus credenda & tenenda proponit . Sequentes autem Canones inviolabiliter

ter servandos esse tradit , & afferentes contrarium perpetuo damnat & anathematizat .

REMISSIONES.

a *Proprios hujus Sacramenti ministros esse Ecclesiæ presbyteros.*) Vide Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Sacram. Extremæ Unct. cap. 3.* P. Henriq. in *sum. lib. 3. c. 13. §. 2.* Zerol. in *prax. fpisc. p. 1. verbo , Extremæ Unctio , vers. Secundo*, Sayr. *de Sacram. in genere lib. 2. cap. 2. quæst. 3. art. 2. vers. de Sacram. in med.* late Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 79. art. 1. p. 1 tertium.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 28. n. 60.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 2. disp. 19. n. 27.* Fr. Emman. *d. art. 1.* & P. Henriq. *d. cap. 13. §. 4.* resolvunt, quod proprius parochus est minister hujus Sacramenti : & si simplex Sacerdos , vel monachus sine licentia Episcopi , vel parochi hoc Sacramentum conferat , est excommunicatus .

b *Per impositionem manuum presbyteri.*) Vide P. Vasquez in *3. p. D. Th. tom. 3. disp. 239. n. 28.* P. Ægid. *de Sacram. & censuris tom. 2. disp. 9. n. 27.*

c *Declaratur etiam esse hanc Unctionem infirmis adhibendam .*) Vide Petr. Ledesm. *d. tract. de Sacram. Extremæ Unct. c. 6. a princ.* P. Henriq. in *sum. p. 1. lib. 3. cap. 11. a princ.* Fr. Emman. *d. quæst. 79. art. 2.* Zerol. *d. verbo , Extremæ Unctio. vers. Tertio* , ubi resolvit , quod non possit dari condemnatis ad mortem , quia non dicuntur infirmari ; & vide P. Ægid. *d. disp. 19. a n. 22.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 28. num. 68.* ubi *num. 69.* cum Tabien. *verbo Unctio 3. 6.* resolvit dari posse his, qui ex solo senio verantur in probabili mortis periculo.

d *Quod si infirmi post susceptam hanc Unctionem convaluerint , iterum hujus Sacramenti subsidio juvari poterunt .*) Vide Victor in *sum. num. 224.* Sylvest. *verbo , Unctio Extrema num. 2.* Petr. Ledesm. *d. tract. de Sacram. Extremæ Unct. cap. 8.* P. Henriq. *d. lib. 3. cap. 9. §. 4.* Fr. Emman. *d. q. 79. art. 4.* P. Soar. *disp. 41. in fine tom. 3.* P. Ægid. *d. disp. 19. a num. 26.* P. Valer. *d. lib. 28. num. 49.* ubi etiam resolvit cum P. Soar. *disput. 40. sect. 4. num. 6.* durante ejusdem morbi necessitate hoc Sacramentum non posse iterari .

DE SANCTISSIMO Pœnitentiæ Sacramento.

CANON I.

Si quis dixerit in Catholica Ecclesia (*a*) Pœnitentiam non esse vere & proprie Sacramentum , pro fidelibus , a quoties post Baptismum in peccata labuntur , ipsi Deo reconciliandis , a Christo Domino nostro instituturn ; anathema sit.

a Sup. c. 1. de pœn.

CANON II.

a Si quis Sacramenta confundens , (*b*) ipsum Baptismum , Pœnitentiæ sacramentum esse dixerit , quasi hæc duo Sacramenta distincta non sint , atque ideo Pœnitentiam non recte , secundam (*c*) post naufragium tabulam appellari ; anathema sit.

a Sup. c. 2.

b c. secunda post naufrag. de pœnit. dist. 1.

CANON III.

a Si quis dixerit , verba illa Domini (*d*) Salvatoris : Accipite Spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata , remittuntur eis ; & quorum retinueritis , retenta sunt : non esse intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata in Sacramento pœnitentiæ, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit ; detorserit autem , contra institutionem hujus Sacramenti ad auctoritatem prædicandi Euangelium , anathema sit.

d Joan. 20. Matt. 16. sup. c. 1. & Sess. 6. de justif. c. 14.

CANON IV.

a Si quis negaverit , (*e*) ad integram & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente , quasi materiam Sacramenti Pœnitentiæ , videlicet , Contritionem , Confessionem , & ζ Satisfactionem , quæ tres Pœnitentiæ partes dicuntur ; aut dixerit , duas tantum esse Pœnitentiæ partes , terrores scilicet incussos conscientiæ , agnito peccato , & fidem

a Sup. c. 1. de pœnit.

concepram ex Euangelio, vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata; anathema sit.

CANON V.

f Sup. c. 4. de pœnit. g Ps. 18.

n Si quis dixerit, (*f*) eam Contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem & detestationem peccatorum, qua quis (*g*) recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum & utilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam & magis peccatorem; demum illam esse dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium; anathema sit.

CANON VI.

h Sup. c. 1. de pœnit. Clemens. 1. in c. 1. ad Jacobit. Concil. Cabil. c. 8.

o Si (*h*) quis negaverit, Confessionem Sacramentalem vel institutam, vel ad salutem necessarium esse jure divino; aut dixerit, modum secrete confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit & observat, alienum esse ab institutione & mandato Christi, & inventum esse humanum; anathema sit.

CANON VII.

i Sup. c. 5.

Si quis dixerit, (*i*) in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse jure divino, confiteri omnia & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ sunt

K Deut. 5. contra (*K*) duo ultima Decalogi præcepta, & circumstantias, quæ peccati speciem mutant; sed eam Confessionem tantum esse utilem ad erudiendum & consolandum pœnitentem, & olim observatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam imponendam; aut dixerit, eos, qui omnia peccata confiteri studerent, nihil relinquere velle divinæ misericordiæ ignoscendum; aut demum, non licere confiteri peccata venialia; anathema sit.

CANON VIII.

l Sup. c. 3.

p Si quis dixerit, Confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, (*l*) esse impossibilem, & traditionem humanam, a piis abolendam; aut ad eam non teneri omnes & singulos utriusque sexus Christi fideles, juxta magni Concilii (*m*) Lateranensis constitutionem, semel in anno, & ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimæ; anathema sit.

m Concil. Lateran. sub Innoc. III. c. 21. & canon. utriusque, de pœn. & remiss.

CANON IX.

n Sup. n. 2. in fin. de justific.

q Si quis dixerit, (*n*) Absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse actum judicialem, sed nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi, remissa esse peccata confitenti; modo tantum credat, se esse absolutum; aut Sacerdos non serio, sed joco absolvat; aut dixerit non requiri Confessionem pœnitentis, ut Sacerdos eum absolvere possit; anathema sit.

CANON X.

o Sup. c. 5. & c. 6. de pœnit. p Matt. 16. & 18.

r Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in (*o*) peccato mortali sunt, potestatem ligandi & solvendi non habere; aut non solos Sacerdotes esse ministros Absolutionis, sed omnibus & singulis Christi fidelibus (*p*) esse dictum; Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo; & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo; &, (*q*) Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt: quotum verborum virtute quilibet absolvere possit peccata, publica quidem per correptionem dumtaxat, si correptus acquieverit; secreta vero per spontaneam confessionem; anathema sit.

q Joan. 20.

CANON XI.

r Sup. c. 7. c. 8. Epist. de pœn. in c. de his quibus. de sent. excom. fin.

Si quis dixerit, Episcopos non habere jus (*r*) reservandi sibi casus, nisi quod externam politiam, atque ideo casuum reservationem non prohibere, quo minus Sacerdos a reservatis vere absolvat; anathema sit.

CANON XII.

s Sup. c. 8. de pœn.

s Si quis dixerit, totam pœnam simul cum (*s*) culpa remitti semper a Deo, satisfactionemque pœnitentium non esse aliam, quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfeciste; anathema sit.

CANON XIII.

t Sup. c. 8. & 9.

t Si quis dixerit, pro (*t*) peccatis, quoad pœnam temporalem, minime Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel a sacerdote injunctis, sed neque sponte susceptis, ut jejuniis, orationibus, eleemosynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideo optimam pœnitentiam esse tantum novam vitam; anathema sit.

CANON XIV.

u Sup. c. 5.

Si quis dixerit, (*u*) satisfactiones, quibus pœnitentes per Christum Jesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum DEI cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obscurantes; anathema sit.

CANON XV.

x Sup. c. 1. & hinc fit. de pœn.

x Si quis dixerit, Claves Ecclesiæ esse (*x*) datas tantum ad solvendum, non etiam ad ligandum, & propterea sacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem Clavium, & contra institutionem Christi, & fictionem esse, quod virtute

Clavium, sublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exolvenda remaneat; anathema sit.

REMISSIONES.

a CANON I. *Quoties post Baptismum in peccata labantur.*) Quod Sacramentum Pœnitentiæ necessarium sit solum his, qui peccaverunt mortaliter, si modo commode, & tempore debito recipere possint, etiamsi contritione cum voto Sacramenti peccata clueritur, refellit Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 6. cap. 4. quæst. 1. vers. Pœnitentiæ.*

b CANON II. Vide Bald. Junium super *opera controv. Bellarm. p. 3. lib. 5. c. 1. post prim.*

c *Secundum post naufragium tabulam appellari, &c.*) Vide P. Henriq. *lib. 1. cap. 4. §. 1. in medio. Soyr. in Clavi Reg. lib. 10. cap. 4. n. 1.*

d CANON III. Vide Sot. in 4. *dist. 18. quæst. 2. art. 1. col. mihi 20.* P. Ægid. *de Sacrament. tom. 2. disp. 4. dub. 2. num. 16.* P. Valquez in *3. p. D. Thom. tom. 2. q. 135. num. 29.*

e CANON IV. *Quæ materiam.*) Vide Sot. in 4. *dist. 14. q. 1. art. 2. col. 2.*

f *Satisfactionem.*) Vide Navarr. in *commento de Jubileo & pœnitent. notabili 13. num. 2.*

g CANON V. *Ponderande.*) Vide Host. in *sum. de pœnit. col. 34.* Navar. in *commentario de Jubileo, num. 19. ad fin.*

h CANON VI. Vide Doctores supra citatos ad *cap. 1.*

i CANON VII. *Omnia & singula peccata.*) Vide Navar. *cons. 7. de pœnit.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de pœnit. cap. 17. concl. 1.*

k *Et circumstantias, quæ peccati speciem mutant.*) Vide & vol. in *praxi Episcop. p. 1. verbo, Circumstantia, pag. 97.* Guttier. *Canon. lib. 1. cap. 31.* P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 2. c. 4. col. 89.*

l CANON VIII. Vide P. Soar. *tom. 4. disp. 21. sect. 3. num. 5. & 6.* P. Valent. *quæst. 11. punct. 1. in fine.* P. Ægid. *de Sacr. & censur. tom. 2. disp. 6. num. 1. cum seqq.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Pœnit. cap. 8. sit. de la necessidad del precepto de confesar, concl. 2.*

m CANON IX. Vide Sot. in 4. *dist. 14. q. 1. art. 3.* Navarr. in *Manu. c. 11. n. 7.* Vicad. *de Sacram. c. 1. q. 2. cum seqq.* P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. lib. 1. n. 138.*

a CANON X. Vide Lit. Ægid. de Sacrament. 1. m. 2. diff. 2. a princip. Fat. Valer. Reginald. in praxi fori pæn. lib. 1. cap. 1.

§ CANON XI. Quoad exteram politiam.) Quoad forum externus intelligunt P. Henric. in sum. p. 1. lib. 6. cap. 14. in princ. P. Paul. Comitol. resp. Moral. lib. 1. q. 25. n. 10.

z CANON XII. Vide Bellarm. tom. 2. controv. libr. 4. de Pœnit. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœn. lib. 7. num. 2. & num. 95.

w CANON XIII. Vide Sayr. de Sacram. in genere, lib. 2. c. 2. §. 9. art. 2. vers. Quo supposito. P. Suar. tom. 4. disp. 37. sect. Valent. disp. 7. q. 14. punct. 2. Bellarm. lib. 4. de Pœnit. & 3. tom. sect.

y CANON XV. Vide Navarr. in Manual. cap. 20. n. 20. cum seq. & in cap. contrarium, de Pœnit. dist. 5. n. 18. P. Ægid. de Sacram. tom. 2. disp. 10. n. 62.

DE SACRAMENTO Extremæ Unctionis.

CANON I.

a Si quis dixerit, extremam Unctionem non esse vere & proprie Sacramentum, a Supe. de hinc Sacr. in princ. & c. 1. & Marc. 6. Jacob. 5. a [a] Christo Domino nostro institutum, & a (b) B. Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum; anathema sit.

CANON II.

β Si quis dixerit, sacram infirmorum (c) Unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos, sed jam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum, anathema sit.

c Supr. c. 2. de hoc Sacram.

CANON III.

Si quis dixerit, (d) Extremæ Unctionis ritum & usum, quem observat sancta Romana Ecclesia, repugnare sententiæ B. (e) Jacobi Apostoli, idroque cum mutandum, posseque a Christianis absque peccato contemni; anathema sit.

d Supra c. ult. Conc. Cabilonen. 48. e Jac. 5.

CANON IV.

γ Si quis dixerit, (f) Presbyteros Ecclesiæ, quos B. Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos; sed ætate seniores in quavis communitate; ob idque proprium Extremæ Unctionis ministrum non esse solum sacerdotem; anathema sit.

f 1. ad Jac. 5.

REMISSIONES.

a CANON I. Vide Doctores citatos supra cap. 1. & P. Vasquez in 3. p. D. Thomæ tom. 2. disput. 133. n. 4.

β CANON II. Vide Sayr. de Sacrem. in genere, lib. 5. cap. 1. quæst. unic. art. 2. vers. de Sacram. Extremæ Unctionis. Petr. Ledesm. in sum. 1. p. tract. de Sacram. Extremæ Unct. c. 1. concl. 2.

γ CANON FIN. Vide P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. l. b. 28. n. 60. & plures Doctores, quos citavi supra cap. 3.

DECRETUM DE REFORMATIONE.

PROOEMIUM.

Irreprehensibiles sint omnes clerici ad curam animarum constituti: qualiter eos commonere debebunt Episcopi, ut sancte ministerium suum impleant secundum præscriptam hic legem.

CUM proprie Episcoporum munus sit, * (g) subditorum omnium vitia redarguere; hoc illis præcipue cavendum erit, ne Clerici, præsertim ad animarum curam constituti, criminosi sint, neve inhoneste vitam, ipsis conniventibus, ducant. Nam si eos pravis & corruptis moribus esse permittant, quo pacto laicos de ipsorum (h) vitiis redarguent, qui uno ab eis sermone convinci possent, quod Clericos ipsis pariantur esse deteriores? qua etiam libertate laicos cor-

g Sic legitur Conc. 6. Toletan. Sup. Isidor. de rel. cl.

i 2 calt. 21. dist. c. una tantum 15. dist. c. noti 1. §. necesse, 97. dist. c. in sacerdotibus, 61. dist. Levit. 21. 1. Per. 2. & c. progeniti 1. dist. & Sess. 22. c. 2.

k Ibid. 2. & 2 Cor. 6. to prior.

corripere poterunt sacerdotes; (i) cum tacite sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse, quæ corripiunt? Monebunt propterea Episcopi suos Clericos, in quocumque Ordine (K) fuerint, ut conversatione, sermone & scientia commisso sibi Dei populo præeant, memores ejus, quod scriptum est: (l) Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Et juxta Apostoli vocem: (m) Nemini dent ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium eorum; sed in omnibus exhibeant se, sicut ministros Dei, ne illud Prophetæ dictum impleatur in eis: (n) Sacerdotes Dei contaminant sanctia, & reprobant legem. Ut autem ipsi Episcopi id liberius exequi, ac quoquam præterea detsuper impediti nequeant; eadem sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legato & Nuntiis, hos, qui sequuntur, Canones statuendos & decernendos duxit.

n Ezec. 22. Sophon. 3.

REMISSIONES.

* *Episcoporum munus sit, &c.*) Vide Salzed. ad Bern. Diaz in prax. can. cap. 3. lit. A.

CAPUT I.

Si prohibiti ascendere ad Ordines, ascendant, si suspensi aut interdicti a proprio Prælato, male se gesserint, puniantur.

1. CUM honestius, ac tutius sit subjecto, debitam Præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservire, quam cum Præpositorum scandalo gradum altiorum appetere dignitatem; ei, cui ascensus ad sacros Ordines a suo 2. Prælato, ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen quomodolibet etiam extrajudicialiter, fuerit interdi-

o 1. Conc. 6. quilibet. tom. 6. p.

ctus; aut qui a suis Ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspensus, 3. nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus, & dignitates, sive honores, restitutio suffragetur.

DECLARATIONES.

1. *Cum honestius ac tutius sit subjecto.*) Congregatio Concilii censuit per hoc Decretum correctum esse *cap. ex transmissa, & cap. ad aures, de temper. ord.* Ampliatum ita, ut comprehendat quoque Clericos sæculares, dignitates & beneficia, quibus annexus sit Ordo, obtinentes, tam quoad facultatem prohibendi accessum ad ordines, quam suscipiendi, in ipsisque potestatem appellandi adimendi esse, dictumque fuit, quod attactus ad ordines suscipiendos, ex hoc Decreto non incidat in pœnam *cap. licet Can. de Elect. in 6. & cap. commissa. de Elect. eodem lib.* etiamsi admat appellationem seu recursum.

Congregatio censuit hoc caput habere locum in suspensionibus, & prohibitionibus, tam temporanea, quam perpetua: & temporalem prohibitionem, & suspensionem dici eam, ubi ex delicto occulto extrajudicialiter procedit Episcopus, ad suum beneplacitum, prohibendo vel suspendendo, quæ demum tempus suæ administrationis non excedunt.

Congregatio Concilii censuit *cap. 1. Sess.* 14. *de Reformatione* habere locum in suspensionibus, & prohibitionibus tam temporaneis quam perpetuis & temporalem prohibitionem & suspensionem dici eam, ubi ex delicto occulto extrajudicialiter procedit Episcopus ad suum beneplacitum, prohibendi, vel suspendendi. Nullius 3. Febr. 1599.

2. *A suo Prælato.*) Sive ejus Vicario vel officiali fuerit suspensus, &c. Congregatio censuit, suspensum a Ministerio altaris, vel interdictum ad se promovendum, contra voluntatem sui Ordinarii non posse promoveri, neque habilitari.

3. *Nulla contra ipsius Prælati.*) Nec etiam si consedens fuerit Metropolitanus, qui etiam suspensum, aut interdictum ab Ordinario absolvere non potest.

CAPUT II.

Episcopus ordinans alienum subditum sine Prælati proprii expressa consensu, eumve tonsurare præsumens, etiam pretextu familiaritatis continuæ, sit uno anno suspensus: qui autem ordinatus sic fuerit, sit ipso jure suspensus ab executione ordinum sic susceptorum, quamdiu Prælato proprio videbitur.

ET, quoniam nonnulli Episcopi Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, clero carentes, & populo Christiano, cum fere vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, non quæ Jesu Christi, (*a*) sed alienas oves, inscio proprio Pastore, quærentes, dum per hanc sanctam Synodum se Pontificalia officia in alterius diœcesi, nisi de loci Ordinarii expressa licentia, † & in personas eidem Ordinario subjectas tantum, exercere prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum, quasi Episcopalem cathedram in loco nullius diœcesis sua temeritate eligunt; & quoscumque ad se venientes, etiamsi suorum Episcoporum, seu Prælatorum literas commendatitias non habeant clericali charactere insignire, & ad sacros etiam presbyteratus ordines promovere præsumunt; quo plerumque fit, ut minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui a suo Episcopo tamquam inhabiles, & indigni rejecti fuerunt, ordinari, nec divina officia peragere, nec Ecclesiastica Sacramenta recte valeant ministrare; & nemo Episcoporum, qui Titulares vocantur, etiamsi in loco nullius diœcesis, etiam exempto, aut aliquo monasterio cujusvis Ordinis residerint, aut morum traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum ea jam prætextu familiaritatis, continuæ commensalitatis suæ, absque sui proprii Prælati expresso consensu, aut literis (*b*) dimissoriis † ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promovere, seu ordinare valeat *; β contra faciens ab exercitio Pontificalium per annum, taliter vero promotus ab executione Ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso jure sint suspensi.

(*a*) Instit. 1. Sup. fest. s. c. 3.

(*b*) Sess. 6. c. 3. & Sess. 23. c. 8. Concil. Nicen. 4. 17. Concil. Aurel. 4. c. 15. Conc. Mogunt. c. 62. ex eis cap. de temp. ord. in 6. & tit. 23. de ord. ca. 8. & 11.

DECLARATIONES.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum exercentem Pontificalia in aliena diœcesi de Ordinarii loci expressa licentia, posse Ordines conferre etiam suis propriis Dioecesanis, non obstante Concilio *cap. 5. Sess. 6. de Reform.*

In loco exempto intra fines certæ diœcesis existenti non posse Episcopum Dioecesanum etiam a superiore loci exempti Ordinatio accersitum Pontificalia exercere, nisi de licentia Episcopi loci, intra cujus fines locus hujusmodi exemptus fuerit constitutus.

Episcopus.) Concilium Lateranense novissimum permisit, Cardinales in Ecclesiis suis istos habere Episcopos pro suffraganeis *ibi Sessio. de Card. omni conatu suis providendo debite inservire Cathedralibus dignos & idoneos vicarios seu suffraganeos, prout conscientiæ studuerit, cum digna & competenti mercede*. Pius V. publicationi circa Concilium Tridentinum decreto suo consuluit, & sanxit, hujusmodi Episcopos non esse creandos, neque in suffraganeos dandos, nisi Ecclesiis Cathedralibus, & aliis, quæ solent habere, & cum certo stipendio perpetuo ad minus ducentorum aureorum de Camera super fructibus illius Ecclesiæ, qui propria auctoritate ab Episcopo percipi possunt, & quod nullibi poterit Pontificalia exercere sine expressa licentia sedis Apostolicæ, nisi in illa diœcesi, cui datus est in Suffraganeum.

REMISSIONES.

a Vide Cæsar. de Grassis *decis.* 87. & Camill. Borell. *cons.* 25. *num.* 20. Ricc. in *prax. resol. c.* 150.

† Nisi

† *Nisi de loci ordin. expressa licentia*, &c.) Riccius in sua *prax. resol. cap.* 300.

a *Nemo Episcoporum, qui Titulares vocantur*, &c.) Vid. Nav. in *Manual. cap.* 22. *num.* 18. §. 3. Azor. *instit. Moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *quæst.* 6. *col.* 379. P. Henriq. in *summa lib.* 14. *cap.* 17. §. 3. *in fine lit. A.*

* *Absque sui proprii Prælati expresso consensu*, &c.) Vide tradita a Cephal. *cons.* 682. *ex n.* 52. & 59. *vol.* 3.

† *Aut literis dimissoriis*.) Vide supra *Sess.* 6. *c.* 3. *reform.* & infra *Sess.* 23. *c.* 8. & DD. *ibid.* relatos, Jac. Ant. Marsam *de jurisd. q.* 4. *p. cent.* 2. *ca.* 9. 149. *n.* 116.

β *Contra faciens ab exercitio Pontificalium per annum*, &c.) Vide Salzed. ad *Bernard. per annum*, &c.) Vide Salzed. ad *Bernard. per annum*, &c.) Vide Salzed. ad *Bernard.

versis fontium, vers. Unde jam colligere; de Privil. ex quo text. eas de more medio deduxi concessiones, easque in magna ipsius Universitatis aula sub tanto Patrono publice defendi.

CAPUT IV.

Nullus Clericus est exceptus a correctione Episcopi residentis, etiam extra visitationem agentis, tamquam sit deputatus a Sede Apostolica, &c.

a Sup. c. 3. & Sess. 6. de ref. c. 3. c. Inter subditos, in princ. de offic. ord.

* OMnes (a) Ecclesiarum Prælati, qui ad corrigendum subditorum excessus diligenter intendere debent, & a quibus nullus Clericus per hujus sanctæ Synodi statuta, cujusvis privilegii prætextu, tutus censetur, quo minus juxta Canonicas sanctiones vitiorati, puniri & corrigi possit; si in Ecclesiis suis resederint, quoscumque sæculares Clericos, quatercumque exemptos, qui alias sine jurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus & delictis, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem 1. tamquam ad hoc Apostolicæ Sedis delegati, corrigendi, & castigandi (b) facultatem habeant: quibuscumque exemptionibus, b Sup. sess. 6. c. 4 in fin. declarationibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiis, quæ tantum suos diligent auctores, ipsis clericis, ac eorum consanguineis, Capellanis, familiaribus, procuratoribus, & aliis quibuslibet, ipsorum exemptorum contemplatione, & intuitu minime suffragantibus.

DECLARATIONES.

21. Junii 1596. Congregatio Concilii censuit, non posse ex decreto Concilii *cap. 4. Sess. 14.* etiam extra visitationem corrigere, & punire Clericos sæculares exemptos ab Episcopo & aliis inferiori Ordinario sæcularis intra Dioecesim existentes subjectos, quam sententiam Sanctissimus ad se relatam approbavit.

1. *Tanquam ad hoc Apostolicæ Sedis delegati.*) Quando Episcopi procedunt ex Concilio, tanquam Apostolicæ Sedis delegati in causis, quæ sub eorum Jurisdictione Ordinaria non comprehenduntur, non potest ab iis, nisi ad Sedem Apostolicam provocari, neque ob hoc inferioribus Judicibus ullum fit præjudicium. At quando Jurisdictio delegata cumulatur cum ordinaria, Episcopus non potest hujusmodi delegationis prætextu declinare Jurisdictionem Metropolitani in casibus illis, in quibus ante Concilii ordinationem Metropolitanus poterat uti eodem jure, eademque potestate.

Vide de hac materia *Sess. 7. cit. & c. 2. Sess. 24.*

REMISSIONES.

a Vide Cened. ad *Clem. & Exerav. col. 242. num. 3. cum seqq.* ubi dicit decisionem *text. in Extrav. Cum Matthæus, 3. de hæret. inter communn.* minime corrigi per *textum in præsenti.* * & Salzed. ad *Bern. in prax. can. cap. 3. lit. A.*

CAPUT V.

Conservatoriæ non ex inventa conventione faciendæ coram Ordinario in Criminalibus & mixtis causis: Conservatoris & Ordinarii controversiam super competentia Jurisdictionis arbitri electi sedent, & interim in causa non procedatur. Tempus valoris Conservatoriarum, salvis causis miserabilium personarum, Universitatum, &c.

a β INsuper, cum nonnulli, qui sub prætextu, quod super bonis, & rebus, ac juribus suis diversæ eis injuriæ, ac molestiæ inferantur; (a) certos judices per literas Conservatorias deputari obtinent, qui illos a molestiis, & injuriis hujusmodi tueantur, ac defendant, & in possessione, seu quasi, bonorum, rerum, ac jurium suorum manutenent, & conservent; nec super illis eos molestari permittant, ejusmodi literas in plerisque contra concedentis mentem in

a c. 9. & c. alii. de off. deleg.

in reprobum sensum detorqueant; idcirco nemini omnino, cujuscumque dignitatis, & conditionis sit, etiamsi Capitulum fuerit, 1. Conservatoriæ literæ, cum quibuscumque clausulis, aut decretis, quorumcumque judicum deputatione, quocumque etiam alio prætextu, aut colore concessæ, suffragentur ad hoc, ut coram suo Episcopo, sive alio Superiore Ordinario, in criminalibus, & mixtis causis accusari, & conveniri, ac contra eum inquiri, & procedi non possit, aut quo minus, si qua jura ei excessione competierint, super illis libere valeat apud judicem Ordinarium conveniri. γ In civilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos Conservatores judices in judicium trahere minime liceat. Quod si in iis causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, ut electus ab eo Conservator ab actore suspectus esse dicatur; aut si qua inter ipsos judices, Conservatorem, & Ordinarium, controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit; nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma juris electos, super suspicione, aut jurisdictionis competentia fuerit judicatum: Familiaribus vero ejus, qui in hujusmodi literis Conservatoriis tueri se solent, nihil illæ prosint, præterquam duobus dumtaxat; si tamen illi propriis ejus sumptibus vixerint. Nemo etiam similium literarum beneficio 2. δ ultra quinquennium gaudere possit. Non liceat quoque Conservatoribus judicibus ullum habere tribunal erectum. ε In causis vero mercedum, aut miserabilium personarum; hujus sanctæ Synodi super (b) hoc decretum in suo robore permaneat. 3. Universitates autem generales; * ac Collegia Doctorum, seu scholarium, & 4. regularia loca, † necnon hospitalia, atque 5. Hospitalitatem servantia, ac Universitatum, Collegiorum, locorum, & hospitalium hujusmodi personæ in præsenti canone minime comprehensæ, sed exemptæ omnino sint, & esse intelligantur.

b Sup. sess. 5. c. 16.

DECLARATIONES.

1. *Conservatoriæ literæ.*) Conservatoriæ universitatum vel Regularium non sunt in hoc Decreto comprehensæ, neque etiam a Concilio abrogatæ, per *cap. 20. Sess. 24. de Reformat.* nec per *cap. 6. Sess. 25. de Reformat.*

2. *Ultra quinquennium.*) Literæ Conservatoriæ, aliæ a Superioribus sunt omnino sublatæ, nec eis potest quisquam se tueri, nisi per quinquennium a die publicationis Concilii computandum.

Congregatio Concilii censuit, conservatorias regularibus concessas, quas Concilium Tridentinum, *cap. 3. Sess. 24.* salvas esse voluit, non fuisse sublatas ex decreto Concilii, *cap. 20. vers. 24.* 28. Jun. 1594.

3. *Universitates autem generales.*) Conservatoriæ Universitatum, Collegiorum, Regularium, & similium, non sunt a Concilio sublatæ, nec ex illa parte imminutæ, non obstante *cap. 20. Sess. 24. de Reform.* Eo quod causæ graves sint, & plenariam cognitionem requirant. Et ita non obstat Bulla Pii IV. revocatoria facultatum, quæ Concilio repugnat. Unde Sanctissimo approbante sententiam Congregationis, Anno 1575. mandatum fuit omnibus Prioribus Regularium notatis in schedula, quod intra mensem in singulis civitatibus Italiæ eligerent suos Conservatores, coram quibus convenire possent, & eos stabiles haberent, sic ut variare non liceat, eosque ordinariis significarent; quod si non fecissent, elapso mense scribendum ad Ordinarios, ut coram ipsis convenire possint.

Congregatio quoque censuit eos, qui facultatem a Sede Apostolica obtinuerunt eligendi sibi Conservatores, non esse cogendos ad eligendum aliquem ex iis, qui in Synodis provincialibus aut Dioecesanis delegati fuerunt, ex Decreto Concilii, *Sess. 25. cap. 10.*

4. *Et regularia loca.*) S. D. N. Gregorius XIII. concessit omnibus regularibus, quod in omnibus Italiæ civitatibus conservatorem semel eligant, & coram eo tantum conveniant, neque illis liceat, ab eo recedere, & ad alium conservatorem transire, eorundemque nomina intra mensem Epi-

Episcopi locorum Ordinarii indicarentur, aliaquin coram ipsis Ordinariis convenire possunt.

3. *Hospitalitatem servantia.*) Sub his verbis excluduntur Abbates & conventus S. Antonii Viennensis & aliorum similium.

Literæ Cancellariæ concessæ universalibus vel regularibus vel aliis, quos hoc Decreto Concilium voluit esse salvos, non sunt sublatæ aliter quo decreto Concilii *Sess. 24. c. 20.*

REMISSIONES.

a Vide Azzved. ad *tit. 8. lib. 1. novæ Recopil. p. 118.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 9.* Fr. Emman. *quæst. Regal. tom. 1. q. 65.* concordat *cap. 1. & 2. sup. de officio del. lib. 6.* nonnulla practicabilia in materia Conservatorum adducunt Marcellat. Papiæ *decis. 15. & 16. p. 1.* Alnyl. R. cc. in *collect. decis. p. 4. collect. 899.*

b De specialibus Conservatorum, vide Gloss. *verbo, Conservatores in c. 1. de officio ordinar. lib. 6.* Sylvest. *verbo, Conservator. num. 1.* P. Avort. *instit. Moral. p. 2. lib. 3. cap. 34. quæst. 3.* Fr. Joan. de la Crux *de statu Reg. lib. 2. c. 10. de Judice conservatore.*

c *In similibus etiam cassi.*) Vide Fr. Emanuel. *d. q. 65. art. 13.* Fr. Joan. de la Crux *d. c. 10. num. 6. concl. 1.*

d *Ultra quinquennium.*) An datur post quinquennium jurisdictio Conservatoris quoad ea quæ jam cœpta? Negat Fr. Emanuel *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 65. art. n. 9.*

e *In causis vere mercenariis, &c.*) Vide Salzedo in *pract. cap. 3. in addit. lit. A.* Fr. Joan. de la Crux *c. 10. num. 6. versic. Si obtentus.*

f *Universitates autem generales, &c.*) Vide Hurtad. *Luc. de prov. scholar. privil. 103.* Salzed. in *d. c. 3. lit. A. vers. nec pojunt.* Sebastian. *decis. 58. n. 2.*

g *Regularia loca, &c.*) Vide Trevisan. *dec. 36. n. 4. lib. 1.* & Rotam novis. *dec. 702. n. 3. p. 1. diversorum.*

CAPUT VI.

Clericorum ac personarum Ecclesiasticarum quantumcumque exemptarum beneficium aut ordinem sacrum habentium reprehenditur negligentia in gestanda accenti sui ordinis veste. Et nisi monita parerent Episcopis, privantur suis redditibus, &c.

a Matisc. c. 5.

QUIA a § vero (a) etsi habitus non facit monachum, oportet tamen Clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant; tanta autem hodie aliquorum molevit temeritas, religionisque contemptus, ut propriam dignitatem, & honorem clericalem parvi pendentes, (b) vestes etiam deferant publice lascales, pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus; propterea omnes Ecclesiasticæ personæ, (c) quantumcumque exemptæ, quæ aut 1. in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacumque Ecclesiastica obtinuerint, si postquam ab Episcopo suo; etiam per edictum publicum, moniti fuerint, honestum habitum clericalem, illustum Ordini, & dignitati congruentem, & juxta ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab Ordinibus, ac Officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & proventibus ipsorum beneficiorum, necnon, si semel correpti, denuo in hoc deliquerint, γ etiam per privationem officiorum, & beneficiorum hujusmodi coerceri possint, & debeant 2 secundum constitutionem Clementis V. in Concilio Viennensi editam, (d) quæ incipit, Quoniam, innovando, & ampliando.

b c. quoniam, & c. ex parte, de regul. c. alii, 41. dist.

c Can. 94. personam. Conc. Moguntin. in c. 5. Conc. Constant. Sess. 12. & vita & hon. cler.

DECLARATIONES.

1. *In sacris fuerint.*) Dubitatur, utrum eo ipso, quod clericus in sacris constituatur non deferat vestes clericales, juxta consuetudinem Provinciæ & statuta Episcopi, sit suspensus etiam ipso jure pro prima vice, vel saltem suspendi debeat, ab ipso juxta hoc decretum. Congregatio respondit, quod necesse sit, ut præcedat monitio Episcopi, quæ intimetur etiam per edictum publicum, postquam quis deprehensus fuerit, non deferre honestum habitum clericalem suo ordini & dignitati congruentem, & juxta Episcopi ordinationem. Non erit quidem ipso jure statim suspensus, sed poterit & debebit Episcopus eum etiam pro prima vice suspendere ad tempus, ejus arbitrio.

REMISSIONES.

a Vide infra, *Sess. 22. cap. 1. & Sess. 26. cap. 6. de Reformat.* Rot. Lipsiens. *decis. 339. p. 2.* Rubin. *decis. 91. p. 2. Repert. Inquisitor. verbo, habitus.* Nav. *in comment. 4. de Regul. num. 27.* P. Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 39. § 3. in fin. lit. B.* Valer. Reginal. *in praxi fori panitent. lib. 30. tractat. 3. num. 10.*

b De modo tonsuræ, & vestium, quibus Clerici tam in majoribus, quam in minoribus ordinibus uti debent, vide Concil. Brachar. *4. p. 2. act. 4. cap. 2.* Covar. *pract. cap. 31. num. 7. vers. 4.* Salzedo ad *Bernard. in pract. cap. 75.* Fatin. *in praxi quæst. 8. num. 69.* Vivald. *in Candelabro Aurea p. 3. ad finem.* Albert. Trori. *de perfect. Clericis cap. 38. & 39.* Burg. de Paz. *cons. 22. num. 3.* Jacob. de Graffis *in aureis decis. p. 3. lib. 3. cap. 3. n. 3.* Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo, Clericus n. 17.* Simundus Scacci. *lib. 1. de Judic. cassar. cap. 11. num. 84. & 87.* P. Valer. Regin. *in praxi for. pan. lib. 30. tract. 3. num. 14. &* 15. P. Sanch. *de Matrim. lib. 7. d. 46. num. 3.* Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 1. cap. 21. novissime* Fr. Paulin. Bert. Lucens. *in praxi crimin. Regul. tit. 4. cap. 33. num. 10. cum seqq.* Nicol. Gizi. *de Benef. p. 7. cap. 1. a num. 21.* Late Cened. *pract. & Canon. quæst. lib. 1. q. 4. n. 30.*

c *Etiam per privationem beneficiorum, &c.*) An hæc pœna incurratur, si ratione paupertatis Clericus habitum proprio Ordini congruentem gestare non valuerit? Negat Aloys. Ricc. *Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 129.*

d lib. 3. Clement. de vita & hon. cler. c. 2.

CAPUT VII.

Voluntarius homicida, quantumvis occultus, omni Ordine ac beneficio careat: casualis autem, aut vim vi repellens, ab Ordinario loci aut Metropolitano ex causa, cognita c. a. 4, ac probatis precibus dispensetur.

a Exod. 21.

CUM a *etiam, qui (a) per industriam in occidendo proximum fortuna, & per infortunia, ab altaris aevum de-

beat; 1. qui sua voluntate † homicidium perpetraverit, (b) etiamsi crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum * fuerit, nullo tempore ad sacros Ordines promoveri possit; nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiamsi curam non habeant animarum, conferri liceat; 2. & sed omni ordine ac γ beneficio † & officio Ecclesiastico perpetuo careat, 3. ∂ si vero homicidium non ex proposito; 4. sed casu, * ε vel vim vi repellendo, † 5. ut quis se a morte defenderet, fuisse commissum (c) narretur; quam ob causam etiam ad futurum Ordinum, & altaris ministerium, & beneficia quæcumque ac dignitates, jure quodammodo dispensatio debeatur; committatur ζ η loci Ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Episcopo; ϑ qui nonnisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter, dispensare possit.

b c. inquisitio. de accus. & cum non ab homine, de jud.

c c. fluctuat 50. dist. & c. significasti, in fine hoth.

DECLARATIONES.

1. *Qui sua voluntate, &c.*) Mandans homicidium committi in personam unius, si committatur in personam alterius, an dicatur incurrisse irregularitatem, adeo ut super ea nec dispensari debeat juxta hoc Decretum, nec Episcopus possit, ex *cap. 6. Sess. 24.* quamvis homicidium sit occultum? Congregatio Concilii censuit, non incidisse in irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, ita responsum fuit anno 1587. a Cardinali Caraffa, Hieracensi Episcopo, vide infra aliam declarationem hujus cap.

2. *Sed omni Ordine ac beneficio.*) Hoc Decretum, quod loquitur de incapacitate beneficiorum, in qua sunt homicidæ, non extenditur ad pœnitones.

3. *Si vero homicidium non ex proposito.*) Eum, qui omni diligentia (prout poterat) adhibita, dum operam rei licitæ daret, solo casu fortuito homicidium commisit, irregularitatem non incurrisse, adeo ut Ordines suscipere & beneficia obtinere, absque dispensatione valeat, stante hoc decreto Congregatio censuit, & habetur expresse *cap. Sacerdos, cap. ex literis, & cap. quidam, de crimenibus lib. 5. tit. 12.* Et fuit resolutum sub die

1. Septem-

1. Septembris 1588. quod Concilium loquatur de eo, qui fuisset in aliqua culpa, & ideo indigeret dispensatione.

4. Sed casu.) Quærebatur, An is, qui mandavit aliquem baculo verberari, eo expresso, ne occideretur, si Mandatarius ex nimis percusserit & occiderit, intelligatur incidisse in hoc Decretum Concilii, adeo ut omni Ordine, atque beneficio & officio Ecclesiastico absque spe dispensationis perpetuo carere debeat? Congregatio censuit negative, & hanc opinionem confirmat Nav. in *Manuali Can.* 27. n. 240. Concilium enim requirit homicidium per industriam, per insidias, & ex proposito.

5. Repellendo.) Congregatio censuit, hoc etiam habere locum, cum agitur de repellenda vi illata parti.

Congregatio Concilii censuit, ex homicidio mere casuali, cum nulla penitus fuerit admissa culpa, & in quo non debatur opera rei illicitæ, nullam oriri irregularitatem.

REMISSIONES.

a Vide Navar. in *man. cap.* 27. *num.* 239. *& seq. & num.* 250. Rebuff. *de dispensat. tit. de corpore vitiato, ad finem.* Fr. Emman. *tit. in com. p. 1. cap.* 279. *p.* 438. Navar. *cons.* 37. *in fin. de Temporibus Ordinat.* P. Henriq. *in summ. de Temporibus Ordinat.* P. Ludov. *in instruct. const. lib.* 14. *cap.* 19. Fr. Ludov. *in instruct. const. lib.* 14. *cap.* 19. Salazd. *ad Bernardo cap.* 94. *& p.* 2. *cap.* 94

beneficia, seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum divinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de causa, alterius Diœcesis beneficio, aut monasterio, seu Collegio, vel loco etiam pio perpetuo non (*b*) unisntur: decretum hujus sanctæ Synodi super hujusmodi unionibus in hoc declarando.

b Sup. sess. 7. c. 6. & 7. & inf. sess. 24. decret. c. 13. & 15.

DECLARATIONES.

1. *Beneficia unius Diœcesis.*) Beneficia unius Diœcesis, alterius Diœcesis non debent beneficiis unire.

20. Nov. 1600. Congregatio Concilii censuit, milites regulares militiæ S. Jacobi, & Spathæ, aliosque hujusmodi non emittentes omnia vota vera substantialia, videlicet paupertatis, castitatis, & obedientiæ non esse incapaces beneficiorum sæcularium, sive simplicium, sive curatorum, neque etiam pensionum.

REMISSIONES.

* Vide P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib. 30. tract. 3. n. 502.*

* Ricc. in *prax. curiæ Eccl. decis. 492. num. 5.*

β *Beneficia unius Diœcesis, etiamsi parochiales Ecclesiæ, Vicariæ, seu præstimoniæ.*) An præstimonia nominentur beneficia? Affirmant Staphila *de literis gratiæ, tit. de qualit. & part. benef. §. 1. num. 4. & 5.* Rebuff. *de pacificis possess. num. 9. & in prax. tit. beneficium sæculare quotuplex sit, n. 16.* Pavin. *de officio & potest. Capitulo sede vacante, in 1. quæst. 2. partis, fab n. 3. vers. Eadem dicendum*, & vide quæ *sess. 25. cap. fin.* ibi (vel enim præstimonia.) Contrariam tamen opinionem, videlicet, quod non sint beneficia Ecclesiastica, tuentur Gom. *in tract. de pac. Tat. num. 39.* Hoped. *de incompatib. benefic. p. 2. cap. 7. n. 11.* Pet. Greg. *in synt. vel. benef. c. 11. num. 9.* Distinguunt alii, quod prima omnio intelligitur de præstimoniis, quæ in titulum perpetuum cantur, & habent annexum aliquod officium spirituale. Secundam vero procedere dicunt in præstimoniis in sola temporalitate consistentibus, aut quæ non dantur in titulum perpetuum, quæ distinctio innitur ex Salzedo *ad dictum in præst. cap. 18. num. 10.* Menoch. *de arbitr. casu 203. num. 55.* cum *seq.* Hoped. *de incompat. benef. p. 2. cap. 8. num. 11.* cum *seq.* Flamin. *de resign. lib. 1. quæst. 2. num. 125.* cum *seq.* & *lib. 2. quæst. 1. num. 136. & 137.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. Glos. 3. §. 2. num. 13.* Cum tamen omnia præstimonia, præsertim in Hispania communiter solis Clericis conferantur, & dentur in titulum perpetuum beneficii, beneficia esse resolvunt Salzed. *d. c. 18. n. 10. & c. 62. num. 11.* Navar. *de Orat. c. 21. num. 9.* Fus. *de Eccl. l. 2. cap. 20. num. 23.* Lud. Lopes in *Instruct. consc. tom. 1. cap. 105.* Arag. *2. 2. q. 33. art. 12.* Fulvi. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 31. num. 1.* Veg. *p. 1. summ. cap. 128. casu 13. vers. Sexto.* Frat. Emman. in *sum. tom. 1. cap. 140. num. 7.* Petr. Ledesm. in *sum. part. 2. tract. 9. cap. 4. concl. 6. disc. 1.* Jac. de Graffis *decis. aurea, l. 2. cap. 9. n. 14.* P. Azor. *instit. Moral. part. 1. lib. 10. c. 4.* P. Soar. *tom. 3. de censur. disp. 31. sect. 1. n. 7.* quos refert & sequitur Nicol. Garci. *de benefic. p. 1. cap. 2. num. 117.*

CAPUT X.

Regularia beneficia conferantur non nisi regularibus alias, aut qui esse debeant.

REgularia (*a*) beneficia, in * c. cum de benefic. de praeb. in 6. & Hier. Cavallos *communi contra comman. quæst. 281.* titulum β Regularibus professis provideri consueta, cum per obitum, aut resignationem vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit, 1. γ Religiosis tantum illius ordinis, δ vel iis, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non aliis, ne vestem lino, lanaque contextam induant, conferantur.

DECLARATIONES.

1. *Religiosis tantum illius Ordinis.*) An præter Papam Ordinarii collatores possint Regularia beneficia in titulum Regularibus professis provideri consueta, conferre etiam sæcularibus, qui illius habitum omnino suscipere & professionem emittere tenentur? Ex hoc *cap.* Sacra Congregatio die 12. Decemb. 1585. censuit, posse etiam Ordinarios collatores portiones Monachales, & Canonicales, & in alia simplicia beneficia Regularibus provideri consueta conferre non modo

modo ejus Ordinis professis, sed etiam sæcularibus, qui habitum suscipere & professionem emittere omnino tenentur: Abbatias tamen & beneficia administrationem habentia non nisi professis, juxta Canones per Ordinarios inferiores conferri posse. Item censuit, in provisionibus beneficiorum, quas Ordinarii inferiores faciunt ut professis, non esse apponendum decretum (*ex nunc prout ex tunc, & postquam*) in solis provisionibus Apostolicis apponi consuerum; sed provisiones faciendas esse pure, & simpliciter ad formam Concilii in hoc capite, ut qui habitum omnino suscipere & professionem emittere tenentur.

Regulares sunt incapaces beneficii simplicis, etiamsi esset Canonicatus regularis, non autem beneficii curati, juxta dispositionem c. *Quod Dei timorem, de stat. Monach.* licet non hodie, cum obstet Concilium Lateranense, ad concordata. Vide *not. cap. 28. Sess. 24.*

REMISSIONES.

* Vide Rebuff. *resp. 113. & de Nomin. q. 15. num. 23.* Selv. *de benef. p. 3. q. 11. num. 170.* Navar. *conf. 9. de prabend.* Flamin. *de Resignat. lib. 4. quæst. 5. n. 2.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. q. 34. art. 3.* Zerol. in *praxi Epis. part. 2. verbo, Beneficia, n. 5. p. 55.* P. Azor. *instit. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 4. col. 673.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. Glos. 8. a prince.* Nicol. Garci. *de Benefic. part. 7. cap. 10.* Aloysi. Ricc. in *collect. decis. part. 4. collect. 765.* * Vide etiam *infr. sess. 25. c. 2. & sext. in cap. cum de benefic. de præbend. in c. & Hier.*

β *Regularibus professis.*) Beneficia Regularia non posse conferri novitiis, sed expresse professis, resolvit Nicol. Garci. *d. cap. 10. num. 5.*

γ *Religiosis tantum illius Ordinis.*) An in defectu Regularium possint beneficia Regularia Clericis sæcularibus conferri? Affirmant Gonzal. *dict. Glos. 8. n. 43.* Garc. *dict. cap. 10. num. 16.*

δ *Vel iis, qui habitum omnino suscipere, &c.*) Vide Gonzal. *dict. Glos. 8. num. 77. & 78.* dicit ex sacram Cardinalium Congregationem censuisse: An præter Papam Ordinarii collatores possint Regularia beneficia in titulum Regularibus professis provideri consueta, conferre etiam sæcularibus, qui illius habitum omnino suscipere & professionem emittere tenentur? Ex hoc *cap.* Sacra Congregatio die 12. Decemb. 1585. censuit, posse etiam Ordinarios collatores portiones Monachales, & Canonicales, & in alia simplicia beneficia Regularibus provideri consueta conferre non. Decr. 23. c. cum ecclesiæ, de elect. & c. quidam, de Apo.

CAPUT XI.

Nullus admittatur ad professionem, nisi ut in ordine, ad quem transfertur, sub obedientia maneat, & beneficiorum sæcularium, etiam curatorum incapax existat.

QUia * vero Regulares, (*a*) 1. de uno ad alium Ordinem translati, * facile a suo Superiore licentiam standi extra monasterium obtinere solent, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuitur; nemo cujuscumque Ordinis Prælatus, vel Superior vigore cujusvis facultatis aliquem ad habitum, & professionem admittere possit, nisi ut in Ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui superioris β obedientia in claustro 2. perpetuo † maneat: ac taliter translatus, etiamsi Canonicorum Regularium fuerit, γ ad beneficia sæcularia, etiam curata, omnino incapax existat.

* Addit. ad c. 23. Conc. Agath.

DECLARATIONES.

1. *De uno ad alium Ordinem translati.*) Omnes cujuscunque Religionis legitime translati ad Carthusianos, possunt in eadem Carthusiensi religione in claustro Priores, & extra claustrum Procuratores esse.

Contra Regulares vagantes, de uno in alium Ordinem translatos, agit Episcopus ex hoc decreto, & ex Bulla Pii V. de translat.

2. *Perpetuo.*) Potest tamen superior dare licentiam translato, ad modicum tempus standi extra Monasteria causa prædicationis, vel audiendi confessiones.

1. *Beneficia secularia*.) Congregatio Concilii censuit, milites regulares militiæ S. Jacobi de Spatha, aliosque hujusmodi non emittentes omnia tria vota substantialia religionis, non esse incapaces beneficiorum secularium, sive simplicium, sive curatorum, nec etiam pensionum.

REMISSIONES.

a Vide P. Azor. *instit. Moral. part. 1. l. 12. c. 14. q. 12. vers. 1. Conciliis.*

* *Et non ad aliam Ordinem*, &c.) Sacra Cardinalium Congregatio censuit, quod omnes cujuscumque religionis legitime translati ad Carthusianos, possunt in eadem Carthusiensi religione in claustro Priores, & extra claustrum procuratores esse, ut refert Prosper Farin. in *præsenti fol. mihi* 161.

β *Obedientiæ*.) Vide Navar. in *Comment. de Reg. n.* 11. & 12. & 38. *cum seqq.* Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 3. *q.* 53. *art.* 4.

† *Perpetuæ*, &c.) Eadem sacra Congregatio, (referente Farinacio ubi proxime) censuit, posse superiorem dare literas testimoniales ad modicum tempus standi extra monasteria cauta prædicationis vel audiendi confessiones.

2. *Ad beneficia secularia etiam curata ammino incapax existat*.) Vide Navar. *cons. 9. n. 2. de præb.* Rebuff. *in praxi tit. de dispens. cum Regul. num.* 2. Prosper de Augustino *in addit. ad Quarant. in summa Bullarii*, *verbo*, *Canonic. Regul. pag.* 129. ubi dicit, quod hodie nulli Regulares, etiamsi sint Canonici, habere possunt sine dispensatione Canonica beneficia curata, nec in perpetuum, nec ad tempus. Veral. *decis.* 223. Joan. Aloys. Ricci in *collect. decis. 4. Collect.* 765. P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib.* 30. *tractat.* 3. *n.* 138. & ita in praxi observari testatur Gonzal. ad *Reg.* 8. *Cancell. gl.* 7. *num.* 53. ubi refert in hæc verba istam Cardinalium Congregationem venisse. S. D. N. Gregor. XIII. noluit licere Canonicis Regularibus congreg. Lateran. etiam de licentia sui Generalis, absque permissu Summi Pontificis, assumere curam animarum etiam ad tempus, multoque minus beneficium curatum ad tempus: quam decisionem adde ad *cap. Quod Dei timorem. de Statu monach.* Vide P. Azor. *instit. Moral. lib.* 6. *cap.* 40. *q.* 22. & 23.

Vide Annotationes ad hoc *Caput in appendice sub distinctione* 13. *Card. de Luca.*

CAPUT XII.

Solus competenter ex suis detans, aut de novo capellam fundans, jus patronatus obtinebit.

NEmo, a * etiam cujusvis (a) dignitatis Ecclesiasticæ, vel secularis, quacumque ratione, nisi Ecclesiam, beneficium, aut 1. β capellam de novo fundaverit, † & construxerit; seu jam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis, & patrimonialibus bonis competenter dotaverit; * (b) 2. jus patronatus impetrare, aut obtinere possit, aut debeat. In casu autem fundationis, aut dotationis, hujusmodi institutio Episcopo, & non alteri inferiori reservetur.

a Sess. 25. c. 9.

b c. pie mentis, cum seq. de rel. q. 5. c. cumbo. de jurepatr. infr. ad ult. c. 9. & prius.

DECLARATIONES.

1. *Aut Capellam de novo fundaverit*.) Si fundato Capella ibi sub his verbis testatoris: *quod Capellanus debeat celebrare divina officia diebus noctibusque sicut ceteri Capellani faciunt*. An Capellanus hic debeat pulsum facere? Congregatio censuit, his verbis positis in fundatione hujus Capellæ, non inferri necessario, ut Capellanus debeat esse presbyter.

An cap. hoc intelligendum sit de patronalibus beneficiis noviter vel in futurum erigendis, an de jam creatis & institutis? Congregatio censuit ex his verbis, hoc cap. intelligendum esse etiam de jubus patronatus, erectis ante Concilium legitime: adeo eorum titulos ostendendos Ordinario, & si apparuerit hujusmodi Jus patronatus recte ac rite concessa fuisse, nec ex illis esse, quæ revocata sunt a Concilio *session.* 25. *cap.* 9. *de reformat.* & data fuisse, ea lege expressa, ut præsentatio fieret Capitulo seu dignitatibus Cathedralis Ecclesiæ, salvum adhuc manere illud jus præsentationis ex Decreto Concilii *sess.* 7. *cap.* 13. & *sess.* 25. *cap.* 9. *Si vero de* con simplicibus beneficiis agatur, Congregatio censuit servandam esse formam præscriptam *sess.* 24. *cap.* 18.

Nec sunt sublatæ institutiones, quæ ex immemorabili consuetudine ante Concilium ad inferiorem spectabant, & dummodo ad inferiores ipsos institutio hæc alias legitime spectet & pertineat, ita ut non descendat ab aliquo jure patronatus, quod decreto Concilii sublatum sit, prout disponitur *Sess.* 7. *cap.* 13. *Sess.* 24. *cap.* 8. & *Sess.* 25. *cap.* 9.

2. *Jurispatronatus impetrare, aut obtinere possit*.) Hoc caput debet intelligi de Juribus patronatus in futurum acquirendis, & exigendis post Concilium; non autem de acquisitis, si in illis factis ante Concilium, præsentatio ex eorum institutione non Episcopo, sed alteri facienda erat, nihil enim in his innovatum est. Porro in exemptis Ecclesiis non potest reservari institutio alteri, quam Episcopo, nisi Rector illius loci fuerit Ordinarius, ordinariaque fungatur jurisdictione. Neque Vicarius Episcopi Sede vacante potest instituere præsentatum a præsentis patronis.

REMISSIONES.

a Vide P. Azor. *instit. Moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 19. *q.* 11. *vers. Si quærat.* * & *instr. sess.* 25. *c.* 9. & quæ ibi diximus, & Cephal. in *cons.* 930. *n.* 14. & 33. *vol.* 5.

β *Aut Capellam de novo fundaverit & construxerit*.) Vide Menoch. *de Præsump. lib.* 5. *q.* 90. *n.* 9. † Seraph. *dec.* 518. Rice. *dec.* 140. *num.* 3. *de jure patron.*

* *Competenter dotaverit*, &c.) Vide instr. *Sess.* 25. *cap.* 9. & *cap. nobis de jure patron.* Paril. *cons.* 36. & 47. Selva *de benefic. t.* 5. *q.* 5. *n.* 229. Cævallos 3. 282.

CAPUT XIII.

Præsentetur beneficiandus ipsi Ordinario, alias institutio sit nulla.

a Vide Sess. 25. c. 9. illud & c. relatum de jure Pat. Conc. Magunt. tempore Arnulphi c. 4. Conc. Salegunst. c. 13.

1. NOn liceat præterea (a) patronis cujusvis privilegii prætextu aliquem ad beneficia 2. sui juris patronatus, 3. a * nisi Episcopo loci ordinario, ad quem provisio seu institutio ipsius beneficii, cessante privilegio, jure pertineret, quoquo modo præsentare: alias præsentatio, ac institutio, sortem secutæ, nullæ sint, & esse 4. intelligantur.

DECLARATIONES.

1. *Non liceat*.) Intelligendum est hoc Decretum, quoad examen duntaxat ab Ordinario faciendum de persona præsentati, secundum aliud Decretum ejusdem Concilii *sess.* 7. *cap.* 13. non autem intelligendum ut ceseatur ablata institutio, quam idem Concilium voluit salvam esse omnibus Episcopo inferioribus, ad quos pertinet, ut apparet *Sess.* 25. *cap.* 9. *versquod si ad inferiores*.

2. *Sui juris patronatus*.) Hoc decretum loquitur de acquisitis ante Concilium, nec per hoc *cap.* tollitur dispositio *cap.* 13. *sess.* 7. & *cap.* 9. *sess.* 25.

3. *Nisi Episcopo loci ordinario*.) An probatio, quæ facienda est ab Episcopo, (etiamsi institutio pertineat ad inferiores, juxta formam *cap.* 9. *sess.* 25. & *cap.* 13. *sess.* 7.) debeat fieri etiam in beneficiis, quorum institutio pertinet ad Monachos? Congregatio censuit, etiam in illis beneficiis debere fieri.

An dicta approbatio requiratur tantum in beneficiis Jurispatronatus, an etiam in aliis Beneficiis? Congregatio censuit, non requiri in beneficiis simplicibus, quorum collatio libera pertinet ad inferiores.

4. *Intelligantur*.) Non sunt sublatæ fundationes, veluti si fundator Capellæ reliquerit institutionem Capitulo.

An pro beneficiis tantum curatis, an etiam pro aliis beneficiis quibuscunque fieri debeat examen per Episcopum? Congregatio censuit in illis beneficiis, sive sint Jurispatronatus, sive liberæ collationis, examen faciendum esse ab Episcopis ordinariis secundum dispositionem *Concil. sess.* 24. *cap.* 18. Item censuit, requiri in quibuslibet aliis beneficiis, ad quæ præsentatio, vel electio, vel ordinatio facienda sit a quibuscunque aliis personis Ecclesiasticis inferioribus Episcopo, prout fuisse a Concilio *sess.* 7. *cap.* 13. & *sess.* 25. *cap.* 9.

Usi ex consuetudine institutio beneficiorum ad Archidiaconum spectat, velut in inferiori Germania, nihil eis per hoc Decretum derogatum est: etiamsi hoc illi faciant in Ecclesiis, in quibus nihil statutum est in eorum fundatione: dummodo tamen alias eis legitime conveniat, ita ut hoc non dependeat ab aliquo jure patronatus, quod Decreti Conc. sublatum sit, & prout disponunt *c.* 13. *sess.* 7. *c.* 18. *sess.* 24. & *c.* 9. *sess.* 25. *de Reform.*

An aliquo obtinente beneficium vigore præsentationis factæ ab obtinente legitimum jus præsentandi, & non sequuta postea institutione per tunc temporis Episcopum, nec demonstratione contraria voluntatis ejusdem, declarandum sit per Ordinarium successorem, præsentationem præteritam esse nullam, juxta Concil. Tridentinum hic & *sess. 25. cap. 9.* & prout videtur disponere *cap. illud, & cap. prolatum, extr. de jure patr.* An vero declarandum sit tam præsentatum, quam præsentantem in excommunicationem incidere, prout disponit *cap. præterea, extr. de jure patron. & can. si quis deinceps 16. q. 7. cum aliquot seqq.* Congregatio non derogat *decis. præterea*, & aliis similibus, sed quæ in hac materia disponit, volunt reddere jure communi.

Dubitatum quoque fuit, quid juris sit illis qui præsentati, & instituti fuerunt, sed non habent Bullas? Responsum est ab eadem Congregatione sufficere, si aliunde legitime constat de dicta tali institutione, nisi tamen instituti obligati fuissent expedire Bullas Apostolicas; tunc enim obstaret illic Bulla Julii edita adversus eos, qui possessiones beneficiorum adipiscuntur non expeditis omnibus.

Quærebatur, An præsentationes, quæ factæ fuerunt per Episcopum coram inferiori, scilicet Capitulo Collegiatæ ejusdem Ecclesiæ, ex consuetudine, sive ex privilegio, deinde factæ coram Ordinario, sint decendæ consuetæ, prout Concilium requirit *cap. 9. sess. 25.* attento maxime quod quædam promissio inter utrosque interponitur, scilicet, assignatio causa permutationis in Curia factæ, cum derogatione tamen dicti Juris patronatus? Congregatio Concilii, (ut constat ex litteris Illustrissimi & Reverendissimi S. Sixti datis die 4. Februar. 1581.) censuit, si ante Concilium præsentationes factæ sint, validas esse, sive ex privilegio, sive ex consuetudine, secus si post Concilium: quod quidem in hoc *cap. 13.* fultulit privilegium, non autem fundationem.

Rursus quærebatur, An mortuo Episcopo Vicarius generalis, S. de vacante, nullum ad hoc habens speciale mandatum, potuerit instituere ea quæ fuerit? In una Placentinensium fuit relatum, Congregationem Concilii declarasse Vicarium id minime potuisse; quod nota, quæ est contra ea, quæ scripsit Paravius in suo tractatu.

Fuit etiam dubitatum, quid juris sit illis qui nullum eorum habent beneficium, sed solum jure legati relictum fuit a quibusdam, ut certæ in hebdomada missæ celebrentur, & eorum hæredes faciant electionem Sacerdotum, qui hujusmodi legatio satisfaciant? Responsum fuit a Congregatione, satis esse, si prædicti hæredes eligerent Sacerdotem aliquem ex approbatis ab Ordinario.

Præterea fuit dubitatum, præsupposito quod aliqui de prædictis incidarent in censuram, ut *d. cap. præterea*, an celebrando facti sint irregulares, indigeantque propterea Apostolica dispensatione? Respondit Congregatio, illud *cap. præterea extr. de jure patronatus*, non excommunicare ipso jure, sed dicere excommunicandos esse: quod etiam Glos. *ibi, verb. communione privetur* annotavit: ideo si quis in specie fuit ob causam ab Ordinario excommunicatus, & postea celebravit, certum est eum incidisse in irregularitatem, ac ideo dispensatione egere. Est etiam animadvertendum ad eos, qui laicorum electioni consenserunt, quia hos ex eo solo creditur fuisse factos irregulares, gl. *de cap. præterea*.

Ultimo dubitatum fuit, An tolerantia Episcoporum, qui pro tempore fuerunt, & ignorantia præteritos excuset, maxime cum dicta beneficia sint valde tenuia? Responsum fuit a sacra Congregatione neutrum excusare. Conquerenti autem Episcopo Lucensi suos Canonicos obtinere beneficia, nec expedire Bullas, visum est respondendum, ut privet eos, qui ita obtinent, adhibitis Vicariis, qui inserviant, usque dum admonitus Sanctissimus provideret possit.

Qui pacifice per triennium aliquod beneficium possedit, non tenetur ostendere titulum, vel docere de titulo. Ita Sacra Congregatio censuit Anno 1588.

Vide etiam de possessione triennali *Sess. 7. cap. 8. in fine.*

REMISSIONES.

a *Nisi Episcopo, &c.*) Vide *Rot. novam decis. 3. de jure patronat.* Roth. *de jure patronat. verbo, competens num. 64. cum seqq.* & *cap. illud, & cap. relatum, de jure patronat.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 11. Card. de Luca.*

CA-

CAPUT XIV.

Tractandum de Missa, Ordine, & Reformatione.

Declarat præterea sancta Synodus, in futura Sessione, quam ad 25. diem Januar. subsequentis anni 1552. habendam esse jam decrevit; una cum Sacrificio Missæ agendum, & tractandum etiam esse de Sacramento Ordinis, & prosequendam esse materiam reformationis.

SESSIO DECIMAQUINTA,

Quæ est quinta

SUB JULIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 25. Januarii, M. D. LII.

Decretum Prorogationis Sessionis.

Cum ex eo, quod proximis Sessionibus decretum fuit, sancta hæc & universalis Synodus per hos dies accuratissime diligentissimeque tractavertit ea, quæ ad sanctissimum Missæ sacrificium, & ad Sacramentum Ordinis spectant, ut hodierna Sessione, quemadmodum Spiritus sanctus suggessisset, decreta de his rebus, & quatuor præterea articulis ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pertinentes, in hanc tandem Sessionem differos publicaret, atque interim affuturos esse putaverit ad hoc Sacrosanctum Concilium eos, qui Protestantes se vocant; quorum causa eorum publicationem articulorum distulerat; & ut libere ac sine conclatione ulla huc venirent, fidem eis publicam, sive salvum (a) conductum concesserat, tamen, cum illi nondum venerint, & eorum nomine supplicatum huic sanctæ Synodo fuerit, ut publicatio, quæ hodierno die faciendæ fuerat, in sequentem Sessionem differatur, certa spe allata, affuturos eos esse non nisi multo ante illam Sessionem, salvo conductu amplioris formæ interim accepto; eadem sancta Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, iisdem Legato & Nuntiis præsidentibus, nihil magis optans, quam ex præstantissima natione Germanica omnes de religione dissensiones, & schismata tollere, ac ejus quieti, paci, otioque consulere; parata, ipsos, si venerint, & humaniter excipere, & benigne audire, confidensque eos non si ei Catholicæ pertinaciter oppugnandæ, sed veritatis cognoscendæ studio esse venturos; &, ut Evangelicæ veritatis studiosos decet, sanctæ matris Ecclesiæ decretis ac disciplinæ ad extremum esse acquieturos; sequentem Sessionem ad edenda & publicanda ea, quæ supra commemorata sunt, in diem Festum sancti Josephi, qui erit dies 19. mensis Martii, distulit, ut illa satis temporis & spatii haberent, non solum ad veniendum, verum etiam ad ea, quæ voluerint, antequam is dies venerit, proponenda. Quibus ut omnem cupiendi divinas causam adimeret; fidem publicam, sive salvum conductum, ejus, qui recitabatur, tenoris & sententiæ, libenter dat & concedit. Interea vero de Matrimonii Sacramento

a Sess. 13.

An aliquo obtinente beneficium vigore præsentationis factæ ab obtinente legitimum jus præsentandi, & non sequuta postea institutione per tunc temporis Episcopum, nec demonstratione contraria voluntatis ejusdem, declarandum sit per Ordinarium successorem, præsentationem præteritam esse nullam, juxta Concil. Tridentinum hic & *sess. 25. cap. 9.* & prout videtur disponere *cap. illud, & cap. prolatum, extr. de jure patr.* An vero declarandum sit tam præsentatum, quam præsentantem in excommunicationem incidere, prout disponit *cap. præterea, extr. de jure patron. & can. si quis deinceps 16. q. 7. cum aliquot seqq.* Congregatio non derogat *decis. præterea*, & aliis similibus, sed quæ in hac materia disponit, volunt reddere jure communi.

Dubitatum quoque fuit, quid juris sit illis qui præsentati, & instituti fuerunt, sed non habent Bullas? Responsum est ab eadem Congregatione sufficere, si aliunde legitime constat de dicta tali institutione, nisi tamen instituti obligati fuissent expedire Bullas Apostolicas; tunc enim obstaret illic Bulla Julii edita adversus eos, qui possessiones beneficiorum adipiscuntur non expeditis omnibus.

Quærebatur, An præsentationes, quæ factæ fuerunt per Episcopum coram inferiori, scilicet Capitulo Collegiatæ ejusdem Ecclesiæ, ex consuetudine, sive ex privilegio, deinde factæ coram Ordinario, sint decendæ consuetæ, prout Concilium requirit *cap. 9. sess. 25.* attento maxime quod quædam promissio inter utrosque interponitur, scilicet, assignatio causa permutationis in Curia factæ, cum derogatione tamen dicti Juris patronatus? Congregatio Concilii, (ut constat ex litteris Illustrissimi & Reverendissimi S. Sixti datis die 4. Februar. 1581.) censuit, si ante Concilium præsentationes factæ sint, validas esse, sive ex privilegio, sive ex consuetudine, secus si post Concilium: quod quidem in hoc *cap. 13.* fultulit privilegium, non autem fundationem.

Rursus quærebatur, An mortuo Episcopo Vicarius generalis, S. de vacante, nullum ad hoc habens speciale mandatum, potuerit instituere ea quæ fuerit? In una Placentinensium fuit relatum, Congregationem Concilii declarasse Vicarium id minime potuisse; quod nota, quæ est contra ea, quæ scripsit Paravius in suo tractatu.

Fuit etiam dubitatum, quid juris sit illis qui nullum eorum habent beneficium, sed solum jure legati relictum fuit a quibusdam, ut certæ in hebdomada missæ celebrentur, & eorum hæredes faciant electionem Sacerdotum, qui hujusmodi legatio satisfaciant? Responsum fuit a Congregatione, satis esse, si prædicti hæredes eligerent Sacerdotem aliquem ex approbatis ab Ordinario.

Præterea fuit dubitatum, præsupposito quod aliqui de prædictis incidarent in censuram, ut *d. cap. præterea*, an celebrando facti sint irregulares, indigeantque propterea Apostolica dispensatione? Respondit Congregatio, illud *cap. præterea extr. de jure patronatus*, non excommunicare ipso jure, sed dicere excommunicandos esse: quod etiam Glos. *ibi, verb. communione privetur* annotavit: ideo si quis in specie fuit ob causam ab Ordinario excommunicatus, & postea celebravit, certum est eum incidisse in irregularitatem, ac ideo dispensatione egere. Est etiam animadvertendum ad eos, qui laicorum electioni consenserunt, quia hos ex eo solo creditur fuisse factos irregulares, gl. *de cap. præterea*.

Ultimo dubitatum fuit, An tolerantia Episcoporum, qui pro tempore fuerunt, & ignorantia præteritos excuset, maxime cum dicta beneficia sint valde tenuia? Responsum fuit a sacra Congregatione neutrum excusare. Conquerenti autem Episcopo Lucensi suos Canonicos obtinere beneficia, nec expedire Bullas, visum est respondendum, ut privet eos, qui ita obtinent, adhibitis Vicariis, qui inserviant, usque dum admonitus Sanctissimus provideret possit.

Qui pacifice per triennium aliquod beneficium possedit, non tenetur ostendere titulum, vel docere de titulo. Ita Sacra Congregatio censuit Anno 1588.

Vide etiam de possessione triennali *Sess. 7. cap. 8. in fine.*

REMISSIONES.

a *Nisi Episcopo, &c.*) Vide *Rot. novam decis. 3. de jure patronat.* Roth. *de jure patronat. verbo, competens num. 64. cum seqq.* & *cap. illud, & cap. relatum, de jure patronat.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 11. Card. de Luca.*

CA-

CAPUT XIV.

Tractandum de Missa, Ordine, & Reformatione.

Declarat præterea sancta Synodus, in futura Sessione, quam ad 25. diem Januar. subsequentis anni 1552. habendam esse jam decrevit; una cum Sacrificio Missæ agendum, & tractandum etiam esse de Sacramento Ordinis, & prosequendam esse materiam reformationis.

SESSIO DECIMAQUINTA,

Quæ est quinta

SUB JULIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 25. Januarii, M. D. LII.

Decretum Prorogationis Sessionis.

Cum ex eo, quod proximis Sessionibus decretum fuit, sancta hæc & universalis Synodus per hos dies accuratissime diligentissimeque tractavertit ea, quæ ad sanctissimum Missæ sacrificium, & ad Sacramentum Ordinis spectant, ut hodierna Sessione, quemadmodum Spiritus sanctus suggessisset, decreta de his rebus, & quatuor præterea articulis ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pertinentes, in hanc tandem Sessionem differos publicaret, atque interim affuturos esse putaverit ad hoc Sacrosanctum Concilium eos, qui Protestantes se vocant; quorum causa eorum publicationem articulorum distulerat; & ut libere ac sine conclatione ulla huc venirent, fidem eis publicam, sive salvum (a) conductum concesserat, tamen, cum illi nondum venerint, & eorum nomine supplicatum huic sanctæ Synodo fuerit, ut publicatio, quæ hodierno die faciendæ fuerat, in sequentem Sessionem differatur, certa spe allata, affuturos eos esse non nisi multo ante illam Sessionem, salvo conductu amplioris formæ interim accepto; eadem sancta Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, iisdem Legato & Nuntiis præsidentibus, nihil magis optans, quam ex præstantissima natione Germanica omnes de religione dissensiones, & schismata tollere, ac ejus quieti, paci, otioque consulere; parata, ipsos, si venerint, & humaniter excipere, & benigne audire, confidensque eos non si ei Catholicæ pertinaciter oppugnandæ, sed veritatis cognoscendæ studio esse venturos; &, ut Evangelicæ veritatis studiosos decet, sanctæ matris Ecclesiæ decretis ac disciplinæ ad extremum esse acquieturos; sequentem Sessionem ad edenda & publicanda ea, quæ supra commemorata sunt, in diem Festum sancti Josephi, qui erit dies 19. mensis Martii, distulit, ut illa satis temporis & spatii haberent, non solum ad veniendum, verum etiam ad ea, quæ voluerint, antequam is dies venerit, proponenda. Quibus ut omnem cupiendi divinas causam adimeret; fidem publicam, sive salvum conductum, ejus, qui recitabatur, tenoris & sententiæ, libenter dat & concedit. Interea vero de Matrimonii Sacramento

a Sess. 13.

egendum, & de eo, præter superiorum decretorum publicationem, definiendum esse eadem Sessione, statuit & decernit, & proseqvendam esse materiam reformationis.

SALVUS CONDUCTUS
datus Protestantibus.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuntiis, inhærendo salvo conductui, in penultima Sessione dato, & illum juxta tenorem infrascriptum ampliando, universis fidem facit, quod omnibus & singulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militaribus, popularibus, & aliis quibuscunque vitæ cujuscunque status, & conditionis aut qualitatis existant, Germanicæ provinciæ & nationis, civitatibus, & aliis locis ejusdem, & omnibus aliis Ecclesiasticis, & sæcularibus, præsertim Augustanæ confessionis personis, qui aut quæ una cum ipsis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi sunt, aut hucusque venerunt, quocunque nomine censeantur, aut valeant nuncupari, tenore præsentium publicam fidem & plenissimam verissimamque securitatem, quam salvum conductum appellant, libere ad hanc civitatem Tridentinam veniendi, ibidemque manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi una cum ipsa Synodo, de quibuscunque negotiis tractandi, examinandi, discutiendi, & omnia, quæcunque ipsis liberit, ac articulos quoslibet, tam scripto quam verbo, libere offerendi, propalandi, eosque Scripturis sacris, & lleat. Patrum verbis, sententiis & rationibus declarandi, astruendi, & persuadendi, &, si opus fuerit etiam ad objecta Concilii generalis respondendi, & cum iis, qui a Concilio delecti fuerint, disputandi Christiane, aut charitative absque omni impedimento conferendi, opprobriis, convitiis, ac contumeliis penitus semotis; & signanter, quod causæ controversiæ secundum sacram Scripturam, & Apostolorum traditiones, probata Conciliis, Catholicæ Ecclesiæ consensum, & sanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur; illo etiam addito, ut religionis prætextu, aut delictorum circa eam commissorum, aut committendorum, minime puniantur, impertitur, ac omnino concedit; sic etiam, ut propter illorum præsentiam, neque in itinere, aut quocunque locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa civitate Tridentina a divinis officiis quovis modo cessetur. Et ut his peractis vel non peractis, quandocunque ipsis libuerit, aut majorum suorum mandato & assensu ad propria revertí optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox absque ulla renitentia, & occasione, aut mora, salvis rebus eorum, & suorum pariter honore, & personis, vice versa, possint juxta beneplacitum libere & secure redire; de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum, ut tunc opportune eorum securitati, absque dolo & fraude provideatur. Vult etiam sancta Synodus, in hac publica fide salvoque conductu omnes quascunque clausulas includi ac contineri, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci, & sufficienti securitate, in eundo, standoque, & redeundo, necessariæ & opportunæ fuerint. Illud etiam ad majorem securitatem, & pacis ac conciliationis bonum exprimens, quod si quispiam, aut illorum aliqui

aliqui sive in itinere, Tridentum veniendo, sive ibidem morando, aut redeundo aliquod enorme, quod absit, egerint aut commiserint, quo posset hujus fidei publicæ & assecurationis beneficium, eis concessum, annullari aut cassari; vult & concedit, ut in hujusmodi facinore deprehensi, ab ipsis duntaxat, & non ab aliis, condigna animadversione, cum emenda sufficienti, per partem ipsius Synodi merito approbanda, & laudanda, mox puniantur; illorum assecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, ut si quisquam, vel aliqui ex ipsa Synodo, sive in itinere, aut manendo, aut redeundo aliquod enorme, quod absit, egerint, aut commiserint, quo posset hujus fidei publicæ & assecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli; in hujusmodi facinore deprehensi, ab ipsa Synodo duntaxat, & non ab aliis condigna animadversione, & emenda sufficienti, per partem Dominorum Germanorum Augustanæ confessionis; tunc hic præsentium merito laudanda & approbanda, mox puniantur; præsenti assecurationis forma conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, quod liceat ipsis Ambasciatoribus, omnibus & singulis, toties quotiescunque opportunum fuerit, seu necessarium, ad auram capiendam exire de civitate Tridentina, & reverti ad eandem, nec non nuntium, vel nuntios suos ad quæcunque loca pro suis necessariis negotiis ordinandis libere mittere seu destinare, ac ipsos missos seu destinatos, seu missum & destinatum suscipere totiescunque, quoties eis videbitur expedire; ita quod aliqui, vel aliquis per deputandos Concilii fiocentur, qui eorum securitati provideant, vel provideat. Qui quidem salvus conductus, & securitas stare ac durare debeat, a tempore, & per tempus, quo in ipsius Synodi, & suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & usque ad Tridentum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, & rursum, post sufficientem audientiam habitam, spatio viginti dierum præmisso, cum ipsi petierint, aut Concilium, habita hujusmodi audientia ipsis recessum indixerit, a Tridento usque in quem quisque elegerit sibi locum tutum, DEO favente restituet, dolo & fraude prorsus exclusis. Quæ quidem omnia pro universis & singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus quibuscunque, atque omnibus aliis Ecclesiasticis & Sæcularibus personis, cujuscunque status & conditionis existant, aut quocunque nomine censeantur, inviolabiliter observanda esse promittit, & bona fide spondet.

Insuper, omni fraude & dolo exclusis, vera & bona fide promittit, ipsam Synodum nullam vel manifeste, vel occulte occasionem quæsituram; aut aliqua auctoritate, potentia, jure, vel statuto, privilegio legum, vel Canonum, aut quorumcunque Conciliorum, præsertim (a) Constantiensis, & Senensis, quacunque forma verborum expressa, in aliquod hujus fidei publicæ, & plenissimæ assecurationis, ac publicæ & liberæ audientiæ, ipsis per ipsam Synodum concessæ, præjudicium quovis modo usurpare, aut quenquam uti permissurum: quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quod si sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cujuscunque conditionis, vel status, aut præeminentiæ exulens, præscriptæ assecurationis, & salvi conductus formam & modum in quocunque puncto vel clausula violaverit; quod tamen avertere dignetur Omnipotens;

(a) Conc. Constanc. Sess. 19. in c. quod non obstantibus salvis conductibus.

& sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, & ipsorum arbitrio merito approbanda & laudanda; habeant ipsam Synodum, & habere poterunt, incidisse in omnes pœnas, quas jure divino & humano, aut consuetudine; hujusmodi salvorum conductuum violatores incurrere possunt, absque omni excusatione, aut quavis in hac parte contradictione.

SESSIO DECIMASEXTA,

Quæ est sexta & ultima

SUB JULIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 28. mensis April. M. D. LII.

Decretum suspensionis Concilii.

SACROSANCTA œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea Reverendissimis Dominis, Sebastiano Archiepiscopo Sipontino, & Aloysio Episcopo Verulano, Apostolicis Nunciis, tam eorum proprio, quam Reverendissimi & Illustrissimi Domini Marcelli, tit. S. Marcelli, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Cresscentii, Legati, ob adversam ejus gravissimam valetudinem absentis, nomine, non dubitat Christianis omnibus patere, hoc Concilium œcumenicum Tridentum primo a Paulo sel. record. convocatum & collectum fuisse, deinde a sanctissimo Domino nostro Julio III. efflagitante Carolo V. Augustissimo Imperatore, ea præcipue de causa fuisse restitutum, ut religionem in multis orbis partibus, & præsertim in Germania, in diversas opiniones miserabiliter distractam, in statum priscum revocaret, abusus & mores Christianorum corruptissimos emendaret; eamque ad hoc agendam quamplurimi Patres, multa laborum suorum periculorumque habita ratione, e diversis regionibus alacriter confluxissent; resque strenue, magno fidelium concursu, feliciterque procederet, ac spes esset non levis, illos Germanos, qui eas novitates excitarant, in Concilium venturos sic animatos, ut veris Ecclesiæ rationibus unanimiter acquiescerent, lux denique quædam rebus affulsisse videretur; caputque attollere inciperet profligata antea & afflicta Respublica Christiana; ii repente tumultus, ea bella hostis generis humani versutia exatserunt, ut Concilium velut hærere, ac suum cursum interrumpere satis incommode cogeretur, speque omnis ulterioris progressus hoc in tempore tolleretur: tantumque aberat, ut sancta Synodus Christianorum malis & incommodis mederetur, ut maiorum mentes, præter sui animi sententiam, irritaret potius quam placaret. Cum igitur ipsa sancta Synodus, omnia & præcipue Germaniam armis ardere & discordiis videret, omnes fere Episcopos Germanos, præsertim Principes Electores, suis consultum Ecclesiis, e Concilio abisse, decrevit tantæ necessitati, non reluctari, & ad meliora tempora rejicere; ut Patres, quod eis nunc agere non licet, suis ovibus

bus prospectum ad suas Ecclesias regredi valerent; ne diutius otiosæ inutili otio conterantur. Atque ita, quoniam sic temporum conditio tulit, hujus œcumenici Concilii Tridentini progressum per biennium suspendendum fore decrevit, prout præsenti decreto suspendit, ea tamen lege, ut, si citius pacata res sit, ac tranquillitas pristina revertatur, quod sperat Dei Optimi Maximi beneficio non longo forte spatio futurum, ipsius Concilii progressus eodemmet tempore suam vim, firmitatem vigoremque habere censeatur: sin autem, quod Deus avertat, peracto biennio prædicta legitima impedimenta non fuerint submota, cum primum cessaverint, talis suspensio eo ipso sublata esse intelligatur, ac suus vigor & robur Concilio sit restitutum, & esse intelligatur, sine alia nova Concilii convocatione, accedente ad hoc decretum consensu & auctoritate Sanctitatis suæ & sanctæ Sedis Apostolicæ.

Interea tamen eadem sancta Synodus exhortatur omnes Principes Christianos, & omnes Prælatos, ut observent, & respective, quatenus ad eos spectat, observare faciant in suis regnis, dominiis, & Ecclesiis omnia & singula, quæ per hoc sacrum œcumenicum Concilium fuerunt hactenus statuta & decreta.

BULLA CELEBRATIONIS CONCILII TRIDENTINI
Sub Pio IV. Pont. Max.

PIUS Episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Ad Ecclesiæ regimen, licet tanto oneri impares, sola Dei dignatione vocati, statum circumferentes mentis oculos per omnes Reipublicæ Christianæ partes, œcumenicique non sine magno horrore, quam longe lateque pestis hæreseos & schismatis pervaserit, & quanta Christiani populi mores correctione indigerent; in eam curam & cogitationem, pro suscepti muneris officio, incumbere cœpimus, quemadmodum ipsas hæreses extirpare, tantumque & tam perniciosum schisma tollere, moresque adeo corruptos & depravatos emendare possemus. Cum autem intelligeremus, ad hæc sananda mala aptissimum esse remedium, quod sancta hæc Sedes adhibere consuevisset, (*a*) œcumenici generalisque Concilii, ejus congregandi, & Deo juvante, celebrandi consilium cepimus. Indictum illud quidem antea fuit a fel. rec. Paulo III. & ejus successore Julio, prædecessoribus nostris; sed variis de causis sæpius impeditum & interpellatum perfici non potuit: siquidem Paulus, (*b*) cum id primo in urbem Mantuam, deinde Vicentiam indixisset; quasdam ob causas, in literis ejus expressas, id primo suspendit, postea Tridentum transtulit: deinde cum quibusdam de causis ibi quoque ejus celebrandi tempus dilatum fuisset, tandem suspensione sublata, in eadem civitate Tridentina inchoatum fuit: verum Sessionibus aliquot habitis, & nonnullis decretis factis, ipsum se postea Concilium, aliquibus de causis, accedente etiam Sedis Apostolicæ auctoritate, (*c*) Bononiam transtulit. Julius autem, qui ei successit, in eandem civitatem Tridentinam id revocavit, quo quidem tempore tacta alia quædam decreta sunt; (*d*) sed cum novi in propinquis Germaniæ locis tumultus excitati fuissent; & bellum in Italia & Gallia gravissimum exarsisset, rursus Concilium suspensum & dilatum fuit, adeunte numerum humani generis hoste, aliisque ex aliis difficultates & impedimenta objiciente, ut tantum Ecclesiæ commodum, quod prorsus auferre non poterat, saltem quam diutissime retardaret. Quantopere vero interea auctæ fue-

a Sup. in pr.

b Supr. in 1. Bulla.

c Sup. Sess. 8.

d Sess. 13. cum seq.

fuerint, & multiplicatæ, ac propagatæ hæreses; quantopere schisma creverit, sine maximo animi dolore nec meminisse possumus, nec referre. Sed tandem pius & misericors Dominus, qui nunquam ita irascitur, ut misericordiæ obliviscatur; Regibus & Principibus Christianis pacem & unanimitatem donare dignatus est. Qua nos occasione obtata, maximum in spem venimus, ipsius misericordis freti, fore, ut his tantis quoque Ecclesiæ malis eadem Concilii via finis imponatur. Nos itaque ad schisma hæresesque tollendas, ad corrigendos & reformandos mores, ad pacem inter Christianos Principes conservandam, celebrationem ejus non esse duximus diutius differendam. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, deliberatione matura, factis etiam consilii nostri certioribus carissimis in Christo filiis nostris, Ferdinando Romanorum Imperatore electo, & aliis Regibus atque Principibus, quos quidem, sicut de eorum summa pietate & sapientia nobis pollicebamur, paratissimos ad ipsius Concilii celebrationem adjuvandam invenimus, ad DEI omnipotentis laudem, honorem & gloriam, atque universalis Ecclesiæ utilitatem, de eorumdem fratrum nostrorum consilio & assensu sacrum œcumenicum, & generale Concilium, ex auctoritate ejusdem Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum, qua nos quoque (e) in terris fungimur, freti & submixi, in civitate Tridentina, ad sactatissimum diem Resurrectionis Dominicæ proxime futurum indicimus, & ibi celebrandum, sublata suspensione quacumque, statuimus atque decernimus. Quocirca venerabiles fratres nostros, omnibus ex locis, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos & dilectos filios Abbates, cæterosque quibus in Concilio generali sedere, & sententiam dicere, jus te commune, vel ex privilegio, vel ex antiqua consuetudine licet; vehementer in Domino hortamur, & monemus, atque etiam districte præcipiendo mandamus, in virtute sanctæ obedientiæ, in vi quoque juramenti, quod præstiterunt, & sub pœnis, quas in eos, qui ad Concilia generalia convenire neglexerint, (f) sacris sciunt esse canonibus constitutas, ut ad Concilium ibi celebrandum conveniant intra eam diem: nisi forte impedimento fuerint legitimo præpediti: quod tamen impedimentum per legitimos procuratores Synodo probare debebunt. Monemus præterea omnes, & singulos, quorum interest, interesseve poterit, ut in Concilio adesse ne negligant. Charissimos vero in Christo filios nostros, Romanorum Imperatorem electum, cæterosque Reges, & Principes, quos optandum sane esset Concilio interesse posse, hortamur, & rogamus, ut, si ipsi Concilio interesse non potuerint; at Oratores suos, prudentes, graves, & pios viros utique mittant, qui ipsorum nomine illi intersint, currenteque diligenter pro sua pietate, ut ex eorum regnis atque dominiis Prælati sine recusatione ac mora, tam necessario tempore, DEO & Ecclesiæ officium suum præstent; eosdem etiam curaturos esse minime dubitantes, ut per ipsorum regna, & dominia rutum ac liberum iter Prælatis, eorumque familiaribus, comitibus, & aliis omnibus ad Concilium euntibus, & ab illo redeuntibus pateat, benigneque ac comiter omnibus in locis recipiantur, atque tractentur; sicut quod ad nos attinet, ipsi quoque curabimus, qui nihil omnino prætermittere decrevimus, quod ad rem piam & salutare opus perficiendum, a nobis, in hoc loco constitutis, præstari possit; nihil, ut DEUS scit, quæten-

(e) Matth. 16. 19. Joan. 20. 23. Concil. Trident. Sess. 14. de pœnit. c. 7. Sess. 24. de reform. c. 4. (f) Concil. Carth. 3. c. 42. Sess. 24. c. 2. de reform.

tes aliud, nihil propositum habentes in hoc Concilio celebrando, nisi honorem ipsius DEI, dispersarum ovium reductionem, ac salutem & perpetuam Christianæ Reipublicæ tranquillitatem ac quietem. Ut vero hæ literæ, & quæ in eis continentur, ad omnium, quorum oportet, notitiam perveniant, nec quisquam ea excusatione uti possit, quod illa ignoraverit, præsertim, cum non ad omnes, quos de his literis certiores fieri oporteret, tutus forsitan pateat aditus; volumus, & mandamus, ut in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, ut Missarum solemnibus interfit, congregari solet, palam, clara voce a Curiæ nostræ cursoribus, seu notariis aliquibus publicis recitentur: & postquam recitatæ fuerint, ad valvas earum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur: ibique, quo legi, & omnibus innotescere possint, aliquamdiu relinquantur: cum autem inde amoventur, earum exempla in eisdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem, & affixionem omnes, & singulos, qui his literis comprehenduntur, post duos menses a die publicationis & affixionis earum, volumus perinde adstrictos & obligatos esse, ac si ipsis-met illæ coram editæ, & lectæ fuissent. Transumptis quoque earum, quæ manu publici alicujus Notarii scripta subscriptave, & sigillo & subscriptione alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munita fuerint, ut sine dubitatione ulla fides habeatur, mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis, statuti, decreti, præcepti, admonitionis, & adhortationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1563. Kal. Decemb. Pontificatus nostri anno primo.

Antonius Florebellus,

Barengus.

SESSIO DECIMASEPTIMA,

Quæ est prima

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 18. Januar. M.D.LXII.

Decretum de celebrando Concilio.

PLACETNE vobis, ad laudem & gloriam sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ad incrementum & exaltationem fidei & religionis Christianæ, sacrum œcumenicum & generale Concilium Tridentinum, in Spiritu sancto legitime congregatum, ab hodierno die, qui est 18. mensis Januarii Anni a Nativitate Domini 1562. Cathedræ Ro-

Romanæ Sanctæ Petri, Apostolorum Principis, consecrato, subsata quacumque suspensione, juxta formam & tenorem literarum sanctissimi Domini nostri Pii IV. Pontificis Maximi celebrati, (*a*) & in eo ea, debito servato ordine, tractari, quæ proponentibus Legatis, ac præsidentibus, ad horum temporum levandas calamitates, sedandas de religione controversias, coercendas linguas dolosas, depravatorum morum abusus corrigendos, Ecclesiæ veram atque Christianam pacem conciliandam apta & idonea ipsi sanctæ Synodo videbuntur? *Responderunt*: PLACET.

a Infr. Sess. 24. 25. c. 21.

Indictio futuræ Sessionis.

PLACETNE vobis, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse Feria quinta, post secundam Dominicam Quadragesimæ, quæ erit die 26. mensis Februarii? *Responderunt*: PLACET.

SESSIO DECIMAOCTAVA,

Quæ est secunda

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 26. Februarii, M. D. LXII.

Decretum de librorum delectu, & omnibus ad Concilium fide publica invitandis.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, humanis quidem viribus confisa, sed Domini nostri Jesu Christi, qui os, (*a*) & sapientiam Ecclesiæ suæ datorum se monuit, ope & auxilio freta, illud præcipue cogitat, ut Catholicæ fidei doctrinam, multorum inter se dissentientium opinionibus, pluribus locis impugnatam & oblocutam, in suam integritatem & splendorem aliquando restituat; & mores, qui a veteri instituto defluxerunt, ad meliorem vitæ rationem revocet; corque (*b*) patrum ad filios, & eorum ad Patres conveniat. (*c*) Cum itaque omnium primum animadvertit, hoc tempore suspectorum ac perniciosorum librorum, quibus doctrina impura continetur, & longe lateque diffunditur, numerum nimis excrevisse, quod quidem in causa fuit, ut multæ censuræ in variis Provinciis, & præsertim in alma Urbe Roma pio quodam zelo editæ fuerint, neque tamen huic tam magno ac pernicioso morbo salutarem ullam profuisse medicinam; censuit, ut delecti ad hanc disquisitionem Patres de censuris librisque, quid facto opus esset, diligenter considerarent, atque etiam ad eandem sanctam Synodum suo tempore referrent; quo facilius ipsa possit varias & peregrinas doctrinas, tamquam (*d*) zizania, a Christianæ veritatis tritico separare, deque his commodius deliberare, & statuere, quæ ad scrupulum ex compluribus animis eximendum, & tollendas multarum querelarum causas, magis opportuna videbuntur. Hæc autem omnia ad notitiam quorumcumque deducta esse vult, prout etiam præsenti decreto deducit: ut, si quis ad se pertinere aliquo modo putaverit, quæ vel de hoc librorum & censurarum negotio, vel de aliis, quæ in hac generali Concilio tractanda prædixit; non dubitet a sancta Synodo se benigne auditum iri.

a Luc. 21.

b Luc. 1.

c Infr. Sess. ult. circa fin.

d Matth. 13. c. 25. 1 Cor. 13. 8.

Quoniam vero eadem sancta Synodus ex corde optat, Deumque enixe rogat, quæ ad pacem sunt Ecclesiæ, ut universi communem matrem in

e Isai. 49. terris agnoscentes, quas quos (*e*) peperit, oblivisci non potest, unanimes,

f Rom. 15. (*f*) uno ore, gloriticemus Deum & Patrem Domini nostri Jesu Christi; per viscera misericordiæ ejusdem DEI & Domini nostri; omnes qui nobiscum communionem non habent, ad concordiam & reconciliationem & ut ad hanc sanctam Synodum veniant, invitat atque hortatur; utque charitatem, (*g*) quod est vinculum perfectionis, amplectantur; pacemque Christi, exultantem in cordibus suis, præferant, in quam vocati sunt in uno corpore. Hanc ergo non humanam, sed Spiritus sancti vocem audientes,

g Coloss. 3.

h Ps. 29. & Hebr. 3. i Eph. 4. k Rom. 13. 2.

ne obdurent (*h*) corda sua, sed in suo sensu non (*i*) ambulantes, neque sibi (*k*) placentes, ad tam piam & salutarem matris suæ admonitionem excitentur, & convertantur; omnibus enim charitatis officiis sancta Synodus eos, ut invitat, ita complectetur.

Insuper eadem sancta Synodus decrevit, fidem publicam in Congregatione generali concedi posse, & eandem vim habituram, ejusdemque roboris & momenti futuram, ac si in publica Sessione data & decreta fuisset.

REMISSIONES.

a Vide Concil. Coloniense tit. de scholis &c. 9. Item Concil. ad Liberat. Collect. 8. n. 3. in fine.

Indictio futuræ Sessionis.

Eadem sacrosancta Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, statuit, & decernit, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse Feria quinta post sacratissimum festum Ascensionis Domini, quæ erit die 14. mensis Maii.

SALVUS CONDUCTUS concessus Germanica nationi.

In Congregatione generali, die 14. Martii, 1562.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Sedis Apostolicæ Legatis, Universis fidem facit, quo omnibus & singulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militaribus, popularibus, & aliis quibuscunque viris cujuscunque status, & conditionis aut qualitatis existant, Germanicæ provinciæ & nationis, civitatibus, & aliis locis ejusdem, & omnibus aliis Ecclesiasticis, & secularibus, præsertim Augustanæ confessionis personis, qui aut quæ una cum ipsis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi sunt, aut hucusque venerunt, quocunque nomine censeamur, aut valeant nuncupari, tenore præsentium publicam fidem & plenissimam veramque securitatem, quam salvum conductum appellant, libere ad hanc civitatem Tridentinam veniendi, ibidemque manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi una cum ipsa Synodo, de

de quibuscunque negotiis tractandi, examinandi, discutiendi, & omnia, quæcunque ipsis liburit, ac articulos quoslibet, tam scripto quam verbo, libere offerendi, propalandi, eosque Scripturis sacris, & Bear. Patrum verbis, sententiis & rationibus declarandi, astruendi, & persuadendi, &, si opus fuerit etiam ad objecta Concilii generalis respondendi, & cum iis, qui a Concilio delecti fuerint, disputandi, aut charitative absque omni impedimento conferendi, opprobriis, convitiis, ac contumeliis penitus semotis; & signanter, quod causæ controversæ secundum sacram Scripturam, & Apostolorum traditiones, probata Concilia, Catholicæ Ecclesiæ consensum, & sanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur; illo etiam addito, ut religionis prætextu, aut defectorum circa eam commissorum, aut committendorum, minime puniantur, impertitur, ac omnino concedit; sic etiam, ut propter illorum præsentiam, neque in itinere, aut quocunque locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa civitate Tridentina a divinis officiis quovis modo cessetur. Et ut his peractis vel non peractis, quandocunque ipsis liberet, aut majorum suorum mandato & assensu ad propria reverti optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox absque ulla remoratia, & occasione, aut mora, salvis rebus eorum, & suorum pariter honore, & personis, vice versa, possint juxta beneplacitum libere & secure redire; de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum, ut tunc opportune eorum securitati, absque dolo & fraude provideatur. Vult etiam sancta Synodus, in hac publica fide salvoque conductu omnes quascunque clausulas includi ac contineri, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci, & sufficienti securitate, in eundo, stando, & redeundo, necessariæ & opportunæ fuerint. Illud etiam ad majorem securitatem, & pacis ac conciliationis bonum exprimens, quod si quispiam, aut illorum aliqui sive in itinere, Tridentum veniendo, sive ibidem morando, aut redeundo aliquod enorme, quod absit, egerint aut commiserint, quo posset hujus fidei publicæ & assecurationis beneficium, eis concessum, annullari aut cassari vult & concedit, ut in hujusmodi facinore deprehensi, ab ipsis duntaxat, & non ab aliis, condigna animadversione, cum emenda sufficienti, per partem ipsius Synodi merito approbanda, & laudanda, mox puniantur; illorum assecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, ut si quispiam, vel aliqui ex ipsa Synodo, sive in itinere, aut manendo, aut redeundo aliquod enorme, quod absit, egerint, aut commiserint, quo posset hujus fidei publicæ & assecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli; in hujusmodi facinore deprehensi, ab ipsa Synodo duntaxat, & non ab aliis condigna animadversione, & emenda sufficienti, per partem Dominorum Germanorum Augustanæ confessionis, tunc hic præsentium merito laudanda & approbanda, mox puniantur; præsenti assecurationis forma conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, quod liceat ipsis Ambasciatoribus, omnibus & singulis, toties quoticunque opportunum fuerit, seu necessarium, ad auram capiendam exire de civitate Tridentina, & reverti ad eandem, nec non nuntium, vel nuntios suos ad quæcunque loca pro suis necessariis negotiis ordinandis libere mittere seu destinare, ac ipsos

ipsos missos seu destinatos, seu missum & destinatum suscipere toties, quoties eis videbitur expedire; ita quod aliqui, vel aliquis per deputandos Concilii scientur, qui eorum securitati provideant, vel provideat. Qui quidem salvus conductus, & securitas stare ac durare debeat, a tempore, & per tempus, quo in ipsius Synodi, & suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & usque ad Tridentum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, & rursum, post sufficientem audientiam habitam, spatio viginti dierum præmisso, cum ipsi petierint, aut Concilium, habita hujusmodi audientia ipsis recessum indixerit, a Tridento usque in quem quisque elegerit sibi locum tutum, DEO favente restituet, dolo & fraude prorsus exclusis. Quæ quidem omnia pro universis & singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus quibuscunque, atque omnibus aliis Ecclesiasticis & Sæcularibus personis, cujuscunque status & conditionis existant, aut quocunque nomine censeantur, inviolabiliter observanda esse promittit, & bona fide spondet. Insuper, omni fraude & dolo exclusis, vera & bona fide promittit, ipsam Synodum nullam vel manifeste, vel occulte occasionem quæsituram; aut aliqua auctoritate, potentia, jure, vel statuto, privilegio legum, vel Canonum, aut quorumcunque Conciliorum, præsertim Constantiensis, & Senensis, quacumque forma verborum expressa, in aliquod hujus fidei publicæ, & plenissimæ assecurationis, ac publicæ & liberæ audientiæ, ipsis per ipsam Synodum concessæ, præjudicium quovis modo usurpatum, aut quæquam uti permissuram: quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quod si sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cujuscunque conditionis, vel status, aut præeminentiæ existens, præscriptæ assecurationis, & salvi conductus formam & modum in quocunque puncto vel clausula violaverit; quod tamen avertere dignetur Omnipotens; & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, & ipsorum arbitrio merito approbanda & laudanda; habeant ipsam Synodum, & habere poterunt, incidisse in omnes pœnas, quas jure divino & humano, aut consuetudine, hujusmodi salvorum conductuum violatores incurrere possunt, absque omni excusatione, aut quavis in hac parte contradictione.

Extensio ad alias Nationes.

Eadem sacrosancta Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis de latere Legatis, omnibus, & singulis aliis, qui nobiscum in iis, quæ sunt fidei, communionem non habent, ex quibuscumque regnis, nationibus, provinciis, civitatibus, ac locis, in quibus publice, & impune prædicatur, vel docetur, sive creditur contrarium ejus, quod sancta Romana sentit Ecclesia, dat fidem publicam sive salvum conductum sub eadem forma, & eisdem verbis, quibus datur Germanis.

SES-

SESSIO DECIMANONA,

Quæ est tertia

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 14. Maji, M. D. LXII.

Decretum prorogationis Sessionis.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, decreta ea, quæ hodie in præsenti Sessione statuenda ac facienda erant, justis nonnullis ac honestis causis, in Feriam quintam, post proximam solemnitatem Corporis Christi, quæ erit pridie Nonas Junii, prorogandæ esse censuit, ac prorogat, dictaque die Sessionem habendam esse ac celebrandam, omnibus indicit. Interea rogandus est Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, auctor pacis, ut sanctificet corda omnium; quo adjuvante, sancta Synodus & nunc, & semper meditari, atque peragere valeat, quæ ad ejus laudem & gloriam pertinent.

SESSIO VIGESIMA,

Quæ est quarta

SUB PIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 14. Junii, M. D. LXII.

Decretum Prorogationis Sessionis.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, propter varias difficultates, ex diversis causis exortas, atque etiam ut congruentius, majorique cum deliberatione omnia procedant; nempe ut dogmata cum iis, quæ ad reformationem spectant, simul tractentur & sanciantur; ea quæ statuenda videbuntur tam de reformatione, quam de dogmatibus in proxima Sessione, quam omnibus indicit in diem sextam decimam subsequentis mensis Julii, definienda esse decrevit. Hoc tamen adjecto, quod dictum terminum ipsa sancta Synodus pro ejus arbitrio & voluntate, ticuti rebus Concilii paraverit expedire, etiam in generali Congregatione restringere & prorogare libere possit & valeat.

SES-

SESSIO VIGESIMAPRIMA,

Quæ est quinta

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 16. Jul. M. D. LXII.

Doctrina de Communione sub utraque specie, & parvulorum.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, cum de tremendo & sanctissimo Eucharistiæ Sacramento varia diversis in locis errorum monstra nequissimi dæmonis artibus circumferantur, ob quæ in nonnullis provinciis multi a Catholicæ Ecclesiæ fide atque obedientia videantur discessisse; censuit, ea, quæ ad Communionem sub utraque specie, & parvulorum pertinent, hoc loco exponenda esse. Quapropter cunctis Christi fidelibus interdicit, ne posthac de iis aliter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, quam ex his decretis explicatum atque definitum.

CAPUT I.

Laicos & Clericos non conficientes, non astringi jure divino ad Communionem sub utraque specie.

a ITaque sancta ipsa Synodus, a Spiritu sancto, qui spiritus est (a) sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & pietatis, edocta, atque ipsius Ecclesiæ (b) judicium & consuetudinem secuta, declarat ac docet, nullo divino præcepto laicos, & Clericos, non conficientes, obligari ad

a Isai. 11.

b Concil. Constant. Sess. 13. in fin. Can. 1.

Conc. Trid. cum Gall.

Eucharistiæ Sacramentum sub utraque specie sumendum; neque ullo pacto, salva fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei Communio ad salutem sufficiat. Nam (c) etsi Christus Dominus in ultima Cœna venerabile hoc Sacramentum in panis & vini speciebus instituit, & Apostolis tradidit; non tamen illa institutio & traditio eo tendunt, ut omnes Christi fideles statuto Domini ad utramque speciem accipiendam adstringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Joannem sexto, recte colligitur, utriusque speciei Communionem a Domino præceptam esse: utcumque juxta varias sanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes intelligatur. Namque qui dixit: (d) Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoque: (e) Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: Et qui dixit: (f) Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: dixit etiam: (g) Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et denique qui dixit: (h) Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo; dixit nihilominus: (i) Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.

c Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

d Joan. 6.

e Ibid.

f Ibid.

g Ibid.

h Ibid.

i Ibid.

REMISSIONES.

a Vide Part. Henriq. in *summ. lib. 3. de Eucharistia, cap. 44. a princ.* Card. Bellarm. *lib. 4. de Euchar. cap. 24.* Valent. *de Sacram. disp. 6.*

SESSIO DECIMANONA,

Quæ est tertia

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 14. Maji, M. D. LXII.

Decretum prorogationis Sessionis.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, decreta ea, quæ hodie in præsenti Sessione statuenda ac facienda erant, justis nonnullis ac honestis causis, in Feriam quintam, post proximam solemnitatem Corporis Christi, quæ erit pridie Nonas Junii, prorogandæ esse censuit, ac prorogat, dictaque die Sessionem habendam esse ac celebrandam, omnibus indicit. Interea rogandus est Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, auctor pacis, ut sanctificet corda omnium; quo adjuvante, sancta Synodus & nunc, & semper meditari, atque peragere valeat, quæ ad ejus laudem & gloriam pertinent.

SESSIO VIGESIMA,

Quæ est quarta

SUB PIO III. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 14. Junii, M. D. LXII.

Decretum Prorogationis Sessionis.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, propter varias difficultates, ex diversis causis exortas, atque etiam ut congruentius, majorique cum deliberatione omnia procedant; nempe ut dogmata cum iis, quæ ad reformationem spectant, simul tractentur & sanciantur; ea quæ statuenda videbuntur tam de reformatione, quam de dogmatibus in proxima Sessione, quam omnibus indicit in diem sextam decimam subsequentis mensis Julii, definienda esse decrevit. Hoc tamen adjecto, quod dictum terminum ipsa sancta Synodus pro ejus arbitrio & voluntate, ticuti rebus Concilii paraverit expedire, etiam in generali Congregatione restringere & prorogare libere possit & valeat.

SES-

SESSIO VIGESIMAPRIMA,

Quæ est quinta

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 16. Jul. M. D. LXII.

Doctrina de Communione sub utraque specie, & parvulorum.

SAcrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, cum de tremendo & sanctissimo Eucharistiæ Sacramento varia diversis in locis errorum monstra nequissimi dæmonis artibus circumferantur, ob quæ in nonnullis provinciis multi a Catholicæ Ecclesiæ fide atque obedientia videantur discessisse; censuit, ea, quæ ad Communionem sub utraque specie, & parvulorum pertinent, hoc loco exponenda esse. Quapropter cunctis Christi fidelibus interdicit, ne posthac de iis aliter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, quam ex his decretis explicatum atque definitum.

CAPUT I.

Laicos & Clericos non conficientes, non astringi jure divino ad Communionem sub utraque specie.

a ITaque sancta ipsa Synodus, a Spiritu sancto, qui spiritus est (a) sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & pietatis, edocta, atque ipsius Ecclesiæ (b) judicium & consuetudinem secuta, declarat ac docet, nullo divino præcepto laicos, & Clericos, non conficientes, obligari ad

a Isai. 11.

b Concil. Constant. Sess. 13. in fin. Can. 1.

Conc. Trid. cum Gall.

Eucharistiæ Sacramentum sub utraque specie sumendum; neque ullo pacto, salva fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei Communio ad salutem sufficiat. Nam (c) etsi Christus Dominus in ultima Cœna venerabile hoc Sacramentum in panis & vini speciebus instituit, & Apostolis tradidit; non tamen illa institutio & traditio eo tendunt, ut omnes Christi fideles statuto Domini ad utramque speciem accipiendam adstringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Joannem sexto, recte colligitur, utriusque speciei Communionem a Domino præceptam esse: utcumque juxta varias sanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes intelligatur. Namque qui dixit: (d) Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoque: (e) Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: Et qui dixit: (f) Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: dixit etiam: (g) Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et denique qui dixit: (h) Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo; dixit nihilominus: (i) Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.

c Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

d Joan. 6.

e Ibid.

f Ibid.

g Ibid.

h Ibid.

i Ibid.

REMISSIONES.

a Vide Part. Henriq. in *summ. lib. 3. de Eucharistia, cap. 44. a princ.* Card. Bellarm. *lib. 4. de Euchar. cap. 24.* Valent. *de Sacram. disp. 6.*

disp. 6. quæst. 6. punct. 5. Petr. Ledesm. *in summ. pnt. tract. de Euchar. cap. 16. concl. 2.* P. Ægid. *de Sacram. & consor. tom. 1. quæst. 80. num. 111. cum seqq. & 3. 73. n. 36.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. n. 58. in fin. & 59.* ubi etiam *de casu hujusmodi, Sess. 21.*

CAPUT II.

Ecclesiæ potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiæ.

a PRæterea declarat, hanc potestatem penes eam in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statuerit vel mutarit, quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum veneration, pro rerum, temporum & locorum varietate, magis expedire judicaret. Id autem Apostolus non obscure visus est innuisse, (a) cum ait: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, atque ipsum quidem hac potestate usum esse, satis constat, cum in multis alias, tum in hoc ipso Sacramento, cum ordinatis nonnullis circa ejus usum. (b) Cætera, inquit, cum venero, disponam. Quare agnoscens sancta mater Ecclesia hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianæ Religionis non infrequens utriusque speciei usus fuisset; tamen progressu temporis latissime jam mutata illa consuetudine, gravibus & justis causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi (c) approbavit, & pro lege habendam decrevit; quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiæ auctoritate pro libito mutare non licet.

a 1. Cor. 4. 1. Co. 11.

b 2. Cor. 12.

c Concil. Constan. Sess. 13.

REMISSIONES.

a Vide P. Henriq. *in summ. lib. 8. de Eucharistia, cap. 44. §. 3.* P. Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 22. num. 27.* P. Ægid. *de Sacram. & consor. tom. 1. disp. 80. num. 121.* P. Valquez *in 3. p. D. Thomæ, tom. 3. disp. 233. num. 22.*

CAPUT III.

Totum & integrum Christum, ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi.

a INsuper declarat, quamvis Redemptor noster, ut antea dictum est, (a) in suprema illa Cœna hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, & Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum (b) atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia, necessaria ad salutem, eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt.

a Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

b Concil. Constan. Sess. 13. Concil. Florent. in Decret. Eugen. Sess. ult. Concil. Trid. Sess. 21. cap. 1. & 2.

REMISSIONES.

a Vide Balduin. Junium *super opera controvers. Bellarm. p. 2. lib. 3. cap. 8. a principio.* Pat. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 37. & 38.* P. Ægid. *de Sacram. quæst. 76. art. 3. n. 32. & 33.* Petr. Ledesm. *in sum. p. 1. tit. de Euchar. c. 7. concl. 1. & 4.*

CAPUT IV.

Parvulos non obligari ad Communionem Sacramentalem.

DEnique a & eadem sancta Synodus docet, (a) parvulos 7 usu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad Sacramentalem Eucharistiæ Communionem; siquidem per (b) lavacrum regenerati & Christo incorporati, amittant jam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt. b Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit. Ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.

a Infantes, Concil. Florent. in Decret. Eugen. Sess. ult.

b Concil. Trid. Sess. 21. cap. 4.

REMISSIONES.

a Vide P. Henriq. *in sum. lib. 8. de Euchar. c. 43. a princ.* Valquez *in D. Th. tom. 3. disp. 222. n. 17. & disp. 214. n. 35.* P. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 29. n. 4. n. 83.* P. Ægid. de Coninck *de Sacramento, & consor. tom. 1. quæst. 80. art. 9. 4 num. 72. cum seqq.* Petr. Ledesm. *in summ. p. 1. tract. de Euchar. cap. 13. concl. 7.*

b Infantes, si daretur eis communio, recipiuntur gratiam, resolutum Victor. *verbo, Eucharistia, n. 82. in fine;* P. Soar. *tom. 3. disp. 62. sect. 4.* P. Ægid. *d. 4. §. 20. art. 9. n. 77.* Petr. Ledesm. *d. c. 13. concl. 3. dub. 2.*

c *Usu rationis carentes.*) De amentibus perpetuis idem, quod de infantibus sentiendum esse docet P. Valer. Reginald. *d. lib. 29. num. 78. ubi* 79. An debeat administrari Eucharistia in articulo mortis amentiam patientibus tunc temporis, de quo etiam P. Henriq. *in summ. lib. 8. cap. 42. §. 3. in fine.* P. Soar. *tom. 3. disp. 69. sect. 2. dub. 3.*

d *Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, &c.*) Vide P. Ægid. *d. art. 9. n. 75.*

DE COMMUNIONE SUB utraque specie & parvulorum.

CANON I.

a Si quis dixerit, (a) ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti sumere debere; anathema sit.

a Concil. Constant. Sess. 13.

CANON II.

b Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam (b) Catholicam non justis causis & rationibus adductam fuisse, ut laicos, atque etiam Clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse; anathema sit.

b Suy. c. 1. & Concil. Const. de comm. lor.

CANON III.

c Si quis negaverit, totum (c) & integrum Christum omnium gratiarum fontem & auctorem, sub una panis specie sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ipsius Christi constitutionem sub utraque specie sumatur; anathema sit.

c Supr. c. 3. & Sess. 13. c. 3. & Can. 3. Concil. Constan. Sess. 13.

CANON IV.

d Si quis dixerit, (d) parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem; anathema sit.

d Supr. in Pr. & c. 4.

Duos vero articulos, (e) alias propositos, nondum tamen excussos, videlicet, an rationes, quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub una tantum panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione calicis usus cuiquam sit permittendus: &, An, si honestis & Christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi vel regno calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit; & quænam sint illæ: Eadem sancta Synodus, (f) in aliud tempus, oblata sibi quamprimum occasione, examinandos, atque definiendos reservat.

e Sess. 22. in decret.

f Infr. Sess. 22. in fin.

REMISSIONES.

a CANON I. Vide Card. Bellarmin. *lib. 4. de Eucharistia, cap. 20. cum seq.* Pat. Piemontesium *in summ. lib. 8. de Eucharist. cap. 21.* P. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 29. n. 38. in fine;* optime P. Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 1. §. 80. num. 111. cum seq.*

b CANON II. Vide P. Ægid. *de Sacram. tom. 1. quæst. 80. num. 121.* ubi percurrit justissimas rationes, quas habet Ecclesia præcipiendi laicis communionem sub una sola specie.

c CANON III. Vide Bald. Junium *super opera controv. Bellarm. p. 2. lib. 3. cap. 8. a princ.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 1. p. 76. art. 3. num. 32.*

♪ CANON IV. Vide Doctores supra citatos in *cap.* 4.

a *Antequam ad annos discretionis perveniant.*) In qua ætatis parte incipiant pueri habere discretionem sufficientem ad obligationem præcepti communicandi? Relinqui debere ad arbitrio patentium, & Confessarii resolvunt P. Soar. *tom.* 3. *disp.* 70. *sect.* 1. P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. lib.* 29. *num.* 23. P. Ægid. *tom.* 1. *de Sacram. quæst.* 80. *art.* 11. *dub.* 4. *num.* 102.

DECRETUM DE REFORMATIONE.

EAdem sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ad Dei omnipotentis laudem, & sanctæ Ecclesiæ ornamentum, ea, quæ sequuntur, de reformationis negotio in præsenti statuenda esse censuit.

CAPUT I.

Episcopi gratis debent ordinare, tonsurare, dimissorias & testimoniales dare, eorumque ministri pro istiusmodi literas sigillare: nec sponte oblatum recipiendum est. Ubi est consuetudo aliquid accipiendi pro literis, nihil capiatur a Notariis pro officio ultra decimam unius aureiportem, modo aliunde iis non suppetat salarium, &c.

a Vide c. 1. Later. c. 63. Concil. Chalc. 2. c. 2. Concil. Bracarens. 2. cap. 3. Concil. Aurel. 3. c. 3. Concil. Toled. 8. Can. 5. c. sicut Epif. 1. q. 2.

QUoniam (*a*) ab Ecclesiastico ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet; 1. nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro literis dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, β etiam sponte oblatum, * Episcopi, & alii Ordinum collatores, γ aut eorum ministri quovis prætextu accipiant. ♪ c Notarii vero in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissoriis aut testimonialibus, decimam tantum ζ unius aurei partem accipere possint; dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo; nec Episcopo ex Notarii commodis aliquod emolumentum ex eisdem Ordinum collationibus directe, vel indirecte provenire possit, tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potius abusus, & corruptelæ, symoniacæ pravitati faventes, nuncupari possunt, penitus cassando, & interdicendo: & qui secus fecerint, tam η dantes, quam accipientes, ultra divinam ultionem, (*b*) pœnas a jure inflictas ipso facto incurrant.

b c. Ita canon. 11

DECLARATIONES.

1. *Nihil pro collatione.*) Consuetudo percipiendi ab Ordinatis ad primam tonsuram forcipes, pectines, & mappas, præter faculas parituque a presbyteris, intelligitur petinde ac corruptela, revocata, nullamque eo nomine oblationem initiatus, Pontificali Romano permittente, consuevit offerre.

Pro collatione & institutione Ecclesiarum curatarum, vel pro deputatione Vicariorum in illis, Cancellarius potest in singulas accipere mercedem suo labori conveniente: quæ tamen scriptura, sigillo & cæteris omnibus computatis, unum aureum non excedat, & dummodo ipsi Cancellario salarium nullum pro officio suo exercendo præstitum sit, & dummodo ex pecunia, quam accipit, nihil prorsus emolumenti Collatores aut institutores ullo modo directe vel indirecte percipiant.

Item declaravit S. D. N. Gregorius XIII. hoc decretum vendicare etiam sibi locum in collatione beneficiorum, præsertim curatorum, neque pro sigillo aliquid accipi posse, non obstante quacumque etiam immemorabili consuetudine, seque dicendum est, quod Ordinarius in collatione beneficiorum pro sigillo nihil potest accipere, etiamsi ab immemorabili tempore fuerit observatum, ut certum quid recipiat: licet contrarium senserit gloss. *mag. in c. cum olim de major. & obed.* Et ita consuluit Congregatio *in una Ravennatensi*, Iasuper Officiales Ordinarii, ac Ordinarius ipse pro dispensationibus ad eum remissis nihil possunt accipere, non obstante contraria consuetudine etiam immemorabili.

Congregatio Concilii censuit, non posse Cancellarios pro expeditione literarum collationis, vel institutionis quorumcumque beneficiorum, vel pro deputatione Vicariorum in illis accipere, nisi mercedem suo labori convenientem, quæ tamen scriptura, sigillo, & cæteris computatis unum aureum non excedat, dummodo tamen ipsis Cancellariis salarium nullum pro officio exercendo constitutum non sit, & ex pecunia, quam acceperant, nihil prorsus emolumenti collatores, aliquo modo directe vel indirecte percipiant.

22. Jan. 1584.

Item Episcopo Mattariensi idem Gregorius declaravit non posse exigere annatam pro confirmatione vel benedictione Abbatissæ: vel pro collatione alicujus beneficii de mensa Episcopali, vel dimidiam annatam, si beneficium esset Jurispatronatus.

REMISSIONES.

a Vide Navar. in *Man. cap.* 22. *num.* 38. Matth. Soar. in *praxi & ordine visitandi cap.* 23. *num.* 6. Navar. *Cons.* 1. *de Cenſib.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib.* 25. *cap.* 14. *num.* 197. *in fine.*

β *Etiam sponte oblatum.*) Vide P. Soar. *de Relig. lib.* 4. *de Simonia, cap.* 49. *num.* 2. * Paz. in *sua praxi annotatione* 5. *ex num.* 51. *cum pluribus seqq.* Salzedo ad *Bern. Diaz in prax. can. cap.* 27. *lit. A. & cap.* 91. *lit. D.*

γ *Aut eorum ministri.*) Vide P. Valer. Reginald. *d. lib.* 23. *num.* 200. Et de Collatoribus vide P. Soar. *lib.* 4. *de Simonia, cap.* 53. *num.* 14.

♪ *Notarii vero, &c.*) Vide P. Soar. *d. cap.* 53. *num.* 6. *cum seqq.* P. Leonard. Lessi. *de justit. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 10. Zerol. *in praxi Episcop.* 3. 1. *verbo, Dimissoria, vers. ad septimum, p.* 122. Cened. ad *Decretal. Collect.* 177. *num.* 1. ubi etiam dubius resolvit, quod post confecta instrumenta, & traditi partibus, possunt Notarii, quod ab Ordinariis sponte offertur, recipere, de quo Matienl. in *Dialog. relat. p.* 3. *cap.* 25. *num.* 5. Perez *l.* 1. *Gloss.* 11. *post med. tit.* 9. *lib.* 2. *Ordin.*

Conc. Trid. cum Gall.

ζ Utrum Notarius possit aliquid accipere, quando nullum habet stipendium sibi constitutum ab Episcopo? Affirmant Angel. *verbo, Simonia,* 3. *num.* 22. P. Valer. Regin. *d. lib.* 23. *num.* 200. *vers. Quæritur.*

ζ *Decimam tantum unius aurei partem.*) Vide Zerol. in *praxi Episc. p.* 3. *verbo, dimissorie, vers. ad septim. num. ibi quarto.* P. Valer. Regin. *d. lib.* 23. *num.* 200.

η *Tam dantes, quam accipientes.*) Vide Parr. Soar. *d. cap.* 49. *num.* 5.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 14. *Card. de Luca.*

CAPUT II.

Nullus quantumvis idoneus, secularis Clericus majoribus ordinetur, nisi prius habeat beneficium sufficiens ad vitam; quod resignare non possit, nisi, &c. Vel patrimonium aut pensionem similiter vere sufficiens, &c.

a c. Diaconi sunt, circa med. 93. d. ii.

* CUM non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore (*a*) mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere; compertumque sit, complures pietisque in locis β ad sacros ordines nullo fere delectu admitti; qui variis artibus, ac fallaciis conflugunt, se beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere; statuit sancta Synodus, 1. γ ne quis deinceps Clericus sæcularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros Ordines promoveatur, 2. ♪ nisi prius legitime constet, cum 3. beneficium Ecclesiasticum, † quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice 4. possidere * 5. ζ † Id vero beneficium resignare 6. non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus: 7. neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod aliunde vivere commode possit: 8. & aliter facta resignatio nulla sit * 9. η ♪ &c. Patrimonium † vero, vel pensionem ο obtinentes ordinari posthac non

possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro 10. necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum; eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem π vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint; atque ρ deinceps sine licentia Episcopi † σ τ alienati, aut extingui, vel remitti υ nullatenus possint, donec φ beneficium Ecclesiasticum χ sufficiens sint adepti; vel aliunde habeant, (b) unde vivere 11. possint *: 12. ↓ ω x Antiquorum canonum † pœnas super his innovando.

π c. cum secundum, de præb.

DECLARATIONES.

1. *Ne quis deinceps Clericus sæcularis.*) Nullus Clericus sæcularis, aut Regularis non professus, debet ad sacros Ordines promoveri sine sufficienti titulo ex Bulla Pii V. edita anno V. Idib. Octobr.

2. *Nisi prius legitime constet.*) Ob penuriam Sacerdotum ordinari sine beneficio vel patrimonio potest quis, dummodo quis fidejussor inveniatur, qui spondeat se necessaria ipsi ordinando subministraturum.

3. *Eum beneficium Ecclesiasticum.*) Ad titulum Seminarii nullus ad sacros Ordines est promovendus, ad aliquod autem beneficium Seminario unitum, ordinari potest. Non possunt ergo virtute Conc. Trident. pauperes Clerici in Seminario degentes, per Episcopum ad titulum Seminarii promoveri & ordinari, nisi ob causam interviendi beneficio, quod forsan esset Seminario unitum. Poterit tamen quis ordinari sub certa assignatione fructuum a Seminario facta, causa interviendi beneficio unito Seminario, ut ibi inserviat, donec alias ei provisum fuerit de congrua sustentatione.

4. *Id vero beneficium resignare.*) Fuit dubitatum, an pro forma traditum esset, ut resignans teneretur facere mentionem, se ad titulum illius fuisse promotum, adeo quod per æquipollens adimpleri non possit? Fuit resolutum die 12. Maji 1588. pro forma traditum esse a Concilio, stante clausula annullativa: & quod Christianus negative loquatur; quo stante, per æquipollens non potest adimpleri.

(Congregatio Concilii censuit, tutum etiam in conscientia eum, qui beneficium, ad cujus titulum erat promotus, resignavit, & aliud ex causa permutationis obtinuit, ascendo in resignatione, quod erat promotus ad titulum primi beneficii, dummodo secundum beneficium sit æquivalens primo. Cantiff. fo. 2361. 1591.

Beneficium semel a se alienans, quia illud resignavit in manibus Ordinarii, illud idem amplius recuperare non potest, præsertim si resignatio facta est per Bullam Pii V. 6. Id. Augusti, 1565. quæ hujusmodi resignationes beneficiorum fieri prohibuit in manibus Ordinariorum, & si factæ essent, statuit beneficia ipsa vere vacare, & a Sede Apostolica, vel a superioribus Ordinariorum posse conferri. Neque ab ipso Ordinario eidem resignatio fuerat admittenda, si resignans (cum presbyteratus ordini esset adscriptus) nihil aliud haberet, quo vitam suam commode sustentare posset. Unde S. D. N. altera Bulla edita Kal. April. 1586. hujusmodi resignationes prohibuit admitti: & quia Ordinarius huic interdicto non paruit, sua Sanctitas hac in re voluit resignantem ab Ordinario audiendum esse, aut alia ratione illius commodis providendum, cique ipsum beneficium resignatum omnino adimendum, & in eo constituendum eum, qui fuerat a principio præsentatus.

5. *Possidere.*) Quæritur, an obtinens Parochialem Ecclesiam insufficientem ad victum teneatur promoveri ad sacerdotium infra annum juxta c. *licet*, cum Concilium videatur declarasse, d. c. *licet*, intelligi de beneficio Ecclesiastico sufficienti ad victum: imo prohibet posse promoveri ad sacros Ordines. Congregatio censuit non teneri, sed tamen expedire eum debere dimittere. Sanctitas sua probavit hanc sententiam, ut dimittat. 6. Febr. 1587.

Quod si beneficium esset litigiosum & curam animarum haberet, tamen obtinens sacros Ordines suscipere debet, si modo liberum curæ habeat exercitium.

6. *Resignare non possit.*) Qui beneficium, ad quod fuit ordinatus, resignare curaverit, per Pœnitentiarium est absolvendus, ut resignet.

Cum habens Parochiam juraret non revocare per procuratorem, quem fecerat ad resignandum, petiit, ut absolveretur a juramento: quo loco visum est per procuratorem posse revocare.

7. *Neque ea resignatio admittatur.*) Et pœnam admittentibus imponit Pius V. in Bulla sub dato Kal. Apr. 1568. incipiente, *quanta Ecclesia Dei*.

8. *Et dicter facta resignatio, nulla sit.*) Congregatio censuit hoc non comprehendere in permittere æquivalenti. Quod si Ordinarius non habens facultatem admittendi resignationem in certis casibus a Pio V. sublatam hanc resignationem admiserit, beneficium, ad quod quis erat ordinatus, vacat Sedi Apostolicæ; & Ordinarius illi de proprio providere tenetur. Supra hoc *cap. 5. Beneficium.*

Præsupposita supplicatione resignationis Parochialis, de qua agitur in favorem Dom. Joan. de Miron, cum reservatione pensionis ducat. 180. per Dominum Gasparem solvendorum, & quod in eadem supplicatione Dom. Gaspar narraverat, quod per quinquennium dictam Parochialem possederat. An in casu, de quo agitur, interr Conc. Trident. *hoc cap.*? Congregatio censuit intrare.

9. *Patrimonium vero.*) Quantitas patrimonii, ad quod quis promoveri possit, non taxatur, sed remittitur ad terminos Concilii.

Non expedit autem, ut ad titulum patrimonii quis ad sacros ordines promoveatur, nisi certi reditus ad honestam ipsius promovendi sustentationem sufficientes, super certis reditibus suetinæ in forma legitima & valida assignati. 6. Febr. 1587.

Congregatio Concilii censuit, non expedire, ut ad titulum patrimonii quis ad sacros Ordines promoveatur, nisi certi reditus ad honestam promovendi sustentationem sufficientes super certis reditibus fuerint in forma legitima, & valida assignati.

Si quis ante Concilium est promotus, & Subdiaconus ordinatus absque titulo beneficii, potest is postea absque titulo beneficii promoveri, dummodo saltem ad titulum patrimonii promoveatur. Vide Bullam Pii V. *Rom. Pont. sacr.* Ann. 1568. ubi spectat hoc ad Clericos regul. non profusos. 10. Apr. 1568.

Congregatio Concilii censuit, posse aliquem ad sacros Ordines promoveri ad titulum bonorum immobilium & annuorum redituum, qui ei donentur, si tamen Episcopus judicaverit eum assumendum, pro necessitate suarum Ecclesiarum, donationesque hujusmodi bonæ, & absque ulla fraude in forma valida fiant, ac bona, & reditus donati hujusmodi promovendo sufficiant ad vitam honeste sustentandam: & nullo modo possint alienari absque licentia

Episcopi, donec ille beneficium sufficiens adipiscatur, vel aliunde habeat, unde commode vivere possit.

Ad titulum donationis alicujus potest etiam quis ordinari, si ita Episcopus judicaverit esse assumendum pro necessitate, aut utilitate Ecclesiarum, & si donatio est realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non possint, absque Episcopi licentia, & donec ordinatus beneficium sufficiens adeptus fuerit, vel aliunde habeat, unde vivere possit honeste & sine dedecore.

Ad insufficientis patrimonii vel beneficii titulum ante dictæ constitutionis publicationem, fuerunt quidam ad sacros (non tamen presbyteratus) Ordines promoti: ad Concilium jam de promotis ad titulum non sufficientis patrimonii, vel beneficii, respondet non esse promovendos ad Ordines superiores, nisi consecuti fuerint id, unde congrue se sustentare possint.

10. *Pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum.*) Ad titulum patrimonii possunt etiam ordinari familiares trienales Episcoporum juxta formam *cap. 9. Sess. 23.* sed tamen debent adscribi Ecclesiis, pro quarum necessitate sunt ordinati, juxta formam *cap. 16. Sess. 23.*

Congregatio Concilii censuit, posse Episcopum in summa clericorum penuria ob necessitatem Ecclesiæ ordinare ad Subdiaconatum suos clericos cum assignatione perpetua fructuum aliquorum bonorum, quorum fructus sufficiant ad eorum sustentationem. 17. Febr. 1598.

An per Bullam Sixti V. contra male promotos, intelligatur derogatum consuetudini quorundam locorum, ubi propter penuriam Sacerdotum ad Sacros Ordines promoveri solent, qui super alienis bonis assecurationem habent victus & aliarum rerum necessariarum, cum cautione sine alio titulo beneficii, vel patrimonii? & an in locis inopia laborantibus, patrimonium dici possit, quod habet annuum reditum ducatorum viginti quinque? Quoad primum sua Sanctitas consulta non probat talem consuetudinem, sed vult patrimonium, ad cujus titulum ordinandus promoveri debet, esse rem certam, fructiferam, de qua ipse disponere valeat, ac propterea omnino prohibet talis consuetudinis observantiam. Quoad secundum vero, Ordinario arbitrio relinquit hoc judicandum, an tale patrimonium sufficiat propter diversitatem locorum,

cum in uno sufficiat, quod alibi non erit sufficiens, dummodo animadvertatur, bona esse ipsius ordinandi propria, ab omni contractuum simulatione, & cæteris, quæ ab amicis & conjunctis fieri solent in hujusmodi casibus, penitus libera & aliena.

An Clericus, aliquin idoneus, habens beneficium insufficiens de per se, sed juncto patrimonio habet, quod sufficiat ad honestæ vitæ sustentationem, possit promoveri? Censuit Congregatio, promoveri posse per Episcopum juxta formam dicti Concilii præsenti cap. non obstante dicta Bulla Pii V. Quod si cum beneficio, aut patrimonio insufficienti jungantur pitantiæ, & eleemosynæ, Congregatio respondit, non posse. Similiter non potest aliquis promoveri, si nihil prædictorum, vel minus sufficienter haberet, & Episcopus obliger se suppleturum, quod ad alimenta sufficiat, quousque habeat, unde se sustentare possit: sic enim Congregatio censuit. Et si tantum habeat, quod ex industria, vel honesto labore lucretur, (puta, quod sit Musicus, Magister Grammaticæ, Pictor, vel alterius licitæ professionis) idque sit sufficiens ad sustentationem vitæ, non posse tamen promoveri similiter censuit.

11. *Possint.*) Quidam resignavit Canonicatum, ut intra mensem teneretur docere, quod aliunde commodeque, &c. moriter infra mensem, Ordinarius voluit beneficium conferre per obitum. Respondit Congregatio non posse, quia effectum est, cum semel Papa appositi manus.

Habent etiam locum omnia hic, etiamsi beneficia essent Jurispatronatus.

Hoc decretum prohibet resignationes voluntarias, non autem privationes.

Congregatio Concilii respondit, non posse Capitula Sede vacante post annum non arctatis concedere dimissorias ordinandis ad titulum patrimonii sive pensionis, sed hanc facultatem esse reservandam judicio propriis Episcopi.

12. *Antiquorum Canonum pœnas innovando.*) Concilium in hoc *cap.* renovavit tantum pœnas *cap. cum secundum*, de *prabend.*

Ordinatus contra formam hujus Decreti sine beneficio, aut patrimonio, non est per hoc suspensus, nec aliquam pœnam incurrit, sed cogendus est Ordinarius ei providere, juxta *cap. cum secundum de prob.* Clerici tamen regulares, qui ante professionem factam ad sacros ordines promoventur, ipso facto suspensi sunt, & ita ordinum susceptorum actus exercendo, sunt irregulares. Ita Pius V. in *extravag.* quæ incipit, *Rom. Pont.* publicata Id. Octobr. 1568.

Ab hac Pii V. Constitutione Greg. XIII. eximit Clericos Societatis Jesu, aut potius declaravit, illa constitutione Pii V. eos non comprehendi.

REMISSIONES.

a Vide Flamin. *de Resign. lib. 2. quæst. 6.* Læli Zecchi. *de Repub. Eccl. siast. cap. de Clericis, num. 7.* Marc. Anton. Genuens. in *praxi Archiepisc. Neapol. cap. 81.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Sacram. Ordin. cap. 7. concl. 6. cum seqq.* Fr. Emman. in *sum. tom. 2. cap. 15.* Joan. Aloys. Ricc. in *collect. decision. p. 3. coll. 366.* P. Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 3. cap. 4.* P. Valer. Regin. in *praxi fori panit. lib. 2. tract. 2. a num. 72.* latissime Nicol. Garc. *de Benefic. p. 2. cap. 5.* * Vide extensionem hujus textus relatam in motu proprio Pii V. anni 1568. & Navar. in *consil. 14. 15. 16. 18. & 49. tit. de temp. ordin.* Salzed. ad *Bern. Diaz in pract. can. cap. 12.*

& *Ad sacros Ordines.*) Utrum ad minores ordines requiratur titulus? Negativam partem de consuetudine servati tuitantur Salzed. ad *Bern. cap. 28. num. 5. in novissim. edit.* Hugolin. *de Irregularit. cap. 62. num. 2.* Fr. Emman. in *summ. tom. 2. cap. 15. num. 16.* Quintanad. *Ecclesiast. lib. 3. num. 17.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Sacram. Ord. cap. 7. ad finem.* Flam. *de Resign. lib. 2. q. 6. num. 4.* Nicol. Garc. *de Beneficiis part. 2. cap. 5. num. 4. cum seqq.*

7 *Ne quis deinceps Clericus sæcularis.*) Idem in Regulatibus non professis censuisse sacram Cardinalium Congregationem refert Garc. *d. cap. 5. num. 11. & 12.* dicit habere locum tam in non professis, quam in nullitet professis. Sed Greg. XIII. eximere Religiosos Societatis Jesu, qui post tria vota simplicia ante solemnem professionem, possunt sine titulo ad omnes sacros ordines promoveri de licentia sui Præpositi generalis, resolvunt Fr. Emman. in *sum. tom. 2. cap. 15. num. 1. & quæst. Regular. tom. 3. quæst. 23. art. 3.* Garc. *d. cap. 15. num. 13.*

8 *Esse prius legitime constet, cum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat.*) Vide Navar. *de Orat. discret. 62. sub num. 3.* Flamin. *de Resignat. lib. 5. quæst. 6. num. 155.* ubi resolvunt hunc textum non esse intelligendum de beneficio; cujus reditus sufficiant ad vivendum decenter, sed de beneficio, cujus reditus sufficientes sunt ad vivendum, & peciis ans possessionem obtinere debet promovendus. Ceued. *pract. lib. 1. q. 1. num. 32.* † Salzedo ad *Bern. Diaz in prax. can. cap. 18. num. 4.* Garcia *de benef. 1. p. c. 2. §. 1. n. 84. & 85.*

* *Pacifice & fidere.*) Vide Lesaste *de gabellis, c. 19. n. 21. 22. & 25.* Salzedo *d. c. 18. num. 64 & 7.*

1 *Id vero beneficium resignare non possit,* &c.) Vide Flamin. *d. q. 6. n. 174. & lib. 2. q. 6. n. 1. & n. 36.* P. Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 8. c. 20. q. 7.* P. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Sacram. Ord. c. 7. concl. 10.*

2 An loquatur de conjunctis in minoribus ordinibus? Vide Flamin. *d. q. 6. n. 178.* P. Azor. *d. q. 7.* Fr. Emman. *in summ. tom. 2. cap. 15. n. ult.* Pa. Paule Comitol. *responsa. Moral. lib. 6. q. 38. num. 4.* qui resolvunt, posse resignare, etiamsi non habeant aliunde, quo vivere possint, † & idipsum firmant Joan. Gutier. *consil. 42. n. 10.* Cævallos in fine *com. contra com. q. 561. n. 26.* Nicol. Garcia *d. p. 2. c. 5. num. 203.*

* *Aliter facta resignatio nulla sit.*) Vide Rotam *novissi. decis. 614. ex num. 1. in recollectis a Farinacio*, & eundem Farinac. *decis. 269. num. 1. p. 2. civil.* Alex. Lud. in *decis. 443. n. 1. & 9.* Gratian. *discept. for. tom. 1. cap. 139.* Nic. Garcia *de benefic. 1. p. cap. 3. a num. 438.* Mantic. *de tacit. & ambig. conv. lib. 23. tit. 7. n. 43.* Garcia etiam *2. p. cap. 5. n. 190. cum seqq.*

2 *Patrimonium vero,* &c.) Vide Navarr. *consil. 22. sub tit. de tempor. ordin.* & sub hoc decreto aliquæ editæ sunt a Cardinalium Congregatione decisiones addocte per Azor. *p. 2. lib. 3. cap. 4. q. 1.* & per Garc. *de benef. p. 2. cap. 5. a num. 74.* † Emmanuel Mendoz de Castro in *lib. cum opert. Cod. de bonis quæ lib. num. 165.* & Salzedo ad *Bern. Diaz in prax. can. cap. 18. num. 12.* ubi latissime, & Hostien. de Leon. in *decis. Valentina 102. ex num. 2. p. 1.* Gutier. *pract. quæst. lib. 2. q. 63.*

3 Quod ad titulum donationis alicujus potest quis ordinari, si ita Episcopus judicaverit assumendum pro necessitate, vel utilitate Ecclesiarum, & si donatio est realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non possit absque Episcopi licentia, donec beneficium sufficiens adeptus fuerit, vel aliunde habeat, unde vivere possit, resolvit Lælii Zecchi. *de Repub. Ecclesiast. cap. de Clericis sub n. 7. vers. 24.* Garc. *dec. 5. num. 730.*

4 Cooptatum in collegium Seminarii non posse Ordinari ad titulum Seminarii, nisi ob causam inserviendi beneficio, quod forsan esset Seminario injunctum; posse vero ordinari sub certa assignatione fructuum in Seminario facta, causa inserviendi beneficio junctæ Seminario, & cui inserviat, donec alteri provisum sit de congrua sustentatione, docent Flam. *de Resignat. lib. 2. quæst. 6. num. 32.* Salzed. ad *Bern. cap. 10. num. 19.* Zecchi in *praxi Episc. p. 1. verbo, Seminarium*, § 6. Zecchi. *d. cap. de Clericis, num. 7. vers. 24.* Marc. Anton. Genuens. in *praxi Archiepiscs. Neapil. cap. 12. sub num. 2.*

5 Quod potest Episcopus ordinare subditos suos ad ordines Diaconatus, & Subdiaconatus ad titulum, & pertinent Ecclesiarum matricum, non obstante, quod non participent de fructibus illarum, nisi post susceptum presbyteratus ordinem assecutæ Garc. *d. c. 5. n. 110.*

6 Ob penuriam Sacerdotum quandoque concessum esse ordinari sine beneficio vel patrimonio, dummodo quis spondeat se necessaria ordinandis ministraturum, docent Flam. *dict. lib. 7. quæst. 6. num. 14.* Zecchi. *dict. cap. de Clericis, sub num. 7. vers. 24.* Qui tamen videtur velle id fieri posse fieri sine speciali dispensatione Papæ. * Circa quod videndus etiam Gribeuzon. *consul. 14.*

7 An ad titulum Vicariæ temporalis possit quis ordinari sacris ordinibus? Affirmat Salzed. ad *Bern. in pract. cap. 18. num. 8. vers. Et ea ratione vicaria temporalis.* Flaminius *d. l. 2. q. 6. n. 2.* Govval. ad *reg. 8. Cancel. gl. 5. §. 3. n. 42.*

1 Quod ad titulum Confraternitæ potest quis ordinari, tenent Navar. in *tract. de Orat. cap. 20. num. 8.* Salzed. ad *Bern. cap. 28. num. 7.* Govval. *d. glos. 5. §. 9. n. 6.* intelligit, si ratione illius habeat congruam sustentationem, Garc. *d. cap. 5. num. 132.* & requirit, quod sit perpetua, Ledesm. *de c. 7. concl. 11. sub. 1.*

8 Quod Doctor in sacra Theologia, vel jure Canonico, vel aliis personis graduatis, & litteratis, si non habeat patrimonium nec beneficium, possit legitime ordinari sub titulo litteraturæ, fatentur Fr. Emman. in *sum. tom. 2. cap. 15.* quem refert & sequitur Govval. ad *reg. 8. Cancel. glos. 4. num. 56.* P. Henriq. in *sum. lib. 10. c. 17. ad fin. & lib. 13. c. 17. §. 20 & 1. 2. cap. 5. §. 3.* Vega in *sum. p. 1. cap. 57. casu 5.* Garc. *d. c. 5. n. 128. & 129.* ubi dicit hoc etiam ex æquitate & epicheja procedere in Ita-

Bacchalaureo in Theologia, vel jure Canonico, qui est bonus Scholasticus. Sacra tamen Cardinalium Congregatio sic censuit. In Conc. Ulisbonensi decretum de promovendis ad titulum litteraturæ jussit Sanctissimus deleri, & dicit se daturum Breve Cardinali Portugalliæ, ut solos Doctores in jure Canonico, vel Theologia possit ipse Cardinalis prævio examine a se facto promovere ad sacros ordines ad hunc titulum litteraturæ, qua in re suam gravat conscientiam, refert Gare. ubi proxime.

Quod ordinari quis possit ubique patrimonio, si habeat patrem divitem, resolvit Surd. *de Aliment. tit. 7. q. 37. n. 2.*

a *Vel pensionem.*) Vide Salzedo *d. c. 18. a num. 11. & in cap. 62. num. 10.* Nav. *in manual. cap. 27. num. 138. & in cons. 6. & 17. tit. de temp. ordin.* Lasare *de decim. vendit. cap. 19. num. 24. & 25.* Nic. Garzia *de benefic. p. 1. cap. 5. on num. 5.* ubi latissime, & Azevedo *in l. 2. tit. 4. lib. 1. novæ recop.*

b *Vere ab iis obtineri.*) Non posse quem promoveri ad titulum de futuro & in spe etiam certa, puta ad beneficium, quod quis expectat, seu ad quod est præsentatus, nominatus, vel postulatus resolvunt Salzed. ubi *supr. num. 6.* Fr. Emman. *d. cap. 15. num. 30.* Petr. Ledesm. *in summ. p. 1. tit. de Sacram. Ordinis, cap. 7. pag. 8. concl.* Garc. *d. cap. 5. num. 150.* sed affirmat post Mayol. Sayr. *de censuris, lib. 4. cap. 14. num. 18.*

c *Atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint.*) Quod bona, ad quorum titulum quis est ordine sacro insignitus, prohibita sint alienari, docent Spin. *de irreg. glo. 8. §. 1. inc. 4. num. 73.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 65. a num. 16.* Flamin. *d. lib. 2. q. 6. num. 18.* Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alienandis, cap. 13. P.* Henriq. *in summ. p. 2. lib. 5. §. 1. cap. 13.* P. Navarr. *in summ. p. 2. lib. 5. §. 1. cap. 13.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glo. 5. §. 10. num. 3.* Garc. *d. cap. 5. num. 181.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 83. n. 2.* Nav. *sub tit. de tempor. ordin. cons. 16. & cons. 21. & cons. 46. n. 3.* Cavall. *communi q. 527.* Stephan. Grat. *discept. forens. c. 159. num. 2.* Sayr. *dict. 15. de tempor. ordin.* † Jo. Aloys. Ricc. *in decis. 86.* Marquesan. *de commiss. p. 1. de commiss. Appellat. in causis pens. §. 1. num. 2.*

d *Alienum.*) Procedere in permutatione docent Gonzal. *d. §. 10. num. 31. cum seq.* Stephan. Gratian. *d. c. 159. num. 3.*

e Quod ordinatus ad titulum patrimonii, qui post ordinationem illud retro donat, seu renuntiat, vel alienat, quamvis peccet mortaliter, quia facit contra prohibitionem Concilii in præsenti, maxime cum sit facta ob bonum publicum principaliter, & favorem totius ordinis clericalis, & sic castigari posset per Episcopum, tamen non incurrit ullam suspensionem, docent Navar. in *Man. cap. 27. num. 153. versf. 2.* Salzed. *d. cap. 18. num. 13.* Graffis *aure. dec. lib. 2. cap. 18. num. 97.* Fr. Emman. *d. cap. 15. n. 4. cap. 97. num. 67.* Fr. Emman. *d. cap. 15. n. 4.* Guttier. *d. q. 65. num. 10.* Sayr. *de Censur. l. 4. c. 15. num. 25. ad finem.* Cævall. *q. 527. num. 9.* & post Quintanadven. Tolet. Petr. Ledesm. P. Soar. & alios, Garc. *d. cap. 5. num. 163.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 159. num. 16. & 17.* & P. Valet. Reginald. *in praxi fori panit. lib. 32. num. 72. vers. Porro.*

f *Nullatenus.*) Quod induxit nullitatem actus ipso jure, non aliam pœnam, affirmant Nav. *cons. 17. num. 2. & cons. 21. n. 4. & cons. 22. de tempo. ordinand.* Flamin. de Rea *signo lib. 2. q. 6. num. 16.* Cald. *de potest. eligend. cap. 10. num. 1. & de resolut. emphyt. c. 3. n. 1. in fine,* Quintanadven. *Ecclesiæ lib. 3. num. 71.* Gubs. *libr. 6. de clausulis, concl. 3. num. 56.* P. Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 238.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 159. num. 18.* Gatci. *d. cap. 5. num. 168. cum seqq.* Cavall. *q. 527.*

g *Donec.*) Quod hæc dictio sit temporalis limitativa, tradit Cardin. in *Clem. 2. §. 2. de ætate & qualit.* cum aliis de quibus per Bertach. *verbo, Donec,* & Chatlan. in *consult. Burgund. Rub. 6. §. 6. verbo, des enfans, num. 2. p. 219.* Cavalcan. *de Usufruct. mulieri relicto cap. 9. num. 79.* Cened. *pract. q. sing. 46. num. 6.* Et quod habeat in se temporis revolutionem, & intercapedinem, ita ut dato beneficio, vel alio, ex quo promotus ad ordines factos vivere commode possit, alienare non prohibeatur patrimonium, ad cujus titulum fuit ordinatus, nec ad hoc erit necessaria licentia Episcopi, videntur tenere Flamin. *d. lib. 2. q. 6. num. 16.* Cavall. *q. 527. n. 8. & q. 561. a num. 22. maxime num. 30. cum seq.* Steph. Gratian., *d. cap. 159. num. 14.* Garcia *d. cap. 5. num. 185.* Contrarium tuentur Quintanad. *lib. 3. num. 72.* Cened. *pract. lib. 1. q. 11. n. 9.*

h *Sufficiens.*) Quod beneficium, aut patrimonium dicatur sufficiens in proposito, vide apud Fr. Emman. *d. cap. 15. num. 9.* Flamin. *d. q. 6. n. 14.* Ugolin. *de Censuris cap. 61. de irregular. num.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 81. num. 2.* Petr. Ledesm. *in summ. p. 1. tit. de*

tit. de Sacram. Ordinis cap. 7. concl. 7. Zerol. *in praxi Epis. p. 1. verbo, Beneficia §. 51. & verbo, Dimissoria §. 5. dub. 5. & §. 2. ex verbo ad fin.* F. Lud. Beja *casum conscientiæ p. 4. casu 26. fol. 442.* Garc. *d. cap. 5. n. 142. cum seq.* Thom. Valas. *tom. 2. alleg. 35.*

* *Vel aliunde habeant unde vivere possint.*) Vide tradita per Vinc. Gribelzon. *d. cons. 14. num. 13.*

† *Antiquarum earum pœnas super his innovando.*) Concilium in præsenti innovare pœnam suspensionis, de qua in *cap. Neminem, & cap. Sanctorum 70. dist.* testantur Spin. *de glos. 18. de testam. num. 75.* Zerol. *in praxi Episc. p. 2. verbo, Dimissoriæ §. 6. & irregularitas §. 2.* Fr. Emman. *d. c. 15. num. 1.* Ortiz. Lucc. *in summ. resolut. 10. de suspens. notab. 3.* Pat. Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 6. quæst. 38.* P. Sanch. *de Matrim. lib. 6. disp. 32. ad finem.* Infra citati autem tenent, per Concilium in præsenti solum esse innovatam pœnam *cap. Cum secundum Apostolum, de præbend.* & sic ordinatum sine titulo non esse suspensum, nec aliquam pœnam incurrere, sed Episcopum cogendum esse illi providere, P. Henriq. *in summ. lib. 15. cap. 37. §. 2.* Gut. *pract. lib. 2. quæst. 65. num. 11. vers. Nec opinio Medinæ.* Cened. *ad Decretal. collect. 33. num. 2. & 6. ad finem.* Navar. *cons. 29. num. 2. sub tit. de temporib. ordin.* plures Decisiones sacræ Congregationis pro hac parte adducunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 10. num. 22.* Garc. *d. cap. 5. num. 24. cum seqq.* † Vinc. Gribelzonius in *dict. cons. 14. per totum* maxime in num. 8. & 9. Salzedo ad *Bern. Diaz. d. cap. 18. ex n. 1. in vers. sunt tamen.* Flam. Paris. *de resign. benefic. lib. 2. quæst. 6.* Borgas *de irregularitate q. 6. tit. de sententia suspens. n. 14. & p. 1. q. 7. num. 29.*

i Quod hæc bona, seu patrimonium, ad cujus titulum fuit quis ordinatus, habeant privilegia, quæ conceduntur a Jure Bonis Ecclesiasticis, affirmant Menoch. *de Recup. possess. remed. 15. num. 21.* post Bald. & Decii. Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 159. num. 27.* & faltem interim quod non extinguitur per adeptionem beneficii Ecclesiastici, Cavall. *quæst. 527. num. 4.* Azevedo *l. 2. num. 9. tit. 4. lib. 1. Recopil.* Spin. *d. glos. 18. num. 72.* quos refert, & sequitur Cened. *pract. lib. 1. quæst. 11. num. 9.*

k k An donatio pro suscipiendis ordinibus filio simpliciter facta conferri debeat seu imputari in legitimam? Negant Anton. Gom. *l. 29. Tauri num. 21.* ubi Tell. num. 16. Valasquez *de Aved. glos. 3. num. 8.* Duen. *1. 5. 222. num. 3.* Polydor. Rip. *observ. 230.* Jaffred. *dec. 16.* Gratian. *reg. 95. num. 6.* Roj. *de success. cap. 7. a num. 48.* Azoved. *lib. 10. num. 29. & 30. tit. 7. lib. 5. novæ Recop.* Marien. *lib. 3. glos. 2. num. 14. tit. 8. ord.* Steph. Gratian. *d. cap. 159. a n. 18.* Mendez. de Castro, in *l. Cum egregia, num. 165. C. de bonis, quæ liberi.* Spin. *de glos. 18. a num. 66.* Quintanad. *Eccles. p. 2. lib. 3. ad finem.* Cald. Pereira in *l. Si cuatriennio, verbo, Lasos, num. 105. & 132. & notissima quæst. forens. in commune. ad §. Sed hæc p. 2. num. 48. vers. Ex quo, Instit. de inoffic. testam.* Affirmant Covar. in *cap. Raynaldus, de testam. §. 2. num. 7.* Ajor. *de pat. p. 2. quæst. 3.* Salzed. *d. c. 18. n. 16.* Petrez. *lib. 4. tit. 12. lib. 3.* Ordin. Fr. Emman. *d. cap. 15. n. 8.* Petr. Ledesm. *d. cap. 7. de Sacram. Ord. concl. 6. ad finem.* Avend. *resp. 27.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 65.* P. Mol. *de Justit. tract. 2. disp. 238. & disp. 242. ad fin.* Nitol. Garc. *d. cap. 5. num. 159.* & in hoc Lusitaniæ Regno hanc opinionem asserto jure regio esse recipiendam testatur Valasc. *de Parsit. cap. 13. num. 77. cum seq.*

Vide Annotationes ad hoc *Caput in appendice sub discursu 14. Card. de Luca.*

CAPUT III.

Tertia pars quorumcunque proventuum & obventionum, tam dignitatum quam Canonicatuum, personatuum, &c. convertenda est in distributiones quotidianas, ubi ea sunt ita tenues, ut negligantur, dividanturque solis interessentibus. Salva consuetudine, per quam non inservientes recipiunt minus tertia saltem parte. Consumaces ulterius puniendi.

a * CUM beneficia ad divinum cultum, atque Ecclesiastica monia obeunda sint constituta; ne qua in parte minoatur divinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præsterur; statuit sancta Synodus, in Ecclesiis, tam Cathedralibus, quam Collegiatis, (a) in 1. quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, 2. vel ita tenues, 3. ut versimiliter

a * Vide constit. Alexand. in Conc. Lateran. p. 1. c. 5.

litet negligantur, (b) tertiam 4. partem fructuum, & quoruncunque proventuum, & obventionum 5. tam dignitatum, quam canonicatuum, personatuum, portionum, & officiorum, separati debere, & 6. in distributiones quotidianas converti, quæ ß inter dignitates obtinentes, & 7. cæteros divinis interessentes, 8. proportionabiliter juxta divisionem ab Episcopo, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam, dividantur: salvis y tamen consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non servientes, nihil, vel minus tertia parte percipiunt: 9. non obstantibus exemptionibus, ac aliis consuetudinibus, 10. etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuscunque, cresceneque non servientium contumacia, liceat 11. contra eos procedere, juxta juris, (c) ac sacrorum canonum dispositionem.

(b) Infr. sess. 22. de ref. c. 3.

(c) Infr. sess. 25. de ref. c. 1.

DECLARATIONES.

In hoc decreto agitur de Canonicatibus, portionibus, &c. ideque ex necessitate hæc deducitio, quando nullæ sunt distributiones, vel valde tenues, & quæ distribuantur interessentibus tantum: sed in *Sess. 22. cap. 3.* deducitur hæc tertia pars ex dignitatibus, etiam non ex necessitate, sed in odium non residentium, & pars absentium non præsentibus, sed alicui pro loco applicatur. Vide hoc c. §. *Itaque*, & *sess. 22. c. 2. §. Differentia.*

Congregatio Concilii censuit, scribendum ad Archiepiscopum, a Decreto, quo Episcopus exequitur Decretum Concilii c. 3. *Sess. 21. vel 3. Sess. 22.*, tertiam partem fructuum prædendarum in distributiones quotidianas convenit, non dari appellationem ad effectum suspensivum. Elborensis. Julii 1591.

1. *In quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ.*) In illis Ecclesiis, in quibus non sunt distributiones regulariter tenues, imo pingues, si aliquæ sint horæ, quæ nullas habent distributiones aut tenues, debent eis rationabiles assignari, detrahendo aliquam partem fructuum a prædendis, non autem ab aliis distributionibus cæteris horis assignatis. Namque Congregatio censuit, non licere distributiones quotidianas, quæ certis duntaxat horis Canonicis sunt assignatæ, dividere in alias horas canonicas, quæ nullas aut tenues habeant distributiones, ut verisimiliter negligantur, sed accipiendam ex corpore prædendarum unusquisque Canonicatus tantam redituum portionem, quanta sufficiat congruis portionibus inter eas horas dispertiendis. Congregatio tamen Illustrissimorum Cardinalium, super negotio Episcoporum, proponente Illustrissimo Cardinale Montis Regalis in causa Privatensium, ubi nullæ erant distributiones, in Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Completorio, statuit, ut Prima uniatur Matutino: Tertia autem, Sexta & Nona Missæ; & Completorium Vesperis. Ideo si Canonicus non interfuerit Primæ, amittit portionem Matutini, & sic de singulis: Declaravit tamen Congregatio illam decisionem Concilii non procedere in hoc casu, quo præstat quis majus servitium. *Infr. hoc c. §. In distributiones.*

2. *Vel ita tenues.*) Ubi distributiones quotidianæ non sunt adeo tenues, ut præbeant occasionem & materiam negligendi, non potest Ordinarius aliquam partem fructuum prædendarum, aut dignitatum illis attribuere: unde ob hoc, quod Archiepiscopus Januensis vellet convertere partem prædendarum in distributiones quotidianas, quæ distributiones sunt per se ita opimæ, ut reliqui fructus in illarum comparatione sint tenues, scriptum fuit, id a Concilio prohibitum esse.

Congregatio Concilii censuit, detractionem tertiæ partis ex fructibus prædendarum, ac dignitatum faciendam ex *cap. 3. Sess. 21.* & convertendam in distributiones quotidianas, fieri debere non ex una, & altera tantum pinguiori prædenda, sed ex omnibus prædendis & dignitatibus Ecclesiæ. 15. April. 1581.

3. *Verisimiliter negligantur.*) Verisimilitudo illa, quod distributiones quotidianæ negligantur, & ob id tertia pars fructuum prædendæ sit convertenda, considerari debet, habita ratione numeri omnium Canonicorum tam residentium, quam non residentium. Cum ergo per hoc Decretum tertia pars fructuum prædendarum ac dignitatum assignetur convertenda in distributiones, in iis locis facienda est fructuum sequestratio legitima, ubi distributiones aut nullæ sunt, aut ita tenues, ut facilitatem præbeant negligendi: in aliis vero Ecclesiis, non potest dicta tertia pars in distributiones assignari.

4. *Tertiam partem fructuum.*) Ista tertia pars fructuum intelligenda est deductis pensionibus & aliis oneribus legitime impositis, & quamdiu illa duraverint: sed de novo imposita non comprehenduntur istam tertiam partem. Et quidem ista detractio tertiæ partis fructuum, facienda est de illis beneficiis, in quibus quis residere tenetur, per multa jura. Nec excusat ab ista separatione tertiæ partis, quod Canonici non essent in sacris. Potro quando est locus detractioni illius tertiæ partis, ex facienda est juxta verum annuum valorem beneficii currentem, non autem secundum taxam. *Sess. 22. c. 3. de Reform. §. Tertiam.*

Eandem autem assignationem distributionum quotidianarum ex tertia parte fructuum dignitatum, & prædendarum, fieri debere detractis pensione & aliis legitimis oneribus, quamdiu duraverint.

Et sit hæc deductio de dignitatibus quarum fructus sunt illius Ecclesiæ, in cujus choro hæ dignitates sedem habeant, secus vero si nullos fructus percipiente ex illis Ecclesiis, sed haberent proprios & distinctos a mensa capitulari.

Congregatio Concilii censuit, vigore Concilii non posse converti in distributiones tertiam partem redituum beneficii simplicis. Et detractio ex fructibus prædendarum, &c. fieri debet non ex una aut altera tantum pinguiori prædenda, sed ex omnibus prædendis & dignitatibus Ecclesiæ. Neque potest Ordinarius pro lucranda tertia parte prædendæ in distributiones conversæ, præscribere dignitatibus certum servitii vel officii formam præter solitam. Messenens. 3. April. 1592.

Congregatio Concilii censuit, non posse ab Episcopo beneficiis simplicibus novum onus imponi. 2. Julii, 1597.

Hæ distributiones quotidianæ tenuiores, pensione graviores fieri non possunt, nisi expressis verbis fuerit a Papa concessum.

Absentia causa studiorum, etiam obtenta licentia a Sede Apostolica, non excusat ab amissione istius tertiæ partis detractæ, sicut nec excusat ab amissione cæterarum distributionum quotidianarum faciendarum interessentibus solum.

De fructibus alteri reservatis, etiam sic ista detractio, donec reservatarius viverit: sed si beneficii titulum habuit negligenter residere, privandus est eo titulo, alteri illiso postea conferendo.

5. *Tam dignitatum quam Canonicatuum.*) Omnes Capellani, Canonici, & dignitates obtineantes tenentur residere, & contra eos locum habet hæc detractio, & hujus Decreti dispositio.

Congregatio censuit, obtinentes dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis posse compelli ad residendum personaliter, pœnis præfixis Decreto Concil. *sess. 24. cap. 12. §. præterea*, non obstante hoc quod velint amittere tertiam partem fructuum, pro distributionibus quotidianis applicatam. *Infr. hoc c. §. licet.*

Habens plures Canonicatus residere potest, in quo ipse vult, licet unus sit in Collegiata, alter in Cathedrali, etiam Metropolitana. Melius tamen est, quod Canonicatus habens resideat in digniori, qui plures ergo Canonicatus habet, legitime tamen acquisitos, residendo in uno, percipit fructus aliorum, distributionibus duntaxat exceptis. *Sess. 22. cap. 3. §. Obtineat.*

6. *In distributiones quotidianas converti.*) Non licet ex hoc & altero *Sess. 22. cap. 3.* decretis, distributiones quotidianas, quæ in certis horis Canonicis sunt assignatæ dividere in alias horas Canonicas, quæ nullas habent distributiones, aut adeo tenues, ut negligantur, sed accipere oportet ex corpore prædendarum singulorum Canonicatuum tantam partem redituum, quanta sufficiat distributionibus quotidianis assignandis horis illis. Vide supra *hoc cap. §. in quibus.*

Distributiones quotidianæ distribuendæ sunt Canonicis, tam illis qui habent prædendas, quam non habentibus: licet Canonici solas distributiones percipientes (modo prædendis careant) de distributionibus contribuere non debeant Seminario. *Infr. Session. 23. cap. 18. de Reformat. §. Ad ubi.*

7. *Et cæteris divinis interessentes.*) Inter præsentes septem nimirum horis Canonicis. Etenim distributiones quotidianæ, quæ acceptæ fuerunt ex tertia parte fructuum dignitatum alicujus Ecclesiæ, dessignari debent non duabus horis canonicis tantum, sed etiam reliquis omnibus; ut sic, qui non interfuit, distributiones amittat.

8. *Proportionabiliter.*) Unusquisque percipere debet tantum in distributionibus quotidianis, quantum de sua prædenda detractum fuerit; & qui plus contribuit, tantundem recipiat pro quotidianis distributionibus. Igitur cui plus ablatum est ex prædenda pinguiori, eidem plus dandum

dum est de distributionibus quotidianis, prout & nihil dandum eis, quibus nihil ablatum fuit.

Unumquemque percipere debere tantum de distributionibus, quantum de sua præbenda fuit detractum, & cum, cui plus ablatum de præbenda pinguiori, plus de distributionibus percipere debere, cui autem nihil ablatum est, nihil esse dandum.

Congregatio Concilii censuit, ut sic quilibet Canonicus tantum acquirat de quotidianis distributionibus, quantum in eas contulit de tertia parte suæ præbendæ ad portionem contribuendam, tam ex hoc *cap.* quam ex *cap.* 5. *Sess.* 22. teneantur etiam & compelli possint Canonici, qui in sacris non existunt. Nec excludantur a contributione hujus tertiæ partis hi, qui essent Episcopi, vel residerent in parochiali.

Quando Episcopus usus est remedio hujus capitis tertii *Sess.* 21. in detrahenda tertia parte ex dignitatibus non potest ex remedio capitis tertii *Sess.* 22. in detrahenda alia tertia parte ex dignitatibus, & nihil dandum eis, qui nihil contulerunt.

Nec potest deducere hanc tertiam partem, nisi ex Canonicatibus & aliis beneficiis in Cathedrali vel Collegiata, vel aliis unitis, neque extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam hoc decretum habet locum.

9. *Non obstantibus exemptionibus.*) Congregatio censuit, fundationi non esse derogatum.

10. *Etiam immemorabilibus.*) An exemerint quis a residentia ex immemorabili consuetudine? S. D. N. ex sententia Congregationis declaravit, immemorabilem consuetudinem excusare a residentia in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis insignibus, in Collegiatis autem non insignibus, posse excusare, dum tamen sint ruinæ prorsus destitutæ in quibus numquam antea supra hominum memoriam, solitum esset residere, aut adeo tenues redditus essent, ut Canonicos, (aliunde non habentes unde vivant) alere non possint.

Congregatio Concilii censuit quod Ecclesia matrix seu parochialis non acquirit jus patronatus in Ecclesia fundata juxta suos limites, nisi de quo aliquid contulerit, nec obstat, si decretum, quod obventiones tertiæ sunt loco dotis, quia ad hoc, ut acquiratur jus patronatus, requiritur, quod assignatio dotis fiat tempore fundationis, & non post. Etiam similiter, quia Ecclesia ex necessitate populi constituitur, ut in *d. c. ad audientiam*, quo casu erunt loco dotis, & sic dotans, & rector Ecclesiæ matricis erunt ambo patroni, ut in *d. c. ad audientiam*.

Dotans insufficienter, quod arbitrabitur Ordinarius, non acquirit jus patronatus, sed dicitur benefactor, quando accumat plures in dotatione, licet æqualiter non contribuant omnes, efficiuntur patroni, etsi sufficientem dotem ex se linguli non conferant, dummodo Ecclesia habeat dotem competentem; quia ex quo ille, qui plus contulit, admisit alium, videtur illi communicare jus sibi competens in illo patronatu.

Ex quibus Congregatio respondit Episcopo monitis regalis, quod si ipse judicaverit dotem, quæ a quodam laico promittebatur junctis obventionibus, nam ex necessitate populi constituenda erat Ecclesia, esse sufficientem pro Ecclesia parochiali de novo erigenda in terminis hujus decreti, illam erigat, & presbytero, qui nominatur, si per examen illum idoneum ad Ecclesiam regendam invenerit, conferat sine concursu, prohac prima vice.

Ordinarius potest cogere Procuratores Capituli, ad reddendas rationes distributionum quotidianarum. Pro distributionibus Canonicorum Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ, non est auferendum quicquam de beneficiis, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam; nisi Ecclesia vel beneficia extra dictam Cathedralem, vel Collegiatam existentia, essent perpetuo unita præbendis Canonicatuum prædictarum Ecclesiarum, a quibus beneficia, extra prædictas Ecclesias, si quid ob eam causam exactum esset, debet restitui, & de cætero ab hujusmodi exactione abstinendum est.

Censuit Congregatio dignitati curatæ uniri posse aliam dignitatem ex causa parvitatis juxta hoc decretum etiam in *Sess.* 24. *cap.* 13. eamque unionem facere posse Abbatem, si sibi facultatem uniendi legitime præscripsit, aut ex privilegio in Ecclesia sibi pleno jure subjecta, jurisdictionem quasi Episcopalem habeat in omnibus & per omnia, aliquam unionem faciendam esse per Episcopum cum consensu ipsius Abbatis & Capituli.

11. *Licet contra omnes procedere.*) Obtinentes dignitates, ultra conversionem tertiæ partis fructuum pro distributionibus, ut dicitur hoc *cap.* possunt compelli ad residentiam, aliis pœnis præscriptis Decreto Concil. *Sess.* 24. *cap.* 12. *vers. præterea, sup. hoc cap.* 5. *Congregatio.* Et qui perpetuo absunt, non tantum amittunt tertiam partem fructuum, sed etiam beneficiis privari debent.

REMISSIONES.

a Vide dicta *Sess. Sess.* 22. *cap.* 3. *de Reformat.* * & tradita a Gutier. *lib.* 1. *canon. quæst. cap.* 1. *num.* 206. & Hier. Cavallos. *in suis præct. commun. contra com. quæst.* 388. *ex num.* 16.

Quod absentibus de licentia Papæ, vel causa studiorum, non concedantur distributiones quotidianæ, etiam censuisse sacram Cardinalium Congregationem asserunt Steph. Gratian. *discept. for. cap.* 166. *num.* 17. & 18. Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel.* § 7. *prorm. num.* 179. ubi refert sequentem decisionem. Licentia causa studiorum etiam obtenta a Sede Apost. non excusat ab amissione istius tertiæ partis detractæ, sicut nec excusat ab amissione cæterarum distributionum quotidianarum.

β *Quæ inter dignitates, &c.*) Vide Nav. *de Orat. Miscel.* 59. *n.* 6.

γ *Salvis tamen in suo studiis, &c.*) Vide Cened. *ad sextum collect.* 1. 3. *n.* 7.

Vide annot. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 15. *Card. de Luca.*

CAPUT IV.

Ubi unus rector non sufficit populo, adjungat sibi Sacerdotes competentes. Datur modus erigendi novas parochias, etiam invitis Rectoribus & Præfectis: in novis parochiis danda portio ex fructibus quomodolibet pertinentibus ad matricem Ecclesiam; qua portione non sufficiente compellendus populus dare necessaria.

a EPiscopi etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, in omnibus Ecclesiis Parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, 1. ut unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo; (a) cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta ministranda, & cultum divinum celebrandum. 2. In iis vero, in quibus 3. ob locorum distantiam, sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt; 4. novas parochias, * etiam invitis Rectoribus, juxta formam constitutionis Alexandri III. quæ incipit (b) ad audientiam, constituere possint. Illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt Ecclesiis noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio 5. arbitrio Episcopi 6. ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus; & si necesse fuerit, 7. compellere possit populum ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum sustentandam; quacumque reservatione generali, vel speciali, vel affectione, super dictis Ecclesiis, non obstantibus. Neque huj usmodi ordinationes, & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus.

a c. & tempora 16 q. 2. & c. seq.

b c. ad audientiam. de Eccles. ædif. in decret. lib. 3. tit. 48.

DECLARATIONES.

1. *Ut unus Rector non possit sufficere, &c.*) Ubi populus est ita numerosus, ut unus Rector satisfacere populo nequeat, omnino servari debet disposition hujus cap. quo non conceditur Episcopo Parochias unire, sed tantum novas construere.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum ex hoc Capitulo non posse erigere coadjutoriam, sed utique cogere Rectorem ad adjungendum sibi tot Sacerdotes, quot sufficiunt Ecclesiæ Sacramentis ministrandis. Neque licet Ordinario erigere novam parochiam, nisi & alii concurrant, quæ exprimuntur Constitutione Alexandri III. quæ incipit, *Ad audientiam, de Eccl. ædif. in decretal. lib.* 3. *tit.* 48. & oportet primum uti remedio declarato in principio hujus capitis.

Con-

28. April. 1590. Congregatio Concilii censuit, Episcopum in vim Concilii Trident. *cap. 4. Sess. 21.* non posse erigere coadjutoriam, sed utique cogere Rectorem, ad adjungendum tibi tot Sacerdotes, quot sufficiant Ecclesiæ Sacramenta ministrandis.

29. Junii, 1600. Congregatio Concilii censuit, si in oppido est Ecclesia Parochialis absque fonte baptismali, & Archipresbyteratus ab illa separatus cum fonte baptismali, ita demum Archipresbyteratum, cui alias cura non incumbit animarum, esse curatum, si remotiores homines cogerit pro pueris baptizandis solum Archipresbyterum adire, & tale teneatur id Sacramentum ad omnibus ministrare.

2. *In iis vero, &c.*) Hoc decretum est ad continendum novas Parochias, & assignandum novas portiones novis Parochiis, etiam ita, quæ Regularium sunt.

3. *Ob iocorum distantiam.*) Licet Parochialis Ecclesia in eo sit loco, ubi minor pars Parochianorum habitat, & major pars longe habitat in aliis oppidis, nihilominus Parochus habitare debet prope Ecclesiam, sed succurrendum est remedio præsentis Decreti, & *cap. ad audientiam de Eccles. ædif.*

4. *Novas Parochias.*) Etiam invitis Rectoribus, possunt institui novæ Parochiales, servatis iis, quæ in hoc Decreto statuuntur.

Quando Episcopus procedit ad aliquem actum, vigore Decretorum Concil. Trident. quem etiam suo ordinario jure facere poterat, & in decreto datur ei facultas procedendi ex iam tanquam Apostolicæ Sedis delegato, si velit dividere Parochias ex hoc *c. quod pauetat per text. in cap. Ad audientiam de Eccl. ædif.* si appelletur, potest appellatio in secunda Instantia judicice interponi, & tractari coram Metropolitano, cum non sit necessario interponenda apud Sanctam Sedem Apostolicam.

5. *Arbitrio Episcopi.*) Episcopus ob multitudinem populi potest compellere Rectorem ad sibi adjungendos alios Sacerdotes pro Missis, atque aliis divinis officiis celebrandis, aut Sacramentis administrandis, cum moderamine tamen multitudinis Missarum.

22. Sept. 1600. Congregatio Concilii censuit ex ea sola causa, quod populus alicujus Parochialis adeo sit numerosus, ut unus Rector non possit sufficere Sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo, minime quidem licere ordinario novam Parochiam erigere, nisi & alia concurrant, quæ exprimuntur constitutione fel. rec. Alex. III. quæ incipit, Ad audientiam, & innovatur Decreto Concilii *cap. 4. Sess. 21. vers. in his vero*, sed ob hujusmodi magnam multitudinem debere ordinarium uti remedio *d. cap. 4. in princ.* scilicet cogendo rectores, ut tot sibi sacerdotes adjungant, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda & cultum divinum celebrandum.

Parochus potest sibi alium presbyterum ad curam animarum adjutorem accipere, modo sit ab Ordinario approbatus.

6. *Ex fructibus ad Ecclesiam Matricem.*) Intelligendum est id habere locum, etiamsi Ecclesia illa foret Cathedralis, nam indefinite ponitur & universaliter intelligitur quæcunque Matrix. Quapropter licet Episcopo assignare Sacerdotibus, qui erunt præfecti novis Parochiis secundum hoc Decretum constituris, competentem portionem arbitrio suo ex omnibus fructibus ad Matricem pertinentibus, non distinguendo magis decimas, quam alia corpora reditum. Potest tamen Ordinarius in erectione Parochialis Ecclesiæ facta juxta formam Concil. Trident. *cap. 13. sess. 24. de reformat.* unire eidem Parochiali in actu ipsius erectionis, unum ex quatuor Canonicatibus habentibus curam animarum annexam, existentem in alia Ecclesia non collegiata, quæ erat Parochialis loci, in quo nova Parochia fuerit erecta: quia multa facta tenent, præsertim stante necessitate loci & personarum quæ hoc facit. In contrarium quidem declinabant multi Illustrissimi, hoc tamen non obstante fuit decisum potuisse ordinarium id facere.

Non licet Episcopo, loco erectionis faciendæ prorsus certam populi partem separare ab antiqua Parochia, & alteri commodiori applicare, si nimirum sit vel exiguus numerus populi, vel inopia, vel alia causa, quæ impediat, aut certe non possit fieri erigi novam Parochiam.

7. *Compellere possit populum.*) Assignatio facienda pro nova Parochia prius sit ex fructibus ad Ecclesiam Matricem pertinentibus, & si ea non sufficiat, tunc demum populus compellendus; & si non potest populus ob paupertatem, Episcopus debet de suo, juxta Hostiensem.

Ad succurrendum autem Parochianis foris habitantibus, ut supra dictum est, erigatur una Capellania extra civitatem, quæ non sit Ecclesia per se, sed in potestate Matricis Ecclesiæ, in qua ponatur Sacerdos amovibilis, approbatus ab Ordinario, qui administret Sacramenta illis, qui sunt extra civitatem, ad quos non est accessus ex urbe de

de nocte, quia portæ civitatis claudantur, juxta alleg. c. sequenti.

An ut quæstores arceantur, possint Ordinarii de facultate a Superioribus Regularium Eleemosynæ quærendæ concessa aliquam cognitionem & qualem habere? Congregatio censuit ex Concilio, non prohiberi regulares mendicantes quo minus Eleemosynas quærant; non tamen alios eorum nomine, & quoquo modo posse quæstuari, illo tamen ex loco ubi sine sua monasteria, Eleemosynas per eandem diœcesim quæritantes tenens ad ostendendum Ordinario licentiam suorum superiorum.

REMISSIONES.

a Vide Roch. *de jure patron. verbo, Immatriculata, quæst. 3. num. 10.* Lambert. *ed. erudit. part. 1. quæst. 3. art. 15.* Lap. *alleg. 66.* Rebuff. *de Decimis quæst. 6. num. 22.* Mandol. *in prax. signatur. tit. Erectiones, glossa 6. lib. 3. tit. 5. part. 1.* Gambar. *de Officio legati lib. 3. tit. 11.* Matth. Soar. *in prax. & ordine visitandi, c. 4. n. 1.*

* *Novas Parochias.*) Vide Menoch. *in cons. 477. n. 1. & seq.*

Lib. 3. Decretal. de Ecclesiis ædificandis cap. 3.

AD audientiam nostram noveris pervenisse, quod villa quæ dicitur H. tantum pertinebitur ab Ecclesia Parochiali distare, ut tempore hyemali, cum pluviæ inundant, non possint Parochiani sine magna difficultate ipsam adire: unde non valent congruo tempore Ecclesiasticis interesse officiis. Quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur reditibus abundare, quod præter illius villæ proventus ministret illius convenienter vallet sustentationem habere, mandamus, quatenus si res ita se habet, Ecclesiam ibi ædifices, & in ea sacerdotem, sublato appellationis obstaculo, ad præsentationem rectoris Ecclesiæ majoris cum canonico fundationis assensu instituas, ad sustentationem suam ejusdem villæ obventiones Ecclesiasticas percepturum; provisens tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci matrici servetur: quod quidem fieri posse videtur, cum ejusdem villæ dominus vigiuti arras terræ frugiferæ velit ad usus sacerdotis conferre. Si vero persona matricis Ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum appella-

Conc. Trid. cum Gall.

L pro-

ab c. ficut unire, de excess. Prælat. Conc. Lat. sub Leo. X. Sess. 9. de ref. curiæ & infr. Sess. 25. c. 13. Vide Sess. 24. c. 9.

a * UT etiam Ecclesiarum status, ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conservetur; β † possint Episcopi, etiam tam quam Apostolicæ Sedis delegati, 1. juxta formam juris, sine tamen præjudicio obtinentium, facere (*a*) 2. uniones perpetuas * quarumcumque Ecclesiarum parochialium, & baptismalium, & aliorum beneficiorum, curatorum, 3. vel non curatorum cum curatis, propter earum paupertatem & γ † &c. in cæteris casibus a jure permissis, etiamsi dictæ Ecclesiæ, vel a beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, aut qualitercumque affecta, (*b*) Quæ uniones etiam non possint revocari, nec quoquomodo infringi vigore cujuscumque provisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis.

a § c. unio, in fin. 10. q. 3. & temporis cum seq. 26. q. 1.

DECLARATIONES.

Hoc caput { quo disponitur, posse Episcopos facere uniones perpetuas quarumcunque Ecclesiarum Parochialium, & aliorum beneficiorum cum cura, propter earum paupertatem } non comprehendit beneficia Jurispatronatus. *Infr. hoc cap. §. Universi.*

Si necessitatibus parochialium provideri non possit unionibus præmissis juxta hoc caput, tunc adhibenda sunt remedia posita in *cap. 13. sess. 24. §. In Parochialibus.* Quod si nec possit provideri necessitatibus Parochialium remediis prædictis &

propositis in *dict. cap.* 15. admittat Episcopus remedia juris communis, quibus uti potest adversus Patronos illarum Ecclesiarum, quæ sufficientes reditus non habent pro cultu divino & sustentatione Rectoris, quia possunt compelli Patroni ad præstan non congruam sustentationem, vel pariantur illa unitæ;

1. *Juxta formam juris.*) Hoc est de consensu Episcopali, juxta *Clem. unic. de reb. Eccles. non alien.* Episcopus enim has uniones facere potest.

2. *Uniones perpetuæ.*) Episcopus Parochiales tenues unire potest invicem, vel aliis. Sed Parochiales, quæ sunt de Jure patronatus, non comprehenduntur hoc decreto.

3. *Vel non curatorum.*) Non tamen hospitalia, etiam posito quod darentur in titulum, in quibus nulla exercetur hospitalitas, ex *cap. 8. Sess. 22. de Reformat.* Non comprehenduntur beneficia hic ad inferiorem collatorem pertinentia.

REMISSIONES.

a Vide Bullam Pii V. quæ est 49. *incipit. Ad exequendum*, Mandos. in *reg. 22. de Unionib. quæst. 5. num. 3. ad finem.* Cacciallup. in *tract. de Unionib. art. 5. casu 3.* Rebuff. *de Unionib. 2 num. 38.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 1. num. 20.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 278.* & Ricc. in *prax. Ecclesiast. decis. 492.*

b *Possint Episcopi.*) Absque consensu Capituli possit, ajunt Nav. *Cons. 10. de Officio & potest. Judicis deleg.* & Zerol. *d. verbo, Unio*, §. 9. † Sed contrarium esse tenendum affirmat Nicol. Garcia *de benef. in p. 12. cap. 2.* sequutus per Ricc. in *sua prax. Cur. Eccles. Neapol. decis. 487. numer. 4.*

c *Facere uniones perpetuas.*) Vide infra *Sess. 14. cap. 9. & Sess. 24. cap. 13.* Conc. Lateran. sub Leone X. *sess. 9. de reform.* Camil. Borrel. *cons. 32. num. 32.* Hoc decreto non comprehendi beneficia juris patronatus, censuit Sacra Congregatio; ut refert Garcia *de benefic. p. 12. cap. 2. num. 210.* & voluit Ricc. in *sua prax. curiæ Eccles. Neap. dec. 488. num. 3.*

† *Et in cæteris casibus a jure permissis.*) Super hac materia aliquæ prodiere sunt a Sacra Cardinalium Congregatione decisiones, quas refert Zerol. in *prax. Episcop. p. 2. verbo, Unio, §. 115.* † Alias etiam refertur Garcia *de benefic. p. 12. c. 2. n. 87.* & Ricc. in *sua prax. Cur. Eccl. dec. 492.*

d Quod unio non differri a manualium facienda sit, cum sub ea aliqua causa legitima accedente ad id auctoritate Papæ, refert censuisse sacram Cardinal. Congregationem Zerol. *d. verbo, Unio*, §. 4.

e An Episcopus possit unire beneficia etiam post devolutionem? Affirmant Rebuff. *de Devolut. num. 31.* Zerol. *d. verbo, Unio, vers. Decimo*,

ζ Quod unio possit fieri in perpetuum & ad tempus & hoc debeat exprimi in unione, docent Rebuff. *de Unionib. n. 8. & 9.* Zerol. *d. verbo, Unio vers. Decimo primo*,

η Quod beneficium unitum non possit permutari, tenent Gom. *q. 15. de infirmis resign.* Zerol. *d. verbo, Unio, vers. Decimoquarto*, Flam. *de resign. lib. 2. q. 9. n. 2.*

θ Parochialem posse uniri beneficio simplici, ponendo in ea Vicarium perpetuum, docent Rebuff. in *reg. de idiom. glos. 2. n. 7. & de Unionib. num. 17. & 18.* Zerol. in *prax. Episcop. p. 2. verbo, Parochia*, §. 7. *in fine.*

ι Quod Capitulum possit præstare auctoritatem unioni Sede vacante, dummodo per eam unionem nihil juri Episcopali detrahatur, docent Rebuff. in *reg. de unionib. Glos. 1. n. 1. & 2. & in sit. de Devolut. n. 100.* Zerol. *d. verb. Unio, vers. Sept.* ubi *vers. 15.* solvit, hoc non procedere in antefrioribus Prælatis, veluti Abbatibus, Prioribus, Præpositis, & Commendatariis.

κ *Vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata.*) Quod possit Episcopus unire beneficia devoluta, & reservata Sedi Apost. docent Navar. *cons. 12. de rebus Eccles. non alien. & cons. 10. de Officio deleg.* Zerol. *d. verbo Unio, vers. Octavo*, Gomez. *tr. de Mand. provid. n. 117.* Et quod quia tamen non possit fieri de beneficio devoluto ad Papam ab Ordinario, ob ipsiusmet negligentiam non conferentis illud, & postea vellet illud unire; quia hoc non potest in pœnam negligentiæ suæ, ob quod constitutus fuit titulus de supplenda negligentia Prælat. secus vero, quando inveniret illa jam devoluta, vel propter præcedentem cessionis negligentiam, ignorantiam, vel absentiam, tenent Sylvest. *part. 3. quæst. 13. qual. 4.* Rebuff. *de Devolut. n. 31.* Zerol. *dict. verb. Unio, vers. Octavo*.

λ *Quæ uniones etiam.*) Vide Flam. *de Resignat. lib. 2. q. 9. n. 18.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 2. Card. de Luca*.

CA-

CAPUT VI.

Imperitis sed honesta vitæ Rectoribus Vicarii pro tempore deputentur cum parte fructuum assignanda. Scandalose autem viventes & vivere perseverantes nudentur beneficiis suis.

a c. illiteratos. 36. dist. c. nisi cum pridem, de renunc. c. 1. 36. dist. Conc. To 8. Can. 8.

QUi a illiterati, (a) & imperiti Parochialium Ecclesiarum Rectores † sacris minus apti sunt officiis; & alii, propter eorum vitæ turpitudinem, potius destruunt, quam ædificant; Episcopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, eisdem illiteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, 1. Coadjutores aut Vicarios † 2. pro tempore deputare, β partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint; quacumque 3. appellatione & exemptione remota. (b) Eos γ vero, qui turpiter & scandalose vivunt, postquam prænoniti fuerint, coercere, ac castigare; &, si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverent, eos beneficiis, juxta sacrorum (c) Canonum constitutiones, exemptione & appellatione quacumque remota, privandi facultatem habeant.

b Cap. quia frater. 7. q. 1.

c c. inveniam 16. q. 1. c. felicis. de pœn. in 6. & Clem. multorum de pœn.

DECLARATIONES.

1. *Coadjutores aut Vicarios.*) Arguuntur hoc Decreto Episcopi, qui ex causa infirmitatis constituunt in Parochialibus Vicarios perpetuos, data etiam Rectori facultate de non residendo.

2. *Pro tempore deputare.*) Hæc deputatio ad eum spectat, qui potest instituere concursum. Nec ideo Parochus, cui datus est coadjutor, potest propterea abesse a cura.

3. *Appellatione.*) Ad effectum suspensivum, sed non devolutivum.

REMISSIONES.

a Quod Episcopi, tanquam Sedis Apostol. delegati, Rectoribus Parochialium imperitis, & minus aptis, dare debeant coadjutores, vel Vicarios pro tempore & assignare eis partem fructuum pro sufficienti victu, vel aliter providere: & quod hoc potest Episcopus etiam in parochiis exemptis propter idoneitatis rationem; tenent Zerol. in *praxi Episcop. p. 1. verbo, Parochia*, §. 7. Pat. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 172.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 9. num. 29.* ubi *num. 30.* resolvit, quod parochus, cui datus est coadjutor propter insufficientiam, non potest abesse a residentia, & dicit decidisse sacram Cardinalium Congregationem in hac verba. Propter deputationem coadjutoris parochus, cui datus est coadjutor, non potest abesse a residentia.

* *Parochialium Ecclesiarum Rectores.*) Quod autem non dentur coadjutores Rectoribus beneficiorum simplicium, consultus respondit Vincent. Gtilenzon. *cons. 5. num. 50.*

† *Coadjutores, aut Vicarios.*) Vide Majolum *de irregul. l. 1. c. 32. n. 13.* Salzedo ad *Bern. Diaz in prax. can. c. 21. lit. G.*

β *Partemque fructuum.*) Vide Gambar. *de officio Legati, lib. 5. cit. de coadjutoribus, num. 11.* Gonzal. *d. §. 9. n. 33.*

γ *Eos vero, qui turpiter & scandalose vivunt.*) Vide Flamin. *de Resignat. l. 5. q. 6. num. 101.*

Vide annot. ad hoc *caput in appendice sub discursu 9. Card. de Luca.*

CAPUT VII.

Curet Episcopus Ecclesias vetustate, vel alias collapsas restaurari, si fieri potest ex fructibus ad eas pertinentibus: quibus non sufficientibus contribuant parochiani. Si autem non possint illa Ecclesiæ ullatenus restaurari; destruantur, locusque convertatur in locum profanum non sordidum, & beneficia talium Ecclesiarum transferantur cum oneribus ad matrices Ecclesias, &c.

a CUm illud quoque valde curandum sit, ne ea, quæ sacris ministeriis dedicata sunt, temporum injuria obsolescant, & ex hominum memoria excidant; Episcopi, etiam tam-

tamquam Apostolicæ Sedis delegati, transferre possint beneficia simplicia, etiam juris patronatus, ex Ecclesiis, 1. quæ vetustate, vel alias collapsæ sint, 2. & ob eorum inopiam nequeant instaurari, vocatis iis, quorum interest, in matrices, aut alias Ecclesias locorum eorumdem, seu vicinioribus, arbitrio suo; atque in eisdem Ecclesiis erigant altaria, vel Capellas sub eisdem invocationibus; vel in jam erecta altaria, vel Capellas transferant cum omnibus emolumentis, 3. & oneribus, prioribus Ecclesiis impositis, (a) 4. Parochiales vero Ecclesias, * etiamsi juris patronatus sint, ita collapsas refici, & 5. β instaurari procurent ex fructibus †, & proventibus quibuscumque, ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentibus; qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios, qui γ fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt; aut in illorum defectum δ parochianos omnibus * remediis opportunis ad prædicta cogant; quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. † 6. Quod si nimia egestate omnes laborent, ζ. ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur: cum facultate tam dictas parochiales, quam alias Ecclesias diruas, 8. in profanos usus, non sordidos, erecta tamen ibi Cruce, convertendi.

* c. ult. & pen. de Eccles. ædif. vel repar. sup. Sess. 7. c. 8. de Refor.

DECLARATIONES.

1. *Vetustate, vel aliis collapsæ.*) Ecclesiæ collapsæ, vel restituendæ, vel alio transferendæ sunt, juxta hoc Decretum.

An autem & quando ruinatæ Ecclesiæ converti possint in privatas domos aut loca publica ad usus non sordidos, relinquatur arbitrio Ordinarii disponendum. Similiter an pecunia ex dictis ruinis comparata sit convertenda in bona stabilia Ecclesiæ, vel erogenda in alios pios usus, ejusdem est judicare.

2. *Et ob eorum inopiam.*) Si populus nolit Ecclesiam, quæ minatur ruinam, instaurare, debet penitus destrui, itemque huic quæstioni, An hujus Capitis dispositio procedat etiam in Ecclesia, quæ non prorsus est collapsa, sed majori ex parte ruinam minatur? Congregatio respondet affirmative, sed in hoc casu tantum proposito. Nam Illustrissimi nolunt, quod procedat generaliter, ne sciscet Episcopi sumpta tali occasione Ecclesias transferrent, etiamsi Ecclesiæ non essent ita collapsæ & ruinam minantes; hoc enim severe prohibent fieri.

3. *Ea oneribus prioribus Ecclesiis impositis.*) Non est per Episcopum ullum novum onus imponendum ex conjecturis, vel verisimilitudinibus.

4. *Parochiales vero.*) Parochiales Ecclesias diutas restaurari aut transferri, Episcopus debet curare, servata forma præsentis hujus Decreti. Idem censuit Congregatio de domibus pro necessaria Parochi habitatione intelligendum, quod de Ecclesiis Parochialibus decretum est, omni contradictione remota.

5. *Instaurari procurent ex fructibus.*) Pro hac instauratione non sunt sequestrandi fructus pro Parochi victu.

6. *Quod si nimia egestate omnes laborent.*) Facultas transferendi Ecclesias collapsas, nimia egestate laborantes, competens Episcopo vigore hujus c. 7. §. *Quod si nimia*, non competit ejus Vicario generali, nisi speciali mandato illam habuerit.

7. *Ad matrices Ecclesias.*) Ecclesia ergo diruta parvorum redituum potest ex sententia Congregationis in profanos usus, non tamen sordidos (erecta tamen ibi Cruce,) converti, & transferri ad Matricem seu viciniorem Ecclesiam, ubi erigendum est altare, sub eadem invocatione, impesito onere titulari; ut nimirum Episcopus coret ibi celebrari singulis hebdomadibus per Sacerdotem idoneum. Cœmeterium item profanandum, & deinde ejus transferenda sunt ad novum Cœmeterium, quod a titulari constituitur in eo loco; quo magis placuerit populo constituendum.

8. *In profanos usus non sordidos.*) Qui dicantur usus sordidi, arbitrio Ordinarii hoc totum relinquitur, qui non debet sine causa profanare Capellas: at si aliquam profanandi causam habeat, earum cæmeteria potius attribuenda sunt Ecclesiæ, quæ est caput dictarum Capellarum, quam alteri cuicunque.

REMISSIONES.

a Vide Rebuff. *in praxi*, *tit. de Union. glossi.* 11. *num.* 8. Mandos. *reg.* 21. *Cancel. quæst.* 7. & 8. Boer. *decis.* 345. Peruss. *de Unionib. cap.* 4. *num.* 21. Zetol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo, Visitatio*, §. 9. *n.* 345. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. §. 43. *art.* 13. Bobadill. *in sua Politica, lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 34. plures refert Doctores Cened. ad *Decret. collect.* 153.

* *Parochiales vero Ecclesias.*) Vide Gutier. *Can. quæst. lib.* 1. *q.* 17. *n.* 25. Sarmiento, Navar & alios congestos a Bobadilla *tom.* 1. *sua Politicæ, lib.* 2. *c.* 18. *num.* 135. & *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 34. Ricci. *in prax. variar. resol. cap.* 201. Thenoch. *de visitat. Eccles. lib.* 2. *cap.* 6. Francisc. Salgado de Somoza *in tract. de Regia protectione* 3. *p. cap.* 5. *per totum.*

β *Instaurari procurent ex fructibus.*) An intelligatur deducto prius eis necessario ad suam sustentationem, ne alias cogantur deservire sine alimentis? Affirmant Sarm. *de Reditibus Ecclesiast. p.* 2. *monito* 32. *n.* 3. Cened. *d. collect.* 153. *n.* 1. *in med.* † Salgado *d. cap.* 5. *n.* 16. post Guttier. *alleg.* 20. *num.* 7.

γ *Qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis, &c.*) Vide Valasc. *cons.* 179 *n.* 13. & Iatra Cardinalium Congregatio censuit in hæc verba: Si populus noluit Ecclesiam, quæ minatur ruinam, restaurare, ea debet penitus dirui. Quod Episcopus potest vendere lapides altarium, vel Ecclesiarum destructarum affirmans Navarr. *de spoliis Clericor.* §. 18. *num.* 11. *vers.* 2. Zetol. *d. verbo, Visitatio*, §. 9.

δ *Parochianos omnibus.*) Cum hoc sit opus publicum, & commune, & concernens omnium utilitatem, & necessitatem, teneri semper contribuere nobiles, & alios exemptos docent Avend. *de exequendis mand. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 19. Cened. *d. Collect.* 153. *num.* 2. * Idem Avendan. *lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 29. Bobadilla *d. cap.* 18. *num.* 135. *ad fin.* Guttier. *alleg.* 10. *n.* 5. & 6. Salgado *d. cap.* 5. *n.* 11.

† *Quacunque appellatione remota.*) Vide Salgado *d. c.* 5. *ex n.* 14. & *in* 2. *p. c.* 1. *a num.* 107. post Lancellot. *de attentat. p.* 2. *c.* 12. *limitat.* 8. *n.* 4.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 17. *Card. de Luca.*

CAPUT VIII.

De Episcoporum cura, & visitatione eorum, quæ ad suam diœcesim pertinent.

a* QUæcumque in diœcesi ad Dei cultum spectant, ab Ordinario diligenter curari, atque iis, ubi oportet, provideri æquum est; propterea 1. commendata monasteria, etiam Abbatiæ, 2. Priotatus, & Præposituræ nuncupatæ, in quibus non viget Regularis observantia, necnon beneficia 3. tam curata, quam non curata, sæcularia, & β Regularia qualitercumque commendata, etiam exempta ab γ Episcopis, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegatis, annis singulis (a) visitentur, curentque iidem Episcopi congruentibus remediis, 4. etiam per sequestrationem fructuum, ut, quæ renovatione indigent, aut restauratione, reficiantur: & 5. cura animarum, si qua illis vel eorum annexis imminet, 6. aliaque debita obsequia, recte exerceantur: appellationibus, quibuscumque privilegiis, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, † conservatoriis, judicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus, &, si in eis vigeret observantia Regularis, provideant Episcopi paternis admonitionibus, ut eorum Regularium Superiores juxta eorum Regularia instituta debitam vivendi rationem observent, & observari faciant, & sibi subditos in officio contineant, ac moderentur. Quod si admoniti, intra sex menses eos non visitaverint, vel correxerint; tunc iidem Episcopi, etiam ut delegati Sedis Apostolicæ, * eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi Superiores possent, juxta eorum instituta: quibuscumque appellationibus, privilegiis, & exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus.

a Sup. sess. 7. de refor. c. 8 & infr. sess. 24. c. 9. & sess. ult. de reg. c. 20. Conc. Bracar. 2. c.

DECLARATIONES.

Per vim hujus decreti licet Episcopo visitare omnes Ecclesias, etiam Regularibus subjectas, dummodo illarum minister sint faculates. Pro his vide *notat. ad c. 8. sess. 7.*

1. *Commendata Monasteria.*) Episcopus non debet se interponere in Monasteriis, in quibus viget Regularis observantia, licet Monasteria sint commendata.

Comprehenduntur in hoc Decreto etiam illa Monasteria commendata, quæ sunt perpetuo unita aliis Ecclesiis, vel piis locis, etiamsi ipsa loca essent sub Regulari protectione, ut infra *c. 8. sess. 22.*

Fuit declaratum a Sanctissimo, quod visitationes Hierosolymitanæ non sint ab Ordinariis visitandi, nisi prout possunt alii Religiosi habentes suos superiores, juxta Decreta Concilii Tridentini; cum ipsi etiam sint professi & præceptores, non commendatarii, cum etiam hi sint eorum procuratores, seu sub-priores totius Ordinis; juxta Decretum, *c. 20. Sess. 21. de Regul.*

2. *Prioratus.*) Prioratus militum Hierosolymitanorum Ordinarius visitare non potest, cum illi sint Præceptores, non aliquem Commendatarium, & visitari debeant a Capitibus sui Ordinis, ut *Sess. 7. cap. 8. §. Ubi equites.*

3. *Tam curata, quam non curata.*) Episcopus Ecclesiam Parochialem visitare debet, eique de Parocho providere, qui Sacramenta & alia similia populo administret.

4. *Etiam per sequestrationem fructuum.*) Fructus Ecclesiarum, quæ revocatione indigent, ab Ordinario sequestrari possunt, ut Ecclesiæ separentur, etiamsi illæ essent militum Hierosolymitarum.

5. *Ex cura animarum, si una illis, vel eorum aurigis immineat.*) Ecclesiæ, ubi cura animarum exercetur, visitari possunt ab Ordinariis, etiamsi illæ essent militum Hierosolymitanorum; adhibita tamen moderatione, quam in sua Bulla Pius V. expressit, quæ est, ut illas dumtaxat visitent, quæ animarum curam, illiusque exercitium, & Sacramentorum administrationem respiciunt, quæ Bulla incipit, *Exposcit postulatio*, publicata 22. Sept. 1571.

6. *Aliaque debita obsequia.*) Per vocem hanc (*debita*) in hoc Decreto positam, insinuatur, quod non liceat Episcopo majus servitium, aut onus imponere beneficiis, quam illis ex antiquissima consuetudine vel illorum fundatione vel institutione debetur.

REMISSIONES.

a Vide P. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 40. quæst. 10.* * Franc. Salgado *4. decis. 5. num. 18.* Cavalcan. *decis. 12. num. 30. in 3. p.* Fr. Michael. Agiam *de exhib. anxil. fundam. 4.* Seraph. *dec. 900.* Rice. in *sua var. resolu. cap. 176.*

β *Ex regularia qualitercumque commendata, &c.*) Vide Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. q. 56 art. 3. per totum.*

γ *Ab Episcopis.*) Quod convenit etiam inferioribus, cujusmodi sunt Abbates, Priores, Præpositi, & alii jurisdictionem habentes, docet P. Azor. *inst. moral. p. 1. lib. 12. cap. 18. vers. Sexto.*

† *Etiam immemorabili tempore præscripsit.* Vide Rotam noviss. *decis. 744. in 1. diversorum.*

* *Episcopi etiam ut delegati Sedis Apostolicæ.*) Vide supra in *sess. 6. cap. 3. & sess. 7. cap. 14.* Trevilan. *decis. 36. per tot. l. 1.* Sessa. *decis. 960.*

CAPUT IX.

Quæstorum Eleemosynarum nomen & usus penitus tollitur: Indulgentias & spirituales gratias Ordinarii publicent: & duo de Capitulo fideliter Eleemosynas recipiant sine ulla mercede.

α β CUM multa a diversis antea (a) Conciliis, tam Lateranensi, ac Lugdunensi, quam Viennensi, adversus 1. pravos Eleemosynarum Quæstorum abusus remedia tunc adhibita, posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia; posthæc eorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium scandalo, & querela excrescere reprehendatur, ut de omni emendatione nulla spes amplius relicta videatur; statuit, ut posthac in quibuscumque Christianæ religionis locis eorum nomen, atque usus penitus aboleatur; 2. nec ad officium hujusmodi exercendum ullatenus admittantur: non obstantibus privilegiis, Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, piis

piis locis, & quibuslvis, cujuscumque gradus, status, & dignitatis personis, concessis, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus, 3. Indulgentias vero, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christi fideles decet privari, 4. deinceps per Ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas esse decernit, quibus etiam Eleemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur: ut tandem cœlestes hos Ecclesiæ thesauros non ad quæstum, sed ad pietatem exerceri, omnes vere intelligant.

DECLARATIONES.

1. *Pravos Eleemosynarum Quæstorum abusus.*) Pravi Eleemosynarum Quæstores prohiberi & severe castigari debent; non autem illi, qui collectas Eleemosynas in pios usus convertunt. Non possunt proinde prohiberi a quæstoribus seu mendicantibus S. Antonii de Vienna, fratres mendicantes alicujus Ecclesiæ perpetuæ S. Antonii, quo minus etiam ipsi pro suo Conventu mendicent & quærant.

2. *Nec ad officium hujusmodi exercendum.*) Quando Sedes Apostolica rationabili ex causa concedit alicui pio loco, ut possit Eleemosynam quærere, Episcopo Ordinario rescribit per hæc verba: *Has Eleemosynas, quæ in tua civitate & Diœcesi pro usu dicti hospitalis petuntur, permittas: dummodo personæ quæ colligent eas, honestæ vitæ & spectatæ religionis, & tuo judicio approbatæ sint, minimeque participes datarum Eleemosynarum, & quæstorum nomen nullo modo gerant, sed simpliciter Eleemosynarum Collectores nuncupentur: quique non publicent ullas indulgentias, nec concionentur, nec circumferant sua privilegia, nec reliquias, nec minus aut imprecationibus indicant fideles ad Eleemosynam: non campanellam aliaque instrumenta similia quædam Quæstorum insignia ferant, pulsentve ad excitandas Personas: non petant Eleemosynam tanquam debitam sui solitam, neque ulla arte (etiam prætexta dicendi eretionem S. Antonii, aut aliorum Sanctì, vel aliter) exercitant pecuniam: sed simpliciter, pro-*

deste & cum omni decentitate petendo Eleemosynam pro sustentatione dicti Hospitalis, recipiant tantum, quod sibi liberaliter offertur: neque super his Eleemosynis ullam conventionem quovismodo faciant, etiam in utilitatem dicti Hospitalis. Diligenter autem curabis Ordinarie tue, ut hæc omnia vite observentur, & id ipsi diligenter animadvertat, imo (quo etiam Sanctitas sua conscientiam suam gravari vellit) advigilabit, ne quicquid dictarum Eleemosynarum uomine fuerit collectum, id retum in usum tantum ipsius Hospitalis, & non in alium convertatur.

Facultas quærendi Eleemosynam a Sede Apostolica (sub forma tamen supra dicta) Hospitalibus conceditur, si in eis zealitet Hospitalitas exerceatur: quinimo concedatur sub conditionibus prædictis, quandoque etiam nonnullis aliis Religiosis mendicantibus.

3. *Indulgentias vero.*) Per hujus Decreti posteriorem partem non possunt Ordinarii prohibere, quo minus Religiosi indulgentias, sibi olim a Summo Pontifice concessas, publicent, nullo etiam verbo cum eis facto, at indulgentias, sibi ipsis denuo concessas, absque Ordinarii licentia publicare non possunt. Vide Decretum de indulgentiis in continuatione, *Sess. 25. de Reformat.*

4. *Deinceps per Ordinarios locorum.*) Nullus ergo sine Ordinariorum licentia & authoritate potest eas publicare, non obstante quacumque exceptione aut exemptione, etiamsi Regularis sit aut in Ecclesiis ipsorum Regularium, etiam prætexta privilegiorum, v. g. Confraternitatis Rosarii: sed per Ordinarium, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus, populo publicari debent. Vide idem *inf. Sess. 22. c. 5. §. Nemo.*

REMISSIONES.

a Vide *supr. Sess. 5. in fine, vers. quæsitis*, & adde P. Henric. in *sum. lib. 7. c. 19. a princip.* Nav. *de orat. Mi scell. 66. num. 2.* Quarant. in *summa Bullarii, verbo Archiepiscopi authoritas, vers. 26. in fine.* Zerola *in praxi Episcop. p. 1. verbo, Quæstores, pag. 502.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 57. art. 7. & q. 98. art. 1.* plures refert Doctores Cened. *ad Clem. Collect. 9. p. nibi 401.* * Vide etiam in *Sess. ult. in decretis de indulgentiis, & lib. 4. & 9. tit. 9. lib. 3. recopil. & lib. 2. tit. 9. lib. 1. ordinamenti*, ubi eleganter Didac. Perez. Rice. in *sua prax. var. resolu. c. 290. num. 2.*

ß Zerol. *de verbo*, *Quæstores* asserit in sacra Cardinalium Congregatione decisum esse, dari posse licentiam petendi Eleemosynas cum his circumstantiis. Prima, ut sint personæ bonæ existimationis. Secunda, ne sint participes ipsarum Eleemosynarum. Tertia, ne habeant ullo modo nomen quæstoris. Quarta, nullas indulgentias divulgent, nec concionentur. Quinta, ne sua privilegia, aut sacras reliquias circumferant. Sexta, ne imprecationibus, aut minis Eleemosynas ab hominibus expiimant aut extorqueant, nec campanas alsave instrumenta deferant. Septima, ne quicquam debitum, aut ultratum petant. Octava, ne ullo artificio aut specie commemorandæ orationis alicujus Sancti aut alio perverso more utantur. Nona, sed simpliciter, ac modeste Eleemosynas petant, easque impii loci utilitatem transportent.

Indictio futuræ Sessionis.

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, statuit, & decrevit, proximam futuram Sessionem habendam & celebrandam esse Feria quinta post octavam festi Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, quæ erit 17. mensis Septembris proxime futuri. Hoc tamen adjecto, quod dictum terminum, ac unicuique Sessioni in posterum præfigendum, ipsa sancta Synodus pro ejus arbitrio, & voluntate; sicuti rebus Concilii putarit expedire, etiam in generali Congregatione, restringere, & prorogare libere possit, & valeat.

Vide annotar. ad hoc *caput in appendice sub discursu 9. Card. de Luca.*

SESSIO VIGESIMASECUNDA,

Quæ est sexta

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 17. Septemb. M. D. LXII.

Doctrina α ß γ, &c. de sacrificio Missæ.

SACROSANCTA œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ut vetus abolita, atque omni ex parte perfecta de magno Eucharistiæ mysterio in sancta Catholica Ecclesia fides, atque doctrina retineatur, & in sua puritate, propulsatis erroribus, atque hæresibus, conservetur; de ea, quatenus verum, & singulare sacrificium est, Spiritus sancti illustratione edocta; hæc, quæ sequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

REMISSIONES.

α Vide D. Thom. *p. 3. quæst. 78. art. 5. & 7. & quæst. 83.* Petr. Sot. *tit. de Missa* Cajet. *in opusc. de Sacrificio Missæ contra Lutheran.* Can. *l. 12. de locis Theolog. cap. 13.* Sot. *lib. 9. de Justit. quæst. 2. art. 1.* Card. Bellarm. *de Missa, & lib. 1. cap. 5.* Covac. *lib. 4. Vari. cap. 22.* Veg. *l. 13. in Trident. cap. 19.* P. Henriq. *in sum. lib. 9. de vero Missæ Sacrificio.* Repertorium Inquisitorum *verbo, Missa.* Mich. Tiraoth. *de Sacrificio Missæ.* P. Gabr. Vasquez *in 3. p. D. Thomæ tom. 3. quæst. 83. disput. 220.* P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 10. c. 18. cum seqq.* Ft. Emman. in *sum. tom. 1. cap. 242. de Missa*, Zerol. *in praxi Episc. verbo, Missa.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & incarnat. tom. 1. quæst. 83.* Balduin. Junium inter *opera controv. Bellarm. p. 2. lib. 4.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. a num. 143. cum seqq.*

ß Licitum esse usum accipiendi pitantiam, vel pecuniam pro celebranda Missa specialiter alicui applicata, nullamque ob id committi simoniam, aut culpam, etiamsi Sacerdos eam exigat ex pacto, resolvunt Anton. de Cordub. *de casib. conscient. casu 27.* Mich. Timoth. *de Sacrif. Missæ, tract. 3. quæst. 48.* Jac. de Graffis *lib. 2. dec. aurc. cap. 96. a num. 32.* Guttier. *Canon. lib. 1. cap. 20. a num. 3.* P. Henriq. *in sum. lib. 9. cap. 22. Moral. in Emporio juris part. 1. tit. 1. quæst. 13. a princ.* Petr. Ledesm. *in summ. part. 1. tit. de Sacram. Euchar. cap. 18. vers. Quarta Conclus.* Pat. Soar. *part. 3. quæst. 83. art. 6. disp. 86. sect. 1. cum seqq.* P. Lessius, *de Justit. lib. 2. cap. 33. dub. 2.* P. Vasquez *d. tom. 3. disput. 234.* P. Ægid. *de Sacram. d. tom. 1. quæst. 83. num. 196. cum seqq.* plures Doctores refert Gened. ad *Decretal. Collect. 44. num. 3.*

γ Quod taxatio pitantiæ dicitur injusta, quando ita taxatur, ut neque plus, neque minus liceat dari vel recipi, dicitur tamen justa, quæ in qualibet regione communi consuetudine recepta, & approbata est a viris prudentibus, & Deum timentibus, vel quæ taxata fuerit a superiori habente potestatem, ita ut major non possit juste exigi, tenent Petr. Ledesm. ubi *supr. concl. 7. &* 8. Arag. 2. 2. q. 83. *de Sacrificiis, art. 3. vers. sed dubitabit aliquis.* Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verb. Missæ concl. 2. & 3. §. 5. pag. mihi 227.*

δ Utrum Sacerdos, qui aliquam pecuniæ quantitatem accepit, per se, vel per alium pro dicendis Missis, vel ut eas faciat celebrari per alios Sacerdotes; si eas celebrari faciat per alios, minori pitantia possit juste sibi retinere residuum ejus, quod sibi datum fuit, sine peccato & restitutione? Quod possit retinere, si Sacerdos, qui dat illas Missas, sit parochus, aut ejus populi curam gerat, resolvunt Sot. *de Justit. l. 9. quæst. 3. art. 1. vers. sed hoc propterea.* Ft. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 242. de Missa, num. 12.* P. Soar. *3. part. quæst. 83. art. 6. disp. 86. sect. 3. vers. hæc vero cessante.* Contrariam vero opinionem sequuntur Joan. Major. *in 4. distinct. 45. quæst. 3. dub. 2.* & Petr. Ledesm. *d. cap. 18. vers. A ista dicta se respondet.*

Alii distinguunt in hunc modum: quando Parocho vel Sacristæ, qui pecuniam illam accepit a lege vel consuetudine, est affignata certa quantitas, & ex quaque Missa pitantia ob stipendium seu pro hujusmodi cura, & officio sibi injuncto Missas commendandi, tunc non peccat, nec tenetur ad restitutionem, si aliquam partem retinet sibi, & alteram dat presbytero pro Missis: quando vero Parochus seu Sacrista non habet ullum officium, quod legæ, vel consuetudine compertum sit commendari Missas dicendas, tunc non potest sibi aliquid retinere, quam distinctionem tradunt Navarr. in *Manual. cap. 25. num. 91.* Ludov. Lopez in *instructor. Conscientiæ, p. 2. tit. de Eucharist. cap. 78. vers. insuper.* Beja *casuum conscient. part. 1. casu 12. in fine.* Arag. 2. 2. *quæst. 85. de Sacrif. art. 3. p. 683. in print.* Guttier. *Canonic. lib. 1. cap. 20. num. 32.* Veg. *tom. 2. cap. 41. casu 3.* P. Henriq. *lib. 9. cap. 22. in fine.*

ε An præcepto de audienda Missa satisfaciat ille, qui ad horas Canonicas obligatus, eas tunc recitat, aut alias preces, ad quas tenetur ex voto, aut quia sunt a Confessario ei in Pœnitentiam impositæ, tunc item recitat? Affirmant Navar. in *Manual. cap. 23. num. 8. & de Orat. cap. 19. num. 178.* P. Azor. *instit. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 5. quæst. 3.* P. Soar. *tom. 3. quæst. 88. sect. 3. in fine.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. quæst. 1. num. 14.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 1. q. 83. num. 307. & n. 287.* asserit sufficere audire duas partes Sacri.

ζ An Missa pro multis dicta, tantum valeat cuilibet illorum, ac si pro uno solo celebraretur? Vide Navarr. in *Manual. cap. 23. num. 92. & num. 111. vers. 55. & conf. 6. n. 2. & conf. 7. de celebrat. Missar.* Petr. Navar. *lib. 2. de restitut. cap. 2. a num. 262.* Marc. Anton. Cath. *lib. 5. instit. major. tit. 6. num. 77.* Covar. *in cap. almæ, p. 1. §. 5. num. 9.* Joan. Medin. *Cod. de Orat. cap. de valore Orationis pro multis fusæ.* Spin. *de restitut. gloss. 13. princ. a num. 55.* Ludov. Lop. *p. 2. cap. 78. de Euchar. vers. nam jam hic.* Hier. Lamas, *in 3. part. Methodi, cap. 13. §. 17.* Arag. 2. 2. *quæst. 83. art. 3. vers. hic consultatis.* Ft. Emman. *d. cap. 252. num. 2.* Jac. de Graffis *d. lib. 2. cap. 45. a num. 16.* latissime Dimas in *tract. de Purgat. cap. 37.* Rumad. *lib. 42. gloss. 2. a num. 1. tit. 4. part. 3.* Nunno *in part. 3. Div. Thomæ, quæst. 84. art. 1. dub. 8. pag. 960.* Card. Tolet. *lib. 2. instruct.*

ß Zerol. *de verbo*, *Quæstores* asserit in sacra Cardinalium Congregatione decisum esse, dari posse licentiam petendi Eleemosynas cum his circumstantiis. Prima, ut sint personæ bonæ existimationis. Secunda, ne sint participes ipsarum Eleemosynarum. Tertia, ne habeant ullo modo nomen quæstoris. Quarta, nullas indulgentias divulgent, nec concionentur. Quinta, ne sua privilegia, aut sacras reliquias circumferant. Sexta, ne imprecationibus, aut minis Eleemosynas ab hominibus expiimant aut extorqueant, nec campanas alsave instrumenta deferant. Septima, ne quicquam debitum, aut ultratum petant. Octava, ne ullo artificio aut specie commemorandæ orationis alicujus Sancti aut alio perverso more utantur. Nona, sed simpliciter, ac modeste Eleemosynas petant, easque impii loci utilitatem transportent.

Indictio futuræ Sessionis.

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, statuit, & decrevit, proximam futuram Sessionem habendam & celebrandam esse Feria quinta post octavam festi Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, quæ erit 17. mensis Septembris proxime futuri. Hoc tamen adjecto, quod dictum terminum, ac unicuique Sessioni in posterum præfigendum, ipsa sancta Synodus pro ejus arbitrio, & voluntate; sicuti rebus Concilii putarit expedire, etiam in generali Congregatione, restringere, & prorogare libere possit, & valeat.

Vide annotar. ad hoc *caput in appendice sub discursu 9. Card. de Luca.*

SESSIO VIGESIMASECUNDA,

Quæ est sexta

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 17. Septemb. M. D. LXII.

Doctrina α ß γ, &c. de sacrificio Missæ.

SACROSANCTA œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ut vetus abolita, atque omni ex parte perfecta de magno Eucharistiæ mysterio in sancta Catholica Ecclesia fides, atque doctrina retineatur, & in sua puritate, propulsatis erroribus, atque hæresibus, conservetur; de ea, quatenus verum, & singulare sacrificium est, Spiritus sancti illustratione edocta; hæc, quæ sequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

REMISSIONES.

α Vide D. Thom. *p. 3. quæst. 78. art. 5. & 7. & quæst. 83.* Petr. Sot. *tit. de Missa* Cajet. *in opusc. de Sacrificio Missæ contra Lutheran.* Can. *l. 12. de locis Theolog. cap. 13.* Sot. *lib. 9. de Justit. quæst. 2. art. 1.* Card. Bellarm. *de Missa, & lib. 1. cap. 5.* Covac. *lib. 4. Vari. cap. 22.* Veg. *l. 13. in Trident. cap. 19.* P. Henriq. *in sum. lib. 9. de vero Missæ Sacrificio.* Repertorium Inquisitorum *verbo, Missa.* Mich. Tiraoth. *de Sacrificio Missæ.* P. Gabr. Vasquez *in 3. p. D. Thomæ tom. 3. quæst. 83. disput. 220.* P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 10. c. 18. cum seqq.* Ft. Emman. in *sum. tom. 1. cap. 242. de Missa*, Zerol. *in praxi Episc. verbo, Missa.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & incarnat. tom. 1. quæst. 83.* Balduin. Junium inter *opera controv. Bellarm. p. 2. lib. 4.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. a num. 143. cum seqq.*

ß Licitum esse usum accipiendi pitantiam, vel pecuniam pro celebranda Missa specialiter alicui applicata, nullamque ob id committi simoniam, aut culpam, etiamsi Sacerdos eam exigat ex pacto, resolvunt Anton. de Cordub. *de casib. conscient. casu 27.* Mich. Timoth. *de Sacrif. Missæ, tract. 3. quæst. 48.* Jac. de Graffis *lib. 2. dec. aurc. cap. 96. a num. 32.* Guttier. *Canon. lib. 1. cap. 20. a num. 3.* P. Henriq. *in sum. lib. 9. cap. 22. Moral. in Emporio juris part. 1. tit. 1. quæst. 13. a princ.* Petr. Ledesm. *in summ. part. 1. tit. de Sacram. Euchar. cap. 18. vers. Quarta Conclus.* Pat. Soar. *part. 3. quæst. 83. art. 6. disp. 86. sect. 1. cum seqq.* P. Lessius, *de Justit. lib. 2. cap. 33. dub. 2.* P. Vasquez *d. tom. 3. disput. 234.* P. Ægid. *de Sacram. d. tom. 1. quæst. 83. num. 196. cum seqq.* plures Doctores refert Gened. ad *Decretal. Collect. 44. num. 3.*

γ Quod taxatio pitantiæ dicitur injusta, quando ita taxatur, ut neque plus, neque minus liceat dari vel recipi, dicitur tamen justa, quæ in qualibet regione communi consuetudine recepta, & approbata est a viris prudentibus, & Deum timentibus, vel quæ taxata fuerit a superiori habente potestatem, ita ut major non possit juste exigi, tenent Petr. Ledesm. ubi *supr. concl. 7. &* 8. Arag. 2. 2. q. 83. *de Sacrificiis, art. 3. vers. sed dubitabit aliquis.* Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verb. Missæ concl. 2. & 3. §. 5. pag. mihi 227.*

δ Utrum Sacerdos, qui aliquam pecuniæ quantitatem accepit, per se, vel per alium pro dicendis Missis, vel ut eas faciat celebrari per alios Sacerdotes; si eas celebrari faciat per alios, minori pitantia possit juste sibi retinere residuum ejus, quod sibi datum fuit, sine peccato & restitutione? Quod possit retinere, si Sacerdos, qui dat illas Missas, sit parochus, aut ejus populi curam gerat, resolvunt Sot. *de Justit. l. 9. quæst. 3. art. 1. vers. sed hoc propterea.* Ft. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 242. de Missa, num. 12.* P. Soar. *3. part. quæst. 83. art. 6. disp. 86. sect. 3. vers. hæc vero cessante.* Contrariam vero opinionem sequuntur Joan. Major. *in 4. distinct. 45. quæst. 3. dub. 2.* & Petr. Ledesm. *d. cap. 18. vers. A ista dicta se respondet.*

Alii distinguunt in hunc modum: quando Parocho vel Sacristæ, qui pecuniam illam accepit a lege vel consuetudine, est affignata certa quantitas, & ex quaque Missa pitantia ob stipendium seu pro hujusmodi cura, & officio sibi injuncto Missas commendandi, tunc non peccat, nec tenetur ad restitutionem, si aliquam partem retinet sibi, & alteram dat presbytero pro Missis: quando vero Parochus seu Sacrista non habet ullum officium, quod legæ, vel consuetudine compertum sit commendari Missas dicendas, tunc non potest sibi aliquid retinere, quam distinctionem tradunt Navarr. in *Manual. cap. 25. num. 91.* Ludov. Lopez in *instructor. Conscientiæ, p. 2. tit. de Eucharist. cap. 78. vers. insuper.* Beja *casuum conscient. part. 1. casu 12. in fine.* Arag. 2. 2. *quæst. 85. de Sacrif. art. 3. p. 683. in print.* Guttier. *Canonic. lib. 1. cap. 20. num. 32.* Veg. *tom. 2. cap. 41. casu 3.* P. Henriq. *lib. 9. cap. 22. in fine.*

ε An præcepto de audienda Missa satisfaciat ille, qui ad horas Canonicas obligatus, eas tunc recitat, aut alias preces, ad quas tenetur ex voto, aut quia sunt a Confessario ei in Pœnitentiam impositæ, tunc item recitat? Affirmant Navar. in *Manual. cap. 23. num. 8. & de Orat. cap. 19. num. 178.* P. Azor. *instit. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 5. quæst. 3.* P. Soar. *tom. 3. quæst. 88. sect. 3. in fine.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. quæst. 1. num. 14.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 1. q. 83. num. 307. & n. 287.* asserit sufficere audire duas partes Sacri.

ζ An Missa pro multis dicta, tantum valeat cuilibet illorum, ac si pro uno solo celebraretur? Vide Navarr. in *Manual. cap. 23. num. 92. & num. 111. vers. 55. & conf. 6. n. 2. & conf. 7. de celebrat. Missar.* Petr. Navar. *lib. 2. de restitut. cap. 2. a num. 262.* Marc. Anton. Cath. *lib. 5. instit. major. tit. 6. num. 77.* Covar. *in cap. almæ, p. 1. §. 5. num. 9.* Joan. Medin. *Cod. de Orat. cap. de valore Orationis pro multis fusæ.* Spin. *de restitut. gloss. 13. princ. a num. 55.* Ludov. Lop. *p. 2. cap. 78. de Euchar. vers. nam jam hic.* Hier. Lamas, *in 3. part. Methodi, cap. 13. §. 17.* Arag. 2. 2. *quæst. 83. art. 3. vers. hic consultatis.* Ft. Emman. *d. cap. 252. num. 2.* Jac. de Graffis *d. lib. 2. cap. 45. a num. 16.* latissime Dimas in *tract. de Purgat. cap. 37.* Rumad. *lib. 42. gloss. 2. a num. 1. tit. 4. part. 3.* Nunno *in part. 3. Div. Thomæ, quæst. 84. art. 1. dub. 8. pag. 960.* Card. Tolet. *lib. 2. instruct.*

struct. Sacerd. cap. 6. P. Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 21. quæst. 1.* Greg. de Valent. *tom. 4. disp. 6. q. 11. punct. 1.* Petr. Ledesm. in *sum. part. 1. tract. de Euchar. cap. 17. concl. 23.* P. Henriq. *d. lib. 9. cap. 19. §. 5.* Zerol. *d. verb. Missa, vers. adquartum.* P. Soar. *tom. 3. q. 79. sect. 12. & tom. 4. disp. 48. sect. 6.* P. Ægid. *d. quæst. 63. num. 126. in fine.*

2 Utrum Sacerdoti liceat Missas celebrare anticipate? Doctores statim citandi ponunt sequentes casus. Primus igitur casus erat, licitum esse, Sacerdotem Missam dicere anticipatam ex his, quas in posterum tenetur dicere pro certa intentione. Secundus, quando quis diceret, & celebraret pro intentione ejus, qui habet mandare Missas, etiamsi ille nesciat, poterit pro Missa talmer dicenda, anticipate stipendium accipere, resolvunt Arag. *dict. art. 3. §. 682.* Ledesm. *d. cap. 18. concl. 17. vers. La duda es de un Sacerdote.* Fr. Emman. *d. cap. 232. num. 8.* Et præter hos casus promulgata fuit decisio Cardinalium Concilii Trident. ex mandato S. P. bonæ memoriæ Clement. VIII. edita, cujus tenor talis est.

3 Superioribus diebus significatum fuit S. D. N. pauci abhinc annis in Hispania novam consuetudinem recentiorum aliquot Theologorum opinione nixam, sensim receptam, in dies magis invalescere, ut Sacerdotes Missam celebrantes ejus valorem generalem applicent his, qui postea Missæ celebrationem postulaverit, ac pro eo Eleemosynam præbituri sunt, tametsi, antequam Missæ sacrificium peragretur, neque a Sacerdote illud rogatum, neque ei hac de causa Eleemosynam præstitissent. Quam rem cum Sanctitas S. ad sacram Congregationem Cardinalium Concilii Tridentini interpretum pro materiæ gravitate examinandam rejecisset, in ipsa Congregatione primum de ea actum fuit diligentissime, ac deinde relatum ad Sanctitatem suam; quæ ex ejusdem Congregationis sententia, hujusmodi consuetudinem, tanquam pluribus nominibus periculosam, fidelium scandalis, & offensionibus obnoxiam, atque a vetusto Ecclesiæ more nimium abhorrentem explosit, ac improbavit, atque amplitudini tuæ litteras dari, quod facimus, mandavit, ut omnibus illius Regni Archiepiscopis atque Episcopis, in quorum diœcesibus hujusmodi applicatio in usum inducta fuerit, per literas, aut alias scripto injungas, ut talem usum aboleant, ac prohibeant excommunicationis, atque aliis, quas opportunas, & necessarias existimaverint, pœnis. Idemque præcipiat Generalibus & Capitibus Ordinum, quos in istis regnis nunc noverit commorari, ut scilicet & ipsi Regularibus sibi subditis talibus applicationibus easdem pœnis propositis interdicant. Quæ omnia pro sua pietate, & sanctissimi Domini nostri jussis obsequendi studio amplitudinem tuam sedulo effecturum spectantes, omnipotentem Deum rogamus, ut eam quotidie cœlestis suæ gratiæ donis velit auctiorem. Romæ die 23. Novemb. 1605.

4 Non esse peccatum mortiferum facere Sacrum ante preces nocturnas, seu matutinum, expresse affirmant Sot. *lib. 10. de justit. quæst. 5. art. 4. concl. 2. & in 4. dist. 13. q. 2. in fine.* Flam. in *p. 5. Methodi cap. 3. §. 13. nl. 1. p. 501.* Medin. *q. 1. instit. Confess. cap. 16. §. 2. in fine,* Emman. Sa. in *Aphorismis, tit. de Missa, num. 22.* Joan. Bapt. Corrad. in *resp. casuum conscient. casu 242.* Cuch. *lib. 5. tit. 6. num. 36.* Petr. Arag. *2. 2. quæst. 83. art. 12. vers. de Ordine, p. 838.* Lud. Lop. in *instruct. confes. p. 2. cap. 79. de Euchar. vers. denique neque hic, p. 297. & cap. 105. de horis Canon. vers. nunc tamen.* Veg. in *speculo tract. cap. 10. §. 28. n. 254. vers. Tabien.* Alphons. Veg. in *summ. p. 2. cap. 42. casu 18.* Fr. Emman. in *sum. p. 1. c. 240. num. 12.* Petr. Ledesm. in *summ. p. 1. tit. de Sacr. Euchar. cap. 23. vers. 8. concl.* P. Lessi. *de Just. lib. 2. cap. 37. dub. 12. n. 81.* P. Soar. *part. 3. q. 83. art. 3. disp. 82. sect. 1.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 1. d. q. 83. n. 220.* Quod vero peccatum sit mortale ante matutinarum recitationem Sacrum facere, tuentur D. Antonin. *p. 3. tit. 13. cap. 6. §. 4. in fin.* Armill. in *sum. verbo, Missa. n. 3.* Tabien. *num. 7.* Augel. *num. 42.* Navar. in *Man. cap. 25. num. 83. vers. 18. & de libris Canon. c. 3. n. 70. & c. 21. num. 30.* Di. Raymund. in *sua summa, lib. 3. tit. de Sacrificio. in Glos. verbo, pro defunctis, p. 326.* Simon. Maiol. *de irregul. lib. 3. cap. 20. num. 3.* Anton. Bernard. in *summa. cap. 47. num. 26.* Petr. Ballo in *ecclesiast. Canon. Classe. 1. cap. 3. §. 6. p. 82. vers. Primum est.* Melchior. de Huelam in *Epitom. ceremon. & mysteriorum Missæ, §. 2. vers. Las quales Mayteses, p. 385.* Ludov. Beja *responsi. casuum conscient. part. 3. casu. 50. vers. quia celebrare ante matutinas.* Mich. Timoth. *de Sacrific. Missæ tract. 1. quæst. 2.* Læsi. Zechi. *de Sacram. tract. de Missa, cap. 16. in princ.* Steph. Durantes *de Ritibus Ecclesiæ lib. 3. cap. 24. n. 13.* Jac. de Graffis *lib. 2. dec. c. 40. num. 3.* P. Henriq. *lib. 9. de Missa, cap. 24. n. 7.* P. Azor. *instit. Moral. part. 1. lib. 10. cap. 18. quæst. 17.* & latissime scripsit Laur. Perez. Seco in *elegenti tract.* qui inscribitur, *An liceat Missam celebrare non recitatis Matutinis.*

CAPUT I.

Christus in novissima Cœna Apostolis, quos tunc Sacerdotes faciebat, dedit potestatem ac præceptum offerendi Corpus & Sanguinem suum sub speciebus panis & vini: hoc visibile Sacrificium Ecclesia relinquens, per quod virtus sacrificii in cruce peracti (quod jugiter hoc repræsentatur) applicatur in remissionem peccatorum, quæ quotidie committuntur.

a Hebr. 7. QUoniam sub priori Testamento, teste Apostolo Paulo, propter (*a*) Levitici Sacerdotii imbecillitatem consummatio non erat; oportuit, Deo Patre misericordiarum ita ordinante, Sacerdotem alium secundum ß ordinem Melchisedech surgere, Dominum nostrum JESUM Christum, qui posset omnes, quotquot sanctificandi essent, consummare, & b Hebr. 7. d. c. ad perfectum adducere. Is igitur DEUS, & Dominus noster, cum (*b*) semel seipsum in ara Crucis, morte intercedente, DEO Patri oblaturus erat, ut æternam illic redemptionem operaretur; quia tamen per mortem sacerdotium ejus extinguendum non erat, in cœna novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium, quo γ cruentum illud semel in cruce peracc 1. Cor. 11. gendum repræsentaretur, ejusque (*c*) memoria in finem usque sæculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur; sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans, Corpus & Sanguinem suum sub speciebus panis & vini DEO Patri obtulit; ac sub earundem rerum symbolis Apostolis, quos tunc γ novi Testamenti Sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit; & eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit per hæc verba: (*d*) Hoc facite in d Matth. 26. Luc. 22. meam commemorationem, uti semper Catholica Ecclesia intellexit, & docuit; nam celebrato veteri Pascha, quod in memoriam (*e*) exitus de Æ- e Exod. 3. gypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit Pascha, seipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui Sanguinis effusionem nos redemit, (*f*) eripuitque de potestate tenebrarum, & in regnum suum transtulit. Et hæc quidem (*g*) ille munda oblatio est, g Malac. 1. quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest, ε quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundum offerendam prædixit: & quam non obscure innuit Apostolus Paulus, (*h*) Co- h 1. Cor. 10. rinthiis scribens, cum dicit, non posse eos, qui participationi mensæ Dæmoniorum polluti sunt, mensæ Dominæ participes fieri: per mensam altare utrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ & legis tempore, similitudines figurabatur; utpote quæ bona omnia, per illa significata, velut illorum omnium consummatio & perfectio complectitur.

REMISSIONES.

a Vide P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 10. cap. 18. quæst. 7. vers. Quæres an in aliis*; Card. Bellarm. *lib. 1. de Missa cap. 6. & 7.* P. Valq. *tom. 3. in 3. p. Div. Thom. disp. 218. n. 8.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur.*

cen. tom. 1. q. 83. num. 3. & 79. Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Euchar. cap. 17. concl. 1.

β Secundum ordinem Melchisedech.) Vide Lindan. in panoplia, lib. 4. cap. 40.

γ Quo cruciatum illud semel, &c.) Vide P. Valer. d. tom. 3. disp. 221. n. 30.

δ Novi Testamenti Sacerdotes.) Quod solus Sacerdos possit Eucharistiam consecrare, de fide definitum esse refert P. Valer. Regin. in praxi fori p. cap. 1. n. 29. & n. 40. & à veritate haeret eos posse tempore defendere bellum. lib. 4. de Euch. cap. 16. P. Suar. tom. 3. disp. 81. sect. 3. dico primo.

ε Quam Dominus per Melchiam, &c.) Vide P. Azor. d. c. 31. q. 7. a principio P. Aegid. d. q. 83. n. 117.

Vide Annotationes ad hoc *Caput in appendice sub discursu* 19. *Card. de Luca.*

CAPUT II.

Sacrificium visibile in altari est propitiatorium, non tantum vivis, sed defunctis nondum plene purgatis in Christo,

a ET quoniam in divino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruente immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum cruente obtulit, docet sancta Synodus, sacrificium β illud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut, si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reverentia, contriti, ac poenitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. (a) Hujus quippe γ oblatione placatus Dominus gratiam, & donum poenitentiae concedens crimina & peccata, etiam ingentia dimittit. Una δ enim eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa. Cujus quidem oblationis cruentae, inquam, fructus per hanc ubertime percipiuntur: tantum abest, ut illi per hanc quovis modo derogetur. Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in (b) Christo nondum ad plenum purgatis, rite, juxta Apostolorum traditionem offertur.

a Aug. 10. de Civ. Dei, cap.

REMISSIONES.

a Vide Balduin. Junium super *opera controv. Bellarm. p. 1. lib. 4. cap. 5.* P. Aegid. *de Sacram. & censur. tom. 1. q. 83. n. 107.* late P. Valer. Regin. in *praxi fori poenit. lib. 29. a n. 149.*

β *Sacrificium illud vere propitiatorium esse*,) Vide P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 10. cap. 20. a princip.* Bald. Junium *d. cap. 1. in princip.* Card. Bellarm. *lib. 2. de Sacrif. cap. 4.* P. Valent. *disp. 6. q. 11. punct. 1. §. 19.* P. Aegid. *d. q. 83. a n. 109* Petr. Ledesm. in *sum. p. 1. tract. de Euchar. cap. 17. concl. 8.*

γ *Hujus oblatione placatus Dominus.*) Vide Vasquez in 3. *p. D. Thom. tom. 3. disput. 221. n. 22. & disp. 228. n. 14.* P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 10. c. 20. q. 2. vers. Postremo.* P. Valec. Regin. *d. lib. 29. n. 136.*

δ *Una enim eademque est hostia.*) Vide Paul. Comitol. *respons. Moral. lib. 1. q. 42.*

ε *Sed & pro defunctis.*) Vide P. Azor. *d. lib. 10. cap. 22. quaest. 4.* P. Valer. Regin. *d. lib. 29. n. 153. vers. in vita.* P. Ledesm. in *sum. p. 1. tractat. de Euchar. cap. 17. conc. 21.* An autem, qui in humanis est, possit sibi facere celebrari Missas, vel officium defunctorum? Affirmat Zerol. in *praxi Episc. p. 2. verbo Missa, vers. Decimo*; modo non dicantur orationes, quae monstrant aliquem jam mortuum. v. g. *Inclina Domine*, ubi dicitur, *quem de hoc saeculo migrare jussisti.*

CAPUT III.

Memoria Sanctorum sit in sacrificio, ipsum autem sacrificium non offertur Sanctis,

a ET quamvis (a) in honorem, & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit; non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui

a Aug. de Civ. Dei, lib. 8. c. 27.

a Aug. lib. 3. de lib. arb. c. 10.

qui illos coronavit: unde nec sacerdos dicere solet: Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule; sed Deo de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia imploret; ut ipsi pro nobis interedere dignentur in coelis, quorum memoriam facimus in terris.

b Ibid. §. 2. n. 1.

REMISSIONES.

a Vide Pat. Aegid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom. 1. quaest. 73. n. 138.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 15. *Card. de Luca.*

CAPUT IV.

Canon Missae ab omni vitio purus constat verbis Domini, Apostolorum traditionibus, ac sanctorum Pontificum piis institutionibus.

a ET cum sancta sancte administrari conveniat, sitque hoc omnium sanctissimum sacrificium; Ecclesia Catholica, ut digne reverenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum canonem multis ante saeculis instituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maxime sanctitatem, ac pietatem quamdam redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat; is enim constat cum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac sanctorum quoque Pontificum piis institutionibus.

Humana autem aliena.

REMISSIONES.

a Vide Balduin. Junium super *opera controv. Bellarm. pars. 2. lib. 4. cap. 9.* a *principio, & praecipue vers. Porro Canon.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 20. *Card. de Luca.*

CAPUT V.

Majestas Sacrificii commendatur, & mens fidelium ad coelestia erigitur per quorumdam summisse dicendorum recitationem, caeremonias, vestes, &c.

a UMque (a) natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli; propterea pia mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quaedam summissa voce, alia vero elatiore, in Missa pronuntiarentur, instituit. Caeremonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina & traditione, quo & majestas tanti sacrificii commendaretur, & mentes fidelium per haec visibilia religionis, & pietatis signa ad rerum altissimarum, quae in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

a Aug. Civ. lib. 8. c. 10.

REMISSIONES.

a Vide Bald. Juni. super *opera controv. Bellarm. pars. 2. lib. 4. cap. 8. de caeremoniis Missae.* Pat. Valerium Reginald. in *praxi fori poenit. lib. 29. num. 139. cum sequentibus.* * Vide etiam Soto in 4. *sentent. distinct. 13. quaest. 2. art. 4.* Hugonem de Sancto Victore *lib. 2. de mirific. Christianae fidei 4. part. & lib. de myster. Eccles. cap. 6.* Salzed. *ad Extr. Diez in praxi canonica cap. 38. lit. A.* Thom. Waldens. *de Sacramen. lib. 1. tit. 4. cap. 28.* Albert. Pighi *de Eccles. Hierarchia, lib. 1. cap. 6.* Conrad. Brun. *de caeremoniis Eccles. lib. 1. cap. 1. collect. 3.* Henriquez *in summa Theologiae moralis, lib. 1. de Sacrament. in genere, cap. 12.* qui & alios auctores refert.

CAPUT VI.

Missa etiam ea, in qua nullus praeter sacerdotem, qui est publicus Minister, sacramentaliter communicat, est publica; sitque pro toto corpore Christi, quod est Ecclesia.

1. OPtaret quidem sacrosancta Synodus, ut a in singulis Missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent, quod ad eos sanctissimi hujus sacrificii fru-

a Aug. 1. 20. de Civ. Dei, c. 9.

fructus uberior proveniret : nec tamen, si id non semper fiat, (a) proptereà Missas illas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas & illicitas damnat, sed probat, atque adeo commendat, siquidem illæ quoque Missæ vere communes censeri debent ; partim quod in eis populus spiritualiter communicet ; partim vero, quod a publico Ecclesiæ ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent, celebrentur.

a c. Alio-qui nec Fabian. de conf. dist. 5. c. Etii reenon Conc. Eliberi de conf. dist. 2. c. Omnis homo, nec 2. Toleran. c. 13. probabiter extra tantum Sepositus communicantes.

DECLARATIONES.

1. *Optaret.*) Obstat Concilium Tridentinum Episcopo volenti præscribere certa tempora, (veluti dies Dominicos, quartam & sextam feriam,) quibus tantum liceat viris Laicis conjugatis, negotiatoribus, & mulieribus etiam non conjugatis, sanctissimam Eucharistiam sumere, ob irreverentiam, quam potest quotidiana hujus Sacramenti sumptio in sua Diœcesi parere. Quia antiquo tempore peracta consecratione, omnes adstantes sumebant Eucharistiam, & adeo licitum est quotidie Eucharistiam sumere, *cap. quotidie de consecr. dist.* 2. Quapropter exhortandi sunt fideles, ut sicut quotidie peccant, ita quotidie medicinam accipiant, *cap. si quotiescunque, de consecrat. distinct.* 2.

REMISSIONES.

a Ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ, &c.) Ex hoc textu colligit Ludov. Beja *responsi casuum conscientiæ p.* 4. *casu* 12. *versi. Confirmatur hoc ex Concilio* quod scilicet quilibet Sacerdos potest Eucharistiam ministrare absque peccato sæpius communicanti voluntatis, & ex devotione. Vide D. Ambr. *lib.* 5. *de Sacr. cap.* 4. P. Ægid. *de Sacr. tom.* 1. *q.* 80. *n.* 70. *cum segq.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub diversa* 21. Card. de Luca.

CAPUT VII.

Plures ponuntur causæ, ob quas præceptum sit sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscerent.

MOnet a deinde sancta Synodus, præceptum esse (a) ab Ecclesia sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscerent ; tum quod Christum Dominum ita fecisse creditur, tum etiam quia è latere ejus aqua simul cum sanguine exierit, quod Sacramentum hac mixtione recolitur, & cum (b) aquæ in Apocalypsi Beati Joannis populi dicantur ; ipsius populi fidelis cum capite Christo unio repræsentatur.

a Sess. 22. c. 9. Conc. Bracar. 2. c. 1. Conc. Trull. can. 32.

b Apoc. 17.

REMISSIONES.

a Vide P. Azor. *institut. Moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 5. 6. 7. *vers. Altera Quæstio erat.* P. Ægid. *de Sacram. tom.* 1. *q.* 74. *art.* 6. *n.* 56. P. Vasquez in 3. *p. Div. Thom. disp.* 176. *num.* 13. & *disp.* 179. *num.* 11. Petr. Ledesm. *in summa p.* 2. *tract. de Eucharist. cap.* 4. *concl.* 16. & 17.

CAPUT VIII.

Missa non dicenda vulgari lingua, ejus tamen mysteria populo sunt frequenter inculcanda per animarum curatores.

ETsi Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem ; non tamen expedire visum est Patribus, ut a vulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem retento ubique cujusque Ecclesiæ antiquo, & a sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum matre, & magistra, probato ritu, ut oves Christi cluriant, (a) neve parvuli panem petant, & non sit, qui frangat eis, mandat sancta Synodus Pastoribus, & singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Mis-

Missarum celebrationem vel per se, vel per alios ex iis, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant ; (b) atque inter cætera sanctissimi hujus Sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis & festis.

b Sess. 24. c. 7.

REMISSIONES.

a Ut vulgari passim lingua celebraretur.) Vide Fat. Azor. *Instit. Moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 26. *quæst.* 6. *vers. Verum.* Balduin. Jun. *super opera controvers. Bellarm. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *verbo, Propositio. vers. Probatur* 3. *p.* 15.

CAPUT IX.

Prolegomenon Canonum sequentium.

QUia vero adversus veterem hanc, in sacrosancto Evangelio, Apostolorum traditionibus, sanctorumque Patrum doctrina fundatam fidem, hoc tempore multi disseminari sunt errores, multaque a multis docentur, atque disputantur ; sacrosancta Synodus, post multos gravesque his de rebus mature habitos tractatus, unanimi Patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei, sacræque doctrinæ adversantur, damnare, & a sancta Ecclesia eliminare, per subjectos hos canones, constituit.

DE SACRIFICIO MISSÆ.

CANON I.

a Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum & proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari ; anathema sit.

CANON II.

b Si quis dixerit, illis verbis : (a) Hoc facite in meam commemorationem, (b) Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes ; aut non ordinasse, ut ipsi, aliique sacerdotes offerrent Corpus & sanguinem suum ; anathema sit.

a 1. Cor. 11.

b Luc. 22.

CANON III.

c Si quis dixerit, Missæ sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in Cruce peracti, non autem (c) propitiatorium ; vel soli prodesse sumenti ; neque pro vivis & defunctis ; pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere ; anathema sit.

c Sup. c. 2.

CANON IV.

d Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio, in Cruce peracto per Missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari ; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, impostutam esse, Missas celebrare in honorem (d) Sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit ; anathema sit.

d Sup. c. 3.

CANON VI.

Si quis dixerit, canonem Missæ errores (e) continere, ideoque abrogandum esse ; anathema sit.

e Sup. c. 4.

CANON VII.

f Si quis dixerit, cæremonias, vestes, & externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica utitur, irritabula impietatis esse magis, quam officia pietatis ; anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Missas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas, anathema sit.

CA-

CANON IX.

α Si quis dixerit, Ecclesiæ Romanæ ritum, quo summissa voce pars canonis, & verba consecrationis proferuntur, damnandum esse; aut lingua f Sup. c. 2. (f) tantum vulgari Missam celebrari debere; aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem; anathema sit.

REMISSIONES.

α CANON I. Vide Pat. Azor. *inst. Moral. p. 1. lib. 10. cap. 8. quæst. 4.* P. Vasquez in *3. p. Disp. Thom. tom. 3. disp. 222. num. 15.*

β CANON II. Vide Div. Augustin. *lib. 10. de civitat. Dei, cap. 20.* Pat. Azor. *d. quæst. 4.*

γ CANON III. Vide P. Vasquez *diff. tom. 3. disp. 228. num. 3.* Pat. Ægid. *de Sacram. quæst. 83. num. 161.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori panit. lib. 29. n. 149. & 153.*

δ CANON IV. Vide P. Henriq. *in sum. p. 2. lib. 9. cap. 31. num. 2.*

ε CANON VII. Vide Salzedo alios referentem *in addit. ad Bern. Diaz in prax. canon. cap. 38 lit. A.*

ζ CANON FIN. Vide P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 10. cap. 30. quæst. 1. vers. Altera quæstio est.* Baldum. Junium *super opera controv. Bellarm. p. 2. lib. 4. cap. 7. de Missis privatis, genere linguæ, & modo vocis, prope finem.*

Decretum de observandis & evitandis in celebratione Missæ.

QUanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctum Missæ sacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur; quivis facile existimare poterit, qui cogitarit, maledictum in a Jer. 48. sacris literis eum vocari, (a) qui facit opus DEI negligenter. Quod si necessario fatemur, nullum aliud opus adeo sanctum, ac divinum a Christi fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium, quo vivifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in altari per Sacerdotes quotidie immolatur; satis etiam apparet, omnem operam & diligentiam in eo ponendam esse, ut quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia, & puritate, atque exteriori devotionis ac pietatis specie peragatur. Cum igitur multa jam sive temporum vitio, sive hominum incuria, & improbitate irrepsisse videantur, quæ a tanti sacrificii dignitate aliena sunt, ut ei debitus honor, & cultus ad Dei gloriam, & fidelis populi educationem restituatur; decernit sancta Synodus, ut ordinarii locorum Episcopi ea omnia prohibere, atque e medio tollere sedulo curent, ac teneantur, quæ vel 1. α avaritiæ, (b) idolorum servitus, 2. vel irreverentia, quæ ab impietate vix sejuncta esse potest, vel superstitio, veræ pietatis falsa imitatrix, induxit. Atque, ut multa paucis comprehendantur, imprimis quod ad avaritiam pertinet, cujusvis generis mercedum conditiones, pacta, (c) β & quidquid 3. pro Missis novis celebrandis datur; necnon importunas, atque 4. illiberales eleemosynarum exactiones, potius quam postulationes, aliaque hujusmodi, quæ a symoniaca labe, vel certe a turpi quæstu non longe absunt, omnino prohibeant. Deinde, ut irreverentia vitetur, singuli in suis diœcesibus interdicant, ne qui vago & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat. Neminem præterea, qui publice & notorie criminosus sit, * aut sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittant; neve γ δ parianum 5. privatis in domibus, † atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum tantum cultum 6. dedicata oratoria, ab eisdem Ordinariis designanda, & visitanda, sanctum hoc sacrificium a sæcularibus, aut regularibus quibuscumque peragi: ac nisi prius qui

qui interfit, decenter composito corporis habitu, declaraverint se mente etiam, ac devoto cordis affectu, non solum corpore, adesse. Ab ε Ecclesiis vero musicas eas, ubi sive organo, sive cantu lascivum, aut impurum aliquid miscetur, item sæculares omnes actiones, vana atque adeo profana colloquia, 7. deambulationes, strepitus, clamores arceant, ut domus d Matt. 21. (d) Dei vere domus orationis esse videatur, ac dici possit. Postremo, ne superstitioni locus aliquis detur, edicto, & pœnis propositis caveant, ne sacerdotes aliis ζ quam 8. debitis horis celebrent; * neve ritus alios, aut alias cæremonias, 9. & preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Ecclesia probatæ, ac frequenti & laudabili usu receptæ fuerint. Quarundam ε vero Missarum, & candelarum certum numerum, qui magis a superstitioso cultu, quam a vera religione, inventus est, omnino ab Ecclesia removeant: docentque populum, quis sit, & a quo potissimum proveniat sanctissimi hujus sacrificii tam pretiosus ac cœlestis fructus. 10. ζ Moneant † etiam eundem populum, ut e Cap. 2. frequenter 11. ad suas (e) parochias, de par. vid. Conc. saltem diebus Dominicis, & majoribus Agath. 21. festis, accedant. 1 Hæc igitur omnia, & 63. quæ summatim enumerata sunt, omnibus locorum Ordinariis ita proponuntur, ut non solum ea ipsa, sed quæcunque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi a sacrosancta Synodo potestate, ac etiam ut delegati Sedis Apostolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, statuant, atque ad ea inviolate servanda censuris Ecclesiasticis, aliisque pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant: non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscunque.

Conc. Trid. cum Gall.

DECLARATIONES.

1. *Ad avaritiæ.*) Avaritia non solum arcenda est ab eo, qui celebrat, sed ab his etiam, qui a celebrante aliquid exquirunt, ut illi faciant licentiam celebrandi.

Item non posse Parochos accipere aliquid 1. Feb. etiam a sponte dantibus pro administratione 1592. Sacramentorum: pro eleemosyna autem, quod sponte offeretur, posse accipere.

2. *Ad irreverentiæ vitetur.*) Ubi est consuetudo, quod Sacerdos per Ecclesiam paratus & paramentis Sacerdotalibus indutus eleemosynam quærat & pacem offerat, illam S. D. N. censuit tollendam. Nihilominus Sacerdoti celebranti, oblationem, & eleemosynam accipere licet, dummodo apud altare maneat, nec vagetur, quia per Ecclesiam vagatio hic specialiter tollitur. Parochus autem Ecclesiam circumire potest. At simplex sacerdos, nec ad populum se vertere, nec Ecclesiam circumire potest. Ita Congregatio facto verbo cum Sanctissimo censuit.

3. *Pro Missis novis.*) Qui Missas novas celebrant, possunt se tantum in medio altaris ad populum vertere, & oblationes sponte factas recipere; non autem circumire Ecclesiam hac de causa.

4. *Illiberales eleemosynarum exactiones omnino prohibeant.*) Non enim est obligationis: potest tamen accipi eleemosyna inter partes stabilita pro Missis celebrandis & promitteus solvere, potest convenire. Cajet. in *sum. verbo, Simonia.*

5. *Privatis in domibus.*) Facultatem celebrandi in privatarum domorum oratoriis, ab Apostolica Sede emanatam, Episcopus impedire non potest, verum oratoria ipsa visitare debet, ut videat, si decenti loco, ornatuque sint. Item corrigere quicquid corrigendum invenerit: licentias quoque ab antecessoribus Ordinariis concessas revocare, aut limitare ejus arbitrio permittitur.

Licentia tamen celebrandi Missam in oratorio alicujus Laici revocari non potest sine causa.

6. *Dedicata oratoria.*) In oratoriis extra Ecclesiam dedicatis celebrare licet, dummodo nullum Parochiæ damnum inferatur.

In privatis oratoriis celebrandi facultas ab Episcopo concedi non potest: quod procedit præsertim in locis ad id quidem destinatis, sed oratorii formam non habentibus. Idem de Principum domibus censendum est, nam hoc casu illæ privatæ

censentur, sicut & palatia Baronum. Quibus non obstantibus, Ordinarii arbitrio permittit Pontifex, ne [illegible] infirmitatis qualitate [illegible] mentorum commoditate [illegible] etiam in privato oratorio, vel altari ad hoc deputato, facultatem celebrandi concedat. Et ideo Ordinarius debet dare licentiam Marchionissæ, ut possit sæpe celebrare Missam in oratorio, quod, propter ætatis & valetudinis incommoda, in sala sui palatii honesto & opportuno loco ad sacrum Missæ unum extremodum curarit; modo tamen illud otiosum teneat, sicuti postulat dignitas sacrificii, quod ibi agendum est.

Literis Archiepiscopi Januensis quærentis, quid agendum sibi esset in prava Januensium consuetudine, qua tam ægri quam valentes, passim contra Decret. Concil. Tridentin. Missas domi audiunt; visum est respondendum, ut nemini (qui possit ad Ecclesiam ire) id permittat: in casu tamen necessitatis concedat arbitrio suo, modo celebretur in oratorio, vel altari ad id ministerium decenter constituto.

Infans nobilissima mulier Portugalliæ, cum per consuetudinem non possit ipsa neque ejus familia exire domo ad Missam; potest & conceditur ei ac familiæ in oratorio audire sine tamen præjudicio parochiæ.

Licentia celebrandi Missam in oratorio vel Ecclesia de novo fabricata dari non debet, nisi cum clausula *salvo jure, & sine præjudicio Ecclesiæ Parochialis*. Hoc autem præjudicium intelligitur in his, quæ spectant ad sacramentorum administrationem, & ad alia, quæ ipsi parochiæ de jure debita attinent, in aliis vero non.

Si Oratorium ab Ordinario visum atque recognitum, existimetur idoneum, in quo honor & cultus Deo tribuatur, sicut Missæ sacrificium requirit, debet ab eodem Ordinario, (si adsit aliqua legitima causa,) permitti, ut in eodem Missa celebretur.

7. Dæmoniacationis, sterpitus.) Judices etiam Ecclesiastici, (qualis est Vicarius cum adjunctis) non possunt intra corpus Ecclesiæ judicium exercere, ut *infr. c. 6. Sess. 25. de Reform. §. Episcopis.*

8. Debitis horis.) Ante diem & horis indebitis celebrare nulli licet, etiam vigore privilegiorum a Sede Apostol. ante Concil. Trident. concessorum. An autem Regulares possint Dominicis diebus dicere Missas, nisi prius in Ecclesia majori fuerit cantatum Præfatium? Congregatio censuit, nullo decreto Concil. id inhibitum esse: sicut & non est statutum, ne processiones fiant extra claustra, vel publicent monitiones, seu quæstiones Bullas, sine Episcopi licentia, sic declaravit Congregatio.

Placuit concedi Florentiæ, confraternitati S. Francisci & B. Mariæ Magdalenæ facultatem celebrandi Missam ante locum, sed ita, ut Missa non incipiatur, nisi duabus horis ante Solis ortum.

Prælatis, Capellanis, Clericis fratribus, aliisque superioribus mandavit Pius V. in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub sua indignationis, ac perpetuæ suspensionis a divinis pœna, ut deinceps Missas vespertino tempore, licentiatum a majori Pœnitentiario obtentarum, aut aliarum facultatum, sive quovis alio prætextu celebrare, vel celebrari facere non præsumant. Et hæc sancta constitutio Pii V. in Bullatio est.

9. Et preces in Missarum celebratione.) Licet novæ & non receptæ preces in Missa prohibeantur, non tamen jaculatoriæ, sicut est: *Adoramus te Christe*, & similes usu communi extra sacrificium probatæ, dummodo ob illas nihil omittatur in Missa. Per hæc etiam verba non prohibetur, quin, ubi consuetudo viget, vulgari sermone dici possint.

10. Monentur etiam.) Populus monendus est, ut Dominicis diebus, & Festis majoribus in suis parochiis Missas audiat: non tamen ex vi Concil. Trid. est ad id per censuras Ecclesiasticas cogendus.

11. Ad suas Parochias saltem diebus Dominicis.) Circa excommunicationem ferendam in eos, qui diebus Dominicis non accedunt ad Matricem vel parochialem Ecclesiam pro Missa audienda, Congregatio censuit, hanc pœnam excommunicationis etiam in casu notabilis negligentiæ aut contumaciæ nullo Decreto Concilii impositam fuisse, sed tantum injunctum est Episcopis, ut ipsi monent populum, ut frequenter ad suas Parochias saltem diebus Dominicis, & majoribus Festis accedat, ut loquitur *Sess. 24. cap. 4.*

De rectore monoculo, qui vult se dare religioni, & celebrare Missam, negatum est, si est captus toto oculo, neque hujus dispositionis reperitur exemplum, ne scandalo populo sit. Innoc. in *c. cum cod. de corp. vit.*

Con-

Elborensis, 9. Sept. 1591.

Congregatio Concilii declaravit, caput unicum de observandis, & evitandis in celebratione Missæ *Sess. 22.* in ea parte, in quo disponitur extra Ecclesiam, & ad divinum tantum cultum dedicata oratoria sacrificium Missæ celebrari non debere, non derogasse privilegio introducto in favorem Episcoporum per *cap. ultimum de privil. in 6.*

Per hoc decretum, scilicet, de Missis in privatis domibus non celebrandis, nonnesse ulla ex parte derogatum privilegio concessum in favorem Episcoporum, de quo in *cap. ult. de privil. in 6.* Ab omnibus enim Cardinalibus est ita decisum, quia intentio Concilii est tollere abusus, at in Episcopis non est abusus, cum fiat ex causa, scilicet, ut quotidie Missam audiant, quam non audirent, si illa privilegia ipsis decogarentur. Quo privilegio Episcopi etiam propter valetudinem utuntur: nam profectionis & valetudinis causa æquiparantur. Eodem privilegio possunt uti Episcopi ex urgenti periculo: nam & per *cap. Canendum, de consecr. dist. 1.* conceditur Missæ celebratio propter necessitatem extra Ecclesiam. Item Episcopus non valens commode accedere ad Ecclesiam, potest absque dicta licentia S. D. N. de celebrando, in oratorio celebrare, vel celebrari sibi facere, ex *cap. Missarum solemnia, de consecr. dist. 1.*

Stante prædicta declaratione, scilicet, quod licentia celebrandi in privatis domibus est petenda a Sede Apostolica, Episcopus ipse non potest id concedere aliis, ex hoc textu, & ex dicta declaratione: ad tollendum abusus, licet de jure posset, *d. cap. Missarum solemnia.*

An si regulares aliqua indecentia aut prohibita in Ecclesiis suorum ordinum habeant, ex Concilio Provinciali possit Ordinarius etiam contra ipsos Regulares eorumque Ecclesias, prout ei videbitur, etiam per viam interdicti, vel censurarum providere. Respondit Congregatio posse, dum tamen ad interdictum non procedat, nisi rite & recte observatis omnibus a Jure requisitis.

REMISSIONES.

* *Quæ vel avaritiæ, idolorum servituti, &c.*) Vide Navar. in *Miscell. de Orat. Miscell. 56. n. 3.* Gutter. *Canon. lib. 1. c. 29.* ubi latissime.

β *Et quidquid pro Missis unvis celebrandis datur, &c.*) Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit: Qui Missas novas celebrant, possunt se tantum in medio Alterius sacras recipere, & oblationes Quas autem circumstantias requirat causa [illegible] *praxi Episcop. part. [illegible] Missa. cons. Secundo.*

* *Et notorie criminosus.*) Vide Suarez. ad Tom. Diaz in praxi can. cap. 79. lit. A.

γ *Neve patiantur privatis [illegible] bus, &c.*) Vide Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 30. num. 24. cum seqq.* late Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. cap. 5. dub. 7.* Petr. Ledesm. in *summ. p. 1. tract. de Eucharist. concl. 2. dub. 1. & 2.* P. Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 10. cap. 26. a princ.* P. Henriquez in *summ. p. 2. lib. 8. cap. 56. p. 738.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 1. quæst. 83. n. 223. cum seqq.* Et Sixt. IV. concessit fratribus Minoribus, ut non solum in oratoriis, & locis, quibus degunt, sed etiam in quocunque alio loco congruenti, & honesto possint super Altari portatili Missas libere, & licite celebrare. Et Alexand. VI. concessit iisdem fratribus, ut possint celebrare Missas in cameris sæcularium, vel in plateis, dato, quod non videantur loca inhonesta, quia in cameris dormiunt conjugati, & in plateis fiunt multa profana; quas concessiones adducit Fr. Emman. *quæst. illegal. tom. 1. quæst. 43. art. 4. & 5.* resolvit Concilium in præsenti non revocare hæc privilegia, sed tantum præcipere ordinariis, ut non obstantibus dictis privilegiis compellant Regulares in foro exteriori censuris, & aliis remediis opportunis, ne facultatibus in ipsis privilegiis utantur, & sic non impedientibus Episcopis non est, cur Religiosi scrupulis agitentur. Sed Pat. Azor. *dict. cap. 26. q. 7.* dicit per Concilium in præsenti sublatas esse prædicta privilegia, nisi denuo concedantur, & confirmentur, & allegat Navar. in *Manual. cap. 24. num. 82.* Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib. 2. cap. 6. num. 8.* Par. Ægid. *d. quæst. 83. num. 226.* Ideo Gregorius XIII. concessit Religiosis Societatis JESU, quod non obstante decisione Concilii Tridentini *Sess. 22.* in decreto de observandis & evitandis in celebratione Missæ, possint presbyteri Societatis in missionibus, quæ a Superioribus fiunt, servata alias forma concessionis Pauli III. videlicet cum debita reverentia & honore, sacrificium Missæ super altari viatico celebrare ubique gentium, etiam in castris militum, modo loca, etsi communia & profana, tuta & honesta sint, & præposi-

tur generalis, aut per cum Provincialis Praturus positi, eo tunc utendum fore judicaverint, poterunque ibi ipsi presbyteri sanctissimum Eucharistiæ sacramentum ministrare fidelibus ad illud sumendum debite præparatis.

g Utrum Episcopi possint dare licentiam, ut sacerdos in privatis domibus, quæ sacræ non sunt, immolare queat? Vide Navarr. *cons.* 1. *sub tit.* 5. *de Constit. num.* 76. & *cons.* 16. *de Privilegiis*, P. Azor. *to.* 2. *cap.* 26. *q.* 3. ubi resolvit, hanc facultatem solum Romanum Pontificem concedere posse, & q. 4. sacram Congregationem censuisse, per hoc Decretum non esse derogatum privilegio Episcoporum, quod habetur in *cap. Quoniam*, *de privileg. lib.* 6. de quo etiam Beja *cas. consistit. p.* 4. *casu* 33. Idem Azor. *d. cap.* 26. *quæst.* 5. asserit eandem sactam Congregationem censuisse, Episcopos prædicto privilegio uti posse, quando ob incommodam valetudinem domo exire nequeunt: & *quæst.* 8. posse Missæ sactificium absque peccato fieri extra loca consecrata tempore necessitatis, Episcopi consensu, ubi commode is peti, & impetrari potest, aut etiam sine eo, ubi commode peti non potest, de quo etiam Navar. in *Manual. cap.* 25. *num.* 82. Durant. *de Ritibus Eccles. tit.* 2. *cap.* 6. *n.* 2. Lud. Beja *d. casu* 33. *vers. probatur tum quia.* P. Soar. *p.* 3. *disp.* 81. *sect.* 2. late Petr. Cened. *præll. & Canon. lib.* 1. *q.* 44. *a num.* 4.

† *Neve patientur privatis in domibus.*) Vide Bero. Diaz in *prax. can. c.* 39. ubi etiam Salzedo *lit. A.*

a *Ab Ecclesiis vero munitas tas, &c.*) Vide Cajet. 2. 2. *q.* 91. *art.* 1. *vers. Inter hæc.* Navar. in *Manual. c.* 12. *n.* 87. P. Soar. *tom.* 2. *de Religione lib.* 4. *de Orat. cap.* 13. *n.* 16. & 17. Valent. 2. 2. *disp.* 6. *q.* 9. *punct.* 2. *unic.* late, & elegantèr P. Sanch. in *præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 37. *n.* 7.

(*Ne Sacerdotes aliis quam debitis horis celebrent.*) Vide Navar. *de Orat. in Miscell.* 76. Fr. Emman. in *explicat. Bullæ Cruciatæ*, § 13. *num.* 9. P. Henriq. *lib.* 9. *cap.* 24. § 6. P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœn. lib.* 29. *n.* 173. P. Azor. *inst. Moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 25. *pag.* 1021. P. Valquez in 3. *p. D. Thom. tom.* 3. *disp.* 233. *num.* 26. *cum segq.* Legitimum tempus esse antemeridianum ad celebrandum, resolvunt Fr. Emman. *d.* § 13. *ad finem*. Durant. *de Ritibus Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. P. Soar. *tom.* 3. *disp.* 80. *sect.* 4. P. Ægid. *de Sacram. tom.* 1. *quæst.* 83. *num.* 217. *cum segq.* Fr. Jo. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 6. ubi refert, quibus religiosis fuerit concessum Missam vel horas ante horam, & post horam ab Ecclesia statutam, de quo etiam P. Azor. *d. c.* 25. *q.* 5.

* *Aliis quam debitis horis celebrent.*) Vide tradita a Salzedo ad Bern. Diaz in *prax. can. c.* 46. *per totum*.

v *Quarundam vero Missarum, & candelarum ceream summam, &c.*) Vide P. Gabr. Vasquez in 3. *p. Lib. Thom. tom.* 3. *disp.* 233. *n.* 26. Zerol. *p.* 1. *verb. Missa, p.* 227. P. Sanch. *d. lib.* 2. *c.* 40. *n.* 40. ubi *n.* 41. *de Trinitariis sanctis Amaranti*.

5 *Meneant etiam eundem populum, ut frequenter ad suas Parochias, festosque diebus Dominicis, & majoribus festis, accedant.*) Vide Cened. ad *Decretal. collect.* 109. Ferdinand. Paez. Lusit. in *Repet. cap. Missas, de consecrat. distinct.* 1. *num.* 133. Gutier. *Canon. cap.* 30. *a num.* 7. *lib.* 1. Fr. Emman. in *summ. tom.* 3. *cap.* 149. *num.* 125. & *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 43. *art.* 7. P. Soar. *tom.* 3. *disp.* 87. *sect.* 2. *in dub. circa secundum Missa divisionem*. P. Azor. *instit. Moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 6. *quæst.* 4. P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. lib.* 19. *quæst.* 3. *num.* 22. P. Ægid. *de Sacram. tom.* 1. *quæst.* 83. *num.* 312. P. Henriq. *in sum. p.* 2. *lib.* 9. *de Missa, cap.* 26. *num.* 14. *p.* 830. Matthæ. Soar. *in pract. & ordine visitandi, cap.* 3. *num.* 4. Zerol. in *prax. Episc. p.* 1. *verb. Missa, vers. Ad sextum, pag.* 229. ubi asserit, sacram Cardinalium Congregationem censuisse, non posse Episcopum cogere populum multis aut pœnis, etiam casu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, ire ad audiendam Missam in Parochia sua. † Vide etiam Grilenzon. in *cons.* 54. *num.* 7. & 18.

z *Hæc igitur omnia, &c.*) Ex his verbis colligit Fr. Emman. *d. art.* 7. posse Episcopos compellere Regulares, ut in Officio rio Missarum conventualium, quæ Dominicis diebus in Monasteriis celebrantur, declarent fidelibus, quæ festivitates, & jejunia in illa hebdomada occurrant: ne ignorantia horum festorum & jejuniorum, præcepta Ecclesiastica a fidelibus transgrediantur, & ibi statuit ita videlle observari a quibusdam fratribus Ordinum Mendicantium in hoc Regno Portugalliæ in Archiepiscopatu Eborensi.

DECRETUM DE REFORMATIONE.

EAdem Sacrosancta œcumenica, (*a*) & generalis Tridentina Synodus, (*b*) in

in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ut reformationis negotium prosequatur, hæc in præsenti Sessione statuenda censuit.

CAPUT I.

Omnes Clerici sint a negotiis secularibus alieni, honeste graviterque se gerant, ac sanctè vivant, cum cæteri in eos suos oculos conjiciant, ex iisque sumant, quod imitentur.

* Nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos, tamquam (*a*) speculum reliqui oculos conjiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, * (*b*) ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum, præseferant; levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant; ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur, quo majore in Ecclesia Dei & utilitate & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sint observanda; (*c*) statuit sancta Synodus, ut, quæ alias a (*d*) summis Pontificibus, & a sacris Conciliis de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aleis, † lusibus, ac quibuscumque criminibus, necnon sæcularibus negotiis fugiendis copiose ac salubriter sancita fuerunt, eadem imposterum eisdem pœnis, vel majoribus arbitrio Ordinarii imponendis, obseventur: nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua vero ex his in desuetudinem abisse comperirit, ea quamprimum in usum revocari, & ab omnibus accurate custodiri studeant; non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas, Deo vindice, pœnas persolvant.

a Matt. 5. Petr. 2. qualiter. 2. de accus. c. clericos 21. dist.

b Sess. 14. in proœmio.

c de vit. & hon. cler. extra in 6. & c. canonum. 14. 9. 1. c. evado. 21. 23. Conc. Carthag. can. 6. & Conc. 3. c. 15. Concil. Chalced. canon. 3. Concil. Aurel. 2. c. 14. cum simil. & inf. sess. 24. de ref. c. 12.

d Vide 1. Concil. Matisconen. c. 5. & 2. Nicæn. c. 16. & 4. Carth. c. 42. & segq.

* *quando.*

Qualiter & quando, * quomodo debeat Præsatus procedere ad inquirendum, & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus novi & veteris Testamenti collegitur evidenter, ex quibus postea processerunt Canonicæ sanctiones; sicut olim aperte distinximus, & nunc sacri approbatione Concilii confirmamus. Legitur etiam in Evangelio, quod villicus ille, qui dissamatus erat apud Dominum suum, quasi dissipasset bona ipsius, audivit ab illo: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris villicare. Et in Genesi Dominus ait: Descendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint. Ex quibus auctoritatibus manifeste comprobatur, quod non solum cum subditus, verum etiam cum Prælatus excedit, si per clamorem & famam ad aures Superioris pervenerit non quidem a malevolis & maledicis, sed a providis & honestis: nec semel tantum, sed sæpe (quod clamor innuit, & dissamatio manifestat) debet coram Ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari; ut si res poposcerit qualitas Canonica distinctio culpam fecisse delinquentis, non tamquam in auctor & judex, sed quasi deferente fama, vel denunciante clamore officii sui debitum exequatur, licet autem hoc sit observandum in subditis, diligentius tamen observandum est in Prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare; quin etiam interdum subjectæ, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & invidiæ patiuntur: ideo sancti Patres provide statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facile

Luc. 16.

Gen. 18.

Thren. 3.

admittatur, ne concussis columnis corruat ædificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. Verum ita voluerunt providere Patres, ne criminarentur injuste, ut tamen evitarent, ne delinquerent insolenter, contra morbum utrumque invenientes congruam medicinam, videlicet, ut criminalis accusatio, quæ ad dimentionem capitis, (id est, degradationem) intenditur, nisi legitima præcedat inscriptio, nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis quispiam fuerit infamatus, ita ut jam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, absque dubitationis scrupulo, ad inquirendum & puniendum ejus excessus, non ex odii fomite, sed charitatis procedatur affectu, quatenus si fuerit gravis excessus, etsi non degradetur ab Ordine, ab administratione tamen amoveatur omnino: quod est secundum Evangelicam sententiam a villicatione vilicum amoveri, qui non potest villicationis hanc dignam reddere rationem. Debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio, nisi per contumaciam absentaverit: & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquisendum, ut faciat eis habeant defendendi scripturam. Et non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei, ut quid & a quo sit dictum, appareat, publicanda: necnon exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ, ne per suppressionem nominum infamandi, per exceptionem vero & exclusionem, deponendi falsum, audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque subditorum excessus tanto diligentius debebit Prælatus allegere, quanto damnabilius eorum offensas delerget incorrectas contra quos, ut de notoriis excessibus procedatur, etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denuntiationem, & inquisitionem eorum, ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per levé compendium ad grave dispendium veniatur; sicut accusationem legitima præcedere debet scriptio, sic & denuntiationem charitativa admonitio, & inquisitionem clamosa denuntiatio prævenire, illo semper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, sententiæ quoque forma dicatur. Hunc tamen ordinem circa Regulares personas non credimus usquequaque servandum; quæ, cum causa requirit, fatilius & libentius a suis possunt administrationibus amoveri.

Lib. 3. Clem. de vita & honestate Clericorum.

QUoriam qui objectis vestibus proprio congruentibus Ordini, alias assumere, & in publico portare rationabili causa cessante præsumit, prof sorum illius Ordinis prærogativa se reddit indignum; p æterea constitutione sanctimus, quod quicumque Clericus virgata vel pastita valle p bitet ur, (nisi causa rationabili bita) si beneficiatus extiterit per sex menses a præceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, sit eo ipso suspensus, si vero beneficiatus non fuerit, in facta tamen Ordinibus citra sacerdotium constitutus per idem tempus reddatur eo ipso inhabilis ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum.

Idem quoque censemus de Clericis aliis, vestem talem, simul & tonsuram publice deferentibus clericalem. Dignitatem vero, personatum, seu beneficium aliud obtinens, cui cura imminet animarum, necnon cæterorum sacerdotio constituti, ac Religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitus exterioris morum intrinsecam honestatem ostendere, si (præsertquam ex causa rationabili) publice vestem ferant hujusmodi, aut inhonestam, seu plicum tincum publice portent in capite, sine eo ipso, beneficiati videlicet, a perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent, suspensi per annum, cæteri vero sacerdotes & Religiosi quilibet per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcunque beneficium Ecclesiasticum obtinendum. Sed & tales & cæteri quicumque Clerici utentes epitogio seu rabardo foderato usque ad oram, & ita breri, quod vestis inferior notabiliter videatur, epitogium ipsum laculares Clerici & Religiosi, administrationem habentes teneantur intra menses dare pauperibus: cæteri vero Religiosi administrationem non habentes, intra idem tempus illud teneantur suis Superioribus affignare, in pios usus aliquos convertendum; aliquin beneficiati suspensionis, cæteri vero inhabilitatis pœnas prædictas per idem tempus se noverint incurrisse.

Huic insuper adjicimus sanctioni, ut Clerici, præsertim beneficiati caligis laticis, rubeis, aut viridibus publice non urantur.

RE-

REMISSIONES.

α Vide Navar. *cons. 4. de Regular. num. 27.* & in *cap. sicuti num. 19. quæst. 3. num. 25. vers. 2. P. Rebello, de obligat. justit. p. 2. lib. 3. quæst. fin. sect. 2. n. 5.*

* *Moresque suos componere.*) Vide Salzed. *ad Bern. Diaz. in praxi can. cap. 75. lit. A. P. Greg. Tholosan. de appellat. lib. 2. cap. 10. n. 2. in fine.*

† *Aleis.*) Vide Bern. Diaz *in praxi can. cap. 70.* ubi Salzedo post Navar. Menoch. & alios.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 19. Card. de Luca.*

CAPUT II.

Qualitates assumendorum ad Ecclesias Cathedrales, qui vita bona, & ordine sacro præditi esse debent, ac tales, qui cæteros docere valeant, quæ probari debent testimoniis, &c.

QUicumque α * posthac ad Ecclesias Cathedrales erit 1. assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis, quæ a sacris (4) Canonibus requiruntur, plene sit præditus, verum etiam in sacro Ordine antea, saltem sex mensium spatio, constiturus, quarum rerum instructio, si ejus notitia nulla, aut recens in Curia fuerit, a Sedis Apostolicæ Legatis, seu Nuntiis Provinciarum, aut ejus Ordinario, eoque deficiente, a vicinioribus Ordinariis sumatur. Scientia vero præter hæc ejusmodi polleat, ut muneris sibi injungendi necessitati possit satisfacere. Ideoque β antea in Universitate Studiorum Magister, sive Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel jure Canonico merito sit promotus, † aut publico alicujus Academiæ testimonio idoneus ad alios ducendos ostendatur. Quod, si Regularis fuerit, a Superioribus suæ Religionis similem fidem habeat. Prædicti autem omnes, unde instructio, seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter, & gratis referre teneantur: alioquin eorum conscientias graviter oneratas esse scient; ac Deum, & Superiores suos habebunt ultores.

4 C. cum in cunctis, & c. a nobis 3 de Elect. c. grave olim, de præbend. & inf. lect. lib. c. 1. de reb.

Lib. 3. Decretal. de præbendis, & dignitatibus cap. 29.

GRave nimis est & absurdum, quod quidam Ecclesiarum prælati, cum possint viros idoneos ad Ecclesiastica beneficia promovere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum, non judicium rationis. Unde quanta Ecclesiis damna proveniant, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus, ut prætermissis indignis, idoneos assumant, qui Deo & Ecclesiis vellint & valeant gratum impendere famulatum, itaque de hoc in provinciali Concilio diligens inquisitio summatim; ita ut qui post primam & secundam correptionem fuerit repertus culpabilis, a beneficiis conferendis per ipsum Concilium suspendatur inhibita in eodem Concilio persona provida & honesta, quæ suspensis suppleat defectum in beneficiis conferendis. Et hoc ipsum circa Capitula, quæ in his deliquerint, observetur. Metropolitani vero delictum, superiorum judicio relinquatur ex parte Concilii nuntiandum. Ut autem hæc salubris provisio plenissimo consequatur effectum, hujusmodi suspensionis sententia, præter Romani Pontificis auctoritatem, aut propeli Patriarchæ, minime relaxetur, ut in hoc quatuor Patriarchales sedes specialiter honorentur.

DECLARATIONES.

1. *Assumendus.*) Principalis dignitas in Collegiata Ecclesia exempta, cui ordinaria Jurisdictio cum omnibus juribus quasi Episcopalibus competit, non necessario conferri debet Licentiato, vel Doctori, ut principalis dignitas Cathedralis: Concilium enim, quando loquitur de dignitatibus, *cap. 12. Sess. 24.* hortatur, ut conferantur Doctoribus, non vero præcipit: quia hoc nullibi dicitur esse necessarium. Vide *Sess. 24. cap. 12. §. Hortatur.*

REMISSIONES.

a Vide Concil. Brachar. 4. *can.* 2. *cap.* 4. *cum sequ.* Flamin. *de Resignationibus lib.* 8. *quæst.* 5. *num.* 5. * Vide etiam Salzed. *ad Bern. Diez in prax. cap.* 21. *lit. B.* & *in cap.* 24. *lit. A.* & *in cap.* 25. *lit. A.* Hieron. Cævallus *in suis præct. com. contra com. quæst.* 606. *num.* 8. & 9. Conch. *Collect. ad Decret.* 77. *num.* 2.

b *Ideoque antea in Universale Studiorum*, &c.) Vide Menoch. *de arbitr. casu* 423. *num.* 35. Navar. *de Orat. Miscell.* 38. *num.* 154. *cum sequ.* P. Henric. *in summ. part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 16. §. 2. *lit. R.* & *lib.* 14. *cap.* 191. *in princ.* P. Avil. *Institut. Moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 22. *quæst.* 9. & *lib.* 6. *cap.* 6. *quæst.* 1. P. Leff. *de just. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 24. Gonzal. *ad regul.* 3. *Cancell. glos.* 4. *num.* 67. Conrad. *ad Decretum*, *Collect.* 51. *num.* 4. *in fine*. P. Valer. Reginal. *in praxi fori panit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 171.

† *Vel jure Canonico meritis sit promotus*, &c.) Vide Marcum Anton. Peregr. *conf.* 3. *num.* 19. *vol.* 2.

CAPUT III.

Distributiones quotidianæ crescendæ ex tertia parte quorumcumque fructuum quorumcumque beneficiorum. Portiones absentium cedunt piis locis arbitrio Episcopi. Excipe actu ministrantem in Ecclesia curata extra civitatem. Excipe quæ dam Cathedrales & collegiatas Ecclesias. Ubi non ministrantes perdant aliquid, quod ad dictam tertiam partem accedit.

EPiscopi, etiam tamquam a*by &c. delegati Apostolici, 1. ex fructibus, & proventibus quibuscumque 2. & omnium dignitatum, personatuum, & officiorum, in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis existentium, tertiam 3. partem in distributiones, eorum arbitrio assignandas dividere possint; ut scilicet, qui eas obtinent, si personaliter competens ibi servitium juxta formam, ab eis-

dem Episcopis præscribendam, quotidie die statuto non impleverint; illius diei distributionem amittant, nec eis quoquomodo dominium acquirant, 4. sed fabricæ Ecclesiæ, quarenus indigeat, aut alteri pio loco, 5. arbitrio Ordinarii applicetur. Crescente vero contumacia, contra eos 6. juxta sacrorum Canonum constitutiones procedant. Quod si alicui ex præfatis dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis, de jure, seu consuetudine, jurisdictio, administratio, vel officium non competat, sed extra civitatem in diœcesi 7. cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit; tunc pro tempore, quo in curata Ecclesia resederit, ac ministraverit, & tamquam præsens sit, ac divinis interfuit, in Ecclesiis Cathedralibus, ac Collegiatis habeatur. Hæc in iis tantum Ecclesiis constituta intelligantur, in quibus nulla est consuetudo, vel statutum, ut dictæ dignitates non servientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, & proventuum ascendat: 9. non obstantibus consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, & constitutionibus, etiam juramento & quavis auctoritate firmatis.

DECLARATIONES.

1. *Ex fructibus, & proventibus quibuscumque.*) Hujus capitis dispositio locum habebit, si fructus illi & proventus fint in ipsius Ecclesiæ, in cujus choro sedem habent hæ dignitates: secus vero, si nullos fructus percipiant istæ dignitates ex illis Ecclesiis, in quibus habent eadem in choro tantum; & in quibus quamquam fecerint residentiam; & habent proprium districtum, in quo eadem jurisdictionem exerceant.

2. *Omnium dignitatum.*) Non tamen comprehenduntur dignitates, quæ non habent locum in choro, nullas tamen habent distributiones quotidianas, nec sufficientes prabendas, vel fructus tenues, quæ teneri possunt cum Canonicatibus, ubi

ubi est consuetudo, absque aliqua dispensatione, ut *cap. Licet, de Const. in* 6. nec illis unire Ecclesias parochiales ad augendos fructus distributionum quotidianarum Episcopus potest. Si aliquibus ex dignitatibus, quæ sunt de Jure patronatus Laicorum, in fundatione concedatur aliquod longum tempus, per quod illas obtinentes abesse possint sine fructuum & proventuum amissione, per hoc decretum nihil est illis munodi concessioni derogatum. Verum dignitates omnes, etiam illæ, quæ sunt de jure patronatus, detractioni tertiæ partis fructuum obnoxiæ sunt, ut *cap.* 3. *Sess.* 21. dicitur. Similiter obtinens in Cathedrali, vel Collegiata dignitatem, licet vocem in Capitulo non habeat, nec distributiones quotidianas cum cæteris participet, residere tamen tenetur; & sic detractioni illius tertiæ partis fructuum est obnoxius.

Obtinens legitime duas dignitates in Cathedralibus, in digniori residere debet, & nihilominus fructus alterius lucrabit; non tamen distributiones quotidianas, nec eam tertiam partem prædendæ quæ auctoritate hujus Decreti, in quotidianas distributiones est conversa, *Supr. Sess.* 21. *de Reform. cap.* 3. §. *Habeant.*

Congregatio Concilii censuit, posse Canonicos per mediaria Ecclesiæ inservire, juxta Decretum Episcopi, dum tamen toto anno ultra bimestre non absint ab Ecclesia, & etiam eo tempore distributiones quotidianas minime percipiant. Savonensis Indii. 1591.

3. *Tertiam partem in distributiones.*) Congregatio censuit, hoc procedere etiam, quando distributiones sunt sufficientes. Et distributio facienda est ex fructibus non secundum taxam antiquam, prout in libris Capitularibus, seu aliis notatur, sed secundum communem valorem currentem. Vide *Sessionem* 21. *cap.* 3. §. *Tertiam partem.*

Archiepiscopus Panormitanus, volens erearc distributiones in Cathedrali, juxta formam hujus capitis, dimisit liberas prædendas, distributionesque constituit ex reditibus ejusdem Ecclesiæ, provenientibus a mortuariis & administratione Sacramentorum. Sed Congregatio decrevit, ut ex tertia parte prædendarum constituerentur distributiones quotidianæ.

An ratione visitationis Archidiacono incumbentis ratione suæ dignitatis possit abesse ultra tres menses concessos a Concilio? Congregatio censuit posse.

An vero pro tempore dictæ absentiæ ultra tres menses ex causa visitationis possit lucrari fructus sui Archidiaconatus, qui lucrabuntur per interessentiam.

Congregatio censuit posse, dummodo dati conservetur absentibus legitima causa, non tamen lucrari distributiones merte quotidianas.

An durante ea visitatione lucrari etiam possit fructus illius canonicatus, quem obtinuit, ut ex dispensatione vel ex Ecclesiæ illius consuetudine, ttante quod fructus canonicatus distincti sunt a fructibus prædendæ Archidiaconatus?

Congregatio respondit non posse, nisi pro tribus mensibus vacationis & a Concilio permissis, nec tamen de lucrandis fructibus locum habent, nisi exstet Ecclesiæ consuetudo, ut Archidiaconus visitans nihil fructuum percipiat, quam consuetudinem censuit Congregatio salvam remanere.

Abulens. distributionum Causa proposita.

ILlustrissimi & Reverendissimi Domini, In Ecclesia Abulensi distributiones quotidianæ a fructibus prædendarum separatæ non sunt, & Capitulum prætendit Dnos Episcopum non posse tertiam partem omnium fructuum prædendarum dictæ Cathedralis Ecclesiæ separare pro quotidianis distributionibus, sub prætextu, quod ex consuetudine immemorabili dignitates, Canonici, partionarii & cæteri prædendati dictæ Ecclesiæ Abulensis soleant lucrari grossam prædendarum suarum residentes & interessentes qualibet die, una hora duntaxat, videlicet ad primam, vel tertiam, vel aliam juxta determinationem a capitulo, pro tempotis commoditate faciendam, nec ad majorem residemiam & divinorum interessemiam compelli posse. Sed nihilominus Dn Episcopus dicit posse & deberi ex omnibus fructibus prædendarum dictæ Ecclesiæ prædictam tertiam partem separari, & pro distributionibus quotidianis illam dividi per omnes horas Canonicas, diurnas & nocturnas proportionabiliter pro divinis tantum interessentibus juxta Decretum Concilii Tridentini *Sessione.* 21. *cap.* 3. & præsenti *cap.* & prætentam consuetudinem immemorabilem ab non obstare, cum eam Concilium in dictis Decretis tollat & abroget: grossa autem prædendarum, quæ pro unius horæ assistentia datur, non habet vim nec effectum distributionum quotidianarum: nec satisfit Concilio, quia

quia Concilium loquitur de illis distributionibus, quæ per omnes horas Canonicas diurnas & nocturnas dividuntur, & lucrifiunt, & absentibus ex causa concedunturpro prout prædicta grossa. Hæ enim distributiones de jure magis pro fructibus præbendarum habentur, quam pro distributionibus quotidianis, *extravag. Cum nonnulle, §. Præterea cum in aliquibus, de præbend. inter communes. Cossas in prag. sanct. Gallic., in titulo. Quo tempore quis debeat esse in choro, Glos. vers. distribut. Pariss. Consil. 32. num. 8. lib. 4.* & pluries resolvit Rota, ut in duabus resolutionibus, quarum copiæ dantur & fuerunt traditæ a Covar. *lib. 2. var. resol. c. 12. num. 2.* Et Capitulum contendit, grossam hanc pro quotidianis distributionibus computari posse, ita quod teneatur illam Episcopus proportionabiliter distribuere per omnes horas Canonicas, tam diurnas, quam nocturnas, pro interessentibus tantum, & non pro interessentia unius tantum horæ, ne chorus & Ecclesia sint in alia horis, & divinis officiis debito servitio, & ministrorum præsentia destituta contra decreta, & mentem Concilii. Quare Illustrissimis & Reverendissimis DD. VV. supplicamus, declarari vel D. Episcopum Abulensem, pro quotidianis distributionibus tertiam partem quorumcunque fructuum omnium præbendarum Ecclesiæ Abulensis separare & assignare posse, illamque proportionabiliter, per omnes horas Canonicas diurnas, & nocturnas dividere, pro mercede & dispendio personaliter interessentium duntaxat, etiamsi in Ecclesia Abulensi consuetudo sit immemorabilis, vel statutum, secundum quod grossa præbendarum lucrifiat interessiendo quasibet die uni horæ tantum: vel declarari, D. Episcopum Abulensem posse illam grossam loco tertiæ partis fructuum dividere, & assignare pro quotidianis distributionibus, per omnes horas Canonicas, & non pro mercede unius horæ, sed pro servitio, & personali præsentia omnium horarum assignetur proportionabiliter lucranda, ut sextus Concilio.

Congregatio Concilii censuit, distributiones quotidianas ita dividendas esse, ut quilibet Canonicus deserviendo lucrari possit ex illis id totum, quod de tertia parte sue præbendæ detractum in ipsas distributiones conversum fuerit.

RESPONSIO.

COngregatio Concilii censuit, per grossam, quam istinc lucrifaciunt interessentes quotidie uni tantum horæ non esse locum Concilio in præsenti *cap. 6. & 13. Sess. 21.* Episcopus tamen non debet distam grossam accipere, & inter alias horas dividere, sed ex reliquo corpore præbendarum, si non omnino tertiam, saltem tantam portionem detrahere, quanta sufficiat ad constituendas distributiones, quæ singulis horis sufficiant, ut verosimiliter non negligantur juxta formam ab eodem Episcopo præscribendam. Episcopus autem non poterit dignitatibus, personatibus, & officiis statuere certam officii & servitii formam præter solitam, pro lucranda tertia parte præbendæ in distributiones conversa.

Congregatio Concilii censuit, non posse Ordinarium pro lucranda tertia parte præbendæ distributiones ex Decreto Conc. *cap. 3. Sess. 22. de Reform.* conversæ dignitatibus præsbiteris certam servitii & Officii formam præter solitam.

Elborens. 26. Sept. 1593.

4. *Sed fabricæ Ecclesiæ.*) Id locum habet in dignitatibus, personatibus, & officiis: non ego per hæc verba comprehendit Canonicatus, *sed* illud distributionum genus habet etiam locum, quando non adesset illa ratio, quod nullæ vel ita tenues distributiones essent, ut dicitur in *cap. 3. Sess. 21.* Sed in odium non residentium applicandum est fabricæ, &c.

Congregatio Concilii censuit, si Præpositura Cathedralis, a qua post Concilium tertia pars fructuum detracta, & in distributiones quotidianas conversa proponitur, non sit de corpore Capituli, id, quod ex dicta tertia parte Præpositus non inservivens amiserit; fabricæ Ecclesiæ si indulgeat, vel alteri pio loco arbitrio Episcopi esse applicandum juxta Decretum *c. 3. Sess. 22.*

19. April. 1594.

Hoc habet locum in dignitatibus, personatibus, & officiis, neque comprehendit canonicatus, vel aliud distributionum genus, habet etiam locum, quod hic disponitur, quando non adest illa ratio, quod nullæ, vel ita tenues distributiones essent, ut in *cap. 3. Sess. 21.* sed in odium non residentium applicandum fabricæ: non obstat aliqua consuetudo, qua cavetur, ut deservientibus portiones non servientium accrescant.

5. *Arbitrio Ordinarii applicatur.*) Et eo non

non obstante, quod illa beneficia obtinentes illam tertiam partem, possunt ab Ordinario compelli ad Residentiam præsti præscripti Decreto Concilii *Sess. 24. c. 12.* Vide ad *c. 3. Sess. 21. §. Itaque differentia, in fine.*

6. *Jura Sacrorum Canonum Constitutiones præcipiunt.*) Consuetudo immemorabilis excusare non potest a residentia in Ecclesiis Cathedralibus. Et ita declaravit S. D. N. Gregorius XIII.

7. *Cura animarum imminet.*) Secus si tantum Jurisdictionalis: si vero unitæ sint, est locus *cap. Extirpande, §. qui vero, de prab.*

8. *Tanquam præsens, &c. a Collegiis habeantur.*) Non comprehenduntur Canonici, quatenus habentes Ecclesias parochiales non tamen unitas Canonicatibus, qui, si in parochialibus residerent, fuerint privilegiati ad perceptionem fructuum, exceptis distributionibus quotidianis, juxta Bullam sanctæ memoriæ Pii V. vel ex indulto Apostolico: non poterunt optare domos Canonicales, neque Canonicatum privilegiatum aut similia obtinere; cum non habeantur pro præsentibus, sed tantum sunt privilegiati ad percipiendos fructus: & id quidem, quando exstat consuetudo vel statutum, quod absentes non possint optare.

Dignitates & officia obtinentes in Ecclesia Salamantina, de quibus in hoc capitulo comprehenduntur sub dispositione Concilii *cap. 12. vers. præterea obtinentibus Sess. 24.* ut ad præstandum servitium novem mensium juxta justis decentem formam possint compelli.

Competens servitium, quod præstare tenentur obtinentes dignitatem, & beneficia in Ecclesia Cæsaraugustana, non ad eum plane modum accipiendum est, quo præscribitur a Concilio Trid. in *cap. 12. vers. præterea obtinentibus, Sess. 24.* sed Archiepiscopum posse & debere, circumscripto alio ejus decreto, a quo ex parte dignitatum appellatum fuit, alitet quidem servitium illi competens & congruum statuere, nempe ex hoc *cap.* Cæterum oportere Archiepiscopum arbitrium (quum pro muneribus & onenbus ipsis dignitatibus & officiis incombentibus moderari, simulque rationem habere habitantium extra clausum in præscribendis horis, quibus interesse quisque teneatur, juxta autem horas & dies servitii ad hunc modum determinati, dividendas esse distributiones ex tertia parte quorumcunque fructuum & proventuum earundem dignitatum & officiorum detemptas, deductis tamen pensionibus, aliisque legitimis oneribus, quamdiu duraverint. Quæ quidem distributiones ab illis, qui principaliter statuto tempore non deservunt, amittantur, & fabricæ Ecclesiæ aut alteri pio loco juxta decretum ejusdem *cap. 3.* applicentur, obtinentesque hujusmodi dignitates & officia, licet in commodum perinde atque alii ejusdem Ecclesiæ Canonici admitendi sunt & ad Missas in altari majori celebrandas.

9. *Non obstantibus consuetudinibus.*) Congregatio censuit, hic non esse derogatum fundationi.

REMISSIONES.

a Vide Covar. *lib. 3. var. cap. 13. num. 5.* Navar. *de orat. Miscel. 59. num. 6. & 81. fol. 14. num. 51.* Gutter. *Canon. lib. 2. c. 1. n. 106.* Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verb. Distributiones, §. 4. fol. mihi 136.* P. Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 7. quæst. 8. col. 831.* Quarant. *in sum. Bullarii verb. residentia. p. 445.* Nic. Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. n. 250. cum seq.* P. Henrig. *lib. 7. de Indulg. cap. 39. §. 3. fol. 592.* * Vide etiam supra *Sess. 18. cap. 3.* & quæ ibi diximus.

Decisiones Illustrissimorum Cardinalium socræ Congregationis addutæ a Nicol. Garzia locis infra citatis.

1 PRima. In Decreto *Sess. 21. cap. 3.* agitur de Canonicatibus, & portionibus, & sit de necessitate hæc detracto, quando sunt nullæ distributiones, vel ita tenues, quæ distributuntur interessentibus tantum, sed in *cap. 1. sess. 22.* deducitur hæc tertia pars ex dignitatibus, etiam non ex necessitate, sed in odium non residentium, & pars absentium non præsentibus, sed alicui pio loco applicanda, refert Garzia *de Benef. p. 3. c. 2. n. 4. 6.*

2 Secunda. Portiones absentium accrescunt deservientibus, si ex Decreto Concilii, *sess. 21. cap. 3.* separatæ sint: secus vero si ex Decreto, *cap. 3. Sess. 22.* nunc enim fabricæ Ecclesiæ, quarenus indigeat, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarii applicabuntur; nec obstat aliqua consuetudo, qua cavetur, ut deservientibus portiones non servientium accrescant, refert Garz. *d. cap. 2. n. 465.*

3 Tertia. Differentia inter *cap. 3. Sess. 21.* & aliud *cap. 3. Sess. 22.* est, quod *cap. 3. Sess. 22.* loquitur tantum de dignitatibus, a qui-

a quibus Ordinarius tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas convertendam separare potest, dato etiam, quod distributiones quotidianæ non sint retentæ, & hoc in odium obtentorum dignitates, & residere negligentium, & quando illa tertia pars sub tuta per non servientes amittitur, locis piis est applicanda. *Cap.* vero 3. *Sess.* 21. loquitur solum, quando distributiones sunt ita tenues, ut negligantur: & hoc casu tertia pars sic separata, & in distributiones ab Episcopo conversa, si per non servientes amittitur, proportionaliter servientibus accrescit. Garsi. *d. cap.* 21. *n.* 462.

a Quarta. Quando Episcopus usus est remedio *cap.* 6. *Sess.* 22. in detrahenda tertia parte ex dignitatibus; non potest eri remedio *cap.* 3. *Sess.* 22. in detrahenda alia tertia parte ex dignitatibus, & nihil dandum est iis, qui contulerunt, refert Garsia ubi supra, *n.* 472.

a Quinta. Hæc deductio facienda est ex fructibus, non secundum taxam antiquam, prout in libris Capitulorum, seu aliis, sed secundum valorem currentem, refert Garsi. *num.* 467.

a Sexta. Obtinens in Cathedralibus & Collegiatis dignitatem, licet vocem in Capitulo non habeat, nec distributiones quotidianas cum cæteris participet, residere tamen tenetur, & sic detractioni ipsius tertiæ partis fructuum est obnoxius, refert Garsi. *n.* 481.

a Septima. Antequam detractio hæc fiat, deducendæ sunt prius pensiones, & alia onera legitime imposita, quamdiu tales duraverint, sed de novo imposita non computabuntur illam tertiam partem, & quod de fructibus alteri reservatis non fit illa detractio, donec reservatarius viverit, sed si beneficia tuisum habens negleverit residere, privandus est eodem titulo alteri postea conferendo, refert Garsi. *num.* 468.

a Octava. Nec pro distributionibus Canonicorum Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ auferendum est quidquam de beneficiis, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam; nisi Ecclesiæ, vel beneficia extra dictam Cathedralem, vel Collegiatam existentia essent perpetuo Canonicatuum unitæ præbendis prædictarum Ecclesiarum, a quibus beneficia extra prædictas Ecclesias, si quid ob eam causam exactum esset, debet restitui, & de cætero ab hujusmodi exactione abstinere, refert Nicol. Garsi. *num.* 474.

a Nona. Congregatio Concilii censuit, per gratiam, quam tibi facientibus interessentes quotidie, una tantum hora, non esse satisfactum Concilio, *Sess.* 21. *cap.* 3. & 22. *cap.* 3. Episcopus tamen non potest de grossam accipere, & in alias horas dividere, quin possit ex reliquo corpore præbendarum, si non omnino tertiam partem, saltem tantam portionem detrahere, quanta sufficiat ad constituendas distributiones, quæ singulis horis servientibus non negligantur, refert Garsi. *n.* 483.

1. *Ex fructibus, & proventibus, &c.*) Garsi. *d. cap.* 21. *num.* 477. dicit, quod debent esse fructus illius Ecclesiæ, in cujus choro sedem habent hæ dignitates; secus vero, si nullos fructus percipiant istæ dignitates ex aliis Ecclesiis, in quibus sedem habent, in choro tamen nunquam fecerunt residentiam, & habent proprium districtum, in quo suam jurisdictionem exercent.

μ *Omnium dignitatum.*) Garsi. *d. cap.* 21. *num.* 438. resolvit, quod non comprehenduntur dignitates, quæ etsi locum habent in choro, nullas tamen habent distributiones quotidianas, nec sufficientes præbendas, vel fructus tenues, quæ retineri possunt cum Canonicatibus, ubi est consuetudo, absque aliqua dispensatione, ut *cap.* 1. *de consuetud. in* 6. nec illis unire Ecclesias parochiales ad augendum fructus distributionum quotidianarum Episcopus potest.

Vide annot. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 15. *Card. de Luca.*

CAPUT IV.

In Cathedrali vel Collegiata, etiam regulari mancipatus non habeat vocem in Capitulo, nisi sit subdiaconatus. Quæ onera subeundi per se infra annum sint quique idonei. In posterum provisio fiat solis habentibus integre ætatem, &c.

1. QUicunque in Cathedrali, vel Collegiata, sæculari, vel 2. regulari Ecclesia divinis mancipatus officiis, in Subdiaconatus Ordine saltem constitutus non sit, vocem in hujusmodi Ecclesiis in Capitulo non 3. habeat, etiamsi hoc sibi ab aliis 4. libere fuerit concessum.

5. Si

5. Si vero, qui dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis Ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet, 6. ut alii Missas, alii Evangelium, alii Epistolas dicant, seu cantent, quocumque ii privilegio, exemptione, prærogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur; justo impedimento cessante, 7. infra annum Ordines suscipere requisitos, alioquin pœnas incurrant, juxta constitutionem Concilii Viennensis, (a) quæ incipit: Ut ii qui; quam præsenti decreto innovat, γ cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos Ordines per seipsos exercere, ac cætera omnia officia, quæ debent in cultu divino præstare, sub eisdem & aliis, etiam gravioribus pœnis arbitrio eorum imponendis. Nec δ, aliis in posterum fiat provisio, nisi iis, 8. qui jam ætatem, & cæteras habilitates integre habere dignoscantur: aliter irrita sit provisio.

a c. ut ii, de ætat. & qualit. in Clem. lib. 1. c. 1. tit. 6.

Lib. 3. *Clement. De ætate & qualitate, & ordine præficiendorum.*

UT ii, qui in divinis Cathedralibus vel Collegiatis sæcularibus vel regularibus Ecclesiis sunt mancipati officiis, vel mancipabuntur in posterum, ad suscipiendos sacros Ordines propensius inducantur; Statuimus, ut nullus de cætero in hujusmodi Ecclesiis vocem in Capitulo habeat, (etiamsi hoc sibi ab aliis libere concedatur) nisi saltem in subdiaconatus Ordine fuerit constitutus. Illi vero, qui dignitates, personatus, officia, vel præbendas, quibus certi Ordines sunt annexi, pacifice nunc obtinent in eisdem Ecclesiis, vel obtinuerint in futurum, nisi (justo impedimento cessante) ad hujusmodi Ordines se promoveri fecerint intra annum, ex tunc donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in Capitulo habeant earumdem, ipsisque distributionum, quæ dantur iis, qui certis horis intersunt, portiones fabricabuntur. Non obstantibus quibuslibet consuetudinibus, vel statutis. Pœnis aliis, quæ contra tales promoveri ad Ordines recusantes statuuntur in jure, nihilominus in suo robore permansuris.

DECLARATIONES.

1. *Quicumque in Cathedrali.*) Qui sunt in sacris, & maxime in Presbyteratus Ordine, nullo statuto videntur prohiberi posse, quin vocem habeant in Capitulo.

2. *Regulari.*) Sed non loquitur de monasteriis Regularium.

3. *Habeat.*) Neque consultivam vocem, neque assistentiam, neque sedem in Capitulo.

4. *Libere fuerit concessum.*) Non modo in omnibus actibus expediendis, qui Capitulariter expediuntur, sed etiam in electionibus.

5. *Si vero, qui dignitates.*) Canonici, qui Ordines sacros debitos, post monitionem sumere recusant, ab Ordinario privari debent. Attamen Archidiaconus, ad quem de consuetudine Ecclesiæ spectat (absente Decano) convocare Capitulum, & in eo proponere, & resolutiones accipere; id potest, etiamsi non sit in sacris; cum ille sit actus Jurisdictionis, qui competit Archidiacono, etiam in sacris non constituto, & ad Decanum non spectat ratione Ordinis, sed antiquitatis & Superioritatis.

6. *Ut alii Missas.*) An Canonici teneantur per se ipsos cantare Missas in omnibus festis & Dominicis adventus, & quadragesimæ, an tantum solemnibus? Congregatio censuit, cogendos esse ad personaliter canendas Missas illis diebus, quibus ex institutis, & legitima consuetudine illius Ecclesiæ debent.

7. *Ius infra annum Ordines suscipere requisitos.*) Ex hoc decreto, & *cap.* 12. *Sess.* 24. *de reform.* §. *neminem etiam*, non est privandus quis Canonicatu, eo solo, quod intra annum non sit promotus ad sacros Ordines, qui tamen decem & octo annos natus sit: nec per Decretum Concilii, *Sess.* 23. *cap.* 12. quo cavetur, ne quis ante 22. annum sacris initiari possit; quia per hoc Decretum nemo cogitur ordinari, nisi in legitima ætate constitutus.

Congregatio Cardinalium censuit, ad obtinendam parochialem oportere eum, cui conferetur, attingere 25. annum, atque intra annum a die collationis debere ipsum ad presbyteratus ordinem se facere promoveri.

8. *Qui*

8. *Qui jam ætatem.*) Declaratur in *sess. 24. cap. 12. §. nominem, ibi, ut in tali ætate.*

Congregatio Concilii censuit, non licere Episcopo post Concilium etiam accedente patronorum consensu derogare quæ statibus in beneficii fundatione appositis, ideoque si beneficium in fundatione certam ætatem requirat, non posse Episcopum illud, quamvis Patronus consenserit, ei conferre, qui nequaquam fuerit hujusmodi ætatis.

Hoc decretum comprehendit omnia beneficia, quæ ordinem requirunt.

Obtinent parochialem Ecclesiam per provisionem Sedis Apostolicæ, habens libeum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum, & proventuum ad dictam Ecclesiam parochialem pertinentium possessionem, licet in limine adeptæ possessionis prædictæ mota lis fuerit per aliquem in petitorio, tamen tenetur promoveri facere intra annum, lite pendente parteque fructuum ei pro sufficienti victu assignare, juxta Concilii Tridentini formam.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Emman. *quæst. Reg. tit. 1. quæst. 3. art. 6.*

Si vero, qui dignitatem, &c.) Vide P. Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 6. cap. 8. quæst. 11. col. 698.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tit. 2. quæst. 51. art. 5.*

Ceganeque Episcopi, &c.) Vide *infra, Sess. 24. cap. 12. vers. Episcopus autem.* Navar. *in tract. de Orat. Miscel. 45.*

Nec aliis in posterum fiat provisio.) Vide Navar. *cons. 45. sub tit. de temper. Ordin. & cons. 2. de præb.* P. Paul. Comitol. *respons. Moral. lib. 8. quæst. 64. num. 1.* P. Leil. *de Justit. lib. 2. cap. 34. dub. 24. in fin.*

De statuto Compostellanæ Ecclesiæ, quod, qui inservivit ei per quadraginta annos, habeatur pro jubilato, ita ut esset exemptus a servitio, & fuerarentur quotidianas distributiones, sit sublatum per sacram Cardinalium Congregationem: licet postea, ut dicitur in ea declaratione, Sanctissimus dixerit, dictum statutum esse tolerandum, resolvit Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 298. num. 19.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 20. Card. de Luca.*

CAPUT V.

Dispensationes committendæ extra curiam Romanam, videantur ab Ordinariis locorum: nec gratiosæ effectum habeant, nisi Episcopus cognoverit summarie.

1. a * Dispensationes, quacumque auctoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam committendæ erunt, 2. committantur Ordinariis illiorum, qui eas impetraverint. Eæ vero, quæ gratiosè concedentur, suum non sortiantur effectum, nisi prius ab eisdem, tamquam delegatis Apostolicis, 3. summarie tantum, & extrajudicialiter † cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subjacere.

DECLARATIONES.

1. *Dispensationes.*) Summarie tantum & extrajudicialiter cognoscantur dispensationes: requisitur tamen citatio.

2. *Committantur Ordinariis.*) Dispensationes in forma gratiosa impetratæ, quæ vulgo dicuntur, *sine causa*, debent præsentari Ordinariis, ut ab eisdem cognoscantur, juxta Decretum Concilii in præsenti *cap.* nec antea partes illis uti possunt.

3. *Cognoscatur.*) Nec aliquid accipere Episcopo vel Vicario licet, vel ratione taxæ, etiam ex immemorabili tempore, vel ratione sigilli, vel cujusvis alterius rei: Quapropter dictum illud, quod solet poni in literis dispensationum, scilicet, *ut nihil muneris, aut præmii etiam sponte oblati accipi posse pro illarum executione*, ita intelligendum est, ut neque Ordinarius ipse, neque Vicarius ejus quidquam prorsus etiam pro mercede laboris, quem ea in re susciperent, capere possint. Notarii vero pro examine testium quartam partem auferi, seu Ducati licite accipere possint. Ita declaravit S. D. N. Gregorius XIII. qui dixit etiam, quod pro literis ad absolutionem & dispensationem in foro conscientiæ tantum, nihil omnino percipi possit, quemadmodum Romæ observatur. Nemo potest publicare Indulgentias in sua Ecclesia concessas, sine licentia & auctoritate Ordinarii illius loci, non obstante quacumque exemptione. Supra *Sess. 21. cap. 9. §. Denique.*

Quando sunt plures judices in solidum constituti, uno causam cognoscente, cæteri cognoscere prohibentur, est enim locus præventioni, *cap. Cum plures, de offic. deleg. lib. 6.*

REMISSIONES.

a Vide Seraph. *decis. 1072.* * & Navar. in *Manuali, cap. 29. num. 253.*

Quod si Papa aut Delegatus ejus, concellam a se dispensatione gratiam committat Ordinario, ut verificata narrativa dispenset, non expirat morte Papæ concedentis, quamvis Episcopus nondum dispensaverit, aut necdum gratiam acceptaverit, resolvit P. Henriq. in *sum. p. 1. lib. 7. cap. 22. §. 7.*

† *Extrajudicialiter.*) Quod his verbis non obstantibus teneatur Ordinarius partes citare, resolvit Joan. Aloys. Riccius in sua *prax. variar. resol. c. 50.* ex Ferreto *cons. 83.* Bellatm. *decis. 672.* & Crescent. *decis. 12.*

CAPUT VI.

Circumspecte commutande ultime voluntates.

a * In commutationibus ultimarum voluntatum, (*a*) quæ non nisi ex justa, & necessaria causa fieri debent, Episcopi, tamquam delegati Sedis Apostolicæ, 1. summarie & extrajudicialiter cognoscant, nihil in precibus, tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, priusquam commutationes prædictæ executioni demandentur.

a Inf. *sess. ult. de Reform. c. 4.*

DECLARATIONES.

1. *Summarie & extrajudicialiter.*) Idem in omnibus articulis illius causæ est servandum.

REMISSIONES.

a Vide Spin. in *speculo Testam. glos. 1. Rubr. n. 24.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 152. art. 9.* Aloys. Ricci in *collect. decis. p. 3. collect. 538. per totum, & collect. 1270. & decis. 3.* Alex. Raudens. Pisan. *decis. 44.* Capell. Tholos. *decis. 6.* Guid. Pap. *decis. 556.* * Vide etiam Paz. in *prax. tom. 2. num. 44. & seq.* Sarmiento *lib. 1. select. cap. 8. num. 25. & cap. 11. num. 13.* Covar. in *cap. 3. num. 5. & in cap. si heredes num. 1. & 4. de test. & lib. 3. resolut. cap. 6.* Mandos. *de signatura gratiæ fol. mihi 75. in §. de commutat. ult. voluntat. fol. mihi 90.* Emman. Mandos. de Castro *de annonis civilib. notabili 3. num. 2.* Cævallos *quæst. 282. num. 25.*

Quod Episcopus ob causam, quæ suo judicio videatur justa, poterit legatum quodcumque pium ad certum usum relictum, in alium usum pium commutare, quamvis tale legatum de jure, & facto valeat adimpleri, docet Sylvest. *verbo, legatum 4. quæst. 12.* quem refert, & sequitur Er. Ludov. Beja *respons. cas. conscient. p. 4. casu 22.*

Vide Annotationes ad hoc *Caput in appendice sub discursu 21. Card. de Luca.*

CAPUT VII.

In appellationibus, &c. servetur tenor cap. Romana, in 6.

1. Legati, & Nuntii Apostolici, Patriarchæ, Primates & Metropolitani in appellationibus ad eos interpositis, in quibusvis causis, tam in admittendis appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus post appellationem, * servare teneantur formam & tenorem sacrarum (*a*) constitutionum, & a præsertim (*b*) innocentii IV. quæ incipit, Romana, quacumque consuetudine, etiam immemorabili, aut stylo, vel privilegio, in contrarium non obstantibus; aliter inhibitiones, & processus, & inde secuta quæcumque sint ipso jure nulla.

a In Conc. Lugd. n. b c. Romana de app. in 6.

In Sexto, lib. 2. tit. De appellationibus.

Romana Ecclesia, & infra. Cum suffraganeo in Rhemensis Ecclesiæ, seu quoque officialium (qui generaliter de causis ad ipsorum forum pertinentibus, eorum

eorum vices in judicando cognoscant ; unum & idem consistorium sive auditorium sit censendum ; ab ipsis Officialibus, non ad dictos suffraganeos (ne ab eisdem ad seipsos interponi appellatio videatur) sed de jure ad Rhemensem est curiam appellandum. Ab Archidiaconis vero aliisque inferioribus Prælatis, suffraganeis subjectis, eisdem & eorum Officialibus ad suffraganeos ipsos debet, & non ad eandem curiam (omissis dictis suffraganeis) appellari : nisi aliud Rhemensi Ecclesiæ de consuetudine competat in hac parte. Cum autem ad præfatam curiam ab eorumdem suffraganeorum, vel suorum Officialium audientia fuerit appellatum, Rhemensis Archiepiscopus (qui pro tempore fuerit) vel officialis ipsius nullatenus in appellationis causa interpositæ ante definitivam sententiam existent partes, nec etiam aliis illam committant, appellationis ejusdem causa probabili seu legitima non expressa.

Si vero vocatis partibus, vel nullatenus aut non intra decem dies post interpositoriam vel definitivam sententiam appellatum fuisse, seu aliquid aliud simile, ficque non esse per appellationem ad eumdem Archiepiscopum, vel ejus officialem devolutum negotium, proponatur ; idem (nisi prius ipsis constiterit causam ipsam ad eos totaliter fuisse delatam) prohibere, ne in causa illa, vel ne ad executionem procedatur sententiæ, non præsumant.

Quod si objiciatur ex injusta causa, seu minus legitima, ante sententiam appellationem interpositam extitisse, & ex eo non esse appellationem hujusmodi admittendam, nequeunt prædicti Archiepiscopus vel ejus officiales prohibere, ne procedatur in causa, nisi prius appellatione recepta velut emissa ex causa probabili, cognoscere incipiant de causa hujusmodi, an sit vera. Si autem post sententiam in causis a jure prohibitis (utpote a sententia super manifesto & notorio crimine, vel de quo quis in jure confessus extitit, promulgata) vel consimilibus appellatum fuisse dicatur ; possunt, ne sententia executioni mandetur, (postquam cognoscere cœperint, utrum ut recipienda, vel non, appellatio ab eo interposita) inhibere. In aliis quoque qui circa rem, de qua inter appellantem & appellatum controversia vertitur, aliquid post eorum inhibitionem attentarit, non valent occasione hujusmodi jurisdictionem aliquam vindicare. Cum vero iis, qui ad Rhemensem curiam super aliqua causa vocem appellationis emittit, nihilominus in causis aliis Ordinarii sui jurisdictioni subiciatur ; Rhemensis Archiepiscopus vel Officialis ipsius nequaquam jurisdictionem ipsam in aliis impediant, ut ab ejusdem Ordinarii potestate totaliter eximant raliter appellantem. Debet autem ad eos ab Episcopis præfatæ provinciæ super causis, in quibus temporalem jurisdictionem exercent, nisi forte de consuetudine aut privilegio, sive jure alio speciali sit appellandum ad aliam, appellari. Sententias quoque interdicti vel suspensionis seu excommunicationis in appellantem ab eo, a quo appellatum proponitur, promulgatas, nullatenus, nisi vocatis partibus, & de appellatione legitime cognito, revocent aut demuntent esse nullas. Cum autem ad Rhemensem Archiepiscopum ab audientia suffraganei sui super aliqua causa fuerit ante sententiam appellatum ; idem Archiepiscopus (postquam de appellatione cognita constiterit, eam minus rationabilem extitisse) causam ad eundem suffraganeum remittere non postponat.

DECLARATIONES.

1. *Legati*.) Per hoc Decretum non comprehenduntur sententiæ ab inferioribus Ordinariis latæ, ut earum appellationes devolvantur ad Episcopum Diœcesis, ad quem cessante exemptione devolverentur. *Capitulum Romana, de appel. in 6.* servari debet etiam in appellationibus ad Sedem Apostolicam interpositis.

Auditores legatorum aliique Judices Apostolici a Legatis & Nunciis delegati, quibus juxta facultatem illis concessam committunt audiendas & cognoscendas causas appellationum ab Ordinariis ad Sedem Apostolicam interpositarum, debent servare hoc Decretum Concilii super inhibitionibus, juxta formam *cap. Romana, de appell. in 6.* decernendis.

REMISSIONES.

* *In concedendis inhibitionibus post appellationem, &c.*) Vide Aloysium Ricc. *decis.* 507. ubi latissime in sua *prax. Curiæ Neapol.*

a *Et præsertim Innocentii IV.*) Vide Sozz. de Paz. in *praxi tom. 2. p. 5. cap. unic. num. 4. ad finem, & num. 14. cum seqq.*

CAPUT VIII.

Episcopi plenissime videant pias omnes dispositiones, quorumcunque Collegiorum, exceptis iis, quæ sunt sub immediata Regum protectione, non obstantibus, &c.

a Clem. quis contingit, de rel. dom.

EPiscopi ζ (*a*) etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati in casibus a jure concessis omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos, 1. sint executores, * 2. habeant jus visitandi † Hospitalia, ‡ Collegia quæcunque, ac 3. Confraternitates laicorum, † etiam quas scholas, sive quocunque alio nomine vocant : non ‖ tamen, quæ sub Regum immediata protectione sunt, * sine eorum licentia : Eleemosynas Montis Pietatis † sive Charitatis, & pia loca omnia, quomodocunque nuncupentur, etiamsi prædictorum locorum 4. cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca 5. exemptionis privilegio sint munita ; ac omnia, quæ ad Dei cultum aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo (*b*) juxta sacrorum Canonum statuta 6. ∧ cognoscant, & exequantur : 7. μ non obstantibus, quacunque consuetudine, etiam immemorabili 8. privilegio, 9. aut statuto.

b c. 1. tit. & c. Joannes, de rel.

DECLARATIONES.

1. *Sint executores*.) An Episcopi ita sint piarum dispositionum executores, ut Archidiaconi, Diaconi, & cæteri inferiores non possint de eis cognoscere juxta eorum consuetudines etiam immemorabiles ? Congregatio censuit, Episcopos cumulative executores ad alios inferiores, piarum dispositionum esse.

2. *Habeant jus visitandi Hospitalia*.) Licet autem hoc Decretum concedat facultatem Episcopis visitandi Hospitalia, & cætera pia loca, non prohibet tamen, quin & judices sæculares eadem visitare possint, si hoc eis alias legitime licet. Estque huic capitulo semper locus, nisi fuerit talis aut similis clausula in fundatione.

Item Episcopum posse visitare confraternitates personarum sæcularium in Ecclesiis Regularium exemptorum existentes, non autem eorum Capellas, vel Altaria, quæ intra eadem Ecclesias consistunt.

In una Lucana Societatis sanctæ Crucis censuerunt Domini mei Illustrissimi omnia hospitalia visitari posse ex Concilio tanquam loca pia, licet non sint Ecclesiastica auctoritate instituta. Nam si in fundatione fuerunt expresse exempta ab Ordinariis, tunc non potest Ordinarius visitare etiam virtute hujus Decreti, per quod nihil est fundationi derogatum. Nihilominus Congregatio censuit Ordinarium posse visitare Hospitale, & quemvis locum pium privarum corrigere & reformare in his tantum, quæ ad observandam voluntatem fundatorum pertinent, & ex hoc Decreto potestatem habere exigendi rationem ab Administratoribus Hospitalis, una tamen cum illis deputatis, quibus ex consuetudine ratio reddenda est. Atqui Ordinarius non habet auctoritatem visitandi Hospitalia, neque confraternitates, quæ a laicis regnntur, nisi in casibus a jure expressis. Capitulum autem hoc intelligitur, & habet locum tantum in casibus a jure communi permissis : licebit tamen Ordinario ab eis rationem administrationis exigere ; nulla habita ratione juris communis, sed servata tantum hujus cap. dispositione.

Hospitalia etiam unita, in quibus Ecclesiæ sunt, ubi assidue divina officia celebrantur, & bona eorum & earum non sunt distincta, debent ab Ordinariis visitari.

3. *Confraternitates*.) Episcopus potest visitare Capellas confraternitatum Laicorum in Ecclesiis Regularium exectas, & cogere administratores, etiamsi forent in Regum ditionibus ; excipiuntur tamen, quæ expresse reperiuntur sub Regum protectione. Censuit insuper Congregatio, si Episcopo Hospitale aliquod visitare volenti juxta hoc caput, opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat, non ad sæcularem judicem, sed ad ipsummet Episcopum talis exceptionis cognitionem & diffinitionem pertinere.

4. *Cura ad Laicos*.) Hospitalia, licet a Laicis administrentur, & sint sub protectione Ducum, si alias Ecclesiastica etant, possunt ab Ordinariis visitari, & potest Episcopus in eis exequi, quæ in hoc Decreto continentur.

Abulensium visitationis Causa proposita.

Illustrissimi & Reverendissimi Domini; Episcopus Abulensis nuper volens visitare quoddam Hospitale de Olmedo, a Laicis ibi fundatum, nec non Capellanias in eo existentes, fuit impeditus a Religiosis S. Hieronymi, prætendentibus, ad eos dicti Hospitalis administrationem spectare: ad quorum instantiam processus ad seculares judices delatus fuit, quo tamen non obstante Episcopus prætento vigore hujus cap. dictum Hospitale visitare posse, & ita supplicat declarari, etiamsi dictus Prior a fundatore fuerit Patronus institutus.

RESPONSIO.

Congregatio Concilii censuit, ex decreto hujus capitis Episcopum posse visitare, nisi aliter cautum sit in fundatione. Neque aliter faciendum est, sicet prædictus Prior instaret, attentis verbis, in fine dictæ declarationis, siquidem verba institutionis dicti Hospitalis & Jurisparronatus erant hujusmodi, videlicet: *Item rogo & peto in gratiam, & Elemosynam & propter servitium Domini nostri, a Domino priore nunc & pro tempore S. Mariæ della mezza valda, Ordinis S. Hieronymi, ut tempore meæ migrationis ab hac præsenti vita, & obitus successoribus pro tempore, & in perpetuum existentibus in dicto Monasterio sint patroni dicti Hospitalis, quod ita fundo, & relinquo fundatum: quos ergo nomino in tales Patronos successive unum post alium, ita ut Prior pro tempore dicti Monasterii, Patronus dicti mei Hospitalis, quod ita fundavi, illud visitet, & in eo providere debeat, quidquid ei videbitur convenire, pro illius sustentatione, in quantum sufficiens reditus, quos ego reliquo dicto Hospitali, adeo quod dictus Patronus apponat personam fidelem, & bonæ conscientiæ, quæ locare debeat hæreditates, & bona per me dicto Hospitali relicta, exigatque eorum reditus, eosque juste & sincere exponat in sustentationem ipsius Hospitalis, & illius manutentionem, & pro pauperum, & ibi bene viferum, penas reditus per me relicti sufficientes: dante dicto Patrono toti personæ, pro ejus labore de reditibus dicti Hospitalis, quod sibi videbitur meteri: diffusque Patronus singulo anno recipiat computum dictorum redituum, & visitet Capellam, & sciat an Missæ illius, quas ego instituo, celebrentur, & exigat penas a Clericis & Capitulo hujus oppidi de Olmedo, si eas incurrerint, ob non celebrationem dictarum Missarum.* Virtute autem & vigore horum verborum, sive clausulæ prædictæ Jurispatronatus & testamenti, quia in prædicta fundatione non fuit cautum, ut Episcopus nullatenus se intromittat, Congregatio Concilii respondit, non bene prædictum Priorem instare, quia fundatio, quæ productitur, non excludit Episcopum a visitatione.

5. *Exemptionis privilegio.*) Si loca pia, in eorum fundatione exempta facta fuissent ab Ordinario, per hoc Decretum nihil est eis derogatum.

6. *Cognoscant, & exequantur.*) Congregatio censuit, Episcopum habere votum absolvendi, & condemnandi cum cæteris deputatis, & illius votum connumerari debere cum voto cæterorum, quorum major pars votorum condemnat, vel absolvit, *Instr. cap. 9. §. Tunc.*

7. *Non obstantibus.*) Non obstat, quod videatur hæc facultas a jure data Episcopis c. *Tua, Oct. Joan. de Testamentis*, & ita Concilium sustulisse eam habentibus ex consuetudine vel privilegio, nam etiam de jure potest competere inferioribus Prælatis, quia hoc est officium necessarium, & potius dicitur onus, quam honor.

8. *Privilegio.*) Non obstat, quod illi, qui debent persolvere aliquod legatum, sint Officiales S. Antonii inquisitionis, & ideo exempti a jurisdictione Ordinarii, vel Professores in aliqua Universitate, ratione literarum Conservatoriarum: quia hæ eximunt quidem a jurisdictione ordinaria, non autem delegata a Sede Apostolica, ut hic.

9. *Aut statuto.*) Congregatio censuit, executionem adversus Administratores condemnatos juxta hoc Decretum, sive sola Ordinario reddita fuit ratio, sive una cum aliis deputatis, ad ipsummet Ordinarium spectare.

Congregatio censuit, Decretum hoc debere habere locum, etiam extra visitationem, & in casibus a jure non expressis, & licet Episcopis exigere rationem ab administratoribus locorum mere laicorum & privatorum, generaliter sine ulla distinctione (donec coram Ordinario eodem doctum fuerit de institutione, in qua secus expresse cautum sit) etiam tunc, quando ex privilegio vel consuetudine, vel aliqua alia constitutione aliis esset reddenda ratio. Vide *infra §. Hospitalitr.*

Præsupposita consuetudine potest proprius Sacerdos Hospitalis pauperibus ibi degen-

degentibus Sacramenta ministrare, ibique eosdem expiare, absque interventu Parochi, dummodo Sacerdos Hospitalis ab Ordinario sit approbatus.

REMISSIONES.

a Vide *Gloss. in cap. Relatum, in 1. de Test. cap. 1. de emp. l. Hæreditas 53. §. si defuncto, ibi, tamen principali, ff. de pet. hared.* & apud Lusitanos extat Lex regia, *lib. 1. tit. 62. §. 59.* Vide Tiraqu. *de privilegiis pia causa, privil. 149.* Guttier. *pract. lib. 1. q. 45. num. 1. cum seq.* Azored. *lib. 3. num. 9. tit. 14. l. 8. novæ Recopil.* Zerol. in *praxi Episc. p. 3. verb. Hospitale, vers. ad tertium.* Salas *de usu, & consuetud. c. 9. num. 20.* Late D. Mart. *de Jurisdict. p. 2. cap. 18. per totum.* Bobadill. in *sua politica, lib. 2. cap. 17. num. 122.* P. Anton. *institt. Moral. p. 2. lib. 3. cap. 40. quæst. 10.* Cenedo *pract. & Canon. q. 1. 3. 22. a n. 14.* * Vide etiam *Clement. quia contingit, de religios. domib.* Bald. *cons. 323. lib. 5.* Gozad. *cons. 34.* Vinc. Catocci in *tract. de excess. in sent. exec. oppos. excess. 44. num. 64.* Grilenzon. *cons. 66.* Menoch. *cons. 842. num. 37. 38. & 39.*

β Materia hujus *cap.* patebit ex decisionibus factis per Congregationem Illustriss. Card. super decisione dubiorum Concilii a S. D. N. deputatam, prout refert D. Marta *cap. 18. a num. 4.*

γ Fuit dubitatum, an exceptione *c. 18. Sess. 22.* qua excipiuntur Hospitalia, quæ sunt sub immediata protectione Regum, & sine eorum licentia non possunt ab Episcopis visitari, comprehendantur omnia Hospitalia, quæ sunt in eorum ditionibus & regnis? Respondet Congregatio, non comprehendi nisi Hospitalia, quæ expresse reperiuntur esse sub Regum protectione, D. Marta *d. cap. 18. n. 4.* † Bobadilla *supr. c. 18. num. 214. & 218.*

δ Item Congregatio censuit, Episcopos posse visitare omnia Hospitalia & pia loca, quo nodocunque nuncupentur, etiamsi sint privata laicorum, ac etiam corrigere & reformare in casibus a jure expressis, nempe ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, utcunque restatoris mens servetur. *d. Marta d. c. 18. num. 5.*

ε Item Congregatio censuit, si Episcopo aliquod Hospitale visitare volenti juxta *cap. 8. Sess. 22.* opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat, utique non ad facultatem judicem, sed ad ipsummet Episcopum talis exceptionis cognitio vel definitio pertinebit, D. Marta *d. cap. 18. n. 8.*

ζ *Episcopi.*) Idem dicit in Abbatibus habentibus quasi Episcopalem jurisdictionem. Flores Vari. *lib. 2. q. 24. num. 24.* (* Matienzo in *l. 14. gl. 1. num. 46. tit. 6. l. 5. novæ Recopill.* Ricc. in *praxi var. resol. c. 301.*) Et in Capitulo Sede vacante, post Matienz. & P. Molin. resolvit P. Sanch. *de Matrim. l. 8. d. sp. 2. num. 10.* sed Bald. *dec. 99.* decidit, quod facultas, quæ competit Episcopo exequendi ultimas defunctorum voluntates, non transit in Capitulum.

* *Sint executores, &c.*) Vide ult. Bald. & Gozad. proxime relatos, Burlat. *cons. 167. n. 13. & 14. vol. 2.* Nicol. Garcia *de benefic. 1. p. c. 2. §. 1. n. 98. 104. & 107.* Cævall. in *suis commun. 3. 174.*

η *Hospitalia.*) Quæ sunt erecta auctoritate Episcopi, esse loca pia, & religiosa, tenent Gabr. *de pia causa, concl. 2.* Titiqu. *de privil. pia causæ, in præsat. vers. Item relictum.* Padil. in *l. 5 aquam, C. de servit. & aqua, n. 46.* Ludov. *dec. 30. num. 6. & 7. & dec. 93. n. 36. & 45.* Redoan. *de Rebus Ecclesiæ non alien. Rub. 27. & Rub. 33. casu 12.* Valasc. *cons. 105. n. 28.* Solis *de consil. l. 2. cap. 3. n. 11.* Menoch. *de recup. remed. 15. n. 12. & seq.* Guttier. *Canon. l. 1. cap. 35. num. 29.* Maschard. *de Probat. conc. 869.* Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis conv. l. 25. tit. 6. num. 69.* Roch. *de visit. verbo, Hospitalia.* Cassim. Thusc. *tom. 4. lit. H. concl. 158. & concl. 161. num. 2. & 4. tom. 6. lit. P. concl. 333.* Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, Hospitale, §. 1. dub. 2.* Azeved. *lib. 1. 2 num. 26. tit. 1. lib. 4. & lib. 1. n. 4. tit. 18. l. 9. novæ Recopil.* Cæval. *commun. contra commun. tom. 4. quæst. 856. num. 982.* Lusit. Ægid. in *Repet. l. 1. p. 1. in initio, num. 54.* Cod. *de Sacros. Eccles.* Flores Vari. *l. 2. q. 21. n. 179. cum seq.* Marc. Anton. Genuens. in *praxi Archiep. Curiæ Neap. cap. 17.* late Nicol. Garsi. *de benefic. p. 5. cap. 1. num. 601. cum seq.* ubi *num. 602.* resolvit, hospitale etiam dici locum pium, quamvis non sit erectum, aut approbatum auctoritate Episcopi, cum causa pietatis sit institutum, quod etiam testatur Castill. *quæst. lib. 1. de Usufruct. cap. 54. num. 24.* & hoc *cap.* & sequens locum habere in hospitalibus, & locis piis privatis, nec Ecclesiastica auctoritate instituris, censuisse sacram Card. Congregationem testatur idem Garsi. *d. cap. 1. num. 602. in fine.*

θ *Collegia quæcunque.*) Quod Collegia instituta pro sustentatione studentium pauperum, vel aliorum egenorum, sunt

loca pia, & gaudent privilegiis Ecclesiæ, & de jurisdictione Ecclesiastica, etsi sunt instituta, seu erecta auctoritate Ecclesiastica, non solum sunt loca pia, sed etiam religiosa, tenent Gitond. *de Gabellis part. 7. num. 42.* Azeved. *lib. 10. num. 26. tit. 1. l. 4. & l. 1. num. 3. tit. 18. lib. 9.* quos refert & sequitur Gatt. *d. c. 1. n. 612.*

r Ac confraternitate laicorum.) Vide Gatt. *d. cap. 1. num. 606.* Bobadil. in sua *Polit. l. 2. cap. 18. num. 228.* Perez de Lara *de Capellaniis l. 2. cap. 1. a n. 3.* D. Marta *de Jurisd. p. 3. casu 113. n. 7.* ubi resolvit dici loca pia, quæ habent hospitalia cum campanilibus & campanis, & ibi celebrantur Missæ. Et quod possit Episcopus visitare confraternitates laicorum, etiam existentes intus Ecclesias Regularium, ac illos ad reddendum computa compellere, refert Gratian. *decis. 388.* Benint. Bonon. *decis. 113.* Vide etiam Pariss. *cons. 54. vol. 4.* Salzed. *de visu & consuetud. d. cap. 8. a num. 20.* Rotam noviss. *decis. 574. num. 6. in 7. 1. diversor.* Steph. Quarranta in *summa Bullarii, verbo. Provisio in fin. 9.* 398. Vincent. Caroc. *de exception. exception. 44. num. 63. & 66.* Ricci in *prax. variar. resol. c. 303. n. 1.*

s Non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt.) Concordat apud Lusitanos *ordin. reg. lib. 2. tit. 62. §. 42.* D. Marta *d. cap. 38. num. 2.* Perez. de Lara *de Anniversar. & Capellan. l. 2. cap. 1. n. 49.* Valasc. *cons. 105. n. 62.* Cabed. *de Patronat. Regiæ coronæ c. 39. n. 3. & c. 42. n. 5.* * Bobadilla *d. l. 2. Politicæ c. 18. n. 214.*

t Montis Pietatis.) Vide Grilenzon. *cons. 2. in num. 5.*

* *Ex officio sui, &c.*) Juxta *text. in cana*, & in *c. Joannis, de testam.* ubi optime Covar. Sarmiento in *l. 1. selectar. cap. 8. n. 25. & cap. 11. n. 23.* Paz. in *prax. tom. 2. cap. n. 441.* Emman. Mandoz. de Castro *de annonis civil. nota. 3. n. 2.* Grat. *dec. 212.*

u Cogentem & exequantur.) An Episcopus possit compellere laicos ad exequationem? Affirmant Steph. Gratian. *decis. 189. dub. 2.* quem refert Aloys. Ricc. in *collect. dec. p. 3. col. 714. in fin.*

x Non obstantibus &c.) Quod si quis administrator piorum locorum videns se constrictum ad reddendam rationem suæ administrationis appellaret, licet admitatur appellatio, non propter hoc impeditur, aut suspenditur executio, censuisse sacram Cardinalium congregationem, refert Zerol. in *praxi Episcop. p. 1. verbo, Hospitale, §. 3. vers. Sextum.*

CAPUT IX.

Administratores cujusvis fabricæ, confraternitatis, & quorumcunque piorum locorum singulis annis reddant rationem Ordinario, nisi aliter in fundatione sit cautum.

1. a * Administratores tam Ecclesiastici, quam laici, 2. fabricæ cujusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, 3. hospitalis, confraternitatis, Eleemosynæ & Montis Pietatis, (*a*) 4. & quorumcunque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario (*b*) 5. consuetudinibus, & privilegiis quibuscunque in contrarium subtatis : 6. ϑ ϑ nisi secus forte in institutione, & ordinatione talis 7. Ecclesiæ, seu fabricæ expresse cautum esset. 8. Quod si ex consuetudine, aut privilegio, aut ex constitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda esset, 9. tunc cum iis adhibeatur etiam Ordinarius : & aliter factæ liberationes dictis administratoribus minime suffragentur.

a Clem. quia contingit §. ut autem præmissa de relig. domi. b Sup. sess. 7. c. 9. & inf. sess. 25. c. 8. de ref.

DECLARATIONES.

Extra visitationem non habet locum hoc Decretum.

1. *Administratores.*) Regularitet de omnibus sociis piis Episcopo est reddenda ratio ab Administratoribus, sive ea sint publica, sive privata, Eccles. vel laicalia loca. Pia vero Universitatum loca non sunt obnoxia reddition rationum Ordinario. Sub hoc Decreto non comprehenduntur Abbates, Præpositi & Abbatissæ vitam regularem ducentes, & idcirco administratores Monasteriorum de illis rationem Ordinario reddere non tenentur.

Congregatio censuit per administratores confraternitatis Rosarii rationem singulis annis, statis temporibus reddendam esse ad id deputatis & cum his etiam Episcopum seu ejus Vicarium adhibendum esse.

2. *Fabricæ cujusvis Ecclesiæ.*) Ratio sumptuum fabricæ cujusvis Ecclesiæ est reddenda Epi-

Episcopis ordinariis, nisi aliter in institutione ejusdem fabricæ statutum sit. Itaque ad reddendam rationem administrationis fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, Ordinario, (nisi constet ex institutis & ordinationibus ejus, non posse Ordinarium se intromittere,) tenentur Capitulum & Canonici.

3. *Hospitalis.*) Etiamsi esset unitum. Ergo Administratores Hospitalium debent Episcopo reddere rationem administrationis suæ : & si consuetudine, privilegio, & institutione aliqua personis aliis ad id officium electis ratio esset reddenda prædictæ administrationis, reddenda est tamen Ordinario cum interventu dictorum electorum.

4. *Quorumcunque piorum locorum.*) Administratores piorum locorum, etiam exemptorum, nullam rationem reddentes, posthac eam Episcopo reddere debent : quod si aliis reddere solitis sunt, cum illis tamen præsentialiter adhibendus est Episcopus, qui quoties in dicto actu ad rationem computum adhibebitur, in condemnatione vel absolutione administratorum unicum votum habeat. Ad quæstum autem. An votum ipsius debeat numerari cum aliis, ita ut major pars votorum absolvat aut condemnet : an vero requiratur omnino votum Ordinarii ad condemnandum & absolvendum, etiamsi major pars deputatorum esset in contrario voto ? Congregatio censuit, votum Episcopi connumerandum cum cæteris, ita ut majorem partem suffragiorum consequi debeat.

5. *Consuetudinibus & privilegiis etiam immemorabilibus, &c.*) *Clem. Quia contingit de Relig. dom.* non sufficit consuetudinem & privilegia. Et ita censuit Congregatio in una Cordubensi.

Consuetudinibus etiam immemorabilibus, ut hæc derogatio aliquid operetur. Clement. enim *Quia contingit. de Religiosis domibus*, non sufficit consuetudinem & privilegia, & ita censuit Congregatio in una Cordubensi.

6. *Nisi secus forte in institutione.*) Verba hæc, *nisi secus forte in institutione & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expresse cautum esset*; intelliguntur habere locum in Hospitalis, quod cum talt conditione institutum est, scilicet, ut non teneantur administratores Ordinario reddere rationem. Vide *supr. hoc cap. §. Congregatio.*

7. *Ecclesiæ.*) Abbates, Abbatissæ & Præpositas regulares, qui liberam administrationem suarum Ecclesiarum ex immemorabili consuetudine habent, non tenentur, Congregatio censuit, reddere rationem fabricarum suarum, nec comprehendi hoc decreto, ut Episcopus possit rationem exigere.

An quæcunque usurpatio bonorum jurisque cujusvis beneficii, vel loci pii, subjiciat usurpantem anathemati, & aliis pœnis huc appositis? Congregatio respondit subjicere.

8. *Quod si ex consuetudine.*) Tam in hospitalibus Ecclesiasticis, quam privatis.

9. *Tunc cum iis adhibeatur etiam Ordinarius.*) Qui habebit votum prout alii, & tanquam votum unius connumerabitur, Ordinarius habet votum in illo absolvendo & condemnando, sicut cæteri deputati, & ejus votum debet numerari cum aliis, ita ut major pars votorum absolvat aut condemnet, *supr. hoc cap. §. Cognoscant.* Cum ergo volet intervenire illis statutis diebus, ex consuetudine, aut privilegio vel constitutione ; reddenda est ratio, dummodo singulis annis id fiat.

In Clementin. l. 3. tit. de Religiosis domibus.

Quia contingit interdum, quod Xenodochiorum, leprosariarum, elœmosynariarum, seu hospitalium rectores, locorum ipsorum cura postposita, bona, res & jura ipsorum interdum ab occupatorum & usurpatorum manibus excutere negligunt : quinimo ea collabi & deperdi, domos & ædificia tuinis deformari permittunt ; & non attento quod loca ipsa ad hoc fundata & fidelium erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes infestisque lepra recipientur inibi, & ex proventibus sustentarentur illorum, id renuunt inhumaniter facere, proventus eosdem in usus suos damnabiliter convertentes : cum tamen ea, quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salva quidem Sedis Apostol. auctoritate) converti. Nos incuriam & abusum hujusmodi detestantes, hoc sacro Concilio approbante sancimus, uti ad quos id de jure vel statuto in ipsorum fundatione locorum appositio aut ex consuetudine præscripta legitime, vel privilegio sedis Apostolicæ pertinet, loca ipsa studeant in prædictis omnibus salubriter reformare : ac occupata, deperdita & alienata indebite, in statum reduci debitum faciant : & ad ipsarum miserabilium personarum perceptionem & sustentationem debitam, & juxta facultates & proventus locorum ipsorum, rectores prædictos compellere non omittant. In

quo ii forte committerint negligentiam vel defectum. Ordinarius locorum inquirimus, ut etiamsi pia loca praedicta exemptionis privilegio munita constituta, per seipsos vel alios impleant omnia praemissa & singula, & rectores eosdem utique non exemptos, propria exemptos vero & alios privilegiatos Apostolica ad id auctoritate compellant. Contradictores, cujuscunque status aut conditionis existant, aut praebentes eisdem circa praemissa consilium, auxilium vel favorem, per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia compescendo: nullum tamen per hoc exemptionibus seu privilegiis ipsis quoad alia praejudicium generando. Ut autem praemissa promptius observentur, nullis ex locis ipsis saecularibus Clericis in beneficium conferatur: etiamsi de consuetudine, (quam reprobamus penitus) hoc fuerit observatum: nisi in illorum fundatione secus fuerit constitutum, seu per electionem sit de rectore loris hujusmodi providendum. Sed eorum gubernatio viris providis, idoneis, & bonis testimonii committatur, qui sciant, velint & valeant loca ipsa, bona eorum ac jura utiliter regere, & eorum proventus & reditus in personarum usum ministrabilium fideliter dispensare, & quos in usus alios bona praedicta convertere praesumptio verisimilis non existat: in quibus sub obtestatione divini judicii illorum, ad quos dictorum locorum committio pertinet, conscientias oneramus. Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio seu administratio committetur, ad instar tutorum & curatorum juramentum praestare, ac de locorum ipsorum bonis inventaria conficere, & Ordinariis, seu aliis, quibus subsunt loca hujusmodi, vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationem, Quod si secus a quoquam fuerit attentatum, collationem, provisionem, seu ordinationem ipsam carere decernimus omni robore firmitatis. Praemissa vero ad hospitalia militarium Ordinum, aut Religionum etiam aliorum extendi minime volumus. Quorum tamen hospitalium rectoribus in sanctae obedientiae virtute mandamus, ut in illis secundum suorum Ordinum instituta, & antiquas observantias providere pauperibus, & hospitalitatem debitam in illis tenere procurent: ad quod per Superiores eorum arcta districtione cogantur, statutis ac consuetudinibus quibuslibet non obstantibus in praemissis. Caeterum nostrae intentionis existit, quod si quae hospitalia, aliaeve vel alia, & caemeteria ab antiquo habentia, & presbyteros celebrantes, & Sacramenta Ecclesiastica pauperibus ministrantes, seu si parochiales rectorias continuerint in illis exercere praemissa, antiqua consuetudo servetur, quoad exercendi & ministranda spiritualia supradicta.

REMISSIONES.

a Vide Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 35. n. 19. cum seq.* Flores Vari. *lib. 3. q. 21. num. 180. cum multis seq.* late Steph. Gratian. *discep. forens. cap. 395. & dec. 188.* Aloys. Riccium *collect. dec. 3. 3. collect. 744.* * Vide etiam Bobadillam *tom. 1. sue Politicae lib. 2. c. 17. num. 138.* Nicol. Garc. *de benef. 1. 5. c. 2. §. 1. ex num. 98.* & quae notat Farinac. circa istum *text.* & tradita a Grilenzonio *cons. 20.* Ricc. *in prax. ver. resol. cap. 303.* Matta *de jurisd. 4. pp. casu 88. n. 14. & casu 113. num. 32.*

β *Mantis pietatis,*) De hac confraternitate agunt multi Doctores, quos plena manu refert Cenedo ad *Decis. collect. 41. num. 2.* quibus adde Petr. Gregor. *de repub. lib. 15. cap. 18. a num. 9.* & Bapt. Gemin. *de usuris comment. 3. §. 7.* Pat. Morin. *de justit. tract. 2. disp. 32. §.* Perez. Lata *de Capellaniis lib. 1. cap. 23.* P. Paul. Comitol. *respons. moral. l. 3. quaest. 55.* P. Rebello *de oblig. justitiae p. 2. lib. 8. quaest. 13. per totum.* † Vinc. Grilenzon. *cons. 2.*

γ *Nisi secus,* &c.) Vide Gonzal. ad reg. 8. *Cancell. glossi. 5. num. 45. & glossi. 29. num. 3.* & super hoc *cap.* aliquae ortae sunt a sacra Cardinalium Congregatione decisiones, quas refert D. Matta *de Jurisdict. p. 2. c. 18. n. 6. 9. & 10.*

δ Congregatio censuit, decretum *sess. 22. cap. 9.* habere locum etiam extra visitationem & in casibus a jure non expressis, & licere Episcopis exigere rationem ab administratoribus etiam locorum mere laicorum & privatorum, & generaliter sine ulla distinctione, & quando ex privilegio, vel consuetudine, vel alia constitutione aliis reddenda esset ratio, eisdem reddendam esse, adhibito cum illis Ordinario: nisi in fundatione aliter cautum esset, nempe quod rationes Ordinario reddendae non essent.

ε Item Congregatio censuit, Ordinarium ex *cap. 9. Sess. 22.* posse ab administratoribus hospitalium aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere, donec coram eodem Ordinario doctum fuerit de institutione, in qua secus expresse cautum sit. * Hujus declarationis meminit Bobadilla *d. c. 17. n. 138. lit. G.*

CAPUT X.

Quorumcunque Notariorum sufficientiam scrutentur Ordinarii, & non sufficientes ac delinquentes prohibeant ac arceant a cautis Ecclesiasticis ad arbitrium suum.

CUm ex Notariorum imperitia * plurima damna, & multarum occasio litium oriatur; possit Episcopus quoscunque Notarios, etiamsi Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint, etiam tanquam delegatus Sedis Apostolicae, 1. examinatione adhibita, eorum sufficientiam scrutari, † 2. illosque non idoneis reperiis, aut quandocunque in officio delinquentibus, officii ejus in negotiis, locis, & causis Ecclesiasticis, ac spiritualibus exercendi usum perpetuo, aut ad tempus prohibere, neque eorum appellatio a † interdictionem Ordinarii suspendat.

DECLARATIONES.

1. *Examinatione adhibita.*) Fuit decisum, cap. hoc habere locum etiam respectu contractuum, qui fiunt a Notariis super bonis hospitalium, & super bonis patrimonialibus Clericorum.

2. *Illosque non idoneis reperiis,*) Facultas prohibendi Notarii, omnes idoneis reperiis, ac in negotiis Ecclesiasticis ac spiritualibus suum officium exercerent, hoc decreto, etiam quoad negotia & lites piorum locorum a Laicis administrationibus attributa, intelligitur. Congregatio ita censuit intelligi. Item eadem facultas (*prohibendi scilicet Notarios minus idoneos exercitium.*) extenditur ad contractus personarum Ecclesiasticarum, qui de eorum patrimonialibus bonis conficiuntur, praesertim stante consuetudine, quod causa earum rationem bonorum ad forum Ecclesiasticum spectant. Congregatio quippe censuit extendi.

REMISSIONES.

* *Notariorum imperitia.*) Vide Buld. *cons. 6. lib. 2.* Salzed. ad *Bern. Diaz. in praxi canon. cap. 2. lit. B.* Tiber. Dec. *cons. 28. n. 8. vol. 2.*

† *Eorum sufficientiam, &c.*) Vide Paz. in *praxi tom. 2. cap. 10. n. 42.*

a *Neque eorum appellatio, &c.*) Vide Azzved. ad *lib. 2. n. 18. tit. 7 lib. 5. novae Recopil. pag. 285.*

† *Neque eorum appellatio, &c.*) Vide Jo. Gutier. *in pract. quaest. lib. 1. quaest. 59. num. 6.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 22. Card. de Luca.*

CAPUT XI.

Occupator quarumcunque oblationum piis locis applicandarum, aut impediens quocunque colore, ne fructus percipiantur, a quibus debent, anathemati subjaceat tamdiu, quamdiu non restituerit, ac a summo Pontifice absolutionem non obtinuerit. Adduntur speciales spe ialibus personis poena circa idem negotium.

SI (a) * quem Clericorum, vel laicorum, quicunque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali, praefulgeat, in tantum malorum (b) omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Ecclesiae, seu cujusvis fraternitatis, vel regularis beneficii, Montium Pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura, etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque oblationes, quae in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent; per se, vel alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per simplicitas personas Clericorum, aut laicorum, seu quacunque arte, aut quocunque quaesito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare 1. praesumpserit; † seu impedire, ne ab iis, ad 2.

a 5. Aurel. 10.

b 1. Tim. 6. Concil. Tribur. c. 9. Concil. Aurel. I. c. 22. Conc. Paris. I. c. 1. Concil. Turon. 2. cap. 29. Concil. Aurel. I. c. 15. Conc. Mogunt. c. 6. & 11. Concil. Venetense in c. 25. Concil. Aenigran. cap. 18. Conc. Lat. sub Leo. X. Sess. 9. & 10. c. quamvis. 4. de elect. seqq. 12. q. 1.

quos jure pertinent, percipiantur; a. is anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & reditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ personæ, pervenerint, Ecclesiæ, ejusque administratori, sive beneficiato integre restituerit, ac deinde a Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. 2. Quod si ejusdem Ecclesiæ patronus fuerit; etiam jure patronatus ultra prædictas pœnas eo ipso privatus existat. Clericus vero, qui nefandæ fraudis, & usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subjaceat, necnon quibuscunque beneficiis privatus sit, & ad quæcunque alia beneficia inhabilis efficiatur, & a suorum Ordinum executione; etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui Ordinarii arbitrio suspendatur.

DECLARATIONES.

1. *Præsumpserit.*) Dispositio hujus capitis non habet locum, quando Dominus beneficii cædit arbores frugiferas, & illas ad proprium commodum convertit; sed hoc capitulum sibi vendicat locum in casu cædendum arborum frugiferarum, quando ipsi cædentes sunt extranei, & hanc cædem committunt, licet cum injuria hoc non faciebant, sed solum animo furandi.

2. *Quod si ejusdem Ecclesiæ Patronus fuerit.*) Nullus Laicus absque speciali facultate Sedis Apostolicæ Ecclesiæ seu Ecclesiastica bona possidere potest, etsi essent juris patronatus propris, non obstante etiam quacunque possessione. Et qui bona Ecclesiarum absque sanctæ Sedis Apostolicæ impetrato assensu post publicationem Concilii, in perpetuum scienter aut annuo censu locaverunt, conduxerunt, permutarunt, aut alias alienaverunt, & alienata receperunt? subjacent pœnis præsentis Decreti. Verum occupans Hospitale, in quo fuit præsentatus a præterito Patrono, non obstante licentia & institutione ab Episcopo, non incidit in pœnas hujus decreti: sicut nec Rectores piorum locorum cædentes arbores frugiferas, insidiant in hunc Canonem, nisi in proprios usus converterent, damnificando ipsa loca.

Postquam Sedes Apostolica Placentiam in feudum concessit, non potuerunt vendi, nec emi bona Ecclesiastica, domus, ædificia, vel jura Ecclesiis attributa, vigore Brevis Apostolici ibi registrata, ut in *cap. 11. sess. 25.* etiam connectur.

REMISSIONES.

Vide P. Valer. Regin. in *praxi fori pœn. lib. 30. tract. 3. num. 154. vers. decimum tertium.* *Vide etiam Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi can. c. 3. lit. A. circa fin. & in cap. 71.* ubi latissime, Oliba *de jure fisci, c. 14. n. 100. & c. 15. n. 26.* Joseph. de Sell. *de inhibition. c. 3. §. 3. n. 25.*

† *Illoque usurpare præsumpserit, &c.*) Vide de Rodoan. *de reditu Eccles. non alien. q. 21. num. 78.* Bern. Diaz in *praxi. canon. 71.* ubi etiam Salzedo.

a *Is anathemati tamdiu subjaceat.*) Vide Salzed. in *pract. cap. 3. versic. & nota.* P. Azor. *institt. Moral. p. 1. lib. 9. cap. 27. quæst. 10. in med.* Zerol. in *praxi Episcop. p. 1. verbo, Bona. p. 31.* P. Sanch. *de consur. tom. 3. disp. 22.* Sayl. in *eod. tract. l. 3. c. 31. n. 26.* P. Paul. Comitol. *responsa. moral. lib. 6. q. 23. num. 2.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 22. Card. de Luca.*

Decretum super petitione concessionis Calicis.

INsuper, (*a*) cum eadem sacrosancta Synodus superiori Sessione duos articulos, alias propositos, & tum nondum discussos videlicet: An rationes, quibus S. Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub una panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione calicis usus cuiquam sit permittendus; &, An, si honestis, & Christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno Calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænam illæ sint? in aliud tempus, oblata sibi occasione, examinandos, atque definiendos reservaverit; nunc, eorum, pro quibus petitur, saluti optime consultum volens, decrevit, integrum negotium ad sanctissimum Dominum nostrum esse referendum, prout præsenti decreto refert; qui pro sua singulari prudentia id efficiat, quod utile Reip. Christianæ, & salutare petentibus usum Calicis, fore judicaverit.

a Sess. 21. Can. 4.

Indictio futuræ Sessionis.

Insuper eadem sacrosancta Tridentina Synodus diem futuræ Sessionis ad feriam quintam, post octavam festivitatis omnium Sanctorum, quæ erit dies XII. mensis Novemb. indicit; & in ea decernetur de Sacramento Ordinis, & de Sacramento Matrimonii, &c.

Prorogata fuit Sess. usque ad diem 15. Julii, 1563.

SESSIO VIGESIMATERTIA,

Quæ est septima

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 15. Julii, M. D. LXIII.

Vera, & Catholica doctrina de a Sacramento Ordinis, & ad condemnandos errores nostri temporis, a sancta Synodo Tridentina decreta, & publicata Sessione 7.

CAPUT I.

Christus Dominus Apostolis suis, ac eorum in sacerdotio successoribus dedit potestatem consecrandi, & offerendi visibile Sacrificium, ac remittendi & retinendi peccata.

SAcrificium & Sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, ut utrumque in omni lege exiterit. Cum igitur in novo Testamento sanctum Eucharistiæ sacrificium visibile ex Domini institutione, Catholica Ecclesia acceperit; fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile, & externum Sacerdotium, in quod vetus translatum est. Hoc autem ab β eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in sacerdotio, potestatem traditam consecrandi, offerendi, (*a*) & ministrandi Corpus, & Sanguinem ejus, necnon & peccata dimittendi, & retinendi, sacræ literæ ostendunt, & Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.

a Matt. 16. Matt. 26. Joan. 20.

REMISSIONES.

a Vide Barthol. Ledesm. in *sua summa de Sacram. tit. de Sacramento Ordinis.* Petr. Ledesm. in *summa part. 1. tit. de Sacrament. Ordinis.* Vivald. in *candelabro aureo, tit. de Sacramento Ordinis.* Pat. Henriquez in *summ. part. 2. lib. 10. de Ordinis Sacram.* Cardin. Thusc. *lit. O. concl. 189.* Quarant. in *summa Bullarii, verbo, Ordo.* P. Valq. in *3. part. Div. Thom. tom. 3. disput. 253.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 3.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom. 2. disput. 20.* Zerol. in *praxi Episcopali, parte 1. & 2. verbo, Ordo.* Baldain. Junium *super opera controv. Bellarm. part. 2. lib. 6. cap. 3. & 4.*

β *Ab eodem Domino Salvatore nostro institutum.*) Vide Sayl. *de Sacrament. in genere*

quos jure pertinent, percipiantur; a. is anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & reditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ personæ, pervenerint, Ecclesiæ, ejusque administratori, sive beneficiato integre restituerit, ac deinde a Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. 2. Quod si ejusdem Ecclesiæ patronus fuerit; etiam jure patronatus ultra prædictas pœnas eo ipso privatus existat. Clericus vero, qui nefandæ fraudis, & usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subjaceat, necnon quibuscunque beneficiis privatus sit, & ad quæcunque alia beneficia inhabilis efficiatur, & a suorum Ordinum executione; etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui Ordinarii arbitrio suspendatur.

DECLARATIONES.

1. *Præsumpserit.*) Dispositio hujus capitis non habet locum, quando Dominus beneficii cædit arbores frugiferas, & illas ad proprium commodum convertit; sed hoc capitulum sibi vendicat locum in casu cædendum arborum frugiferarum, quando ipsi cædentes sunt extranei, & hanc cædem committunt, licet cum injuria hoc non faciebant, sed solum animo furandi.

2. *Quod si ejusdem Ecclesiæ Patronus fuerit.*) Nullus Laicus absque speciali facultate Sedis Apostolicæ Ecclesiæ seu Ecclesiastica bona possidere potest, etsi essent juris patronatus propris, non obstante etiam quacunque possessione. Et qui bona Ecclesiarum absque sanctæ Sedis Apostolicæ impetrato assensu post publicationem Concilii, in perpetuum scienter aut annuo censu locaverunt, conduxerunt, permutarunt, aut alias alienaverunt, & alienata receperunt? subjacent pœnis præsentis Decreti. Verum occupans Hospitale, in quo fuit præsentatus a præterito Patrono, non obstante licentia & institutione ab Episcopo, non incidit in pœnas hujus decreti: sicut nec Rectores piorum locorum cædentes arbores frugiferas, insidiant in hunc Canonem, nisi in proprios usus converterent, damnificando ipsa loca.

Postquam Sedes Apostolica Placentiam in feudum concessit, non potuerunt vendi, nec emi bona Ecclesiastica, domus, ædificia, vel jura Ecclesiis attributa, vigore Brevis Apostolici ibi registrata, ut in *cap. 11. sess. 25.* etiam connectur.

REMISSIONES.

Vide P. Valer. Regin. in *praxi fori pœn. lib. 30. tract. 3. num. 154. vers. decimum tertium.* *Vide etiam Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi can. c. 3. lit. A. circa fin. & in cap. 71.* ubi latissime, Oliba *de jure fisci, c. 14. n. 100. & c. 15. n. 26.* Joseph. de Sell. *de inhibition. c. 3. §. 3. n. 25.*

† *Illoque usurpare præsumpserit, &c.*) Vide de Rodoan. *de reditu Eccles. non alien. q. 21. num. 78.* Bern. Diaz in *praxi. canon. 71.* ubi etiam Salzedo.

a *Is anathemati tamdiu subjaceat.*) Vide Salzed. in *pract. cap. 3. versic. & nota.* P. Azor. *institt. Moral. p. 1. lib. 9. cap. 27. quæst. 10. in med.* Zerol. in *praxi Episcop. p. 1. verbo, Bona. p. 31.* P. Sanch. *de consur. tom. 3. disp. 22.* Sayl. in *eod. tract. l. 3. c. 31. n. 26.* P. Paul. Comitol. *responsa. moral. lib. 6. q. 23. num. 2.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 22. Card. de Luca.*

Decretum super petitione concessionis Calicis.

INsuper, (*a*) cum eadem sacrosancta Synodus superiori Sessione duos articulos, alias propositos, & tum nondum discussos videlicet: An rationes, quibus S. Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub una panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione calicis usus cuiquam sit permittendus; &, An, si honestis, & Christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno Calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænam illæ sint? in aliud tempus, oblata sibi occasione, examinandos, atque definiendos reservaverit; nunc, eorum, pro quibus petitur, saluti optime consultum volens, decrevit, integrum negotium ad sanctissimum Dominum nostrum esse referendum, prout præsenti decreto refert; qui pro sua singulari prudentia id efficiat, quod utile Reip. Christianæ, & salutare petentibus usum Calicis, fore judicaverit.

a Sess. 21. Can. 4.

Indictio futuræ Sessionis.

Insuper eadem sacrosancta Tridentina Synodus diem futuræ Sessionis ad feriam quintam, post octavam festivitatis omnium Sanctorum, quæ erit dies XII. mensis Novemb. indicit; & in ea decernetur de Sacramento Ordinis, & de Sacramento Matrimonii, &c.

Prorogata fuit Sess. usque ad diem 15. Julii, 1563.

SESSIO VIGESIMATERTIA,

Quæ est septima

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 15. Julii, M. D. LXIII.

Vera, & Catholica doctrina de a Sacramento Ordinis, & ad condemnandos errores nostri temporis, a sancta Synodo Tridentina decreta, & publicata Sessione 7.

CAPUT I.

Christus Dominus Apostolis suis, ac eorum in sacerdotio successoribus dedit potestatem consecrandi, & offerendi visibile Sacrificium, ac remittendi & retinendi peccata.

SAcrificium & Sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, ut utrumque in omni lege exiterit. Cum igitur in novo Testamento sanctum Eucharistiæ sacrificium visibile ex Domini institutione, Catholica Ecclesia acceperit; fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile, & externum Sacerdotium, in quod vetus translatum est. Hoc autem ab β eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in sacerdotio, potestatem traditam consecrandi, offerendi, (*a*) & ministrandi Corpus, & Sanguinem ejus, necnon & peccata dimittendi, & retinendi, sacræ literæ ostendunt, & Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.

a Matt. 16. Matt. 26. Joan. 20.

REMISSIONES.

a Vide Barthol. Ledesm. in *sua summa de Sacram. tit. de Sacramento Ordinis.* Petr. Ledesm. in *summa part. 1. tit. de Sacrament. Ordinis.* Vivald. in *candelabro aureo, tit. de Sacramento Ordinis.* Pat. Henriquez in *summ. part. 2. lib. 10. de Ordinis Sacram.* Cardin. Thusc. *lit. O. concl. 189.* Quarant. in *summa Bullarii, verbo, Ordo.* P. Valq. in *3. part. Div. Thom. tom. 3. disput. 253.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 3.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom. 2. disput. 20.* Zerol. in *praxi Episcopali, parte 1. & 2. verbo, Ordo.* Baldain. Junium *super opera controv. Bellarm. part. 2. lib. 6. cap. 3. & 4.*

β *Ab eodem Domino Salvatore nostro institutum.*) Vide Sayl. *de Sacrament. in genere*

genere lib. 2. quæst. 3. art. 1. vers. de Sacrament. Ordinis. P. Henriquez *in summa lib. 10. in gratiam. §. 2. lit. M. pag. mihi, 378. & §. 5. & cap. 3. in princip.* P. Valet. Reginald. *d. lib. 30. num. 3.* P. Vasquez *d. tom. 3. disput. 239.* P. Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 1. quæst. 83. num. 106.*

CAPUT II.

Ad venerationem tanti Sacrificii ab initio Ecclesiæ fuerunt in usu septem Ordines, quorum alii sunt aliis majores, ita ut subdiaconatus referatur inter majores seu sacros.

a Cum autem divina res sit tam sancti sacerdotii ministerium; consentaneum fuit, quo dignius, & majori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesiæ ordinatissima dispositione plures, & diversi essent ministrorum Ordines, qui sacerdotio ex officio deservirent, ita distributi, ut β qui jam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad majores ascenderent. Nam non solum de sacerdotibus, (a) sed & de Diaconis sacræ literæ apertam mentionem faciunt; & quæ maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent, & ab ipso Ecclesiæ initio sequentium Ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi, scilicet, Acolythi, Exorcistæ, Lectores, & Ostiarii, in usu fuisse, cognoscuntur, quamvis non pari gradu. Nam Subdiaconatus ad majores ordines (b) a Patribus & sacris Conciliis refertur, in quibus & de aliis inferioribus frequentissime legimus.

a 2. Tim. 3. & Act. 20. vers. 3.

b c. Nullus 21. dist.

REMISSIONES.

a Vide Bab. Junium *super opera contra vers. Bellarmin. part. 2. lib. 6. cap. 3. in fine.*

β Qui jam clericali tonsura insigniti essent.] Quot sint Ordines, an novem, ut volunt Canonistæ, an septem tantum, ut volunt Theologi, & an prima tonsura sit ordo? Vide apud Hispanos *lib. 1. tit. 6. part. 3. ad fin. ibi, corden de corona et entrada*; plures Doctores plena manu refert Cenedi. *ad Decret. collect. 103. num. 2.* quibus adde Veg. *in speyo de cura 5. cap. 14. a num. 4.* Valent. *tom. 4. disp. 9. quæst. 1. punct. 2.* Menoch. *cons. 962. num. 21.* Sutil. *consil. 250. num. 8.* Vincent. de Franc. *Neapol. decis. 289. num. 9.* Fr. Emman. *in summa tom. 2. cap. 13.* Vivald. *in candelabro aureo, situl. de Sacrament. Ordinis, num. 6. 10. & 12.* Barthol. Ledesm. *in summario de Sacrament. Ordinis, disse. 5.* P. Henriquez *in summ. lib. 10. cap. 2.* Catechis. ad *parochos de Sacrament. Ordinis, vers. Docendum igitur erit.* Navarr. *cons. 12. de temp. ordinat.* Jacob. de Graffis *lib. 1. aur. decis. part. 2. cap. 9. a num. 11.* D. Sahagum *de Sacram Ordinis a num. 7.* Velasq. de Avendan. *lib. 20.* Tauri *glos. 3. num. 9. & 10.* Petr. Ledesm. *in summ. part. 1. tit. de Sacrament. Ordinis cap. 3.* Ludov. Lop. *in instruct. confessar. tom. 2. part. 1. cap. fin.* Colmenar. Philarch. *de Officiis Sacerd. part. 2. lib. 1. cap. 13.* Carrille *in tractatu ordin. sect. 3. cap. 7. a num. 17.* Nunno *part. 3. in addit. quæst. 37. & 40. art. 2.* Petr. Alphons. de Valconcellos *in harmonia Rubricarum ad Rub. de tempor. ord. num. 3. & 4.* Carrille *communi contra communr. quæst. 524.* Mendez a Castro *in lib. cum operet, num. 166. Cod. de bonis quæ lib.* Cardin. Tusc. *lit. O. concl. 189.* Nicol. Garlit. *de Benefic. parte 7. cap. 1. a num. 1. novissime D. Matta, in votis novissimarum decis. vota 141. a num. 2.* Baldain. Junium *super opera controv. Bellarm. part. 1. lib. 4. cap. 18. vers. denique.* P. Vasquez *in 3. part. Divi Thom. tom. 3. disput. 236.* P. Ægid. *de Sacram. & cens. tom. 2. disc. 20. num. 3.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 1. num. 8.*

γ An Episcopatus sit Ordo distinctus a Sacerdotio? Vide Petr. Alphs. de Valconcellos *in harmonia Rub. ad Rub. de translatione Episcopi, num. fin.* Barbat. *consc. 125.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 1. cap. 2. §. art. 3. vers. De consecrat.* P. Vasquez *d. tom. 3. disp. 240.* P. Paul. Comitol. *responsi. moral. p. 1. quæst. 43. num. 11.*

δ An Ordinatio Episcopalis vera & propria sit Sacram. Vide Balduin. Junium *super opera controv. Bellarm. part. 2. lib. 6. cap. 3. vers. primum ergo*, quæ P. Valent. Mich. Medin. Pet. Sot. & Vasquez resolvit P. Ægid. *de Sacram. tom. 2. disp. 20. num. 43.*

CAPUT III.

Cum ordinatio conferat gratiam, ea indubie est Sacramentum.

a 2. Tim. 1. a. Cum Scripturæ testimonio, (a) Apostolica traditione, & Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quæ verbis, & signis exterioribus perficitur, & gratiam conferri; dubitare nemo debet, Ordinem esse vere & proprie unum ex septem sanctæ Ecclesiæ Sacramentis, inquit enim Apostolus: (b) Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum, non (c) enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.

b 2. Tim. 1. 6. 7. Tim. 4. d. c 2. Tim. 1. b.

REMISSIONES.

a Vide Sayr. *de Sacram. in genere lib. 6. cap. 1. in fine.* P. Henriquez *in summ. lib. 10. cap. 14. §. 2.*

β Gratiam conferri, dubitare nemo debet.] Vide Sayr. *de Sacram. in genere lib. 5. cap. 1. quæst. unic. art. 2. vers. de Sacram. Ord.* P. Henriq. *in summa lib. 10 cap. 1. §. 3. lit. R. & cap. 14. in princ.* P. Valet. Regin. *in praxi fori pæn. lib. 30. tract. 1. n. 16.*

CAPUT IV.

Non omnes Christiani sunt sacerdotes, sed ii soli, qui legitime sunt ordinati ab Episcopis, qui sunt summi Sacerdotes, ministros Ecclesiæ ordinant, etiam non requisito laicorum suffragio, aut consensu. Ordinatis inest character indelebilis, ob quem sit, ut nunquam iterum laici esse queant.

a Sess. 7. de Sacr. in genere Can. 9. Quoniam vero in Sacramento (a) Ordinis, sicut & in Baptismo, & Confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, * nec auferri potest; merito sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt, novi Testamenti sacerdotes, temporariam tantummodo potestatem habere, & semel rite ordinatos, iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exerceant. Quod si quis omnes Christianos promiscue novi Testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quam (b) Ecclesiasticam hierarchiam, quæ (c) est castrorum acies ordinata, confundere: perinde ac si contra Beati Pauli (d) doctrinam, omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Evangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat, præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, † ad hunc hierarchicum Ordinem præcipue pertinere; & positos, (e) sicut idem Apostolus ait, a Spiritu sancto, regere Ecclesiam Dei: (f) eosque presbyteris (g) superiores esse; ac Sacramentum Confirmationis conferre; ministros Ecclesiæ ordinare; atque alia pleraque peragere ipsos posse: quarum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Docet insuper sacrosancta Synodus, in ordinatione Episcoporum, sacerdotum, & cæterorum Ordinum, (h) nec populi, nec cujusvis sæcularis potestatis, & magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio: quin potius decernit, eos, qui tantummodo a populo, aut sæculari potestate, ac magistratu vocati, & instituti, ad hæc ministeria exercenda ascendunt, & qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ ministros, (i) sed fures & latrones, per ostium non ingressos, habendos esse. Hæc sunt, quæ generatim sacræ Synodo visum est Christi fide-

b 1. Cor. 12.

c Eph. 4.

d Act. 20.

e Conlect. 1. epist. ad Epiſc. Gallic. c. 2. & 3. ll. 7. de Constitut. Can. 3. Hi pal. 1. c. 3. 7. & alibi.

f Landic. Concil. 23.

g Joan. 10.

fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria, certis, & propriis canonibus in hunc, qui sequitur, modum damnare constituit: ut omnes, adjuvante Christo, fidei regula utentes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatem facilius agnoscere, & tenere possint.

DECLARATIONES.

An furiosus habens dilucida intervalla ad subdiaconatus ordinem promotus, continuo teneatur, & dato quod non teneatur, an sit ei concedenda dispensatio, ut possit contrahere matrimonium?

Congregatio respondit, aut tempore susceptionis agitabatur, & non teneri, nisi ante furorem intentionem suscipiendi habuerit, aut non constat, sanæ aut insanæ mentis tunc esset, nec item teneri. Ad secundam nullam esse rationem dispensationis concedendæ.

REMISSIONES.

a Vide P. Henriquez in *sum. lib.* 30. *c.* 7. *in princip. & cap.* 14. §. 2. *lit.* P. P. Vasquez in 3. *p. D. Thom. tom.* 3. *disput.* 243. *a num.* 2. *& disp.* 244. *num.* 17. Bald. Just. *super opera controvers. Bellarm. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 10. *vers. Septimus Ordo Sacerdotum est.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori panit. lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 3. *vers. Quid attinet, & num.* 26. *vers. Eidem.*

* *Qui nec deleri.*) Vide *text.* junctæ *suæ glossæ* in *cap. licite* 32. *quæst.* 2. tradita a Joseph. Sesse *de inhibet. cap.* 8. §. 1. *num.* 20.

† *Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt.*) Vide Mich. Agia *de exhibend. auxil. fundamento* 3. *fol.* 12. *& consil.* 2. *pag. mihi* 123.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

a CANON I.

a Sup. c. 1. Si quis dixerit, (*a*) non esse in novo testamento Sacerdotium visibile, & externum; vel non potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verum Corpus, & sanguinem Domini, & peccata remittendi & retinendi; sed officium tantum & nudum ministerium prædicandi Euangelium, vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes; anathema sit.

β CANON II.

Si quis dixerit, præter sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios ordines, & majores, & minores, (*b*) per quos, velut per gradus quosdam, in sacerdotium tenditur; anathema sit. b Sup. ead.

γ CANON III.

Si quis dixerit, Ordinem, sive sacram Ordinationem (*c*) non esse vere & proprie Sacramentum, a Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum a viris rerum Ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros verbi DEI, & Sacramentorum; anathema sit. c Sup. c. 3.

δ CANON IV.

Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere: Accipe Spiritum sanctum; aut per eam non imprimi characterem; vel cum, qui Sacerdos semel fuit, (*d*) laicum rursus fieri posse; anathema sit. d 2. Tim. 1. 6.

CANON V.

Si quis dixerit, sacram Unctionem, qua Ecclesia in sancta ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam, & perniciosam esse; similiter & alias Ordinis cæremonias; anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & ministris; anathema sit.

CA-

ζ CANON VII.

Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere a Sup. c. 4. potestatem confirmandi, (*e*) & ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem; vel Ordines ab ipsis collatos sine populi, vel potestatis sæcularis consensu, aut vocatione, irritos esse, aut eos, qui nec ab Ecclesiastica & canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & Sacramentorum ministros; anathema sit.

η CANON VIII.

Si quis dixerit, Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos, & veros Episcopos, sed figmentum humanum; anathema sit.

REMISSIONES.

α CANON I. Vide Bald. Junium *super opera controv. Bellarm. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 3. *& a.*

β CANON II. Vide Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 2. *n.* 4. P. Valer. Reginald. *in praxi fori panit. lib.* 30. *n.* 3.

γ CANON III. Vide Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 2. Petr. Ledesm. in *summ. p.* 8. *tract. de Sacr. Ord. c.* 1. *conc.* 1.

δ CANON IV. Vide P. Henriquez in *summ. lib.* 10. *c.* 4. §. 2. *lit.* F. *& G.* P. Valer. *d. lib.* 30. *num.* 3. P. Ægid. *de Sacram. tom.* 2. *disp.* 20. *n.* 58. Bald. Junium *super opera controv. Bellarm. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 5. *vers. item patet.* Petr. Ledesm. *d. tract. de Sacram. Ordin. cap.* 4. *concl.* 2. * Vide etiam *text. cum gloss. in cap. licite* 32. D. Thom. 3. *part. quæst.* 69. *art.* 1. Joseph de Sesse in *tract. de inhibitione. cap.* 8. §. 1. *num.* 20.

† CANON VI. Vide Mich. Agiam *de exhib. auxiliis fundament.* 2. *fol. mihi* 14.

ε CANON VII. Vide Sayr. *de Sacram. in genere, lib.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 3. *art.* 3. *vers. De confect. Episcop.* P. Ægid. *d. disp.* 20. *num.* 24. *& n.* 73. P. Vasquez *d. tom.* 3. *disp.* 243. *a n.* 2. *& disp.* 244. *n.* 17.

ζ CANON VIII. Vide P. Henriquez in *summ. lib.* 10. *c.* 3. *in fine.* P. Paul. Comitol. *responsor. moral. lib.* 1. *q.* 99. *n.* 3. Petr. Ledesm. *de tract. de Sacram. Ordin. c.* 5.

DECRETUM DE REFORMATIONE.

EAdem sacrosancta Tridentina Synodus, reformationis materiam prosequens, hæc, quæ sequuntur, in præsenti decernenda esse statuit, & decernit.

CAPUT I.

Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus præsellus, etiam Cardinalis, nunquam absit a Diœcesi sua, nisi ad summum tres menses continuos, vel interruptos, exceptis modis infrascriptis, probandis coram Metropolitano, aut (in casu) Suffraganeo. Tempore absentiæ nullum populus damnum sentiat. Aliter facientes graviter puniantur. Eadem serventur in Curatis, in quorum absentia ponendi Vicarii approbati. Quædam notata digna ponuntur in hoc Capitulo.

a* β γ &c. CUm (*a*) præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum ζ curam paternam gerere, & in cætera munia pastoralia incumbere; quæ omnia nequaquam ab iis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed (*b*) b Joan. 10. mercenariorum more deserunt: sacrosancta Synodus eos admoneri, & hortatur, ut divinorum præceptorum memores, factique (*c*) forma gregis, c 1. Pet. 5. 2. in judicio, & veritate pascant, & regant. Ne vero ea, quæ de residentia san-

a Joan. 21. Actor. 20. Ephes. 4. 2. dist. c. sicut. 7. q. 1. c. qui Episcopatum, 8. q. 1. c. gloria Epist. 22. q. 2.

sancte, & utiliter jam (d) antea sub felic. rec. Paulo III. sancita fuerunt, in sensus a sacrosanctæ Synodi mente alienos trahantur, ac si vigore illius decreti quinque mensibus continuis abesse liceat; illis inserendo: declarat sacrosancta Synodus, omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque quocumque nomine, & titulo præfectos etiam * si sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, obligati ad personalem 1. in sua Ecclesia vel diœcesi residentiam, ubi injuncto sibi officio defungi teneantur: neque abesse posse, nisi ex causis, & modis infrascriptis, (e) 2. Nam cum Christiana charitas, † urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas aliquos nonnumquam abesse postulent, & exigant; decernit eadem sacrosancta Synodus, has legitimæ absentiæ causas a Beatissimo Romano Pontifice, 3. aut a Metropolitano, 4. vel eo absente, Suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, in scriptis esse approbandas; nisi cum absentia incideret propter aliquod munus, & Reipublicæ officium, Episcopatibus adjunctum: cujus quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinæ, nec eas quidem significari Metropolitano necesse erit: ad eundem tamen cum Concilio provinciali spectabit judicare de licentiis a se, vel a Suffraganeo datis, & videre, ne quis eo jure abutatur; & ut pœnis Canonicis errantes puniantur. (f) Interea meminerint discessuri, ita ovibus suis providendum; ut, quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant. Quoniam 5 autem, qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum canonum sententia non videntur abesse, quia statim reversuri sunt; sacrosancta Synodus vult, illud absentiæ spatium singulis annis, sive continuum, sive interruptum, (g) extra prædictas causas, nullo * a pacto debere duos, aut ad summum tres menses excedere; & haberi rationem, ut id æqua ex causa fiat, & absque ullo gregis detrimento: quod an ita sit, abscedentium conscientiæ relinquit, quam sperat religiosam, & timoratam fore, cum Deo corda pateant; cujus opus non fraudulenter agere, suo periculo tenentur. Eosdem interim admonet, & in Domino hortatur; (h) ne per illius temporis spatium, Dominici Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item, & Corporis Christi diebus, quibus refici maxime, & in Domino gaudere Pastoris præsentia oves deb eant, ipsi ab Ecclesia sua Cathedrali ullo pacto absint, nisi Episcopalia munia * in sua diœcesi eos alio vocent.

Si quis autem, quod utinam numquam eveniat, contra hujus Decreti dispositionem abfuerit, statuit sacrosancta Synodus, præter alias pœnas † adversus non residentes, sub (i) Paulo III. impositas, & innovatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit; cum A pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta †, illos sibi detinere posse; sed teneri aut ipso cessante, per Superiorem Ecclesiasticum illos fabricæ Ecclesiarum, 5. aut pauperibus loci erogare: prohibita quacumque conventione, vel compositione, quæ pro fructibus male perceptis appellatur; ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remittentur: non obstantibus quibuscumque privilegiis cuicumque Collegio, aut fabricæ concessis. 6. μ ν ξ Eadem omnino, etiam quoad culpam, amissionem fructuum, & pœnas 7. de eo-

d Sup. sess. 6. de refor. c. 1.

e c. de cæter. c. licet quatuor, c. sane, & c. relatum, de cler. non resid. c. ad supplicationem de rescript. c. quamvis, 7. dist.

f c. cum ex eo de elect. in 6. c. beneficium, de reg. eccl. L. ge c. 2. to 8in. sup. sess. 6. Synodum. Concil.

g c. pro dilectione 8. q. 1. c. inf. 33. q. 2. de Inst. c. 2. de Inst.

h c. fratres 21 dist. 9. 2.

i Sup. sess. 6. de Ref. c. 1. & sess. 21. de Inst. c. 5. & sess. 23. de Ref. c. 1. & sess. 24. de Ref. c. 12.

k Inst. sess. 22. c. 18. §. debent. c. Extrav. commun. lib. 1. c. 3. Divina, de privil. l Sup. sess. 6. de ref. c. 2.

curatis inferioribus, 8. & aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum, 9. curam animarum habens, obtinent, sacrosancta Synodus declarat, & decernit: ita tamen, ut quandocumque eos, 10. causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum, ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquant. Discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa 11. non obtineant. 12. Quod, si per edictum citati, etiam non personaliter, communes fuerint; 13. libertum esse vult Ordinariis, 14. per censuras Ecclesiasticas, & sequestrationem, 15. & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, 16. etiam usque ad privationem 17. compellere; nec executionem hanc, quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cujuscumque beneficii, pactione, statuto, etiam juramento, vel quacumque auctoritate confirmato, 18. π consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est, sive ρ appellatione, aut inhibitione etiam in Romana Curia, vel σ vigore (K) Eugenianæ constitutionis suspendi posse. Postremo tam decretum illud suo (l) Paulo III. quam hoc ipsum in Conciliis Provincialibus & Episcopalibus publicari sancta Synodus præcipit: cupit enim, quæ adeo ex Pastorum munere, animarumque salute sunt, frequenter omnium animis, mentibusque infigi, ut in posterum, Deo juvante, nulla temporum injuria, aut hominum oblivione, aut delectatione aboleantur.

DECLARATIONES.

1. *In sua Ecclesia vel Diœcesi residentiam.*) Episcopus modo in Episcopatu resideat, summus est a residentia beneficii simplicis, aut dignitatis, quam sine ulla animarum cura obtinet, etiam extra Diœcesim, in aliqua Cathedrali: eamque retinere, ac ejus fructus percipere potest, exceptis portionibus & distributionibus quotidianis, & aliis, si quæ forte sint, quæ absentes justa aliqua de causa non percipiant. Vide *Sup. Sess. 6. cap. 1. de Reform. §. Habent Archidiaconatum.*

Episcopus proinde residens in Urbe Cathedrali, liber est a residentia Monasterii Monachorum regularium, quod obtinet cum dispensatione Papæ, licet illi annexæ sint aliquæ Ecclesiæ curatæ post erectionem Monasterii, & præsertim si in tali Monasterio non sit fons baptismalis, nec aliqua animarum cura, & curatæ regi soleant per Vicarios.

An in præsentia, in qua Episcoporum copia haberi non potest, dispensandum sit, ut in loco duorum Episcoporum, qui in consecratione Episcopi interesse debent, subrogentur duo Abbates, duove alii dignitates Ecclesiasticas habentes? Congregatio dixit posse dispensari & major pars Theologorum, qui consulti fuerunt, sic respondendum faciendum, & ita Pius V. dispensavit.

2. *Nam cum Christiana charitas.*) Non licet Episcopo a sua Ecclesia abesse, nisi ob aliquam causarum, quæ habentur in hoc capite infra, de quibus non est perpetuus morbus. Itaque non licet Episcopo absentare se ab Episcopatu suo propter morbum perpetuum.

3. *Aut a Metropolitano.*) Metropolitani providere debent, ut provinciales eorum Episcopi, juxta Decreta Concilii Tridentini, resideant in Ecclesiis propriis, curamque commissi sibi gregis habeant diligentem.

4. *Vel, eo absente, Suffraganeo Episcopo.*) Absente Metropolitano, Episcopus antiquior residens, super absentia Episcopi comprovincialis inquirit.

5. *Aut pauperibus loci erogare.*) Hæc pœna habet etiam locum in Curatis inferioribus, ita ut Episcopus debeat compellere Parochum, qui per biennium non residet, licet postmodum resideat, ad restituendos fructus illius temporis, quos absens recepit, quamvis ad residendum, nec per edictum quidem, monitus fuisset.

6. *Eadem omnino.*) Episcopus ad residentiam cogere potest Rectorem, licet ejus Ecclesia Parochialis pertineat ad inferioris collationem.

7. *De curatis inferioribus.*) Non licet Episcopo, pro Cathedralis Ecclesiæ servitio, vel

vel etiam suo, aliquem ex Curatis, extra ipsorum curam, ad certa negotia adhibere, constituto ibi etiam Vicario idoneo. Neque excusantur a residentia ob defectum domus, neque si habent officium inquisitionis, nec propter litem. Et etiam Coadjutores perpetui tenentur ad residendum personaliter sicut veri curati, & sub hoc cap. comprehenduntur, etiamsi in aliis beneficiis serviant, etiam in Cathedralibus. *Infra hoc cap. 5. Episcopus non possit.*

23. Sept. 1596. Congregatio Concilii censuit, si Ecclesia Parochialis Rectoris habitatione caret, debere utique, & posse Rectorem compelli ad habitandum intra limites Parochiæ in loco propinquioris.

8. *Et aliis quibuscumque.*) Capellani, coadjutores Rectorum Parochialium, cum Capellaniis perpetuis institutis, auctoritate Apostolica, tenentur ad personalem residentiam, sicuti tenentur Rectores ipsi. Congregatio censuit, omnino teneri, & eos dumtaxat excipi, qui ex institutione possunt per alium servire, vel quibus nulla expressa residentiæ personalis obligatio injuncta est. Unde & Ordinarius tenetur eos cogere, sicut ipsos Rectores, nec cum aliquo hujusmodi dispensare, quoad residentiam, nisi ut cum Rectoribus Episcopus potest, eodemque jure examinandi tenentur, quo Rectores Parochiales, ex *cap. 18. Sess. 24.*

9. *Curam animarum habens.*) Etiamsi esset in Parochia tres tantum incolæ, & ibi fuerint duæ Ecclesiæ unitæ, residendum est in digniori: quod si non constet, quæ sit dignior, residendum erit in frequentiori. Obtinens legitime ante Conc. Trident. confirmationem, Parochialem Ecclesiam, & Canonicatum, non est cogendus alterutrum resignare, dummodo in Parochiali Ecclesia resideat, fructusque Canonicatus percipiat, & amittat tantum quotidianas distributiones, atque illas, quas absentes justis de causis non percipiunt: qui tamen, si tantis horis in ipso Canonicatu etiam residerat, & illi inserviat, tunc quotidianas distributiones consequetur. Vide *Sess. 5. de Reform. §. Per subjectas.*

Si Parochialis Ecclesia tribus, aut quatuor millliaribus distet a civitate, in hac rector habitare debet, nec Dominicis diebus tantum ad suam Ecclesiam accedens, habetur pro residente.

An propter intemperiem aeris, relicto ibi Vicario approbato, ex Ordinarii consensu, Parochus non inde oriundus possit alibi habitare? Congregatio censuit, non posse: si tamen Rector infirmus esset, & in loco Parochialis curæ curati non posset defectu Medicorum medicinarumve, tunc posse ab Ordinario dari ei dispensationem trium vel quatuor mensium, ut in locis vicinioribus maneat, recuperandæ sanitatis causa, posito interea ab ipso Ordinario in Parochiali Vicario, cum congrua portione ex reditibus Parochialis. Itaque Rector, qui habet Vicarium perpetuum in sua Parochia seu Rectoria, potest & debet compelli ad personaliter residendum, nisi tota cura animarum translata fuisset legitime in solum Vicarium perpetuum. *Infr. hoc cap. §. Parochus.*

Fuit olim Monasterium insigne Sancti Benedicti, in loco campestri, quod præsentes cateri conventu, & est commendatum, in quodam castro, fere per unum milliare distante a Parochiali, cujus monasterii cura fuit semper solita exerceri per deputatos ab Abbate seu Commendatario pro tempore, habeique collationem nonnullorum beneficiorum curatorum existentium in alienis diœcesibus & homines dicti castri veniunt diebus Festis ad audiendam Missam & divina officia ad Ecclesiam dicti Monasterii, quæ celebrantur per eosdem hæredes deputatos: quam ob rem dictus commendatarius tenetur ad residentiam, & ad sacros Ordines accipiendos. Vide *Sess. 6. cap. 2. de Reform. §. In titulum de Com. Ordin.*

10. *Causa prius per Episcopum cognita.*) Omnia hæc committuntur Episcopo, qui executioni demandet, etiam in illis Parochialibus, quarum collatio ad inferiores spectat, etiamsi inferiores essent Abbates regulares.

Stante consuetudine in Ecclesia Cathedrali, quod Canonici non interessentes divinis, non percipiant fructus præbendæ, nec distributiones quotidianas, licet Episcopo retinere penes se unum vel duos Canonicos, qui dictos fructus & distributiones percipere possint, ac si in Choro præsentes essent: exceptis tamen distributionibus quotidianis.

Parochialem Ecclesiam habens cum Canonicatu, in Parochiali residere tenetur; quod etiam est conforme Bullæ Pii V. quæ incipit, *cupientes pro nostrit*, publicatæ 8. Id. Julii, Anno 1568. super hoc editæ, & percipit fructus præbendæ. Ejus tamen quotidianas distributiones perdit, & si quid præterea absentes justa de causa non percipiunt. Vide in hoc *cap. §. Curam, & Sess. 5. cap. 1. de Reformat. §. Per subjectas.*

Si

Si autem Canonicatus est in eodem loco, ubi Ecclesia Parochialis; potest utique interviere, & percipere quotidianas distributiones, & commoda, quæ sunt illi muneri attributa: si vero inservire nequeat, distributiones tantum eorum dierum, quibus non ineft, amittat, neque alio damno affici potest. Quod procedit non obstante quacunque nobilitate Canonicorum, aut Ecclesiæ Cathedralis, etiam Metropolitanæ.

An Episcopus procedens per subtractionem fructuum adversus Parochos non residentes juxta hoc Decretum §. eod. omnino teneatur observare eadem intervalla, eandemque rationem, quæ contra Episcopos non residentes statuitur *cap. 1. Sess. 6.* Congregatio censuit Episcopum, quoties in opem omissæ residentiæ vult Parochis substituere partes fructuum, quos residendo suos fecerunt, debere observare, quoad intervalla & quoad quotas præscriptum Concil. *cap. 1. Sess. 6.* in executione autem facienda super illis fructibus, quos eidem Parochi pro rata temporis absentiæ suos non fecerunt, nec tuta conscientia retineri possunt, ex Decreto Conc. *cap. 1. §. Si quis autem, Sess. 24.* Episcopum non debere sequi intervalla, de quibus in *cap. 1. Sess. 6.*

Episcopus procedens per subtractionem fructuum adversus Parochos non residentes juxta Concilium Tridentinum, non tenetur observare eadem intervalla, & eandem rationem, quæ contra Episcopos non residentes statuit caput tertium Sessionis sextæ. Et residens in Parochiali, quæ non longe abest a Collegiata, in qua Canonicatum obtinet; diebus festalibus ad Ecclesiam Collegiatam accedere, & in ea divinis inservire potest: modo omnibus diebus & horis suis debitis & congruis, Parochiali inserviat, & nihil prorsus relinquat ex debito servitio ipsius Parochialis.

Habens Canonicatum & Parochialem & residens in Parochiali, ex præscripto Bullæ Pii V. distributiones quotidianas lucratur: si Canonicatus consistit solum in distributionibus quotidianis, non habens præbendam. Hoc procedit, si utrique inservire nequiverit: quia si ambobus commode servire posset, lucraretur solum juxta servitium, quod præstaret. Porro obtinens duos Canonicatus, in digniori residere debet, & solum distributiones illius amittit, in quo non resider. Atque ideo Episcopo Bossanensi scribatur, ut restituat Canonicatum presbytero N. cum non debeat ibi residere, residens in Canonicatu S. Matiæ *Conc. Trid. cum Gall.* digniori. Vide *Sess. 22. de Reform. cap. 3. §. Habens.*

Obtinens parochialem, & Canonicatum præbendæ Magistralis, cum dispensatione ante Concilium Tridentinum legitime obtenta, tenetur in Parochiali residere; atque in Magistrali præbenda idoneum virum substituere debet, qui Sacræ Scripturæ interpretandæ munus obeat. Vide *Sess. 5. cap. 2. de Reform. §. Du cætero.*

Eum, qui obtinet Ecclesiam baptismalem, cui incumbit sola cura baptizandi omnes infantes oppidi, & existentes sub cura Archipresbyteri, præsupposito quod in Ecclesia Archipresbyter præter baptismum, cætera Sacramenta administret, Congregatio die 21. Julii 1587. censuit teneri ad residentiam, ad minus tanquam Coadjutorem Ecclesiæ parochialis. Quin & obtinens Canonicatum, cui sit unita Parochialis ad vitam obtinentis, tenetur in Parochiali residere, etiamsi unio facta sit ad vitam obtinentis tantum.

Præpositura, licet tantum sit Jurisdictionalis, intelligitur tamen esse comprehensa in Bulla S. D. N. Pii V. de residentia Parochorum, edita & publicata 8. Id. Julii 1568. Etiam perpetui coadjutores residere tenentur, sicut veri curati, etiamsi in aliis beneficiis inservirent, etiam in Cathedralibus.

Causæ non excusantes Parochos a residentia.

2. Jun. 1591. COngregatio Concilii censuit, non licere Parochis causa studiorum a suis Parochialibus Ecclesiis post Concilium abesse, & Episcopum licentias ad id concedere non posse, easque, si concessæ fuerint, non suffragari.

A residentia non excusatur exercens officium Subcollectoris Apostolici, vel inquisitoris, neque etiam excusat lis super eadem Parochiali mota. Vide *Sess. 7. cap. 5. §. Subcollectores.*

Similiter Licentia obtenta ab Episcopo de non residendo, non excusat a residentia, cum eam Episcopus concedere non possit.

Obtinens Parochialem Ecclesiam per provisionem Sedis Apostolicæ, & habens libertum curæ exercitium & omnium bonorum, fructuum ac proventuum, ad dictam Ecclesiam Parochialem pertinentium possessionem, licet in limine adeptæ possessionis prædictæ, mota lis fuerit per aliquem in petitorio, tamen tenetur se promoveri

O facere

facere infra annum, lite pendente, & compellendus est ad residendum in dicta Ecclesia. Et præsupposito quod non teneatur residere, eo casu debet Episcopus idoneum Vicarium deputare, partemque fructuum omnium pro sufficienti victu assignare, juxta Concilii Tridentini formam. Vide *Sess. 7. de Reform. cap. 7. §.* Portione etiam.

Licet Episcopus pro visitatione suæ Diœcesis uti opera Parochi possit, ille tamen ob eam causam ultra quadrimestre singulis annis abesse non potest a sua Parochia, & interea poni debet in ea idoneus Vicarius, cum congrua portione fructuum dictæ Parochiæ, arbitrio ipsius Episcopi assignanda. Odium a residentia non excusat, inimicitiæ tamen excusant ad tempus, si non fuerint contractæ culpa Rectoris Parochialis, & Episcopus cum illis ad annum dispensare concediturr, dummodo tamen in Parochiali idoneus remaneat Vicarius. *Infra eodem cap. §. Presbyt.*

Causæ excusantes a residentia.

COngregatio censuit solam distantiam loci, etiam cum æqua causa discedendi, non excusare Parochum, ut possit abesse a sua Ecclesia sine licentia in scriptis obtenta, nisi talis necessitas repente se offerat, quæ non patiatur dilationem hujusmodi licentiam petendi, quo casu quamprimum de discessu & de necessitate Ordinarium certiorem faciendum esse, ut de causa cognoscere possit.

Nec Parochus habens justam causam abeundi extra Parochiam per duos menses aut tres, satisfacit suæ conscientiæ, si petit licentiam, jurans se gravamen habere, quod non expedit manifestare, ut sic petita licentia abesse possit, licet Episcopus non concedat. Similiter abesse non potest in casu, quo causam rationalem expressit; quam vir bonus & æquus rationalem judicat, sed rigidus Prælatus minus æquam judicat, & licentiam denegat, vel quia movetur suspicione, quæ ficta sit, cum tamen sit vera, sed habere posse recursum ad superiorem.

Nec est liber a culpa & a pœna amissionis fructuum, qui veluti per quatuor mensium spatium ex urgenti admodum causa ad curandam suam valetudinem morbo gravi instanti, pro hujusmodi ablentia non petiit licentiam ab Episcopo, qui bona fide putavit existentiam causæ satis esse, nisi periculum fuisset in mora petendi licentiam, ut supra dictum est.

Nec sufficit licentia tacita, sed oportet, ut sit expressa juxta formam Concil. Trid. ut. Fructus amittantur duntaxat pro rata illius temporis, quo quis abest sine licentia.

Nec potest componi restitutio debitæ fructuum male percceptorum, cum obtinentibus Bullam Cruciatæ, vel vigore aliorum privilegiorum facultatum obtentarum post Concilium.

Parochus Ecclesiæ, in qua fuit constitutus Capellanus, cui ex institutione Capellaniæ imposita fuit tota cura animarum, seu Vicaria perpetua, quoad Capellanus vixerit, non tenetur in ea residere.

Infirmitas excusat a residentia quando in loco Parochiæ non sunt Medici, vel medicinæ, & quando infirmitas alibi curari potest. Hoc casu per quatuor menses dispensat Episcopus, ut in locis vicinioribus Parochus maneat, recuperandæ sanitatis causa, posito interea ab ipso Ordinario in Parochiali idoneo Vicario cum congrua portione ex reditibus ipsius Parochialis, &c.

Presbytero habenti inimicitiam cum Domino loci, ubi situm est beneficium, Episcopus debet (si non potest eos reconciliare) dare aliud beneficium, extra territorium & jurisdictionem illius Domini, vel permittere eidem presbytero, ut absit, & possit a beneficio etiam per annum, constituto tamen Vicario idoneo, cum assignatione æquæ portionis fructuum beneficii, ut ei inserviat, donec cauta inimicitiarum inter eos desierit. Prius tamen habens Canonicatum & Parochialem, in qua non potest sine discrimine vitæ propter inimicitias residere, non est cogendus, (dum tubsist inimicitiarum causa) in ea residere, sed permittendum est ei, ut resideat in Canonicatu. Dabuntur litteræ Ordinario, ut cognoscat, si sunt veræ & graves inimicitiæ, quæ narrantur & absque ipsius culpa, ac postquam obtinuit illius beneficii dispensationem, exoritæ, tunc Ordinarius det ei dilationem, ut in alio vicinori, & tutiori loco manere possit, duranibus tamen duntaxat inimicitiis, dum non ultra annum durent. Interea autem idoneum Vicarium in illa Ecclesia constituat, assignata ei congrua portione ex reditibus ipsius Ecclesiæ: quod si esset Canonicus, & fructus consisterent in distributionibus quotidianis, illas Canonicus lucrabitur, deducta tamen tertia parte pro deservientibus. Curabit autem Episcopus, ut inimicitiæ extinguantur: si id perficere non potuerit, referibere debet ad Cardinales Con-

Congregationis Concil. cujus culpa factum fuerit, quo minus reconciliatio processerit.

Quando Episcopus legitime dispensavit a residentia per aliquod tempus, ut pura octo mensium, relicto tamen idoneo Vicario in Parochiali, ut Rector aliqui operæ vacare possit, v. g. fabricæ Monasterii, absens excusatur. Confer cum hoc *cap. §. de Curatis.*

In his quæ pertinent ad residentiam, observanda sunt, quæ habentur in hoc *cap.* & in reliquis. Si non possunt servari Decreta Concilii Tridentini prædicta, id agendum est, quod commodius & melius potest: & qui non habet domum propriam in loco, ubi residere tenetur, aliquam conducere debet: ubi vero populus non potest victum suo Curato subministrare, Ordinarius ea observare debet, quæ habentur *cap. 3. sess. 22. de Reformat.* & in casu, quo jura aliquid disponant, non debet pro juris declaratione ad Papam recurrere. Qui finitima urbi beneficia obtinent, si domum non habent, ubi habitent, conducant habitationis locum.

Parochus non habens commodam habitationem in Parochia, fuit dispensatus, ut degere possit in loco vicino, dummodo prope Ecclesiam substitutus ejus habitet.

Aliquando hæc facultas eadem de causa concessa fuit, sine conditione illa: *Dummodo prope Ecclesiam substitutus ejus habitet.*

Inter causas excusantes connumeratur infirmitas incurabilis, aeris intemperies, certo anni tempore, & quando ita solitum est fieri ab omnibus Sacerdotibus, præsertim alienigenis, & ad tempus.

Fuit etiam quis dispensatus a residentia in sua Parochiali, ad tempus a S. D. N. donec instrueret alium Canonicum de negotiis illius Capituli, in quo ipse erat Canonicus, ut eadem tractaret.

Creati auctoritate Sedis Apostolicæ, ex fructibus parochialis cum congrua portione duobus perpetuis Coadjutores in cura, non possunt servire per substitutos, sed ab Ordinario cogendi sunt ad residentiam. Congregatio ita censuit, Episcopus ergo ex hoc decreto debebit eos cogere ad residentiam, & exercendam curam personaliter.

S. D. N. ex sententia Congregationis declaravit, quod Canonici obtinentes ex legitima dispensatione, parochiales, eas quidem retinere possint, sed in ipsis personaliter residere debent, &, si reditus eorum Canonicatuum vere consistant in distributionibus quotidianis, ita ut omnes percipiant de communi massa, & nullæ prorsus distinctæ sint, ne detur aliquid his, qui horis divinis interfint: possint sic residentes in suis parochialibus eos integros percipere. Quod si post debitum servitium parochialibus suis præstitum, etiam inservire Cathedrali possint, tunc eas portiones non percipiant: nisi quatenus inservierint. *Sup. hoc cap. §. Et alias*, item *§. habens Canonicatum.*

Congregatio Concilii censuit, Parocho propter inimicitias ultra primum annum absenti, concedendum secundum, ob novam causam, quæ supervenerit ex incremento inimicitiarum, & homicidio subsecuto.

Congregatio Concilii censuit, ultra bimestre tempus abesse non posse parochos sine licentia Episcopi, & valet constitutio Episcopi inhibentis, ne Parochi possint abesse ultra duos dies sine licentia, ut hic. In infirmitatibus curabilibus datur etiam quadrimestre.

Episcopus non potest uti opera Parochi in visitatione, vel alio servitio suæ Diœcesis: nisi pro tempore hic permisso duorum mensium, & tunc pro eo tempore idoneus Vicarius deputetur. *Idem hoc cap. §. De Curatis.*

11. *Nisi ex gravi causa non obtinuerit.*) Non sunt denegandæ litteræ commendatitiæ ab Episcopo Sacerdotibus & Clericis, qui non habent beneficia in titulum, requirentia residentiam.

Propter inimicitias, quæ non superrexerunt culpa Parochi, datur quidem annus & crescentibus inimicitiis datur alius annus: sed odium solum parochianorum non sufficit, neque si omnes fere fructus essent alii reservati, neque continua acris intemperies, neque si esset necessarius magister ludi in civitate, aut oppido, neque servitium Episcopi etiam ad tempus. Hoc sæpe reperitur.

Multa concessa sunt contra hoc Decretum in regno Poloniæ, ex variis causis & necessitatibus.

12. *Quod si, per edictum citati.*) Respexit modum procedendi contra obligatos ad residendum, sese absentantes.

13. *Liberum esse vult Ordinarius.*) Episcopus cogere potest Rectorem, sicet ejus Ecclesia parochialis pertineat ad inferioris collationem. *Inf. hoc. §. Compellere.*

14. *Per censuras Ecclesiasticas.*) Non tamen per excommunicationem, si absentet per aliquod breve tempus: licet possit

continuere Episcopus, quod non possit abesse Parochus absque licentia ultra duos vel tres dies, sub pœna excommunicationis, *Infra §. Episcopus possit.*

15. *Ex subtractionem fructuum.*) Quando alicui Parocho conceditur studendi facultas, ut fructus suos faciat, hæc infracta servare debet. Primo, ut studeat Theologiæ aut juri Canonico in celebri Universitate. Secundo, si est ætatis annorum trigintà, nulla facultas conceedi debet; ideo ætas est exprimenda, & hoc nisi jam studia incepisset, & illa nondum absolvisset, propter quod jam cepta studia potest finire. Tertio, ad quinquennium tantum, a principio studii computandum: licentia hæc est concedenda, adjecta clausula, *ut infra annum ad subdiaconatum promoveatur.* Quarto, interim cura animarum per idoneum Vicarium ab Ordinario eligendum, assignata illi congrua portione fructuum, exerceatur. Atque hæc facultas solum habet locum in Parochialibus ante Concilium Tridentinum obtentis, quia in obtentis post Concilium, prædicta licentia non datur; secus in Canonicatibus, etiam post Concilium Tridentinum obtentis, in quibus datur statuendi facultas.

Episcopus potest prohibere Parochis sub pœna pecuniaria arbitraria, quæ tamen dimidiam decimam non excedat, ne ultra biduum a sua Ecclesia possint abesse: non tamen id prohibere potest sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Parochus, qui non visit in sua parochiali residere, debet ea servato juris ordine privari.

Rector parochialis Islerdensis monitus ab Ordinario, ut resideret, noluit, & propterea est contumax appellatus: visum est committendum Auditori Cameræ, quod Episcopo committat, ut Ecclesiæ Vicarium præficiat, ne cultus & reliqua cura deseratur.

16. *Etiam usque ad privationem.*) Arbitrio Episcopi relictum est, qua via, & quo remedio ex his uti voluerit contra non residentes.

Privationem.) Intelligendum exclusive usque ad privationem, dum tamen præcesserint tres edicta publica, & lapsi sint sex menses juxta *cap. tua de clericis non resid.*

17. *Compellere.*) Hæc compulsio ad Episcopum pertinet; etiam quando collatio pertineret ad Abbatem regularem.

18. *Consuetudine etiam immemorabili.*) Vicarius amovibilis in exercitio curæ animarum, seguit curam esse penes deputatum, & ideo ipsum teneri ad residentiam.

Postulantibus equitibus Hierosolymitanis, ut Capellani Militæ commorantes, Confessiones Equitum, & habentes in aliis locis Parochias, non cogantur residere? Congregatio respondit, illis, qui habent parochias in Italia, permittendum esse, ut non resideant ad annum: qui vero habent in aliis provinciis, ad decem & octo menses.

Quandoque ex causa dispensari solet, ut quis in Parochiali continue non resideat, habeat Canonicatum, si utrique inservire possit.

Episcopus licentiam dare debet Priori petenti, ut per quatuor menses a suo Prioratu abesse possit in loco commodiori, valetudinis suæ curandæ causa.

Gratia de non residendo a S. D. N. obtenta, & de percipiendo fructus ratione Studii, non valet, nisi & Ordinarii consensus accedat. Ita Pius IV. in declaratione, quod gratia de non residendo non valet sine Ordinarii consensu, quæ publicata fuit anno 1564. die 24. Nov.

REMISSIONES.

a Vide Concil. Brachar. 4. *act.* 2. *cap.* 11. Navar. in *Manual. cap.* 25. *num.* 121. *v.* 4. *limit.* Petr. Pechi. in *reg.* 1. *de regul. juris lib.* 6. *num.* 9. Anton. Pagan. *de Residentia.* Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. glos.* 41. *n.* 9. Fr. Jo. de la Cruz *de statu Religiosi lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 1. Cæval. *comm. contra comm. quæst.* 185. P. Lessi. *de justit. l.* 2. *cap.* 34. *dub.* 29. P. Valer. Regio. *in praxi fori pœn. l.* 20. *num.* 68. & *lib.* 30. *tract.* 3. *a num.* 54. *cum seqq.* * Vide etiam Salzed. ad Bern. Diaz *in prax. can. cap.* 52. *lit. C.* Cened. in *collect.* 30. *num.* 2. & 3. *ad fest.* Bobadil. *tom.* 1. *suæ Politicæ lib.* 2. *cap.* 9. Camil. Borrel. *cons.* 2. *n.* 16. Sim. de Prætis *cons.* 68. *centur.* 3.

b An Prior, qui habet Vicarium perpetuum, cui incumbit cura animarum, teneatur residere? Decrevit sacra Congregatio, quod non, his verbis: Habens Parochialem, in qua Vicarium perpetuum legitime institui obtinuit, eo vivente residere non tenetur; refert Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. glos.* 6. *num.* 99.

c An Episcopo liceat pro Cathedralis Ecclesiæ servitio & item suo, aliquem ex curatis suæ Diœcesis, ex ipsorum Ecclesiis constituto in illis idoneo Vicario ad certa negotia adhibere, qui, quando in hujusmodi sunt servitio, a suis Ecclesiis minime abesse censeantur? Congregatio censuit, non licere tesse Gonzal. *d. glos.* 6. *num.* 258.

d Sacra

d Sacra Congregatio censuit, quod exercens Inquisitoris officium a residentia parochialis non excusatur, refert Gonzal. *d. glos.* 6. *n.* 266. & *glos.* 43. *n.* 164.

e Sacra Congregatio censuit, quod a residentia non excusatur exercens officium Subcollectoris Apostolici, test. Gonzal. *d. glos.* 6. *n.* 266.

f Curam parternam gerere.) Vide Paul. Montan. *de tutelis & curis, cap.* 35. *glos.* 1. *n.* 197.

g Etiamsi familiæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint.) Vide P. Azor. *inst. Moral. p.* 2. *l.* 4. *cap.* 3. *q.* 3. & *l.* 7. *c.* 4. *q.* 7. & *cap.* 6. *q.* 1. Flam. *de resign. l.* 1. *q.* 10. *n.* 1.

h Nam cum Christiana charitas, &c.) Vide Rotam noviss. *decis.* 222. *n.* 2. & 5. *in* 2. *p. divertorum.*

i Quoniam autem, &c.) Quod abesse non dicitur, qui statim est reversurus, probat *l. Postliminium, §. captivi, l. nihil, ff. de captiv. & postlim. reversi.* ad hoc propositum Gonzal. *glos.* 43. *n.* 3. & in parocho rurali, qui singulis quibusque hebdomadibus in urbem venit causa invisendi parentes, & cum illis uno tantum die moratur, relicto tamen ad occurrentes casus Capellano; quod non peccet lethaliter, nec teneatur ad restitutionem fructuum, resolvit Ludov. Beja *Responsi. casuum conscientiæ p.* 4. *casu* 21.

k Nullo pacto debere dari, aut ad summum tres menses excedere.) Vide P. Azor. *instit. moral. part.* 2. *l.* 7. *cap.* 4. *q.* 9. & *q.* 10. quæritur, an in Parochis ad absentiam duorum mensium necesse sit, ut facultas ab Episcopo impetretur? Negative resolvit cum Navr. in *Manu. c.* 25. *n.* 121. de quo vide P. Sanch. *de Matr. l.* 3. *disp.* 31. *n.* 11.

l Sacta Cardinalium Congregatio censuit, posse Episcopum ob legitimam causam dare Canonicis suis facultatem, ut possint abesse per quatuor menses refert P. Comitol. *Resp. moral. l.* 3. *q.* 59. *n.* 2.

* *Nisi Episcopalia munia, &c.*) Vide Trevilan. in *decis.* 18. *n.* 5. *lib.* 1.

† *Præter alias pœnas, &c.*) Vide Trevisan. *dec.* 42. *in l.* 2. *& sup. Sess.* 6. *cap.* 1. *de reform. & in c. conquerente, & in c.* 2. *& fere per tot. de Cler. non resid.*

m Eum pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere.) Vide Flamin. *de Resign. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 32.

† *Alia etiam declaratione non secuta, &c.*) Vide Ricci. in *sua prax. var. resolut. c.* 245. Theiam. *lib.* 1. *quæst. forens. q.* 40. Diaz in *prax. crim. canon. c.* 123.

n Eadem omnino, &c.) Quod Capellani, Coadjutores Rectorum Parochialium instituti auctoritate Apostol. teneantur ad personalem residentiam, ut rectores ipsi, censuisse sacram Congregationem, refert Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. Glos.* 5. *§.* 9. *num.* 17.

Causæ aliquæ, propter quas non tenetur quis residere, addutæ a Doctoribus infra citatis.

1. SAcra Congregatio censuit, quod si curatus absit causa inimicitiarum, & non possit residere sine discrimine vitæ, ei permittitur per annum abesse a suo beneficio, posito tamen in illo per Episcopum idoneo Vicario, seu œconomo, refert Zerol. in *praxi Episc. p.* 1. *verbo, Privatio, §.* 4. *dub.* 1. ubi resolvit, quod si intra annum inimicitiæ non extinguantur, & curatus seu beneficiatus fuerit in culpa tam causandarum inimicitiarum, quam non extinctionis earumdem, quod privetur.

2. Congregatio censuit, quod ubi non adest copia Medicorum, vel Medicinarum, potest per Episcopum dari dilatio trium vel quatuor mensium, ut ægrotus in locis vicinioribus curetur. Episcopus tamen propter perpetuum morbum non potest se absentare a suo Episcopatu. Senectus in parocho non excusat a residentia, sed debet poni Vicarius idoneus cum assignatione congruæ portionis ex ipsius parochialis reditibus, refert Zerol. in *praxi Episcop. p.* 1. *verbo, Residentia, vers.* 7. & 9.

3. *Discedendi autem licentiam in scriptis, &c.*) Vide P. Azor. *inst. Moral. p.* 2. *l.* 7. *c.* 5. *q.* 4. & 5. & *cap.* 4. *quæst. fin.* P. Sanch. *de Matr. lib.* 3. *disp.* 7. *n.* 27.

* Vide Pert. Cened. in *Collectan.* 30. *num.* 3. *super sext.* Sim. de Prætis *cons.* 68. *ex num.* 8. *centur.* 3.

o Consuetudine etiam immemorabili.) Sanctissimus D. N. ex sententia Congregationis Concilii declaravit, immemorabilem consuetudinem non excusare a residentia in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus; in Collegiatis tamen insignibus posse excusare, dum tamen sint rurales prorsus destitutæ, in quibus numquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut cujus adeo tenues reditus essent, ut Canonicos aliunde non habentes, unde vivant, alere non possent, refert Zerol. in *praxi Episc. part.* 1. *verbo, Residentia. vers. Sexto.*

p Sine appellatione.) Quod tamen detur

effectus devolutivus, resolvit Siep. Quæstant. in *summa Bullarii*, *verbo*, *Archiepiscopi auctoritas*, *vers. Quinto quæro*, *pag.* 66.

e *Vigore Eugenianæ constitutionis*.) Vide Fr. Emman. in *explicat. Bullæ Cruciatæ in addit. fol. mihi* 211. novissime Pers. Cenedi. *præt. & Canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 31. *vers. Pro vera*.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 4. *Card. de Luca*.

CAPUT II.

Ultra tres menses consecrationem differentes quoniam fructibus perceptis restituendis sunt obnoxii, & totidem mensibus absentes, sunt ipsis Ecclesiis jure privati.

a Sess. 7. c. 9. Concil. Claros. in Otto. 12. c. 15. Concil. Vvormatien. c. 36. cap. quoniam, 55. dist. cap. nullum, 57. dist. cap. veniam, 58. dist.

* ECclesiis (a) Cathedralibus seu superioribus, cuicumque nomine, ac titulo præfecti, etiamsi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, si munus consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur. Si intra totidem menses postea id facere neglexerint, Ecclesiis ipso jure sint privati. Consecratio ß vero, si extra Curiam Romanam fiat, in Ecclesia, ad quam promoti fuerint, aut in provincia, si commode fieri poterit, celebretur.

REMISSIONES.

α Vide Navar. in *Man. cap.* 25. *num.* 118. *vers.* 8. Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. glossa.* 24. *num.* 141. P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib.* 25. *tract.* 2. *cap.* 24. *num.* 58.

* Vide etiam *sess.* 7. *cap.* 9. & *text. in cap. quoniam* 100. *dist.* Sylvestr. in *summa verb. consecratio* 1. *quæst.* 3. Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. canon. cap.* 26. *lit. A.* Hugolin. *de officio & potest. Episcopi part.* 1. *cap.* 2.

ß *Consecratio vero*, &c.) Vide P. Henriquez in *summa part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 23. §. 5. *in princ.* P. Lelli. *de Just. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 103.

CAPUT III.

Episcopi per se Ordines conferant.

a * EPiscopi 1. per semetipsos Ordines conferant: quod si ægritudine fuerint impediti; (a) sub diros suos non aliter, quam 2. jam probatos, & examinatos, † ad alium Episcopum ordinandos dimittant.

a Sess. 7. c. 8. & 12. Concil. Carthag. 1. c. 21.

DECLARATIONES.

1. *Per semetipsos*.) Hoc caput non adversatur proximo sequenti.

Ordinarii dantes dimissorias pro accipiendis Ordinibus nemini concedant esse absentem, nisi cum examinaverint vel examinari fecerint per suum delegatum ad hoc specialiter deputatum, quod servandum est etiam cum aliis, qui a Sede Apostolica facultatem habent Ordines a quocumque suscipiendi. Vide *not. infra, cap.* 8.

Nullus a Judicib.

Congregatio Concilii censuit, quamvis ordinandorum genus, ætatem & conditionem diligenter inquirere debeat, juxta *cap.* 7. *Sess.* 15. non tamen eos ab ordinatione, nisi aliud Canonicum obstet impedimentum, qui a judæis originem trahunt, vel quorum majores, &c.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum posse alienos Clericos ordinare, si habeant literas dimissoriales proprii Ordinarii, licet Episcopus literas dimissoriales concedens alia legitima causa, quam ægritudinis, expressa in *cap.* 3. *Sess.* 23. *de Reform.* fuerit impeditus.

Calagurrit. 27. Aug. 1574.

Episcopus potest alienos Clericos ordinare, si habeant dimissorias proprii Ordinarii juxta *cap.* 8. *infra*, quando Episcopus dimittens, ex alia legitima causa quam ægritudinis est impeditus.

Dimissorias vero literas Episcopus absens dare potest, ac ordinandos etiam suo examini subiicere, si ita sibi videbitur, &, si absentes sint, ad se, ut eos ipse examinet, vocare, si commodum erit: aliquin eorum examen committat Ordinario loci, in quo illi degunt & ordinandi sunt. *Supra hoc cap.* §. *Ordinarii*.

2. *Jam probatos, & examinatos*.) Vel dandam licentiam Ordinario Congregatio censuit, ad hoc ut quis ad sacros Ordines ab aliis Episcopis promoveri possit, cum testimonio tamen de vita & moribus proprii Ordinarii, ut sancitum est *Sess.* 23. c. 8. cui in hac parte non adversari præsens *cap.* etiam declaravit.

Fratres Carthusiani volentes ordinari ab Episcopo alterius Diœcesis, debent habere licentiam ab Episcopo, in cujus Diœcesi sunt. Vide *Sess.* 7. *cap.* 11. *de Reform. & infra, cap.* 8.

REMISSIONES.

α Vide Thom. Valasc. *tom.* 1. *allegationum juris, alleg.* 3. *num.* 11. Zerol. in *prax. Episcop. part.* 1. *verbo*, *Dimissoria* §. 10. *versic. Secundum*, ubi dicit, quod hoc Decretum intelligi debet habilibus sfantibus terminis. Vide Petr. Ledesm. in *summa p.* 1. *tract. de Sacram. Ordinis*, *cap.* 5. *concl.* 10.

* Vide etiam Bern. Diaz in *praxi canon. cap.* 25. ubi Salzedo *lit. A.*

† *Jam approbatos & examinatos*, &c.) Vide Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi canon. cap.* 26. *lit. C.*

CAPUT IV.

Qui prima tonsura initiandi sint.

a c. fin. de temp. Ordin. in 6.

a * PRima (a) Tonsura ß non initientur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint; quique legere, & scribere nesciant, & de γ quibus probabilis conjectura non sit, eos non secularis judicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.

REMISSIONES.

α Vide *Const. Episcop. Conimb.* 2. *in princ. tit.* 3. & *Episcop. Portugal.* 2. *in princip. tit.* 9. Vivald. in *Candelabro aureo tit.* 2. *Sacramento Ordinis*, *cap.* 6. *de scientia Ordinis num.* 58. Salzed. ad *Bern. cap.* 21. *verbo*, *Ordinari*. Petr. Ledesm. in *sum. p.* 1. *verbo*, *Orde cap.* 7. *vers. De la primera*. P. Henriquez in *sum. lib.* 10. *cap.* 17. *num.* 2. P. Ægid. de *Sacram. & confir. tom.* 2. *disp.* 20. *num.* 103. Thom. Valasc. *allegationum juris tom.* 1. *alleg.* 9. *num.* 4.

* Vide etiam Navar. in *Manuali Latino*, *cap.* 205. Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. can. cap.* 21. *lit. B.* & *cap.* 24. *lit. A.*

ß *Prima tonsura non initientur*., qui *Confirmationem non susceperint*.) An non confirmatus suscipiens Ordines peccet moraliter? Negant Navar. in *Manual. cap.* 22. *num.* 9. Vivald. in *Candelabr. de Confirmat. num.* 41. Victor. *de Sacram. Ordin. num.* 232. P. Soar. *tom.* 3. *disp.* 38. *sect.* 1. P. Ægid. *de Sacram. tom.* 1. *quæst.* 72. *art.* 5. *num.* 90. P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. l.* 28. *num.* 24.

γ *De quibus probabilis conjectura non sit*, &c.) An suscipiens primam tonsuram, aut minores Ordines cum animo numquam suscipiendi majores, aut solum, ut declinet forum seculare, & Episcopus, scienter talem ordinans, peccent mortaliter? Affirmat Bannes 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. *in* 2. *dist. conclus. fin.* Negant P. Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 31. *vers.* 16. & 17. P. Ægid. *de Sacrament. tom.* 2. *disput.* 20. *num.* 104. & 105.

CAPUT V.

Quibus debeant esse muniti, qui volunt ordinari, & dicta si non habeant, timeant rejectionem.

a * AD minores ordines promovendi bonum a Parocho, & a Magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant. Hi vero, qui ad singulos majores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, 1. ut nominibus ac desiderio eorum, qui volunt promoveri, publice in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum (a) natalibus, † ætate, moribus, & vita a fide dignis diligenter inquirat; (b) 2. & literas testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat.

a c. quando 24. dist.

b Vide 3. Carth. c. 22. & 4. Carth. 22.

DECLARATIONES.

1. *Ut nominibus ac desiderio.*) Regulares promovendi ad Ordines, inter alia non tenentur etiam nomen, & desiderium suum in Ecclesia publice proponi facere, & testimonium deferre ad præscriptum hujus cap. sed sufficit testimonium a suis superioribus allatum.

Potest Episcopus sine attestationibus, & inquisitione, quæ in hoc decreto injungitur, aliquem promovere, si ipsum omnes qualitates requisitas habere sciverit, prout Congregatio respondit, sed non debet id facere ordinarie.

Similiter ab inferioribus possunt concedi literæ testimoniales Episcopis illas requirentibus, quando scilicet Episcopus tamquam vicinior vel Diœcesanus ordinat Subdiœcesanos inferioris, qui etiam essent nullius Diœcesis.

2. *Et literas testimoniales.*) Quæritur, An ex Bulla Sixti V. contra male promotos, Episcopus ordinans, circa Clericos alterius Diœcesis ordinandos, Testimoniales literas a suis Ordinariis habentes, de requisitis ad ordinationem, alia diligentia uti teneatur, quam ipsos examinandi quoad sufficientiam? S. D. N. de sententia Congregationis respondit, Sanctitatem suæ mentem esse, Ordinarium cum suis subditis dimissorias perentibus teneri adhibere diligentiam super omnibus requisitis circa ordinandos, juxta Concilium Tridentinum & sacros Canones, & si ea ipsos habere constiterit, in iisdem dimissoriis, ex scientia sua de eisdem fidem facere, & tunc cum talibus dimissorias habentibus non oportere Episcopum ordinantem facere diligentiam super dictis requisitis in examine, super idoneitate & literatura.

An approbatus ad dignitatem ordines sacros annexos habentem, alia indigeat approbatione ad suum ordinem suscipiendum? Congregatio respondit eum, qui ad dignitatem approbatus est, examini nihilominus subjiciendum esse, tam ejus Episcopi, qui non contulit dignitatem, quam ejus, qui contulit, nisi tamen statim cum collatione dignitatis examinatus & ordinatus fuerit juxta præscriptum hujus Decreti.

REMISSIONES.

a Vide Concil. Brachar. 4. *act.* 2. *de Exa. Ord. cap.* 4. Hojed. *de incompatib. Eccles. cap.* 24. *num.* 38. & 39. Pet. Ledesm. in *sum. verb. Orde, cap.* 7. *V. En lo que toca.* P. Hentiquez *in sum. l.* 10. *cap.* 17. §. 2. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 9. *num.* 5. * Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi can. cap.* 21. *lit. B. & cap.* 25. *lit. A.*

† *Ordinandorum natalibus*, &c.) Vide *text. in cap. quando*, 24. *dist.* Cened. *collect. ad Decretales* 77. *num.* 2.

CAPUT VI.

Nullus omnino beneficii sit capax, nisi qui habeat 14. *annos: fori privilegio gaudens, quæ habere ac agere debeat, sive unicam habuerit, sive nullam.* *

1. NUllus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus, 2. α † β ante 14. annum 3. beneficium possit obtinere. Is etiam fori privilegio non gaudeat, nisi γ δ ε &c. beneficium Ecclesiasticum habeat; 4. aut clericalem habitum, † ι κ &c. Tonsuram deferens, 5. ι alicui Ecclesiæ ex mandato ξ ο Episcopi inserviat; vel in seminario † Clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versetur; 6. in Clericis vero conjugatis * servetur constitutio Bonifacii IX. quæ incipit, (*a*) Clerici, qui cum unicis, modo hi Clerici, alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ serviant, vel ministrent, & Clericali habitu & tonsura utantur: nemini, quoad hoc, privilegio, vel π consuetudine, etiam immemorabili, suffragante.

DECLARATIONES.

1. *Nullus prima tonsura initiatus.*) Hoc caput non prohibet, quin ille, qui jam 14. annum suæ ætatis attigit, licet nondum expleverit, possit beneficium simplex obtinere.

Con-

Grossetanensis 20. Maji 1592.

Congregatio Concilii respondit, nullum esse a Trident. Concilio præstitutum ætatem tonsuræ, & quatuor minoribus Ordinibus, sed eam attendendam, quæ a sacris Canonibus præscribitur.

2. *Ante* 14. *annum.*) Nisi in fundatione aliter sit statutum, quia fundationi non est derogatum.

3. *Beneficium.*) Congregatio censuit, idem in pensione. *Fori privilegio non gaudeat.*) Clerici, qui in decreto hoc privilegio fori privantur, privilegio tamen Canonis non intelliguntur privari.

4. *Aut Clericalem habitum.*) Provisio in 13. anno ætatis de Canonicatu in Ecclesia collegiata, ubi, vigore statuti Ecclesiæ, provisi ante realem possessionem & fructuum perceptionem tenentur portare habitum & tonsuram per biennium, obstat hoc Decretum. Ita censuit Congregatio die 14. Augusti, ann. 1586. Clericus, in minoribus constitutus non beneficiatus, nisi incedat in habitu, quamvis sit adscriptus, non gaudet privilegio fori, licet non sit monitus.

17. Julii 1593.

Congregatio Concilii censuit, ut Clericus fori privilegio gaudeat, requiri & sufficere ea, quæ aliquo ex infra prædictis capitibus sigillatim sunt annotata, quod obtineat beneficium Ecclesiasticum: Quod clericalem habitum & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inserviat: Quod clericalem habitum, & tonsuram deferens in aliquo seminario de licentia Episcopi degat.

Quod in habitu & tonsura incedens in aliqua schola de licentia Episcopi versetur.

Quod habitum & tonsuram gestans in aliqua Universitate de licentia Episcopi versetur.

Si vero, quæ in aliquo ex capitibus comprehensa sunt, in Clerico concurrant, sed aliqua occasione habitum a se gestari solitum, ad breve tempus deposuerit, non ideo fori privilegium amittere. An vero habitus sit clericalis, ad judicis Ecclesiastici cognitionem pertinere: quibus autem casibus Clericus ex Decreto Concilii fori privilegio non gaudet, nullam requiri monitionem, ut illud amittat.

5. *Alicui Ecclesiæ.*) Hæc verba important, ut Clericus, qui diu sine habitu & tonsura incedens, Ecclesiæ alicui, etiam de mandato Episcopi, inservit, ipso facto, sine aliqua monitione præcedente, amittat fori privilegium, attenta mente Concilii, quæ ad tollendos penitus abusus, voluit hoc abolere. Ita censuit Congregatio die 16. Nov. 1583.

18. Sept. 1593.

Congregatio Concilii censuit, Clericum primæ tonsura insignitum habitum clericalem, & tonsuram deferentem, nec alicujus Ecclesiæ servitio de mandato Episcopi descriptum, licet fori privilegio non gaudeat, gaudere tamen beneficio *cap. Odoerdus.*

An Clericus in minoribus Ordinibus constitutus, in habitu & tonsura incedens, ac de mandato Episcopi inserviens Capellæ, quæ in Ecclesia exibit, ab ipsoque Episcopo Confraternitati laicorum pro oratorio assignata est, gaudeat privilegio fori ex hoc *cap.* Congregatio Concilii censuit gaudere: & idem censendum est, si servitium non continuatum, sed aliquo impedimento necessario interpolatum præstiterit.

21. Jan. 1594.

Licet Clerici in minoribus duntaxat Ordinibus constituti, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum & tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ mandato Episcopi inserviant, vel in seminario, aut aliqua schola, vel universitate de licentia Episcopi versentur, forum judicis laici declinare non possint, non tamen propterea Congregatio Concilii censuit, obstare Episcopo, quo minus jure suo in hujusmodi clericos delinquentes, si adhuc clerici permanent, possit animadvertere.

De jure communi fuit dubitatum, an Clericus deferens habitum, vel tonsuram, vel simul utrumque, propter delicta privetur privilegio clericali? Tu distingue, si est in sacris, retinet privilegium, sed punitur. Inn. *in c. Præterea, de Apostatis.* Si est in minoribus Ordinibus & deliquit, non privatur privilegio fori, nisi post trinam monitionem, *cap. in audientia, de sent. in excommun. c. nit. de vita & honest. cler.* Inn. *d. c. Præterea.* Et nisi se immisceat enormitas, puta quod sit seditiosus, quo casu ipso facto privatur privilegio.

Clericus non beneficiatus, qui incedens in habitu & tonsura inservit alicui Ecclesiæ, si fuerit cum armis deprehensus, non caret fori privilegio. Sic fuit decisum ex *cap. In audientia, de sentent. excomm.*

Cui reservata fuit pensio ut clerico, si non incedat in habitu & tonsura, non gaudet privilegio fori. Fuit decisum sic, ex eo, quod Concilium Trident. corrigit jus commune, & tres casus excipit per dictionem (Nisi.)

Clericum primæ tonsuræ, præsentatum ad Capellam Sacerdotalem, qui super tali præsentatione obtinuit a Papa

novam

novam provisionem, etiam in vim motus proprii, posse in suis causis civilibus gaudere privilegio fori, quamvis possessionem beneficii non habeat propter alium intrusum, contra quem litem movit, Congreg. die 16. Julii 1587. censuit.

Idem erit, si gerat tonsuram vel habitum, sed in reliquis vivat ut laicus; *not. sing. Innoc. cap. 1. de Apostatis, ad fin.* nec sufficit corona, seu tonsura sine habitu, sed copulative requiritur utrumque, ita Gemin. *in cap. si judex, vers. idem de sent. excomm. in 6.* habitus quoque debet esse decens, & usque ad talos hodie, ex hujus Decreti præscripto, & monitio requiritur. Item nec habitus & tonsura sufficiunt, nisi etiam alicui Ecclesiæ inserviant. Et ita Congregatio censuit in una Neapolitana.

28. Dec. 1593.

Congregatio Concilii censuit, obtinere pensionem, haberi pro Clerico beneficiato ad effectum privilegii fori.

26. Mart. 1594.

Congregatio Concilii censuit, ad beneficium simplex sufficere annum 14. inceptum, licet non completum.

19. Dec. 1596.

Congregatio Concilii censuit, Clericum primæ tonsuræ, qui post dimissum habitum & tonsuram Clericalem deliquit, & pro eo delicto in curia sæculari citatus fuit; deinde reassumpto habitu, & tonsura Ecclesiæ servire cœpit, juxta *cap. 6. Sess. 23.* non posse judicem Laicum processui finem imponere, & contra illum realiter procedere.

27. Aug. 1600.

Congregatio Concilii censuit, sæpius ejusdem Concilii Decret. nihil novi juris inducturn esse, quoad ætatem obtinendam Canonicatus in Collegiatis Ecclesiis, iden sufficere ad hujusmodi Canonicatus obtinendos ætatem 14. annorum.

Utrum Clericus in minoribus Ordinibus constitutus Clericalem habitum & tonsuram defetens, quod alteri Ecclesiæ, quam cui de mandato Episcopi adscriptus fuerit, inserviverit, gaudeat privilegio fori? Congregatio respondit, gaudere.

Clericus promotus ad quatuor minores ordines, non fuit ab Episcopo adscriptus alicui Ecclesiæ ad inserviendum, juxta *text. in cap. 6. & 16. Sess. 23.* Congregatio Concilii censuit, non teneri.

6. *In Clericis vero conjugatis.*) Censuit Congregatio, Clericum conjugatum, qui post dimissum habitum & tonsuram Clericalem, pro delicto aliquo in curia laicali est citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit, si deinde reassumpto habitu & tonsura (modo non in fraudem) Ecclesiæ inserviat, juxta hoc Decretum non posse a judice laico propter id delictum in carcerem conjici, aut personaliter astringi, facit *cap. si judex laicus, de sentent. excomm. in 6.*

Quidam Clericatus charactere insignitus beneficium Ecclesiasticum obtinuit, cui postea, animo uxorem ducendi, una cum clericatu renunciavit, deinde non secuto matrimonio, Clericalem habitum reassumpsit, & aliud beneficium exigui reditus adeptus est: dubitatur, an gaudeat privilegio fori? Congregatio die 11. Junii 1587. censuit gaudere; quia Clericali privilegio renunciare non potest, cum in favorem totius ordinis pronunciatum sit, *cap. si diligenter, & ibi gloss. de foro compet.* Dec. in *cap. Tua. de Apost.* Roland. *cons. 4. vol. 1. num. 9.*

Episcopus auctoritate sua ordinaria cum sibi subdito viro bigamo, qui alias cum duabus virginibus successive legitimum matrimonium contraxerit & consummaverit, & modo defunctæ sunt, dispensare non potest, ut primam tonsuram & beneficia simplicia a se vel ab aliis accipiat. Ita censuit Congregatio die 30. Jan. 1587.

Bonifac. VIII. in Sexto, de Clericis conjugatis.

CLerici, qui cum viduis & virginibus contraxerunt, si tonsuram, & vestes deferant clericales, privilegium retinent Canonis, ab Innocentio II. prædecessore nostro edito in favorem totius Ordinis Clericalis. Et cum juxta Parisiensis Concilium, nullus Clericus distringi debeat, aut condemnari a judice sæculari, præsenti declaramus edicto hujusmodi Clericos conjugatos pro commissis ab eis excessibus vel delictis trahi non posse criminaliter aut civiliter ad judicium sæculare: nec ab ipsis sæcularibus judicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunialiter (ne per unam viam concedatur eisdem judicibus, quod per aliam denegatur) ullatenus condemnari, in casteris autem, vel nisi, ut præmittitur, tonsuram vel vestem deferant Clericales, etiam in præmissis eos gaudere nolumus privilegio Clericali.

REMISSIONES.

* Vide ultra DD. infr. citand. Adverdan. *de exeq. mandatis p. 1. cap. 22. num. 12. vers. & ultra.* Carol. a Tapia ad *Constit. regni Neapol. l. 1. rub. 3. Episc. & Clen. num. 26.*

a *Ante decimum quartum annum beneficium posse obtinere.*) Vide Cavalcan. *dec. 29. num. 1.* Card. Tolet. in *sum. lib. 5. c. 79. vers. 1.* Petr. Pechi. in *reg. Beneficium num. 27. vers. Ceterum quid in ipsis, l. 6.* Valen. Regin. *in praxi fori pænit. lib. 30. tr. 3. num. 166. in fin.* P. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. c. 5. quæst. 8. & 9.* Guttier. *Canon. lib. 1. cap. 26. num. 33.* Jacob. de Graffis *dec. aurr. lib. 2. cap. 51. num. 3. tom. 1.* P. Henriq. in *sum. lib. 10. cap. 19. §. 1.* Petr. Ledesm. in *summ. p. 1. tit. de Sacr. Ordin. cap. 7. vers. de la primera, & p. 2. tr. 7. cap. 1. concl. 7. prope fin. pag. 165.* Cævall. *summar. cons. communi. quæst. 523. num. 3.* novissime Joan. Aloys. Ricc. in *collect. dec. collect. 860.* P. Lessi. *de justit. lib. 2. cap. 34. dub. 20. num. 109.* Nicol. Garc. *de Benefic. p. 7. cap. 4. num. 8.* (* Vide etiam Navar. *cons. 11. num. 3. de prabend.* Raud. *decis. 135. num. 22.* Monard. in *dec. 29. lib. 3.* Patrit. *de resign. benef. lib. 3. quæst. 7. & lib. 4. quæst. 1. num. 7. & quæst. 9. num. 3.* & Ricc. *in sua praxi rerum fori Ecclesiastici de Jurispat. dec. 187. ex num. 185.* & in *prax. var. resol. cap. 239. num. 2. & cap. 64. & 254. n. 2.* Hier. Cavall. etiam *quæst. 695. num. 18.* Guttier. *canon. quæst. cap. 26. num. 35.* & Præceptor meus Salmantin. Di. Spino in *suo Specul. testam. gloss. 3. princ. num. 47.* Rot. noviss. *dec. 194. ex num. 1.* de qua per Farin. in *2. p. civil.*) Flamin. *de Resign. lib. 4. q. 1. num. 7. & quæst. 11. num. 13. & lib. 5. quæst. 7. num. 65. & 66.* resolvit, ex dispensatione posse obtineri: hujusmodi tamen dispensatio hodie non conceditur, de quo Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 7. num. 11.* Quod Episcopus non dispensat, refert P. Azor. *d. quæst. 9. vers. Si quæras*, quod (extra Cardinalium Congregatio censuit procedere, nisi in fundatione aliter dicatur, quia non est ei derogatum, resolvunt Emman. Saja in *Aphorismis, verb. Beneficium, num. 10.* Gonzal. ad *Reg. 8. Cancel. gloss. 5. num. 9.* Aloys. Ricci. *de collect. 860. vers. Nunc limita, & prim.* † & in *dec. 187. ex num. 187. cum seqq. prax. fori Eccles.* Mezead. *cons. 35. & Serad. cons. 93.*

β Quod dicti quatuordecim anni sufficiant inchoati, licet non expleti, affirmant P. Henriq. *d. 5. 2.* P. Lessi. *num. 109.* Aloys. Ricc. *de collect. 860. vers. Limita secundo*, (* & in *d. dec. 187.*) Cavall. *q. 523. num. 4. & q. 593. n. 18.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 8.* Garl. *dec. 22.*

γ *Et etiam fori privilegio non gaudeat.*) Vide Mascard. *de Prob. conc. 302. num. 14.* Guttier. *pract. l. 1. q. 7.* * Vide etiam Cavalcanum. *dec. 21. ex n. 27. p. 3.* Bobadillam *l. 2. Politicæ cap. 18. n. 102. 110. & 263.* Mariam *de Jurisd. 4. p. centur. 2. casu 149. num. 18. & casu 153. per totum.* Grilenz. *cons. 72. n. 16. & seq.*

δ Quod Clericus primæ tonsuræ seu in minoribus constitutus, pensionem habens, gaudeat privilegio fori, resolvunt Salzed. in *pract. cap. 67. num. 10.* Zerol. in *praxi Episcop. p. 1. verbo, Clericus, §. 2. dub. 1.* De Marta *de Jurisd. p. 2. cap. 32. num. 45.* Crescii *dec. 14. de sent. & re judic.* Sed censuit sacra Cardin. Congregatio. Cui reservata fuit pensio ut Clerico, si non incedit in habitu & tonsura, non gaudet privilegio fori: huic decisionem traduntur partem hanc sequentes Azor. *lib. 1. num. 5. vers. Sed an pensio. tit. 4. lib. 1. novæ Recopil.* Flamin. *de Resign. lib. 1. q. 11. n. 70. & lib. 2. q. 15. n. 15.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 5. n. 6.* & Nicol. Garc. *de Benefic. p. 1. c. 5. n. 70.* Cened. *pract. q. lib. 1. quæst. 4. num. 32. cum seqq. & num. 37.* resolvit, Capellaniam sufficere, quando alicui in perpetuum, vel in titulum fuerit assignata.

ε An clericus primæ tonsuræ præsentatus ad capellam Sacerdotalem, qui super tali præsentatione obtinuit a Papa novam provisionem, etiam in vim motus proprii, possit in suis causis civilibus gaudere privilegio fori, quamvis possessionem beneficii non habeat, propter intrusum, contra quem litem movit? Congregatio die 16. Jul. 1587. censuit gaudere, teste Flam. *de Resig. l. 7. quæst. 1. num. 47.* Vide Marc. Anton. Gen. in *praxi Archiepisc. curiæ Neapol. cap. 7. num. 6.* Farin. in *praxi crim. quæst. 8. num. 45.* Nicol. Garc. *de Benefic. p. 2. cap. 2. num. 8. cum seqq. Ordin. reg. Lusitan. lib. 2. tit. 1. §. 25.*

ζ Clericos, qui in hoc Decreto Concilii privilegio fori privantur, privilegio tamen Canonis non intelligi privatos, censuit sacra Cardinalium Congregatio, quam referunt Gonzal. & Garc. ubi supr. Graffis *l. 2. dec. cap. 49. a num. 28.* Cened. *pract. & cancn. q. 1. §. quæst. 4. num. 21.*

η Quod ad pensionem obtinendam sufficit ætas septem annorum, resolvit Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 397. num. 17. cum seqq.*

ϑ Quod, qui collationem beneficii obtinet, beneficium habere dicitur, saltem ad hoc, quod privilegio fori gaudeat, docent Milis in *suo Repert. verbo, Obtinere dicitur quis beneficium*, Covar. *l. 3. Var. cap. 16. in princ.* Rebuff. in *praxi p. 3. tit. de Simon. in resign. a num. 25.* Flamin. *de Resignationib. lib. 10. quæst. 6. n. 2.* Cened. *d. quæst. 4.*

quæst. 4. num. 22. Contrarium tuetur Farinac. in praxi crim. quæst. 8. num. 45. & num. 70.

1 *Nisi beneficium Ecclesiasticum habeat aut clericalem habitum.*) An clericus habens primam tonsuram, vel minores ordines, ut privilegio fori fruatur, teneatur portare habitum & tonsuram clericalem, si beneficium habeat? Negant propter illam dictionem, *aut*, quæ disjungit in terminis, Fr. Emman. in *summ. p. 1. cap. 151. contl. 2.* Clar. §. *fin. quæst. 36. num. 19.* Læli. Zecch. *de Repub. Eccles. tit. de Cler. vers. Ad hoc.* Salzed. ad *Bern. cap. 62. num. 9. vers. Si tamen.* Curt. *Phil. p. 3. §. 1. n. 3. ad finem.* Azeved. *l. 1. n. 9. vers. Tonsura. & vers. Sed si beneficium, tit. 4. l. 1. novæ Recop.* Farin. *de quæst. 8. num. 7.* Cævall. *quæst. 561. n. 3.* Bobad. in *sua Politica l. 4. cap. 28. num. 102. lit. E.* Cen. *d. quæst. 4. num. 29.* * Vide Jacob. de Graffis *dec. 49. num. 28. & 38. l. 2.* Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi can. cap. 62. a num. 9. usque ad 13.* Larazet *de Gabel. c. 19. num. 19.* Nic. Garc. *de Benef. 1. p. cap. 2. §. 1. num. 82. & cap. 3. ex num. 70. & 129.* Farin. in *prax. crim. q. 8. ex num. 5.* Joseph. de Sesse *de inhibitionib. cap. 8. §. 1. num. 21.* Bobadil. *d. lib. 2. cap. 17. num. 193.* Ricci in *de prax. var. resolut. cap. 151. & 252.* Licet sit modici valoris, affirmant Aloys. Ricc. *in curia Archiep. Neapol. dec. 7. & in praxi var. resolut. cap. 142.* * Vide etiam Azeved. in *l. 1. tit. 4. lib. 1. novæ recopil. num. 9.* Gutier. *lib. 1. pract. in d. quæst. 7.* Maur. *de modo proced. ex abrupto. quæst. 65. a num. 24.* ubi latissime ac omnino videndus.

2 *Et tonsuram deserent.*) Quod novitius alicujus Religionis, etsi prima clericorum careat tonsura, gaudeat privilegio Canonis, & fori, optime tradunt P. Azor. *instit. moral. l. 12. cap. 3. quæst. 2. p. 1.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 52. art. 12.*

3 Auctores statim citandi docent, quod regulariter receptio clericatus beneficii, vel servitii in Ecclesia post delictum commissum nihil proficit assumenti ad effectum exemptionis a judice sæculari, & sic ab ipso potenter puniri absque eo, quod delinquens fori privilegio gaudeat, dummodo constet ipsum Ordinem Ecclesiasticum susceptisse in fraudem, ut se eximeret a jurisdictione sæculari: secus tamen si constaret absque ulla fraude post commissum delictum, aliquem assumpsisse clericatus Ordinem, cum tunc hujusmodi ordo eum liberat a jurisdictione judicis sæcularis, resolvunt Covar. *pract. cap. 32. num. 4.* Gomez. *tom. 3. var. cap. 10. num. 5.* Plact. *de delictis, cap. 35.* Cancer. *lib. 2. var. cap. 2. a num. 133.* Clar. §. *fin. quæst. 36. num. 43.* Avend. *lib. 1. de exec. mand. c. 22. num. 12.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. quæst. 76. num. 35.* Peterz. ad *lib. 3. Ordin. tit. 1. in Rubr. p. 450.* Flamin. Chartar. *de execut. sententiar. cap. bann. cap. fin. sub 308.* Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 3.* Lancellot. *de Attent. p. 2. cap. 4. limit. 20. num. 16.* Azeved. *lib. 1. num. 3. tit. 4. lib. 1. novæ Recopil.* Farin. in *praxi crim. lib. 1. quæst. 8. a num. 103.* Cævall. *Commun. contra commun. quæst. 561. a num. 5.* Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, Clericus num. 6.* Valasc. *cons. 48.* plures refert Doctores Cened. ad *Decretal. collect. 23. num. 1.*

μ Quando reus per judicem sæcularem est captus, si controvertatur, an sit clericus primæ tonsuræ, vel minorum Ordinum, deferatque habitum, & illas qualitates obtineat, quæ in præsenti desiderantur, hujusmodi controversiam per judicem Ecclesiasticum dirimendam esse, cum sit quid spirituale, probat *text. in cap. si judex laicus, de sententia excomm. lib. 6.* cujus textus auctoritate opinionem hanc communem esse profitentur Covar. *pract. 33. a prine.* Clar. §. *fin. quæst. 36. num. 21.* Marant. *de ordine judic. p. 4. dist. 11. n. 69. in fine.* Bellug. in *speculo 11. §. videamus, num. 4.* Sigism. Scacc. *lib. 1. de Judiciis causar. cap. 11. num. 88.* Salzed. ad *Bernard. cap. 62. num. 14.* Menoch. *de Præsumpt. lib. 2. quæst. 76. num. 34.* Masc. *de Probat. concl. 689. n. 7.* Azeved. *lib. 1. n. 52. vers. debet tamen, tit. 16. lib. 8. novæ Recopil.* Anast. Germon. *de sacrorum immun. lib. 1. cap. 15. a num. 55.* Steph. Grat. *discept. forens. cap. 190. num. 13.* cum seqq. Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, Clericus, num. 3.* Farin. *d. q. 8. num. 33.*

4 *Alicui Ecclesiæ inserviat.*) Non sufficere, quod tonsuratus bis, vel ter inserviat Ecclesiæ, ut gaudeat fori privilegio, (cum hæc sint verba significantia actum perseverativum, unde requiritur frequentia & perseverantia in servitii præstatione) resolvit Cened. *d. q. 4. n. 25.*

‡ *Ex mandato Episcopi inserviat.*) Vide *Ordin. regium Lusitan. lib. 2. tit. 1. §. 27.* Bajard. ad *Clar. quæst. 36. num. 27.* & ibi Hieron. Giarch. *num. 8.* Garc. de *Nobilit. gl. 9. num. 50.* P. Hent. *l. 10. cap. 15. §. 2. & l. 11. cap. 29. §. 1. in fin.* Soar. de Paz. in *praxi tom. 2. pralud. 2. num. 7.* Morl. in *emporio juris. part. 2. tit. 2. in pralud. n. 138.* Barbos. in *l. Titia, num. 83. ff. solut. matrim.* Salzed. ad *Bernard. c. 62. n. 13.* Cævall. *communium contra commun. q. 896. n. 579. tom. 4.* d. Maria *de jurisd. p. 4. casu 235. in fine.* Dom. Garci Mastrillo *Siciliæ decis. 113.* Valasc. *cons. 105. n. 32.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 10. n. 2. & alleg. 44. n. 2.* Nicol. Garc. *de Benefic. p. 2. c. 2.* Avend. ad *lib. 29. Tauri gloss. 3. n. 10.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 109. art. 2.*

* Vide etiam Mastard. *de probationi cuncl. 302. num. 14.* Menochi. in *cons. 912. ex n. 26. vol. 10.* Advendanum in *l. 29. Tauri gloss. 3. n. 9. & 10.*

e *Ex mandato Episcopi.*) An expressum requiratur? Affirmant Menochi. *lib. 6. de præsumpt. q. 76. n. 41.* Cened. *pract. lib. 1. q. 4. n. 24. & 26.*

† *Vel in seminario, &c.*) Vide Simon. Majol. *de irregularit. lib. 4. cap. 15.* Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. canon. cap. 18. n. 9. in fin.*

* *In Clericis vero conjugatis, &c.*) Vide Covar. in *pract. quæst. cap. 31. ex num. 6.* Advendan. *de exec. mand. cap. 22.* Salzed. ad *Diaz in d. cap. 62. num. 15. & cap. 123.* Farinac. in *prax. crimin. d. quæst. 8. ex num. 6.* Mastard. *d. 44. centur. 2. casu 155.* Bacelate in *prax. var. resolut. cap. 172.* Carol. de Graffis *de effectib. clericor. effectu 1. anno 891.*

∞ *Vel consuetudine etiam immemorabili suffragante.*) Vide Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 50.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 24. Card. de Luca.*

CAPUT VII.

Tempore congruo dispiciatur de cujusli-bet ordinandi qualitatibus per exercitatas in Ecclesiasticis personas.

a c. quando 24. dist.

a * SAncta Synodus, (*a*) antiquorum canonum vestigiis inhærendo, decernit, ut quando Episcopus ordinationem facere disposuerit; omnes, qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, ad β civitatem evocentur. Episcopus autem sacerdotibus, & aliis prudentibus viris, peritis divinæ legis, ac in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi ascitis, 1. γ ordinandorum genus, † personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem 2. diligenter investiget, & examinet.

DECLARATIONES.

1. *Ordinandorum genus.*) Non excluditur filius Neophytæ.

Congregatio Concilii censuit, quamvis ordinandorum genus, ætatem, & conditionem diligenter inquirere debeant juxta *cap. 7. Sess. 13.* non tamen eos ab ordinatione, nisi aliud canonicum obesset impedimentum, qui a Judæis originem traxerunt, vel quorum majores, etsi hæretici fuerint, emendatos tamen esse constet, & reincorporatos Ecclesiæ unitati, & pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam vel perfecerunt, vel perfectioni ejus insistunt, aut parato fuisse ad recipiendum eandem juxta constitutionem Bonifacii VIII. quæ incipit: statutum id tamen intelligendum esse, nisi aliter privilegio Apostolico aut confirmatione caveretur. Pacensis 12. Junii 1591.

2. *Investigent & examinet.*) Qui Subdiaconi, vel Diaconi, vel presbyteri sunt, perunque admitti ad Cathedralis Ecclesiæ Canonicatus, ipsis in forma dignis a Sede Apostolica collatos, ut eum Ordinem habeant, quem dicti Canonicatus requirunt, non opus est, quod examinentur causa explorandi eorum literaturam: illi vero, qui sacros Ordines nondum susceperunt, examinandi sunt, an illam doctrinam habeant, quæ ex præscripto Concilii Tridentini necessaria est illi Ordini sacro, qui Canonicatui, quem consequi volunt, erit annexus.

Quæsitum fuit, quid respondendum de ordinatis ante legitimam ætatem ab Episcopo, qui ante ordinationem in Ecclesia publico edicto protestatus fuerat, quod non intendebat ordinare, nisi eos, qui legitimam ætatem haberent, præsuppositæ attestatione ejusdem Ecclesiæ Decani assertentis se audisse ab ipso Episcopo, quod diceret hujusmodi protestationem fieri ad terrorem, cæterum se habere intentionem ordines simpliciter conferendi. Equidem videtur eos esse ordinatos, sed ab exercitio ordinum esse suspensos usque ad debitum tempus, sed quid in contrarium instituat major Cardinalium Illustrissimorum pars, discendo,

tenido, quod non sufficit unus testis, idcirco terminatum est ex uno ore ab illustrissimis, ut res ad Papam deferretur.

REMISSIONES.

a Vide Concil. Brachar. 4. *act.* 2. Cened. ad *Decret. collect.* 15. *a princ. & ad Decret. vol.* 36. *num.* 1. * Vide etiam *text. in cap. quando* 24. *dist.* Salzed. ad *Bern. Diez in prax. can. cap.* 22. *num.* 24. *& in cap.* 25. *lit. A.* Iband. a Bardaxi *sup. for.* 5. *de fore compet.*

Ad civitatem evocentur.) An locus, ubi Episcopus ordines confert, sit in literis ordinandorum exprimendus? Vide Card. Pereira *de emptione* c. 5. *n.* 10.

Ordinandorum genus.) Vide P. Sanch. in *præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 15. Cened. ad *Decretal. collect.* 77. *n.* 2. ubi dicit, quod Verbum, (*genus*) de quo in præsenti, proprie idem significat, quod legitimus vel liber; non autem refertur ad descendentes ex genere Hebræorum, ut multi opinantur. † Vide etiam Spino in suo *Speculo testam. glass.* 3. *princ. ex n.* 42.

CAPUT VIII.

Unusquisque a proprio Episcopo, aut alio, sed de proprii licentia & testimonio sub gravi pœna ordinandus ad Cathedralem Ecclesiam, aut ex Diœcesi inventam convenientiorem conveniat.

a Gelas. 1. in ep. 1. c. 1. c. dist. 93. *Silv.* verb. Ordinatus leg. eos temporibus.

ORdinationes (*a*) sacrorum Ordinum, α β, &c. statutis a jure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia * vocatis præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis, publice celebrentur, si autem in alio diœcesis loco, præsente Clero loci, dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia semper

b Concil. Carthag. 4. c. 22. c Sup. sess. 24. de ref. c. 2. & 3.

adeatur. (*b*) 1. β &c. Unusquisque autem a proprio Episcopo ordinetur. Quod si (*c*) quis 2. ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam 3. cujusvis generalis, aut specialis rescripti, vel privilegii prætextu, etiam statutis temporibus (*d*) permittatur; 4. nisi ejus probitas, ac mores a Ordinario sui 5. testimonio commendentur. 6. ι κ si secus fiat; λ ordinans a collatione Ordinum per annum, & ordinatus a 7. susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit 8. suspensus.

d Hic Sup. c. 9. Conc. Cart. 3.

c. 11. Concil. Antioch. 5. c. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

DECLARATIONES.

1. *Unusquisque a proprio Episcopo ordinetur.*) De omnibus Ordinibus tam sacris, quam minoribus intelligitur hoc capitulum.

Privilegium suscipiendi Ordines extra tempora, per hoc Decretum non est sublatum.

2. *Ab alio promoveri petat.*) Est concedenda licentia cum infra tacta probatione probitatis, & morum tantum, nec advertatur *cap.* 3. supra positum, nec 11. hujus *Sess.*

De mandato S. D. N. Sixti V. auditi fuerunt procuratores Ordinum super declaratione a sel. record. Greg. XIII. etiam ex sententia Congregationis edita, quod Regulares teneantur recipere Ordines facere vel dimissorias ab Episcopis, in quorum Diœcesi sunt Monasteria, in quibus ipsi tunc degunt.

Idem Sanctissimus ex sententia dixit, Regulares posse concedere dimissorias ad Episcopum Diœcesis, quod si abhorret, ad quemcumque, dummodo ab Episcopo, qui Ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam.

S. D. N. Gregor. XIII. statuit, ut regulares suscipiant Ordines sacros ab Episcopis, in quorum Diœcesi sunt Monasteria, in quibus tunc degunt, vel dimissorias ab eis accipiant, juxta hoc Decretum, *supra cap.* 3. *sess.* 23. *S. Fratres.*

3. *Cujusvis specialis rescripti.*) Etiam a Sede Apostolica obtenti.

4. *Nisi ejus probitas ac mores.*) Qui a Sede Apostolica obtinuit, ut ordinari possit ab alio, quam a suo Ordinario, debet probitatem suam, & mores Ordinarii sui testimonio comprobare: ac ideo inseretur illa clausula *suo ordinario, vel de ejus licentia probitas, & mores ordinandi commendentur a quocumque alio.* Ita censuit Congregatio die 18. April. 1575. Vide *supra sess.* 7. *cap.* 11. *de Reform.* §. *Facultates.*

Censuit Congregatio, in casu, quo aliquis fuerit absens per plures annos ab Ordinario, ita ut illum commendare de vita & moribus non possit, sufficere literas dimissorias Ordinarii, quæ continebunt quod ordinandus non sit excommunicatus, vel contumax, sed de legitimis progenitus parentibus: informatio vero de vita & moribus habenda est ex loco, in quo fuit versatus.

Baylivo Sancti Stephani petenti ne aliquis Episcopus possit ordinare subditum Baylivi, absque ipsius fide & testimonio de vita & moribus ordinandi: Congregatio respondit, hoc nihil esse ad ordines, quod si tamen Episcopi viciniores non possent habere notitiam de vita & moribus eorum, qui sibi subditi non sunt, & subditos non invenire Episcopos, qui eos ordinare velint absque testimonio & fide sui Ordinarii, requirentibus Episcopis posse tum has fides dare.

Præsupposito quod Abbates & perpetui commendatarii monasterii sanctæ Mariæ Ordinis Sancti Benedicti nullius diœcesis sint, a Jurisdictione Episcopi exempti, & Sedi Apostolicæ immediate subditi, quibus etiam ex privilegio Apostolico concessa fuit cura, regimen, Jurisdictio & omnimoda administratio dicti Monasterii personas corrigendi, castigandi, & visitandi propria auctoritate.

Item præsupposita Congregationis declaratione aliás edita, quod Superiores regulares dimissorias ad ordines concedere possint regularibus dicti sui Monasterii, Congregatio censuit, si constat Monasterio, & monachis speciali privilegio a Sede Apostolica hujusmodi facultatem nominatim esse tributam, posse utique Commendatarium dimissorias literas concedere, alias nequaquam.

Episcopus Urgellensis, antequam subditos aliquos Abbatis Monasterii Beatæ Mariæ, Ordinis Sancti Augustini Canonicorum Regularium ordinare vellet, decernebat nomine suo proprio edictum, ut in Ecclesia dicti Monasterii publicaretur, si qui ad Ordines majores assumendi essent juxta *cap.* 5. *præsentis Sess.* Sed Congregatio censuit, debere Episcopum mittere edicta ad Abbatem, aut debere curare, ut illa publicentur nomine suo proprio in Ecclesiis parochialibus sibi subjectis: erat autem Abbas in quasi possessione, ut in ejus Ecclesia, aut oppido non publicarentur aliqua edicta, decreta ab aliquo Ordinario, nisi in subsidium juris.

5. *Testimonio commendentur.*) Etiamsi essent absentes, & ad titulum pensionis, vel patrimonii assumendi essent, sed non testimonio Vicarii Generalis, nisi haberet speciale mandatum concedendi dimissorias.

Per literas, quas Episcopus absens a sua Diœcesi potenit dare, si absentes Diœcesani literas petierint, ut ordinari possint ab alio, & propter absentiam valde eis incommodum sit ire ad subiiciendum se examini Ordinarii, poterit Ordinarius Episcopus examen illorum demandare Episcopo loci, in quo degunt. Vide *Sess.* 7. *cap.* 11. *de Reform.* §. *Et diligenti.*

An Episcopus ordinans alienos subditos sæculares cum dimissoriis proprii Episcopi asserentis eos examinatos fuisse, & idoneos repertos: teneatur hujusmodi attestationi deferre, vel etiam possit eosdem ordinandos examinare? Congregatio respondit esse arbitrarium, & ideo posse, sed non teneri.

6. *Si secus fiat.*) Clericus ab alieno sine Ordinarii sui dimissoriis ordinatus & ministrans, efficitur irregularis.

7. *Susceptorum Ordinum.*) Absolvere a suspensione eos, qui nullius Diœcesis existentes, sine literis dimissoriis ordinari fuerunt, spectat ad Episcopum, ad quem ex Concilio pertinebat dimissorias concedere. Proprius autem Episcopus, ad hoc ut possit dimissorias concedere, dicitur ille, in cujus Diœcesi ordinandus beneficium habet. Et ita fuit judicatum in una Leodiensium, si recte consideretur. *Supra sess.* 23. *cap.* 4. §. *Fratres.*

Episcopus ordinans aliquem ad primam tonsuram, quem parentes dicebant natum in Diœcesi, & pro tali habetur, non incurrit irregularitatem, etiamsi sit alterius Diœcesis is, qui sic ordinatur.

8. *Suspensus.*) An *cap.* 7. *Sess.* 23. corrigat constitutionem Pii V. Cum sacrorum: ita ut qui recuperunt sacros ordines ab alieno Episcopo sine aliqua licentia, vel dimissoria, & postea fuerunt a proprio Episcopo absoluti a suspensione, in quam propter peccata inciderunt, sint tuti in conscientia, an vero in dictis casibus non occultis egrant absolutione Pontificis? forte enim Concilium procedit solum in eo, qui sine legitima quidem licentia, imo vel sine licentia, & sine testimonio proprii Episcopi de moribus & sufficienti literatura ab alieno Episcopo Ordines susceperit: eadem dispositio est circa dispensationem in prædictis casibus. Congregatio respondit esse tutius, nisi tempore, quo durabat suspensio, in iisdem ordinibus ministrasset, quo

quo casu irregularitatem incurrisset, a qua solus Papa dispenset: sicque Concilium non corrigere constitutionem Pii V. circa irregularitatem, quia nihil de irregularitate disponit, tantum de suspensione cujus absolutio nec reservanda erat Papæ per dictam Constitutionem, sicque uno verbo suspensio non inducit reservationem, irregularitatis est reservatio: quia d. c. 8. sic dicit, & sic concludit casum, quando sine licentia a Papa, &c.

REMISSIONES.

a *Statutis a jure temperibus* .) Vide P. Henriquez in *summa p. 2. lib. 10. cap. 12.* a *princ.* ubi enumerat quatuor anni tempora, & præter illa Sabbatum ante Dominicam in Passione, & Sabbatum sanctum.

β Quod non valeat consuetudo, quod facti Ordines conferantur extra quatuor tempora, probat *text. in cap. 2. de temporib. Ordinat.* Rebuff. in *praxi benef. p. 2. tit. de Clericis ad sacros Ordines male promotis, gl. 2. num. 14. & 15.* Quarant. in *summa Bullarii, verb. Ordo, vers. Devenio ad secundum, ibi amplia* . Papam tamen quolibet tempore Ordines conferre posse, docet Rebuff. *d. gloss. 1. num. 11. & 12.* quod potest Episcopo concedere ex speciali gratia, ut Ordines etiam extra Quatuor tempora conferre possit, de quo etiam Quarant. ubi supra.

γ *Ac in Cathedrali Ecclesia* .) Vide Salzed. ad *Bern. Diaz. in praxi. cano. cap. 26. lit. A.* & Ricc. in *sua praxi. vers. cap. 274.*

δ An minores Ordines conferri possint diebus festivis? Affirmant Rebuff. *d. gloss. 1. num. 2. & 5.* Vivald. in *Candelab. tit. de Sacrem. Ordin. num. 36.* V. *Tertia conclusio.* P. Henriquez *d. cap. 12. §. 2.* Fr. Emman. in *summa tom. 2. cap. 16. num. 3.* Jac. de Graffis *lib. 3. dec. dec. 1. p. 1. cap. 12. num. 20.* Thom. Valasc. *tom. 3. allegat. 4. num. 4. & num. 5* dixit, quod prima tonsura potest conferri omni tempore, † & quidem debeant esse dies festivi de præcepto, Ricc. in *praxi variar. cap. 273. num. 2.* post Vivald. in *Candelab. Eccles. tit. de Sacram. Ordin. num. 35. vers. 3. cons. p. 1.*

ε Fratres Minores, & omnes, qui illorum privilegiis concessis & concedendis fruuntur, ex Confirmatione S. D. N. Clem. VIII. posse extra tempora a jure statuta Dominicis vel aliis festis diebus, sacros Ordines suscipere, docet Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 43. art. 5.*

ζ *Unusquisque autem a proprio Episcopo ordinetur* .) Vide Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 18. art. 4.* P. Paul. Comit. *Responsa Moral. lib. 6. q. 46.*

η Quod sufficiat Episcopus originis, tenent Zerol. in *praxi Episc. p. 2. verb. Dimissoriæ, p. 40.* P. Paul. Comitol. *d. l. 6. quæst. 45.* D. Gutticr. *can. l. 3. tract. de Matrim. cap. 61. num. 29.* Quæ concurrere debeant, ut quis dicatur originarius, vide apud Sesse in Aragon. *decis. 30.* Bald. *p. 3. decis. 339.* Aloys. Ricc. in *collect. decis. p. 4. collect. 846.*

θ Quod non procedat in Regularibus, qui a quocumque Catholico Episcopo possunt ordinari, resolvit Fr. Emman. *q. reg. tom. 3. q. 24. art. 1.*

ι *Quod si quis ab alio, &c.*) Vide Cæsar. de Graf. *decis. 87. num. 3. & 7.* Marta de *jurisdict. 4. p. centur. 2. casu 149. num. 18.* Gabriel. *conf. 181. n. 11. vol. 2.*

κ *Ordinarii sui testimonio* .) Vide Navarr. in *Manual. cap. 25. num. 69.* Fr. Emman. in *summa p. 2. cap. 14. num. 6.* Et de Monachis, *quæst. regul. tom. 1. quæst. 18. art. 5.*

λ *Si secus fiat, ordinatus a suscipiendorum ordinum executione, &c.*) Vide Guttier. *can. lib. 1. cap. 26. num. 24.* Salzed. in *præf. cap. 26. lit. E.* Zerol. in *praxi Episc. p. 2. verb. Dimissoriæ, pag. 40.* Flamin. de *Resign. lib. 4. quæst. 2. num. 89.* Cened. *pract. lib. 1. quæst. 38. a num. 4.* P. Ægid. de *Sacrament. tom. 2. disp. 15. dub. 5. num. 33.* P. Valer. Reginald. in *praxi lib. 32. tract. 2. num. 69.*

a Quod non comprehendit initiatos prima tonsura, docent Tolet. in *Instruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 49. num. 5.* Zerol. *parr. 1. verb. Dimissoriæ.*

b *Ordinans a collatione Ordinum per annum* .) Multos casus, in quibus excludationem dandam, quando unus Episcopus ordinat subditum alterius sub spe rationabili ranhabitionis ex *c. sin. 9. q. 2.*

c *Et ordinatus a suscipiendorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus* .) Vide Nicolaum Garci. de *benef. 1. p. cap. 5. n. 142.* Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi canon. cap. 21. lit. B. & in cap. 26. lit. C. vers. quarto.*

Vide Annotationes ad hoc *Caput in appendice sub discursu 14. Card. de Luca.*

CA-

CAPUT IX.

Episcopus familiarem ordinans, conferat statim ei beneficium reipsa.

a * 1. EPiscopus familiarem suum non subditum ordinare non potest, 2. nisi per triennium secum fuerit commoratus 3. & beneficium, quacunque fraude cessante 4. statim re ipsa illi conferat: consuetudine quacunque, etiam immemorabili, in contrarium non obstante.

DECLARATIONES.

1. *Episcopus familiarem suum.* Habet locum hoc decretum etiam in minoribus Ordinibus, ut scilicet teneatur Episcopus etiam conferre beneficium.

2. *Nisi per triennium* .) Ex identitate rationis sufficit, quod triennium incepetit, antequam fuisset Episcopus.

3. *Et beneficium* .) Familiaris Episcopi, de quo hoc decretum loquitur, potest ordinari ad titulum patrimonii, si illud sufficiens habuerit, & si Episcopus ita judicaverit expedire pro necessitate aut commoditate Ecclesiæ, juxta Decretum *ac. 21. sess. 21. §. Pro necessitate*, modo certæ ac particulari Ecclesiæ adscribatur, ubi suo munere fungi debeat, juxta *cap. 16. infra hac eadem Sess. §. Non adversantur.*

Dubitatum fuit: An Episcopus, qui decreto Concil. *cap. 9. Sess. 23.* familiarem suum sibi non subditum, & per triennium secum commoratum ordinat, collato ei statim re ipsa beneficio, possit postea cum eodem, quoad temporum intervallum, dispensare, in casibus tamen comprehensis *cap. 15. & 17. ejusdem Sess.* Congregatio Concilii censuit posse:

26 Maji, 1594. Congregatio Concilii declaravit, quod Episcopus possit ordinare familiarem suum triennalem non subditum, & dare illi dimissorias ad ordines suscipiendos a quocunque; dispensare tamen non potest super illis interstitiis, de quibus *cap. 12. & 14. infra hac eadem Sess.* nisi pro Ecclesiæ suæ utilitate.

Quicunque per decem annos, sive in Curia, sive alibi residerit, potest ibidem a Vicario Sanctissimi ordinari, familiares vero seu officiales Papæ, ac familiares Car-

Conc. Trid. cum Gall.

dinalium, etsi Cardinales habitaverint Romæ, atque etiam Episcoporum in Curia residentium, qui saltem per triennium habitaverint in urbe, possunt de licentia ipsorum Dominorum a Vicario Sanctissimi promoveri, dum tamen supradicti omnes sufficientem titulum habeant, & alia a Jure requisita.

An sufficiat aliquem obtinere in aliena Diœcesi beneficium simplex? Congregatio Concil. censuit sufficere, quod beneficium sit simplex.

4. *Statim.*) In quorumdam & sic censuit Congregatio, quod Episcopus, qui consulit primam tonsuram familiari suo non subdito, qui tamen per triennium secum commoratus fuerit, non dicatur satisfecisse hujusmodi Decreto, per collationem beneficii illi factam infra annum, & in undecimo mense post datam tonsuram.

REMISSIONES.

a Vide Navar. *cons. 23. & cons. 26. cum seq. sub tit. de Temper. ord.* Petz. Ledesm. in *summ. tit. de Sacram. Ord. cap. 3. concl. 9. vers. Et tantæ.* Jac. de Graffis *p. 2. dec. aur. l. 3. cap. 12. num. 7.* Zerol. in *praxi Episc. part. 1. verbo, Dimissoria pag. 100. & p. 2. verbo Ordin. vers. Quinto pag. 72.* Fr. Emman. in *sum. p. 2. cap. 14. num. 10.* P. Hertig. in *summa lib. 10. cap. 12. §. 1.* Flam. in *Resig. l. 2. quæst. 1. num. 91.* Quarant. in *sum. Bullarii verbo, Ordo, vers. Limita in 11. pag. 375.* Mare. Ant. Genuens. in *praxi Archiep. Neapol. cap. 81. n. 3.* Nicol. Garc. de *benef. 5. p. 21. n. 30. cum seq.* Cened. *pract. & Can. lib. 1. q. 38. a num. 29.* Thom. Valasc. *cons. 2. alleg. 3. num. 2.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. l. 32. n. 69. vers. Sunt autem aliqui. 12.* ubi dicit loquitur in præsenti de Episcopo ordinario, quia ei, qui tantum est titularis, talis promotio est interdicta in *præced. sess. 14. cap. 2.* Late Aloys. Ricc. in *collect. dec. p. 3. collect. 540.* ubi in *vers. Amplia 4.* refert procedere in magistro actuum Curiæ Episcopalis, qui, ut familiaris, potestis ab Episcopo ordinari, & extat Steph. Grat. *dec. 233.* * Vide etiam late tractata a Sala. ad *Bern. Diaz in praxi can. cap. 26. lit. C. in vers. Tertium casus sit.*

Decisiones a sacra Cardinalium Congregatione super hoc cap. editæ, & additæ a per Doctores infra citatos.

PRima. Pro necessitate & commoditate Ecclesiarum ad titulum patrimo-

P nii,

nii ; possunt etiam ordinari familiares trienales Episcoporum , & debent adscribi Ecclesiis , pro quarum necessitate sunt ordinandi , refert Garc. *p. 2. c. 3. n. 81.*

Secunda , Episcopus ordinat familiarem sum ad titulum pensionis , si pro necessitate suarum Ecclesiarum judicat ad ordinandum , refert Garc. *dict. cap. 3. num. 81.*

Tertia , Familiaris Episcopi , de quo hoc Decretum loquitur , potest etiam ordinari ad titulum patrimonii , si illud sufficiens habuerit , si Episcopus ita judicaverit pro necessitate aut commoditate suæ Ecclesiæ , & certæ Ecclesiæ adscribatur ab suo munere fungi debeat , refert Garc. *d. cap. 3. num. 82.*

Quarta , Ex identitate rationis sufficit , quod triennium inceperit , antequam fuisset Episcopus , refert Garc. *d. cap. 3. n. 83.* resolvit Aloys. Ricc. in *coll. dec. p. 1. coll. 156. vers. Amplia quinto* , ubi citat Gambed. 93.

Quinta , Episcopus non potest dispensare cum suo familiari triennali , alias non subdito , saltem ultimo tempore , etiam ad minores Ordines , nec super interstitiis , nisi pro Ecclesiæ suæ utilitate ; refert Garc. *d. cap. 3. num. 86.* resolvunt Cened. *prax. d. cap. 3. num. 86.* resolvunt Cened. *prax. d. cap. 3. num. 38. n. 31.* Sayr. *sub tit. de tempor. ordin. c. 8. & 29.* Zerol. *in verb. Quinto dubitatur* , & *vers. Sexto.*

Sexta , Procedit hoc Decretum tam in majoribus , quam in minoribus Ordinibus , & utroque casu opus est collatione beneficii , referunt hanc Catholicam decisionem Rot. *dec. 731. num. 3. p. 11. in nov.* Zerol. *in praxi Episc. p. 2. verbo , Ordo , vers. Quinto dubitatur. post med.* Navar. *cons. 23. num. 11. de temp. ord.* Cened. *d. quæst. 38. num. 30. vers. Quod Decretum* , Sayr. *tit. de tempor. ordin. decis. 26.* ubi resolvit procedere etiam in prima Tonsura.

Quare requisit text. in præsenti in familiari triennium & beneficium , si sufficit beneficium ? Respondet multa cumulando Zerol. *d. §. Dimissoriæ ad Ordines , num. 1. & p. 2. verbo , Ordo , vers. Quinto dubitatur* , Rot. *dec. cit. num. 3.* Farinac. *decis. 222.* ubi resolvit , quod beneficium est statim ac ipsa confertur , alias , si post aliquot menses non sumitur Concilio . Ricc. *collectan. 131.*

CAPUT X.

Abbates exempti , etiam nullius diœcesis , nulli sæculari aut Regulari sibi non subdito dent dimissorias , nec quæcunque Capitula etiam cathedralium Ecclesiarum . Extenditur pœna impetrantium literas dimissorias a Capitulo Sede vacante .

1. ª ABbatibus, ac aliis quibuscunque, 2. quantumvis exemptis , non liceat in posterum , intra fines alicujus diœcesis consistentibus , etiamsi 3. nullius diœcesis , vel exempti esse dicantur , cuiquam , qui Regularis 3. * ß subditus sibi non sit , Tonsuram , vel minores Ordines conferre : 4. nec ipsi Abbates , 5. & alii exempti , aut Collegia , vel ; Capitula quæcunque , etiam Ecclesiarum Cathedralium , literas dimissorias aliquibus Clericis sæcularibus , ut ab aliis ordinentur , concedant ; (a) sed horum omnium ordinatio , servatis omnibus , quæ in hujus sanctæ Synodi decretis continentur , ad ß Episcopos , intra quorum diœcesis fines existunt , pertineat ; non obstantibus quibusvis privilegiis , præscriptionibus ; aut consuetudinibus , etiam immemorabilibus . Poenam quoque impositam iis , qui contra hujus sanctæ Synodi sub Paulo (b) III. Decretum 6. a Capitulo Episcopali, Sede vacante, literas dimissorias impetrant ; ad illos , qui easdem literas non a Capitulo , sed ab aliis quibusvis , in jurisdictione Episcopi loco Capituli , Sede vacante , succedentibus, obtinentes , mandara extendi . Concedentes autem dimissorias contra formam Decreti , ab officio , & beneficio per annum sine ipso jure suspensi ,

DE-

DECLARATIONES.

1. *Abbatibus , ac aliis quibuscunque .*) Abbates primam tonsuram , aut minores ordines , præterquam suis subditis Regularibus, alicui conferre non possunt , non obstante quacunque consuetudine contraria . Et ita resolutum est in quadam decisione facta 3. Martii 1594. Item *infra hoc eadem sess. c. 10. §. Item .*

Ilerdensis 24. Maji, 1594.

Congregatio Concilii censuit , oratorem pro obtinendis dimissoriis posse adire etiam eum Episcopum , in cujus Diœcesi beneficium obtinet Ecclesiasticum .

30. Mart. 1594.

Congregatio Concilii censuit , Abbates etiam benedictos , vel habentes facultatem a Sede Apostolica faciendi omnia , quæ facere possunt Abbates benedicti , non posse primam tonsuram & quatuor Ordines sæcularibus , etiam quod habeant literas dimissorias suorum Ordinariorum , conferre .

Quidam laicus annis elapsis primam tonsuram susceperit , & ordines minores ab Abbate Cassinensi , ejus in temporalibus & spiritualibus superiore , credens illum habere potestatem , sed cum videatur esse contra dispositionem hujus capituli, dubitatur, an iste indigeat dispensatione , vel necesse habeat , cupiens esse clericus , iterum ordinari ad dictos ordines , tanquam nulliter ei collatos ? Congr. Concilii sic respondit : *Indigebat dispensatione , sed non est necesse , ut iterum ordinetur .*

Abbates regulares habemes jus baculum deferendi & mitram , postquam facerdotalem ordinem & munus Benedictionis susceperint , possunt tonsuram , & Ordines minores sæcularibus Episcopi jurisdictioni subditis conferre , si modo ipsius Episcopi consensus accedat , & a dicto Episcopo pro se quisque literas dimissorias impetraverit , ita ut satis non sit ad generatim ab Episcopo concessum esse ; sed hac concessione semper opus est singulis . Etiamsi non sit benedictus Abbas , tamen potest suis subditis ordines minores conferre , si id fuerit ei ex privilegio concessum . Quo circa Abbas , qui est benedictus , vel ex privilegio Sedis Apostol. habet , ut Pontificalia exercere possit, ac si esset benedictus , potest omnia sacra benedictere illis exceptis , in quibus unctio requiritur .

Possunt etiam dicti Abbates ordines conferre aliis regularibus, qui dimissorias speciales sacrum superiorum , necnon specialem consensum Episcopi loci habuerint , in quo ordines hujusmodi suscipere cupiunt . Tonsuratus vero ab Abbate non benedicto , vel non habente hanc potestatem ex privilegio Sedis Apostolicæ , debet iterum tonsurari . Vide hujus *sess. cap. 8. §. Et ut.*

3. *Nullius diœcesis .*) Quod si non constat esse infra fines alicujus diœcesis , Episcopus vicinior concedat : tonsuratus vero ab Abbate non benedicto , vel non habente hanc potestatem ex privilegio Sedis Apostolicæ , debet iterum tonsurari ; sic etiam , qui esset tonsuratus , quatuorve ordines minores suscepisset ab Abbate non benedicto , vel alio , qui talem potestatem habet ex privilegio Sedis , tamen ante Concilium , cum hujusmodi privilegia in hoc decreto sublata censeantur .

Congregatio Concilii censuit , Priorem S. Joannis Hierosolymitani in locis nullius Diœcesos, in quibus ipse jurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem habet ; si privilegium a sede Apostolica etiam ante Concilium obtinuerit conferendi primam tonsuram , & quatuor minores ordines , posse utique suis subditis dumtaxat Regularibus primam tonsuram & quatuor minores Ordines conferre . 23. Aug. 1573.

Posse etiam , si dicto privilegio fulciatur , ad quemcunque Catholicum antistitem eosdem subditos regulares dimittere , ad primam tonsuram & quatuor minores ordines promovendos .

Item posse aliquem Catholicum antistitem accersiri , qui ipsis subditis regularibus primam tonsuram & quatuor minores in dictis locis conferat , aliaque ibidem Pontificalia exerceat , Chrismaque sacramentum conferat licentia alterius minime requisita , neque huic rei obstare Decretum *cap. 5. Sess. 6.*

Quamvis minime obstante *d. cap. 5. Sess. 6.* eundem antistitem ab eo accersitum in eisdem locis posse sæcularibus , in quo Episcopalem jurisdictionem Prior habuerit , ad sacros ordines promovere , si literas dimissorias Episcopi , cujus Cathedralis Ecclesia Prioratui proximior fuerit , legitime confectas secum attulerint .

2. *Quantumvis exemptis .*) Non licet Præposito terræ Prati, Florentinensis Diœcesis concedere literas dimissorias , & idem dicendum est de Archipresbytero Terræ Collis , qui est exemptus , & habet jurisdictionem ordinariam & de Archipresbytero Barensi habente multa privilegia Apostolica & exemptiones .

Non licet ex hoc Decreto fratribus S. Joan-

nis Hierosolymitani concedere, aliquibus clericis (exculeribus literas dimissorias, ut ab Episcopis ordinentur.

Inter Archimandritam, & Archiepiscopum Messanensem super collatione Ordinum & concessione literarum dimissorialium, circa hoc *cap.* controversia vergente, Congregatio censuit, non licere Archimandritæ Ordines conferre.

Die 5. Jun. 1590.

Congregatio Concilii censuit, Regulares superiores posse suo subdito itidem regulari, qui præditus qualitatibus requisitis ordines suscipere voluerit, literas dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet is regularis, positus fuerit, & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, vel Episcopalis sedes vacaret, ad quemcunque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non dissuleting de industria consecutionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus vel absuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes. Verum cum a superioribus regularibus Episcopo Diœcesano absente vel ordinationes non habente, literæ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causam absentiæ Diœcesani, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimendam esse.

24. April. 1594.

Sanctæ declarationi sacræ Congregationis Tridentini Concilii ex mente felicis recordationis Sixti V. facta videlicet, quod superiores Regulares possint suis subditis itidem Regularibus, qui habentes qualitates requisitas Ordines suscipere voluerint, literas dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, & si is absuerit, ad quemcunque alium Episcopum, dum tamen ab ipso Episcopo, qui ordines contulerit, examinendo, quoad doctrinam. Quæsitum fuit, quid esset observandum, si Episcopus ordinem absolverit, sed minime ordinationes voluerit habere?

Congregatio Concilii rem ad S. D. Clementem VIII. retram censuit in casu, quo Episcopus fuerit præsens & noluerit habere ordinationes, idem prorsus observandum esse, quod declaratum fuit, servari debere, si Episcopus fuerit absens, ita tamen si suscepto Ordinum duta opera non fuerit dilata in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus nullas esset habiturus ordinationes.

3. *Sub litteris sibi non fit.* Hoc verum est, cum jure proprio sibi non liceat, ut in *cap. Abbates de privileg. in 6.* secus si ex privilegio Apostolico. Eadem pœna ad impetrantes dimissorias a Capitulo Sede vacante, aut ab Abbatibus & similibus, extenditur.

4. *Nec ipse Abbates.*) Nulli Abbati (etiam quibuvis privilegiis munito) licet concedere dimissorias cuicunque clerico sæculari, etiam ad Ordinarium ejus directas.

5. *Ex aliis exemptis.*) Licet fratres S. Joannis Hierosolymitani sint privilegiati etiam circa clericos, qui in eorum Monasteriis, & ordinibus inserviunt, non possunt tamen literas dimissorias ad ordines suscipiendos aliis concedere, nisi fuerint sui ordinis professi.

6. *A Capitulo Episcopali, Sede vacante.*) Sacra Congregatio censuit die 5. Julii 1573. non licere Capitulo literas dimissorias concedere ex hoc Decreto, quamvis habeat territotium distinctum & exemptum, ac immemorabilem possessionem, & sint judices ordinarii.

Non impediuntur tamen Capitula Cathedralium, quin Sede vacante Vicarium creare possint, si alius ad Capitulum hac electio spectabat.

Vicario Ecclesiæ Cathedralis Sede vacante, vel alii inferiores concedentes dimissorias incidunt in pœnas, de quibus hic, non autem in pœnam excommunicationis in *cap. 10. Sess. 7. quia* illud *cap. 10.* fuit hic tantum expressum ad pœnas Vicariorum deputatorum in Cathedralibus, si concedens ingrederet in excommunicationem, ita ut Vicarius alias deputatus: sed voluit concedentes incurrere tantum in illas pœnas, de quibus hic excepto Capitulo Cathedrali; ut in *d. cap. 10. Sess. 7.* licet forte esset etiam dubium, an Vicarios Capituli Cathedralis concedentes voluerit Concilium subire illas pœnas *cap. 10.*

8 *Cuiquam, qui regularis subditus sibi non fit.*) Vide Ft. Emman. in *sum. part. 2. c. 14. n. 9. & quæst. regul. tom. 3. q. 23. art. 2.*

7 *Vel Capitula.*) Quæ quidem Capitula jure aliquo speciali jurisdictionem habere in aliqua Diœcesis parte, requirit Ft. Emman. *d. c. 14. n. 9.* nam de Capitulo Sede vacante extat Decretum hujus Concilii *sess. 7. c. 10.*

8 *Ad Episcopos, intra quorum Diœcesis fines existunt, pertineat.*) Quod tamen si sint negligentes, & generaliter non faciant ea, quæ debent, & admoniti se non emendaverint, tunc Archiepiscopus, invitis eis supplebit vices eorum, scilicet, quod in

Conc. Trid. cum Gall.

Regularibus, absque consensu Episcopi loci; ut habetur supra in *c. ult. Sess. 6.* non tamen incurrisse pœnam *d. c. 10. in fine*, quia loquitur tantum de concedentibus dimissorias. Item illud *c. 2. Sess. 14.* quia loquitur in Episcopis nullius, &c. Non item illud *c. 8.* quod loquitur quando sine testimonio Ordinarii, sed in pœnam *cap. fin. Sess. 6.* eo quod sine licentia Ordinarii loci contulit ordines; & licet *d. c.* loquatur de Episcopo, tamen Congregatio censuit, multo magis habere locum in Abbate, & cum simpliciter *d. cap.* dicat suspensus ab exercitio Pontificalium, intelligi absolute, non autem per annum dumtaxat, quia quando voluit per annum suspendi tantum, illud expressit, *dd. cc. & 8.* licque Abbas isse tantum erit suspensus ab exercitio illorum actuum, quos Pontificali dignitate & auctoritate exercebat, nempe a collatione ordinis & similium: non autem censebitur suspensus a divinis, quia uti religiosus sacerdos celebrare poterit. Ac consequens erit, uti postea celebravit Missam, non ideo sit effectus irregularis, tamen indigeat relabilitatione ad exercenda Pontificalia, a quibus fuit suspensus.

REMISSIONES.

a Vide Rebuff. *resp. 2. Veg. tom. 2. de curis c. 12. §. 8. n. 3.* Ft. Emman. in *summ. part. 2. c. 14. n. 2. & quæst. Reg. tom. 3. q. 18. art. 1.* P. Henriquez in *summ. lib. 10. c. 23. §. 3.* Petr. Ledesm. in *sum. tract. de Sacram. Ordin. c. 8.* R. Azor. *inst. moral. p. 1. l. 12. c. 20. q. 7. & part. 2. lib. 3. c. 40. quæst. 15. vers. Caterum.* Zerol. in *praxi Episc. part. 1. verb. Abbas.* Flores Var. *lib. 3. quæst. 24. num. 4. & n. 32.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 3. num. 6.* plures ex antiquioribus refert Cened. ad *Decret. collect. 105.* * Salzed. ad *Bern. Diaz cap. 26. lit. C.*

b Infra c. 17. & c. 25. dist.

c 1. Bracc. cap. c. 38. vide 1. Nic. c. 2. Sardic. c. 13. & Canon Pap.

CAPUT XI.

Minoribus ordinandi fervent interstitia, exerceant Ordinis suscepti officium, revereantur superiores in Ordine, frequenter communionem sumant, sintque tales, quos scientia spes majoribus Ordinibus dignos ostendat, annus sit medius a postremo minorum ad primum majorum Ordinum.

a * β MInores Ordines iis, qui saltem (*a*) 1. Latinam linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferantur; ut eo accuratius, quantum sit hujus disciplinæ pondus, possint edoceri, (*b*) ac in unoquoque munere juxta præscriptum Episcopi, se exerceant; idque in ea, cui adscripti erunt, (*c*) Ecclesia, nisi forte ex causa studiorum absint: atque ita de gradu in gradum ascendant, ut in eis cum ætate vitæ meritum, & doctrina major accrescat, quod & bonorum morum exemplum, & assiduum in Ecclesia ministerium, atque major erga Presbyteros & superiores Ordines reverentia, & crebrior, quam antea, Corporis Christi Communio maxime comprobabunt. Cumque hine ad

altiores gradus, & sacratissima mysteria sit ingressus, nemo iis initietur, quem non scientiæ spes majoribus ordinibus dignum ostendat. Hi δεζω vero nemini post annum a suscepitone posterni gradus minorum Ordinum ad sacros Ordines promovebantur: 2. misi necessitas, or Ecclesiæ utilitas judicio 3. Episcopi aliud expoſcat.

DECLARATIONES.

Assumptæ 21. Aprilis 1561. Sessione 22. Sept. 1562.

Congregatio Concilii censuit, facultatem remittendi interstitia Episcopo competentem, ex cautis comprehensis in *cap. 11. & 14. seq. 23.* tantisse in Vicarium Capitulo, Sede vacante.

1. *Latinum linguam intelligant.*) Congregatio Concilii censuit, homines Regionis Illyricæ, quamvis Latini idiomatis rudes, si tamen linguam Illyricam intelligant, posse ad Ordines promoveri, nisi Canonicum obstet impedimentum, non obstante *c. 11. Sess. 23.* & constitutione sanctæ mem. Sixti V.

2. *Nisi necessitas.*) Talem habet necessitatem, qui est privilus de beneficio curato: tenetur enim se promoveri facere ad Sacerdotium intra annum, & quando providetur, non erit necesse, ut sit in aliquo Ordine.

5. Mart. 1597.

Congregatio Concilii censuit, Episcopi Vicarium habentem generale mandatum in forma, posse absente Episcopo concedere dimissorias ad Ordines, atque item remittere interstitia: alios quantum ad hoc pertinet, Oratores, nisi aliud obstet, esse iste promotos, sed ex eo, quod eodem die Oratores minores Ordines susceperint, ita demum esse male promotos, si regionis consuetudine receptum non sit, ut ipsi minores Ordines eodem die conferantur.

3. *Episcopi.*) An liceat Vicario Generali absente Episcopo suo uti facultate concessa Episcopo in hoc Decreto, & in sequentibus, 13. circa restrictionem temporum ordinandorum? Congregatio respondit, posito quod Generalis Vicarius habeat generale mandatum in forma, posse.

11. Mart. 1597.

Congregatio Concilii censuit, remissionem interstitiorum, etiam quoad Regulares, de cautis tantum a Concilio expressis faciendam pertinere ad Episcopum ordinantem nam, tamen hoc in re debere, quoad causas, decisiones, & attestationi superioris regularis ordinandi.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum 31. Maji, posse remittere interstitia minorum, Ordinum 1597. posse remittere; si ei magis expediat visum fuerit, externum ubicumque latius esse parvenire, illa remittere, quatuor minores Ordines non aliter posse eadem die uni conferre, quod si ita in loco hodie consueverit.

REMISSIONES.

a Vide Concil. Brachar. 4. *act.* 2. *cap.* 1. Vivald. in *Candelabr. tit. de Sacram. Ordin. vers. Sexta.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 24. *art.* 3. Thom. Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 4. *a princ.* * Vide etiam Navarr. in *Manual. cap.* 25. *num.* 71. Majol. *de irregul. lib.* 2. *cap.* 11. Salzed. ad *Bern. Diaz cap.* 25. *lit. C.* Cavalc. *decis.* 11. *num.* 14. & 15. 3. ac etiam Salzed. *supra cap.* 11. *lit.* B.

b Quod non peccat, nec est suspensus, qui quatuor minores Ordines eodem die suscipit, imo etiam quod potest accipere illes & subdiaconatum, ubi est talis consuetudo, resolvunt Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 31, & 32. Emman. de Saa *verb. Ordo*, 17. P. Soarez *tom.* 3. *disp.* 31. *sect.* 1. n. 4. Fr. Emman. *d. tom.* 3. *quæst.* 23. *art.* 4. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 4. n. 2. P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *n.* 70. *vers. Ad hanc*, & Menoch. *de arbitr. casu* 564. *num.* 8. dicit, quod Concilium in præsenti omnem susstulit consuetudinem in contrarium.

c *Nisi forte ex causa studiorum absint.*) Vide Horat. Lutium *de privileg. scholast. privil.* 90.

d *Ita vera nunquam post annum.*) Vide Fr. Emman. in *summ. p.* 2. *cap.* 16. *num.* 3. & *quæst. Regul. tom.* 3. 9. 8. & † Navar. in *Manuali cap.* 25. *num.* 71. Majol. *de irregul. d. cap.* 11. Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. can. cap.* 25. *lit. C.*

e Sacra Cardinalium Congregatio censuit in ordinatione regularium dispensationem super interstitiis pertinere ad Episcopum ordinantem, debet tamen fieri mentio in literis dimissorialibus suorum superiorum petentium ab Episcopo, ut super illis dispensare dignetur, attenta necessitate, vel utilitate Ecclesiæ, seu Religionis, refert Prosper de Augustino in *addit. ad Quarant. in summa Bullarii verb. Ordo, prope finem. pag.* 393. Aloys. Ricc. Neapol. Archiepiscopus *decis.* 83.

f Sacra Cardinalium Congregatio censuit eos, qui ad Subdiaconatus Ordinem quatuor temporibus Quadragesimæ promoti fuerint, posse anno sequenti eisdem quatuor temporibus Quadragesimæ ad Diaconatum promoveri, licet annus naturalis integer tunc lapsus non fuerit, cum futuro anno Paschæ festum celerius, quam superiori celebretur, refert Prosper de Augustino, ubi supra.

g Sacra Cardinalium Congregatio sic censuit: Licet ex decretis hujus Concilii post minores Ordines exspectandus esset annus, antequam quis ad sacros Ordines promoveatur, potest tamen quis parochialem acquirere, etiamsi non habeat aliquem Ordinem sacrum, & infra annum promoveri ad Sacerdotium debet, refert Garc. *de Benefic. p.* 7. *c.* 4. *n.* 47.

An obtinuerit beneficium curatum oporteat esse Diaconum, vel saltem Subdiaconum, an intra annum debeat promoveri ad Sacerdotium, Congregatio censuit non oportere, prout refert Navarr. in *Manual. cap.* 25. *num.* 116. P. Azor. *instit. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *quæst.* 9. *ad fin.*

CAPUT XII.

Ætas ordinandorum ad Subdiaconatum, Diaconatum, Presbyteratum, servanda etiam per Regulares examinandos ab Episcopis.

NUllus imposterum ad Subdiaconatus Ordinem ante (a) vigesimum secundum, ad Diaconatus ante (a) vigesimum tertium, ad Presbyteratus (b) ante vigesimum quintum ætatis suæ annum † promoveatur. Sciant tamen Episcopi, non singulos, in ea ætate constitutos, debere ad hos Ordines assumi, sed dignos dumtaxat, & quorum probata vita senectus sit. 1. Regulares quoque 2. nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine * ordinentur: privilegiis quibuscumque, quoad hoc, penitus exclusis.

a 2. Toler. c. 1. & 3. Carthag. c. 4. & Agath. c. 26. annum 25. requirebant.

b Annum 30. requirit Fabian. *disl.* 78. Si quis, & Bonifac. 2. Concil. 6. Tolet. c. 18.

DECLARATIONES.

1. *Regulares quoque.*) Juxta textum *cap. Cum nullus, §. Religiosi de temp. Ordin.* & ibi Gemin. *num.* 3. & alias Congregatio hoc censuit.

2. *Nec in minori ætate.*) Circa ætatem Episcopus non potest dispensare, *Gloss. in Clem. Generalem, Sylvest. vers. ætas, num.* 3.

Congregatio Concilii censuit, sufficere annum 25. fuisse cœptum, ut quis ad presbyteratus ordinem, cæteris requisitis concurrentibus, promoveri possit. 7. Sept. 1594.

Congregatio Concilii censuit eos, qui ad subdiaconatus Ordinem quatuor temporibus quadragesimæ promoti fuerunt, posse anno subsequenti eisdem quatuor temporibus quadragesimæ ad Diaconatum promoveri, licet annus naturalis integer tunc lapsus non fuerit, cum futuro anno Paschæ festum celerius, quam superiori celebretur. Valentin. 1. Febr. 1593.

S. D. N. Gregorius XIII. reformato Calendario, decem dies detraxit. Omnis vero, qui promoveri voluerit ad Ordines, debet habere rationem illorum decem dierum, eosque implevisse, antequam ordinari se curet. Ita in quadam Tornacensi Anno 1602.

REMISSIONES.

a Vide Navar. in *Manual. cap.* 25. *num.* 60. *cum seqq. & num.* 103. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 6. P. Henriquez in *summa lib.* 10. *cap.* 19. §. 2. Petr. Ledesm. in *summa p.* 1. *tract. de Sacram. Ordin. cap.* 7. *a princ.* Guttier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 26. *a num.* 8. late Garc. *de Benefic. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 21. *cum seqq.* P. Ægid. *de Sacram. tom.* 2. *disp.* 20. *num.* 102. * Vide etiam Mandos. in *regul. 24. Cancel.* Bern. Diaz in *prax. can. cap.* 26. ubi Salzed. *lit. B.* Cened. in *collect. 4. ad sextum.* Ricci in *sua prax. variar. resolus. cap.* 105.

* *Ante vigesimum secundum.*) Sufficere inceptum ætatis adnotant P. Henriquez *d. §. 2. & lib.* 13. *cap.* 38. §. 2. ibi ætas pro Subdiaconatu delignatur annus 22. inchoatus, pro Diaconatu 23. inceptus, sed ad Presbyteratum satis est 25. incepisse per diem. Vide etiam P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. l.* 30. *tract.* 3. *n.* 186.

† *Ante 25. ætatis suæ annum.*) Vide *l.* 27. *tit.* 6. *part.* 1. & quæ ibi notat Greg. Lopez.

* *Episcopi examine.*) Vide Bern. Diaz in *praxi can.* 25. ubi Salz. *lit. A.*

CAPUT XIII.

Subdiaconi ordinentur sperantes se continere posse, diebus festivis, quibus ministraverint, communionem sumant: annus sit Ecclesiasticus ante promotionem ad Diaconatum, Ordines sacri duo nulli conferantur eodem die.

a 1. Tim. 3. & 4. Tol. c. 13.

a SUbdiaconi, & Diaconi ordinentur, (a) ut habentes bonum testimonium, & in moribus (b) Ordinibus jam probati, ac literis, & iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructi. Qui sperent, DEO auctore, se continere posse, Ecclesiis, quibus ascribentur, inserviant, sciantque maxime decere, 1. si saltem diebus Dominicis, & solemnibus, cum altari ministraverint, sacram Communionem 2. percoeperint. Promoti ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, † 3. & 7 si per annum saltem in eo non sint versati, 4. ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur. 5. Duo (c) & facti Ordines non eodem die, * etiam Regularibus, conferantur: privilegiis, ac indultis quibuscunque concessis, non obstantibus quibuscunque.

c Hic supra c. 23.

DECLARATIONES.

1. *Si saltem diebus Dominicis.*) Si isti Diaconi & Subdiaconi in Missa solemni ministrantes essent sacerdotes, melius est, ac ante vel post Missam majorem celebrent, quam Eucharistiam solum recipiant de manu sacerdotis, cui isti administraverint.

2. *Percoeperint.*) Quod si habent præbendas hujusmodi Ordines requirentes, etiamsi essent Sacerdotes, placuit Congregationi, ut isti Diaconi & Subdiaconi in Missa solemni ministrantes essent Sacerdotes, melius esse, ut ipsi post vel ante Missam celebrent, quam Eucharistiam solum recipiant de manu Sacerdotis.

3. *Si per annum saltem.*) Ob eminentiam doctrinæ vel bonum testimonium, & de consensu Ordinarii summus Pontifex concedit, ut quis omnes Ordines, etiam presbyteratus, breviori tempore sumere possit, etiam extra tempora. Sic responsum fuit Episcopo Placentino.

An per Bullam Sixti V. contra male promotos in interstitiis servandis, annus, qui interponi debet in promotione de uno ad alterum sacrum Ordinem, duodecim mensium completus esse debeat, vel sufficiat lapsa esse quatuor interstitia, quæ propter varietatem festorum mobilium occurunt, quousque 12. mensis compleatur? S. D. N. ex sententia Congregationis divit, attendendum esse cursum quatuor dierum interstitiorum, non autem temporis 12. mensium completorum. Sed quæstioni huic, An per dictam constitutionem censeatur revocatum seu restrictum arbitrium Episcopo concessum, ut possit ordinare infra annum a promotione unius Ordinis sacri ad alterum juxta Decretum Concilii Trident. hoc *can.*? Sanctitas sua respondit, non esse suæ mentis alterare dispositionem supradicti Decreti, imo vult illud manere in sua pristina validitate, & vigore absque ulla innovatione, vel substitutione.

4. *Ad altiorem gradum.*) Nisi esset provisus de Parochiali, ut supra *cap.* 11. §. *Nisi necessitas.*

5. *Duo sacri ordines.*) Qui ex consuetudine alicujus regionis quatuor minores Ordines & Subdiaconatum eodem die susceperunt, * non sunt ob hoc suspensi.

REMISSIONES.

a Vide Pet. Ledesm. in *sum. p.* 1. *tract. de Sacram. Ordin. c.* 8. *concl.* 11.

* Vide etiam Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. can. c.* 21. *lit. B.*

† *Promoti ad sacrum Subdiaconatus Ordinem.*) Vide Cavalc. *decis.* 81. *num.* 14. & 15. §. 3.

§ *Si per annum saltem in eo non sint versati, &c.*) An, qui ordinatur non servatis interstitiis, aliquam contrahat censuram, vel irregularitatem? Negant Zerol. in *prax Episc. p.* 2. *verbo, Ordo, §.* 2. *pag.* 79. & *parte* 2. *eod. verbo, vers. Ad quintum.* Sayr. *lib. de temp. ord. decis.* 56. quem refert Aloys. Rice. in *collect. decis. part.* 3. *collect.* 576. Affirmat P. Henriquez in *summa lib.* 6. *cap.* 10. §. 5.

? Quod promoti ad sacros Ordines ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel sine literis dimissoriis, sint suspensi ab omni

omni Ordinum exercitio, sublata omni facultate ascendendi ad alios Ordines superiores: & si in eis suspensi ministrate præsumpserint, irregulares effecti, omnibus, & quibuscunque per eos in titulum, commendam, aut aliis obtentis dignitatibus, officiis & beneficiis Ecclesiasticis, ipso facto privantur, & privati esse declarantur, & inhabiles, & incapaces in perpetuum ad illa, & alia similia beneficia, & dissimilia in perpetuum obtinenda, tenent P. Azor. *instit. Moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. §. 18. Quarant. in *summa Bullarii, verbo, Ordo, in principio.*

§ *Duo sacri Ordines non eodem die etiam Regularibus conferantur.*) Vide P. Henriq. in *summa lib.* 6. *cap.* 10. §. 3. *lit. Q.* & *libr.* 5. *cap.* 18. *in fine.* Ft. Emman. in *explicat. Bullæ Cruciatæ. sol. mihi* 238. & *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 23. *art.* 4. & *quæst.* 24. *art.* 5. & 5. P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 2. *num.* 189. ubi resolvit, irregularem esse eum, qui contra patriæ consuetudinem, uno eodemque die quatuor Ordines minores & Subdiaconatum vel duos majores Ordines susceperit furtive, id est, inscio, seu non advertente Episcopo. * Vide Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. can. cap.* 29. *lit. D.*

CAPUT XIV.

Ordinandi Presbyteri annum egerint in exercitio diaconali, sint tales, qui noverint docere cæteros, & ministrare Sacramenta, castis moribus bonorum operum dent exemplum & vitæ monita. Ordinati frequenter Missam celebrent. Quidam promoti per saltum dispensabiles ab Episcopo.

a QUi pie & fideliter in ministeriis ante actis se gesserint, & ad Presbyteratus Ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium; & hi sint, qui non modo in Diaconatu ad minus 1. annum integrum, nisi ob § Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverint, sed etiam 2. ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ministranda Sacramenta, diligente examine præcedente, idonei comprobentur: atque ita pietate, ac castis moribus conspicui, ut præclarum bonorum operum exemplum & vitæ monita ab eis possint expectari. 3. Curet Episcopus, ? ut ii saltem diebus Dominicis & festis solemnibus, si autem curam habuerint animarum, tam frequenter, ut suo muneri satisfaciant, Missas celebrent. 4. ‡ Cum promotis per saltum, si non ministraverint, Episcopus ex legitima causa possit dispensare.

DECLARATIONES.

1. *Annum integrum.*) Intellige, Ecclesiasticum. Vide *c. prac.* 5. *An per Bullam.*

2. *Sed etiam ad populum docendum.*) Subdiaconi, & Diaconi, qui carent doctrina hic requisita in Ordine Presbyteratus, non sunt ad Ordinem Presbyteratus admittendi, ubi est defectus sacerdotum, & ubi propter tenuitatem præbendarum nulla adest spes habendi literatos sacerdotes. Congregatio quippe censuit, nunquam ignaros promovendos esse ad sacros Ordines, sed jam promotis conferri posse Parochiales, quando literatiores invenire non possent, Interim Episcopus diligenter curare debet, ut discant, & prout profecerint, debebit eos promovere, ac tandem ex sua conscientia & judicio rem totam conficiat, juxta illud: *Tu magis scire potes.* Interea autem, si adsit penuria sacerdotum sæcularium, utendum est operis Regularium.

An obtinens Parochiale beneficium ubique censendus sit idoneus, & absque alia Episcoporum approbatione audire possit confessiones tantum eorum, qui non habent hujusmodi privilegium, sed ex Parochorum consensu? Respondit Congregatio non posse.

Nec Hierosolymitanæ militiæ Sacerdotes, si Parochi non sint, possunt audire confessiones, nec alia Sacramenta ministrare, nisi ab Episcopo sint approbati. Ita responsum fuit Malatanensi Episcopo.

An saltem provisus de Parochiali Ecclesia per concursum censendus sit approbatus idoneus minister ad audiendas confessiones in illa Diœcesi, in qua illam Parochialem obtinet?

Con-

Congregatio censuit, censeri duntaxat in ea civitate vel oppido, ubi sita est Parochialis, non autem passim per totam Diœcesim.

An eo casu dimissa Parochiali, habeat etiam nihilominus debeat idoneus, ut verbum in *d. Decreto beneficium obtineat* extendatur, *vel obtinuit?* Congregatio respondit non haberi.

3. *Curet Episcopus.*) Adhortationibus & monitionibus cum suis presbyteris agere debet Episcopus, non autem cogere potest censuris Ecclesiasticis, ut diebus Dominicis & festivis solemnibus ipsi Presbyteri celebrent, Nec enim potest Episcopus sub pœnis, & censuris monere, ut legitime non impediti debeant celebrare, sed solis adhortationibus & monitionibus est locus.

4. *Cum promotis per saltum.*) Ea non solum intelligenda sunt de promotis per saltum, aliquo sacrorum Ordinum omisso, imo vero etiam de promotis ad majores Ordines omissis minoribus, sive omnibus, sive uno tantum, & etiam casu quo aliqui omiserint primam tonsuram. Congregatio enim censuit Anno 1588. habere locum Decretum Concilii in omnibus casibus positis.

REMISSIONES.

α Vide Conc. Brachar. 4. *eff.* 2. *cap. de examine ordin. cap.* 10. Fr. Emman. in *sum. sac.* 2. *cap.* 14. *num.* 1. * Vide etiam Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. can. cap.* 21. *lit. b.*

β *Ob Ecclesiæ utilitatem.*) Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 24. *art.* 6. & 7.

γ *Curet Episcopus, ut ii saltem diebus Dominicis, &c.*) Vide Spin. in *speculo testament. Glass.* 3. *princip. num.* 63. Fr. Emman. in *summa p.* 1. *cap.* 252. *num.* 1. P. Azor. *inst. Moral. p.* 1. *lib.* 10. *c.* 24. *eclum. mihi* 1016. *cum seq.*

δ *Cum promotis per saltum, &c.*) Vide Navar. in *Manual. cap.* 25. *num.* 71. Fr. Emmanuel. *in summa part.* 2. *cap.* 17. *num.* 9. † Vide etiam Bern. Diaz in *prax. canon. cap.* 24. ubi & Salzedo *lit. D.*

CAPUT XV.

Prater potestatem absolvendi acceptam in ordinatione, debent etiam regulares antea idonei ab Ordinario reputari, & approbati esse, ut sæcularium audiant Confessiones.

α β &c. 1. QUamvis Presbyteri in sua ordinatione a peccatis absolvendi potestatem accipiant; decernit tamen sancta Synodus, 2. ζ nullum (*a*) etiam Regularem, 3. η posse Confessiones sæcularium etiam sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari; nisi aut Parochiale beneficium, aut 4. ϑ &c. ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut μ &c. alias idoneus judicetur, 5. & approbationem, quæ gratis detur, obtineat; privilegiis, & consuetudine quacunque etiam immemorabili, non obstantibus.

α Clem. ductum 5. de elect. de regul.

DECLARATIONES.

1. *Quamvis Presbyteri.*) S. D. N. audita relatione Congregationis, declaravit Episcopos vigore privilegii, de quo in *cap. fin. de pœnit. & Remiss.* non posse sibi eligere sacerdotem sibi non subditum, qui a proprio Ordinario non fuerit ad hoc juxta formam hujus Decreti admissus, seu approbatus ad audiendas Confessiones. Vide infra, *hoc cap.* 8. *Nisi.*

2. *Nullum etiam regularem.*) S. D. N. declaravit, tempore jubilæi posse omnes Regulares confiteri peccata sua quibuscunque Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas Confessiones: In Bulla enim non fit mentio, nisi de Ordinario eorum, qui audiunt Confessiones, non autem de Ordinario pœnitentium.

3. *Posse Confessiones sæcularium etiam sacerdotum audire.*) Nec etiam id facere possunt in privatis domibus ex urgenti causa, veluti infirmorum & senum, qui ob ingravescentem ætatem Ecclesiam commode adire non possunt. Nec in hujusmodi casibus constitutiones Synodales, & aliæ prohibitiones allegari possunt.

Con-

30. Mart. 1594. Congregatio Concilii censuit, in Monasteriis ac etiam Collegiis Regularium, ubi Regularia instituta servantur, posse Prælatos Regulares, sive aliorum religiosorum confessiones absque licentia Episcopi Confessiones eorum sæcularium, qui sunt vere de familia, & continui commensales, non tamen illorum, qui tantum deserviunt in Monasteriis, audire, &c.

Prælati Regulares seu alii Religiosi Confessiones non possum audire Confessiones sæcularium, qui sunt de familia, & deserviunt ipsorum Monasteriis, absque approbatione vel licentia Episcopi. Sic Congregatio die 14. Augusti. 1568. censuit. Vide *Clementinarum lib.* 5. *cap.* 2. *de Privilegiis*, secus tamen si illi sæculares sunt vere de familia, & continui commensales. Ex *decis.* 96.

4. *Ab Episcopis per examen.*) Regulares & fratres mendicantes Confessiones audientes sæcularium Confessiones, semel ab Episcopo in civitate & Diœcesi sua prævio examine approbati, ab eodem Episcopo iterum non tunt examinandi, a successore vero de novo examinari possunt, juxta Bullam Pii V. 8. Idib. Augusti, Pontificatus sui anno sexto, quæ non est revocata per reductionem privilegiorum ad terminos Concilii per S. D. N. Gregorium XIII.

Nihilominus adjecit, semel examinatum & idoneum approbatum ab Ordinario, ab ejus successore pro majori conscientiæ suæ quiete de novo posse examinari. Atque ideo Fratres Ordinum Mendicantium a suis Generalibus, vel eorum ministris Provincialibus ad audiendas Confessiones Christi fidelium utriusque sexus approbati, hoc Concilii Trident. Decreto non comprehenduntur.

28. April. 1594. Congregatio Concilii censuit, Regulares Confessarios ad audiendas sæcularium confessiones semel ab Episcopo in civitate, & diœcesi sua prævio examine approbatos, ab eodem Episcopo iterum non esse examinandos, verum etiam ab Episcopo successore de novo examinari posse.

Item Regularem, si ab Episcopo ad audiendas confessiones absolute & simpliciter idoneus reperitus fuerit, non autem ad tempus approbati debere, atque semel ab eo ad id munceris prævio examine approbatum, non posse ab eodem iterum examinari, nisi nova causa supervenerit.

5. *Et approbationem.*) Nullus præterquam Episcopus te interponere debet in his, quæ spectant ad approbandos sacerdotes sacræ Confessionis ministros.

Absolutio data a sacerdote vigore facultatis generaliter a Summo Pontifice, vel specialiter a Parocho concessæ, si ab Episcopo is Sacerdos examinatus & approbatus non fuerit, valida non censetur, etiam quoad eos, qui tali sacerdoti bona fide confessi sunt, rati esse approbatum, vel ignorantes approbationem requiri, Congregatio enim Concilii censuit, eam esse absolutionem nullam, tametsi confitentes, quoad Deum excusati censeantur: ubi tamen reviserint, iterandam esse Confessionem, respondit eadem Congregatio.

Subditi inferiorum & exemptorum, licentiam audiendi Confessiones petere ab Episcopo debent, & ab eo approbationem obtinere, offerunturque Episcopo a superiore illarum Ecclesiarum. Nec potest contra hoc Decretum Concilii Provinciale vel Metropolitanum Concilium aliqua statuere, veluti si aliquis Baro prætextu inimiciarum cum Episcopo & ejus Clero, velit confiteri extero presbytero etiam approbato ab Ordinario suo, qui si hunc voluerit accersiri, ut ejus & suæ familiæ Confessiones audiat, poterit ei permitti, dummodi ille exterius ab Episcopo Baronis pœnitentis ad id idoneus sit approbatus.

REMISSIONES.

α Vide Zerol. in *praxi Episc. part.* 1. *verbo, Confessores, pag.* 86. Fr. Emmanuel in *explicat. Bullæ Cruciatæ fol.* 80. *versio, & quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 59. *art.* 1. P. Vasquez in 3. *p. Div. Thomæ, tom.* 3. *disp.* 219. *num.* 55. *& seq.* P. Valer. Regin. in *praxi fori pan. lib.* 1. *n.* 169. P. Sanch. *de Matrim. l.* 3. *disp.* 32. *n.* 62. ubi *disp.* 39. *num.* 13. *&* 14. asserit licentiam audiendi aliquorum Confessiones meru vel dolo obtentam dare veram jurisdictionem, de quo etiam P. Ægid. *de Sacrem. & censur. tom.* 2. *disp.* 8. *num.* 39. * Vide etiam Navar. in *manuali, cap.* 4. Gutter. in *quæst. canonicis lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 2. *& quæst.* 27. *num.* 23. *&* 28. Azeved. *in l. num.* 1. *& seq. tit.* 1. *lib. novæ recopilat.* Ricci in *prax. var. resolut. cap.* 284.

β An non approbatus invalide Confessiones audiat? Affirmant P. Sanch. *de Matrim. lib.* 6. *disp.* 38. *n.* 20. P. Ægid. *de Sacr. tom.* 2. *disp.* 8. *num.* 49.

γ An sufficiat approbationem petiisse, si injuste negetur? Negant P. Soar. *tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 5. *a n.* 5. Valer. Reginald. *l. lib.* 1. *n.* 192. P. Ægid. *disp.* 8. *n.* 58.

δ An,

* An, ut approbatio valeat, debeat haberi in scriptis? Negat P. Valer. Regin. *d. lib. 1. n. 198.*

* An expiret licentia delegata audiendi Confessiones mortuo, vel amoto delegante? Negant P. Sanch. *de Matrimon. lib. 8. disp. 22. num. 80.* Fr. Jo. de la Cruz, *de statu Relig. lib. 2. cap. 3. dub. 1. concl. 3. vers. ex dictis.*

† *Etiam regularem.*) Sacra Cardinalium Congregatio sic censuit: Fr. Mendicantes semel examinati non debent iterum ab Ordinario, nec etiam per successorem examinari, referunt Zerol. *d. verbo, Confessores, §. 2.* Fr. Jean. de la Cruz, *de statu Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 4. concl. 3.* Ft. Eamman. *quæst. Reg. tom. 1. quæst. 59. art. 4.* quorum primus dicit, quod hoc debet intelligi, primo, quando ille Regularis sic examinatus fuit approbatus undequaque, id est, in totum, ut quia sufficiens, & idoneus repertus fuit in examine, quoad omnes interrogationes, secus vero quando fuisset admissus ad tempus.

* *Confessiones secularium.*) An approbatio ad audiendas Confessiones secularium requiratur etiam in Religiosis habentibus a Papa privilegium eas audiendi? Affirmat Part. Valer. Regin. *d. l. 1. n. 174.*

§ *Ab Episcopis.*) An comprehendas Vicarium generalem Capitulum Sede vacante, & Abbates, qui summi Pontificis privilegio exercent jurisdictionem Episcopalem in populum, ab omni Episcop. Jurisdictione exemptum? Affirmant P. Soar. *tom. 4. disput. 28. sect. 5. in princip.* P. Sanchez *de Matrimonio, lib. 3. disp. 29. num. 14.* optime P. Valer. Reginald. *d. l. 1. num. 180.* † Ricc. *d. cap. 284.*

‡ An hæc approbatio debeat fieri ab Episcopo ipsius Confessarii? Affirmant P. Soar. *tom. 4. disp. 28. sect. 6. n. 10.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 1. a num. 183.* Fr. Joan. de la Cruz, *d. cap. 6. dub. 5.* & expresse ex ore Pontificis bis censuisse Card. sic refert. P. Ægid. *tom. 2. disp. 8. num. 10.* S. D. N. audita consultatione Congregationis declaravit Episcopum vigore privilegii, de quo in *cap. fin. de pœnitent. & remiss.* non posse sibi eligere Sacerdotem sibi non subditum, qui a proprio Ordinario non fuerit adhuc ad formam hujus Decreti admissus, seu approbatus ad audiendas Confessiones.

* An approbatus in uno Episcopatu, possit in quocunque alio Confessiones illorum audire, qui per Jubilæum, vel aliam Bullam facultatem habent eligendi confessorem idoneum & ab Ordinario approbatum? Negativam partem ampliectitur Beja respons. casuum Conscient. *part. 4. casu 20.* Affirmativam tuentur Cordub. in *sua summa, quæst. 10. in resp. ad secundum dubium.* Ft. Emman. in *expos. Bullæ Cruciatæ §. 9. dub. 2.*

‡ Utrum approbatus in una Diœcesi, si transferat se in alteram Diœcesim, possit ibi a Parocho assumi, ut eum juvet in audiendis Confessionibus sine nova approbatione? Affirmat P. Henriq. in *summa, lib. 7. de Indulgent. cap. 12. num. 4.* Negat P. Ægid. *de Sacram. & Censur. tom. 2. disp. 8. num. 52.* ubi refert sacram Cardinalium Congregationem censuisse, in hæc verba: Approbatus ab alio, quam a Valentino Episcopo in Diœcesi Valentina, non censetur approbatus ab Ordinario, refert etiam Emman. ubi proxime, & Beja *d. casu 20. vers. Tandem.*

‖ *Aut aliàs idoneus judicetur.*) Vide Constit. Benedict. 3. *tit. 3.* P. Henriq. in *sum. p. 1. l. 3. cap. 6. a principio.* Fr. Emman. in *explicat. Bullæ Cruciatæ, fol. 21. versò, cum seqq. & in addit. fol. 61. versò.*

‖ An valeat approbatio, si Episcopus eam det absque judicio, aut etiam contra judicium, pura videns illum, cui dat, non esse idoneum? Vide P. Soar. *tom. 4. disp. 28. sect. 5. num. 6.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 1. num. 167.*

‡ Quod ubique in confinibus diversarum Diœcesum soleant subditi unius Parochi confiteri alteri Parocho ex consuetudine, quæ ab Episcopis scita, & tolerata dat illis jurisdictionem, asserit Fr. Ludov. Beja *respons. casuum conficient. p. 4. casu 5. vers. Tum quod.*

CAPUT XVI.

Quisque ordinandus utilis sit Ecclesiæ, & in ea adscribatur, functurus suis ibidem muneribus. Defertor punitur. Nemo peregrinus sine literis commendatitiis sui Ordinarii celebret.

CUm (*a*) nullus debeat ordinari, qui judicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiis; sancta Synodus, vestigiis sexti Canonis Concilii (*b*) Chalcedonensis inhærendo, statuit, 1. ut nullus in posterum ordinetur, 2. qui illi Ecclesiæ, aut pio loco, 3. pro cujus necessitate, aut utilitate assumitur, 4. non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. (*c*) Quod si locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei sacrorum exercitium interdicatur. 5. *a §* Nullus præterea Clericus peregrinus 6. sine commendatitiis sui Ordinarii literis ab ullo Episcopo ad divina celebranda, & Sacramenta administranda admittatur.

(*a*) Concil. Nicænum. *cap. 8. & 16.* Sanctorum 70. *dist. 71.* de Clericis peregr. Concil. Antioch. *c. 7.* Conc. Chalc. *c. 13.* Concil. Aquisgr. *c. 59. & 61.* Concil. *c.* Epaunen. *c. 6.* Conc. Aurel. *3. c. 15. d. 1.* Carth. *c. 5.* Laodic. *41. 3.* Cart. *c. 18.*

DECLARATIONES.

1. *Ut nullus in posterum ordinetur.*) Hoc fiat in ipsa promotione, nam postea fieri non potest.

2. *Qui illi Ecclesiæ, aut pio loco.*) Clericus, qui certo loco non est adscriptus ab Episcopo suo, non potest invitus retineri, sed libere potest ex sua Diœcesi abire.

3. *Pro cujus necessitate, vel utilitate.*) Clericus juxta hoc Decretum certæ Ecclesiæ adscriptus, a nullo Episcopo recipiendus est sine Ordinarii licentia: secus si nullum beneficium habeat, aut nulli loco sit adscriptus, quia tunc ab omnibus Episcopis recipi potest, & Episcopus ei petenti dimissorias concedere debet.

4. *Non adscribatur.*) Hoc etiam locum habet in familiaribus triennalibus Episcoporum, qui ad titulum patrimonii possunt promoveri, nam & ii debent adscribi alicui Ecclesiæ ordinatæ, juxta *nec. supra c. 9. Sess. 21. & Sess. 23. c. 9. 3. Familiaris.*

5. *Nullus præterea Clericus peregrinus.*) Non possunt cogi ordinari ad titulum patrimonii, qui incertis diebus vagantur, ut deserviant aliquibus diebus Ecclesiis, veluti diebus festivis. Vide *c. præced. §. Curet.*

6. *Sine commendatitiis sui Ordinarii.*) Abbas non potest hujusmodi literas concedere. Vide *Sess. 24. de Reform. c. 10. §. Nec repti.*

Congregatio Concilii censuit, jus concedendi literas commendatitias, sine quibus ex Decreto Concilii Capite decimo sexto, Sessione vigesima tertia, clericus peregrinus ad divina celebranda, & Sacramenta administranda admitti non debeat, esse obtinendas ab eo, qui hujusmodi Clerici Ordinarius fuerit. 1. Julii 1597.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum posse admittere Sacerdotes exteros, habentes literas dimissorias suorum Ordinariorum, ad Sacramenta administranda, dummodo illi sint idonei sint.

An Episcopus loci Ordinarius prohibere possit, ne Regulares ex eorum Ecclesiis, Sacerdotes secularis exteros divina officia celebrare permittant, nisi prius ab ipso Episcopo vitæ literis, commendatitiis ipsi Sacerdotes admitti fuerint?

Congregatio Concilii censuit posse.

Non sunt denegandæ literæ commendatitiæ ab Episcopo Sacerdotibus & Clericis, qui non habent beneficia requirentia residentiam in antiquum.

REMISSIONES.

a *Nullus præterea Clericus peregrinus, &c.*) Concordat *cap. extraneos, cum duobus seqq. 71. d. c. fraternitati*, de Clericis non resid. Concil. Brachar. 2. *can. 2. 3. & 6.* P. Henriq. in *summ. lib. 10. cap. 14. §. 6. in fine.* Ft. Eamman. *q. Reg. tom. 2. q. 121. art. 1.* P. Soar. *de Relig. trac. de voto, lib. 3. c. 4. n. 9.*

‖ Quod qui non habet literas testimoniales sui Episcopi, nullo jure est suspensus, sed potest celebrare secluso scandalo, resolvit P. Henriquez *d. §. 6. lit. I. Navarr. cons. 3. sub tit. de Celebr. Miss.* Part. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 29. n. 40. vers. Tantoque.*

CAPUT XVII.

Exercitia minarum Ordinum restituuntur, assignatione facta fructuum simplicium beneficiorum, vel fabricæ. Deficientibus tamen Clericis celibatum colentibus, sufficiantur conjugati monogami consurati & induti clericaliter in Ecclesia.

UT sanctorum Ordinum a Diaconatu ad Ostiariatum functiones

ab

ab Apostolorum temporibus in Ecclesia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquamdiu intermissæ, in usum juxta sacros (a) Canones revocentur; nec ab hæreticis, tamquam otiosæ, traducantur; illius pristini moris restituendi desiderio flagrans sancta Synodus, decernit, ut in posterum, 1. ß hujusmodi ministeria nonnisi per constitutos in dictis Ordinibus 2. exerceantur; omnesque & singulos Prælatos Ecclesiarum in Domino hortatur, & illis præcipit, ut, quantum fieri commode poterit, in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, & 3. parochialibus suæ diœcesis, si populus frequens, & Ecclesiæ proventus id ferre queant; hujusmodi functiones curent restituendas, & ex aliqua parte redituum aliquorum simplicium beneficiorum, vel fabricæ Ecclesiæ, si proventus suppetant, aut utriusque illorum, eas functiones exercentibus stipendia assignent: quibus, si negligentes fuerint, Ordinarii judicio, aut ex parte mulctari, aut in totum privari possint. Quod si ministeriis quatuor minorum Ordinum exercendis Clerici exlibes præsto non erunt; sufficiant etiam conjugati vitæ probatæ, dummodo non 4. bigami, ad ea munia obeunda idonei, & qui Tonsuram, & habitum Clericalem in Ecclesia gestent.

a c. 1. 55. dist. Cæterum hoc c. exercetis. c. lectores, & c. Psalmista. 23. dist. sup. c. 11. Innoc. in Epist. 4. c. 5.

DECLARATIONES.

1. *Hujusmodi ministeria nonnisi per constitutos in dictis Ordinibus.*) Mutus Acolythus aut Thuribularius & his similia, non possunt exerceri, nisi per constitutos in aliis Ordinibus, quod est notandum, cum hoc (ut plurimum) passim non servetur, c. 12. sanctæ, dist. 92.

2. *Exerceantur.*) Ne quidem per fratres laicos, qui reliquis Ordinibus non sint insigniti, exercere debent.

3. *Et Parochialibus.*) Hoc habet locum etiam in Regularibus, qui curam animarum exercent.

4. *Bigami.*) An Episcopus sua auctoritate ordinaria permittere cum suo subdito vero bigamo, qui alias cum duabus virginibus & successivis temporibus, quæ modo defunctæ sunt, matrimonium legitime contraxerat & consummaverat, dispensare, ut possit primam rursum & simplicia beneficia accipere, hæcque eidem conferre, prout contulit; & dato quod non potuerit, an aliquas & quas censuras & pœnas incurrit tam Episcopus, quam sic promotos? S. D. N. Sixtus ex sententia Congregationis respondit, quod Episcopum esse suspensum a collatione Ordinum, item promotum esse suspensum ab executione ordinum susceptorum, beneficium amisisse & fructus perceptos non fecisse suos.

REMISSIONES.

a *Nec ab hæreticis tamquam otiosæ, &c.*) Quod Ordo necessarius sit ad filios spirituales multiplicandos ad Ecclesiæ regimen, resolvit Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 6. c. 4. q. 1. vers. Alia quatuor Sacramenta.*

ß *Ut in posterum hujusmodi ministeria, &c.*) Vide P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 12. c. 13. q. 2. p.*

CAPUT XVIII.

Datur forma erigendi Seminarium Clericorum præcipue tenuiorum, in cujus erectione plurima veniunt observanda pro educatione promovendorum in Cathedralibus, & majoribus Ecclesiis.

a Cum adolescentium ætas (a) nisi recte instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas; & nisi a teneris annis ad pietatem & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, numquam perfecte, ac sine maximo, ac singulari proprendolum Dei omnipotentis auxilio in disciplina Ecclesiastica perseveret; sancta Synodus statuit, (b) 1. ut singulæ Cathedrales, Metropolitanæ, atque his majores Ecclesiæ 2. pro modo facultatum, & diœcesis amplitudine certum puerorum ipsius Civitatis, & diœcesis vel ejus provinciæ, si ibi non reperiantur, numerum in Collegio ad hoc prope ipsas Ecclesias, 3. vel alio in loco convenienti, ab Episcopo eligendo, alere, ac religiose educare, & Ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur. 4. In hoc vero Collegio recipiantur, qui ad minimum 12. annos 5. & ex legitimo matrimonio nati sint; ac legere, & scribere competenter noverint; & quorum indoles, & voluntas spem afferat, eos Ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros. (c) Pauperum autem 6. filios præcipue eligi vult; nec ditiorum excludit; modo suo sumptu alantur, † & studium præseferant Deo & Ecclesiæ inserviendi. Hos pueros Episcopus in tot classes, quot ei videbitur, divisos, juxta eorum numerum, ætatem, ac in disciplina Ecclesiastica progressum, partim cum ei opportunum videbitur, Ecclesiarum ministerio addicet; partim in Collegio eruiendos retinebit, aliosque in locum eductorum suffician; ita ut hoc Collegium Dei ministrorum perpetuum seminarium sit. Ut vero in eadem disciplina Ecclesiastica commodius instituantur; 6. Tonsura statim, atque habitu Clericali semper utentur: grammatices, ♪ cantus, computi Ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam discent: Sacram Scripturam, libros Ecclesiasticos, homilias Sanctorum, atque Sacramentorum tradendorum, maxime quæ spectant ad Confessiones, & rituum ac cæremoniarum formas, ediscent. Curet Episcopus, ut singulis diebus Missæ sacrificio intersint; ac salteni singulis mensibus confiteantur peccata, & juxta Confessoris judicium sumant Corpus Domini nostri Jesu Christi; Cathedrali, & aliis loci Ecclesiis diebus festis inserviant. Quæ ♦ omnia, atque alia ad hanc rem opportuna, & necessaria Episcopi, singuli 7. ζ cum consilio duorum Canonicorum seniorum, & graviorum, quos ipsi elegerint, prout Spiritus Sanctus suggesserit, constituent, eaque ut semper observentur, sæpius visitando operam dabunt. Dyscolos, & incorrigibiles, ac malorum morum seminatores acriter punient; eos etiam, si opus fuerit, expellendo, omniaque impedimenta auferentes, quæcumque ad conservandum, & augendum tam pium, & sanctum institutum pertinere videbuntur, diligenter curabunt. Et quia ad Collegii fabricam instituendam, & ad mercedem præceptoribus & ministris solvendam, & ad alendam juventutem, & ad alios sumptus certi redditus erunt necessarii; ultra ea, quæ ad instituendos vel alendos pueros sunt in aliquibus Ecclesiis, & locis destinata, quæ eo ipso huic Seminario sub eadem Episcopi cura applicata censeantur; 8. iidem Episcopi cum consilio duorum de Capitulo, * quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur, utemque duorum de Clero civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius vero ad Clerum pertinet; 9. ex fructibus integris mensæ Episcopalis; 10. & Capituli 11. quarumcumque dignitatum, personatuum, officiorum, 12. præbendarum, portionum, 13. Abbatiarum, & Prioratuum cujuscumque Ordinis, etiam Regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint, & 14. hospitalium, quæ dantur in titulum, vel administrationem, juxta Constitutionem Concilii Viennensis, quæ incipit, (d) Quia contingit: 15. & beneficiorum quorumcumque, etiam Regularium, etiamsi juris patronatus cujuscumque fuerint, etiamsi exempta, 16. etiamsi nullius Diœcesis, vel aliis Ecclesiis, monasteriis, & hospitalibus, & aliis quibuscis locis piis, 17. etiam exemptis, annexa, & ex fabricis Ecclesiarum, & aliorum loco-

b Sess. 5. c. 1. de reform. Sess. 23. c. 18. de reform. Greg. 9. Conc. 3. lib. 3. tit. 35. c. 7. Conc. Lat. sub Leon. 10. sess. 8. Conc. Trid. sess. 5. c. 1. de reform. Sess. 23. c. 18. de reform. Conc. Aquisgran. 3. p. c. 6. Conc. Mediol. 2. p. c. 2.

c c. quia de magistris in sexto tract. de privil. Clement. privil. 28.

d c. quia contingit de relig. domor. in Clem. 1. tit. 11. c. 2. suppleff. 7. c. 13. de rel.

locorum, etiam ex quibuscumque aliis Ecclesiasticis reditibus, 18. seu proventibus, 19. etiam aliorum Collegiorum: in quibus tamen Seminarii discentium, vel docentium (*e*) ad communem Ecclesiæ bonum promovendum 20. actu non lucretur: 21. hæc enim exempta esse voluit, 22. præterquam ratione redituum, qui superflui essent ultra convenientem ipsorum Seminariorum sustentationem, seu corporum, 23. vel confraternitatum, 24. quæ in nonnullis locis scholæ appellantur, & omnium monasteriorum, 25. non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos, ex quibus subsidia Ecclesiastica solvi solent, & milites cujuscumque militiæ, aut Ordinis pertinentibus fratribus α Sancti Joannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis, (*f*) 26. partem aliquam, vel portionem detrahent: & eam portionem sic detractam, necnon 27. ι beneficia aliquot simplicia, cujuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, κ & etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones nuncupatas 28. etiam ante vacationem, sine cultus divini, & illa obtinentium præjudicio, huic Collegio applicabunt & incorporabunt; quod locum habeat, etiamsi beneficia sint reservata, vel affecta; nec λ per resignationem ipsorum beneficiorum, 29. μ ν uniones & applicationes suspendi, vel nullo modo impediri possint; sed omnino quacumque vacatione, etiamsi in Curia effectum suum sortiantur, & quacumque constitutione non obstante. Ad hanc autem portionem solvendam, beneficiorum, dignitatum, personatuum, & omnium, & singulorum supra commemoratorum possessores, non modo pro se, 30. ξ sed pro pensionibus, quas aliis forsan ex dictis fructibus solverent, etiamsi eo tamen pro rata, quidquid pro dictis pensionibus, illis erit solvendum, ab Episcopo loci per Censuras Ecclesiasticas, ac aliis juris retinenda 31. compellantur; etiam vocato ad hoc, si videbitur, auxilio brachii secularis: quibusvis, quoad omnia & singula suprædicta, privilegiis, exemptionibus, etiamsi specialem derogationem requirerent, consuetudine, etiam immemorabili, quavis appellatione, & allegatione, quæ executionem impediat, non obstantibus. Succedente vero casu, quo per uniones effectum suum sortientes, vel aliter Seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperiatur: tunc portio ex singulis beneficiis, ut supra, detracta, & incorporata ab Episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum vel pro parte remittatur. Quod si Cathedralium, & aliarum majorum Ecclesiarum Prælati in hac Seminarii erectione, ejusque conservatione negligentes fuerint, ac suam portionem solvere detrectaverint; Episcopum Archipiscopus, Archiepiscopum, & Superiores Synodus provincialis acriter coripere, & ad suprædicta cogere debeant, & ut quamprimum hoc sanctum & pium opus, ubicumque fieri poterit, promoveatur, studiose curabit. Rationes autem redituum hujus Seminarii Episcopus annis singulis accipiat, præsentibus duobus a Capitulo, & totidem a Clero civitatis deputatis. 32. Deinde, ut cum minori impensa hujusmodi scholis instituendis providetur; statuit sacra Synodus, ut Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alii locorum ordinarii scholasterias obtinentes, & alios, quibus est lectionis munus annexum, ad docendum in ipsis scholis instituendos, per se ipsos, si idonei fuerint; aliquin per idoneos substitutos, ab eisdem scholasticis eligendos, & ab Ordinariis approbandos, etiam per subtractionem fructuum, cogant, & compellant. 33. Quod si judicio Episcopi digni non fuerint, alium, qui dignus sit,

(*e*) c. fin. de magist. & c. cum ex eo, de Rescr. in 6.

(*f*) Sup. sess. 5. c. 2. de ref.

sit, nominent, omni appellatione remota, quod si neglexerint, Episcopus ipse deputet. Docebunt autem prædicti, quæ videbuntur Episcopo expedire. De cætero vero officia, vel dignitates illæ, quæ scholasteriæ dicuntur, nonnisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra pagina, aut in jure Canonico, & aliis personis idoneis, & qui per seipsos id munus expleant, conferantur: & aliter facta provisio nulla sit, & invalida, non obstantibus quibusvis privilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus. 34. Si vero in aliqua provincia Ecclesiæ tanta paupertate laborent, ut Collegium in aliquibus erigi non possit, Synodus provincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus Suffraganeis in Ecclesia Metropol. vel alia provinciæ Ecclesia commodiori unum, aut plura Collegia, prout opportunum judicabit, ex fructibus duarum, aut plurium Ecclesiarum, in quibus singulis Collegium commode institui non potest, erigenda curabit, ubi pueri illarum Ecclesiarum educentur. In Ecclesiis autem amplas diœceses habentibus possit Episcopus, unum vel plura in diœcesi, prout sibi opportunum videbitur, habere Seminaria: quæ tamen ab illo uno, quod in civitate erectum & constitutum fuerit, in omnibus dependeant. Postremo, si vel pro unionibus, seu proportionum taxatione, vel assignatione, & incorporatione, aut qualiber alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam hujus Seminarii institutio, vel conservatio impediretur, aut perturbaretur; Episcopus cum supra deputatis, vel Synodus provincialis pro regionis more, pro Ecclesiarum, & beneficiorum qualitate, etiam supra scripta, si opus fuerit, moderando, omnia & singula, quæ ad felicem hujus Seminarii profectum necessaria & opportuna videbuntur, decernere, ac providere valeat.

Conc. Trid. cum Gall.

DECLARATIONES.

1. *Ut singulæ Cathedrales.*) Si duæ Cathedrales erunt unitæ, in unaquaque ipsarum Seminarium est erigendum: si vero non poterit erigi in quacunque, erunt deputandi duo Magistri, unus Grammaticæ, alter Musicæ sumptibus separatis cujusque Civitatis, infra hoc *cap. 5. si vero in aliqua.*

2. *Pro modo facultatum certum puerorum numerum.*) In hoc Seminario non debent admitti plures pueri, quam qui ex pecunia ali possint, quæ ex dimidia decima, secundum antiquam taxam, taxata fuit.

3. *Vel alio in loco convenienti.*) Locus Seminarii ædificationi deputandus, de sententia Civitatis, cujus interest, approbari debet.

4. *In hoc vero Collegio.*) In Seminario collocari debent pueri, qui sunt procliviores ad vitam Ecclesiasticam, & præcipue pauperes, qui dum in eo manent, Ecclesiasticis præceptis & moribus imbuendi sunt.

5. *Et ex legitimo matrimonio nati sint.*) Non spurii, etiamsi essent legitimati.

6. *Tonsura statim utantur.*) Quomodo, aut quis possit ex fructibus Seminarii nomine tituli sibi assignatis promoveri ad sacros ordines, vide quæ supra notata sunt *cap. 2. sess. 22.*

Declaravit S. D. N. Gregorius XIII. Clericos Seminarii ad sacros Ordines promoveri non posse, nisi pro servitio Seminarii unisti, & tunc cum assignatione certi annui reditus, unde sic promotus honeste vivere possit; quæ tamen assignatio cesset, postquam ille aliunde æque sustentare poterit. Vide *Sess. 21. cap. 2. §. Eam benefic.*

7. *Cum consilio duorum Canonicorum.*) Duo Canonici electi ab Episcopo ad constituendam educationem puerorum in Seminariis, debent esse perpetui, nec possunt per eum ad libitum (nisi ex justa causa & legitima) mutari. Imo vero Episcopus tenetur consilium Canonicorum prædictorum adhibere in constituendis regulis universalibus, Seminarii loco, & similibus, ac etiam simul esse in singulis rebus, ut pura electione puerorum singulorum introducendorum, electione Magistrorum, librorum legendorum, Confessoris positione, discipulorum expulsione, visitatione,

& similibus. Teneatur etiam Episcopus cum consilio eorundem tam circa visitationem disciplinæ ac morum clericorum, quam circa temporalium rerum administrationem; ac omnium etiam, quæ hic exprimuntur; providere: & sufficit illorum consilium requiri tantum, potestque præterea Episcopus eorum consilio adhibito stargere, & declarare quæ providentia sua magis expedire judicaverit.

6. Illum Episcopi cum consilio decernere, &c.) Episcopus tenetur Deputatos adhibere in consilio pro rebus temporali administratione prædicti Seminarii, excepta exactione; quæ ad solum Episcopum spectat. Itaque Episcopus tenetur adhibere in consilium prædictos deputatos, non tamen tenetur eorum inquisitionis, & nisi eorum consilium adhiberit, nimirum validam unionem beneficiorum facit.

An Episcopus vigore hujus §. & *quia*, potuerit dismembrare Canonicatum a Collegiata, in qua sunt septem Canonicatus, & applicare illum Seminario? Congregatio censuit, Episcopum ex hoc capite potestatem non habere id facere. Attamen ante erectionem factam Seminarii, nihil eo nomine solvendum est.

Papiensis 7. Junii 1591. Congregatio Concilii censuit, Canonicos ab Episcopo electos ad Seminarii administrationem ad præscriptum Concil. *cap. 18. Sess. 23. vers. quæ omnia*, esse perpetuos; nec posse amoveri, nisi ex justa & legitima causa.

9. Ex fructibus integris mensæ Episcopalis.) Debet primo Episcopus ex suis & sui Capituli fructibus contribuere Seminario, ac postea reliquos ad idem cogere, & cleto totius Diœcesis pro contributione Seminarii debet imponi media decima super fructibus omnium beneficiorum. Super hospitale ramen, quod neque in titulum, neque in administrationem datur, sed mere laicale est, non potest taxa ratione Seminarii imponi.

10. *Et Capituli.*) Canonici, qui contribuunt Seminario ex fructibus suæ præbendæ, non debent contribuere ex distributionibus quotidianis a præsentibus distributis, vel incertis. Hoc comprehendit etiam Regulares, qui de incertis nihil solvunt. Alias nullus est exemptus a contributione Seminarii, nisi qui nominatim a Concil. Trident. excipitur. Vide *infra hoc cap. §. Præbendarum.*

Cipum. 10. Dec. 1590. Congregatio Concilii censuit, si fructus, & reditus Canonicatuum constituti in distributionibus quotidianis, quæ dari solent duntaxat extra personaliter interessentibus, non teneri Canonicos ad Seminarii contributionem.

Congregatio censuit, si fructus ac reditus Ecclesiæ Collegiatæ constituti in distributionibus quotidianis, quæ solummodo dari solent iis, qui divinis officiis personaliter interfuit, non teneri Capitulum ad contributionem Seminarii.

Antequam fructus exerentur pro tota Seminario solvenda, deducendæ sunt expensæ, quæ in beneficiis fiunt, earum quoque ratio habenda est.

11. *Quorumcunque dignitatum.*) Etiam Cardinales cogi possunt ad contribuendum Seminario, de fructibus beneficiorum, quæ habent in Diœcesi, in qua est Seminarium.

Breve S. D. N. de concessione immunitatis contributionis Seminarii facta Canonicis Regularibus, non habet locum, ubi tempore concessionis immunitatis prædictæ jam erat stabilita taxa, & Seminarium erat in quasi possessione ab eis exigendi.

12. *Præbendarum.*) Neque hoc Decreto, neque Brevi Pii V. comprehenduntur distributiones quotidianæ a præbendis distinctæ & omnes certæ, pro quibus nihil exigendum a Seminario. Vide hoc tap. *sup. §. Et Capituli.*

13. *Abbatiarum.*) Si Abbas sua recede conductum Theologum habet, qui sacram Scripturam interpretetur, & Grammaticum, qui literas, his fumptibus deductis, deinde his etiam, qui sunt, non modo in percipiendis & colligendis annuis fructibus & proventibus Abbatiæ, sed etiam in suscipiendis & prosequendis litibus, quæ ad tuenda Jura ipsius Abbatiæ pertinent, verus Abbatiæ reditus æstimandus est, atque talis æstimationis & summa, ex eamque omnium tamquam, de quibus dictum est, habita ratione, Abbas contribuere debet Seminario. Sed si Abbatia ita aliud Beneficium nullius est Diœcesis, quod Seminario illius Diœcesis, in qua alias Abbatia constituta erat; si vero Ecclesia seu Beneficium est in una Diœcesi, & bona ejus in altera, contributio Seminario fieri debet Episcopo loci, ubi est Ecclesia; nisi bona in altera Diœcesi existentia sint propria alicujus Ecclesiæ ibi constructæ, quæ tanquam membrum subjecta esset Ecclesiæ Parochiali, aut eidem unita; quo casu contributio fieri debet, ubi sunt bona. Quod etiam declarandum est, si Ecclesia ista unita aut subjecta, constructa fuerit ante acquisitionem ipsorum bonorum; quia

quia si constaret bona fuisse prius applicata Ecclesiæ principali, licet vere postea adhibeata fuerit ab Ecclesia, contributio fiet Episcopo Ecclesiæ principalis. *Infr. hoc cap. §. Et beneficiorum.*

14. *Et Hospitalium.*) Hospitalia exempta ad contributionem Seminarii non tenentur. Neque Concilium comprehendit Hospitalia, quæ administrantur a laicis, & in quibus sunt bona laicorum, sed ea tantum, quæ danntur in titulum vel administrationem perpetuam, atque ita etiam intelligitur *Clem. Quia contingit*, ubi allegata. Idemque Concilium ibidem cogit ad contributionem Seminarii illas confraternitates, quæ annuuli vocant Scholas, quæ habent de bonis Ecclesiasticis, intuitu scilicet bonorum Ecclesiasticorum. Aliaque Hospitalia, quæ data non sunt in titulum, commendam, seu administrationem, modo beneficia annexa, reditus aut proventus Ecclesiasticos non habeant, non teneantur contribuere Seminario.

Domus Hospitalis S. Antonii data in commendam debet Seminario contribuere, licet non fuerit æstimata, neque taxata in libris Sacræ Cameræ Apostolicæ, quia debent ejus bona æstimari, ac deductis oneribus solitis, debet commendatarius Seminario contribuere medium decimum secundum antiquam taxam.

Hospitale unius Diœcesis habens beneficium annexum, quod est alterius Diœcesis, tenetur contribuere pro tota fructuum beneficii annexi Seminario, quod est in Diœcesi, in qua situm est hospitale unum.

18. Junii, 1594. Congregatio Concilii censuit, super Hospitali quod neque in titulum, neque in administrationem datur, sed mere laicale est, non posse taxa ratione Seminarii imponi.

15. *Et beneficiorum quorumcunque.*) Membra seu bona alicujus capitis posita in tali Diœcesi, teneantur ad contribuendum Seminario Diœcesis, non simul ac beneficium, liter in illam bona erecta fuisset Ecclesia, postquam erant bona dicti beneficii; beneficia vero unita contribuere tenentur Seminario propriæ Diœcesi, liter Ecclesia cui sunt unita, si in alia Diœcesi. Sicut A Parochialis, quæ sunt in alia Diœcesi, licet ab illa, quam ab Ordinario illius Diœcesis collatæ sint, debent contribuere Seminario Diœcesis, in qua sitæ sunt. Et bona sita in una Diœcesi, quæ propriæ sint arrimata alicui facello ejusdem Diœcesis, quod, tamquam membrum quoddam, subjectum aut unitum sit alicui beneficio in altera Diœcesi sito, neque constat eadem bona illi beneficio prius adjecta fuisse, quam in eis ædificaretur facellum; contribuere debent Seminario Diœcesis, in qua situm est beneficium, cui illud facellum (cujus prædicta bona sunt,) unitum aut subjectum est. Quod si bona prius applicata fuerint, quam in eis ædificaretur facellum, contributio fieri debebit Seminario loci Diœcesis, in qua hoc beneficium est constitutum. At vero ex beneficio, quod in diversis Diœcesibus habet bona, contribuendum est Episcopo loci, in quo est beneficii Ecclesia, nisi bona in aliis Diœcesibus posita, sint propria unius Ecclesiæ dicti beneficii, quæ nunc contribuere debet Episcopo locorum, in quibus bona cum sua particulari Ecclesia sunt unita, dummodo tamen Ecclesia subjecta aut unita, constructa fuerit ante acquisitionem bonorum. Igitur de contributione faciendæ Seminariis ex bonis beneficiorum, quæ sunt in diversis Diœcesibus, declaratum est. Primo, Ecclesiam habentem prædia vel bona in alia Diœcesi, debere ex illis contribuere. Secundo, si unum beneficium annexum sit alteri, cum suis bonis in alia Diœcesi, illa bona contribuere debere Episcopo loci, ubi sita sunt cum sua Ecclesia, non obstante annexione. Tertio, si bona unius Diœcesis sint unita beneficio alterius Diœcesis, sive tantum Ecclesiæ sive aliquam habeant, quæ tamen non sit Domus bonorum, sed adjuncta fuerit ad commoditatem incolarum, aut bona sint ex applicata ab initio, non sequuntur illam Ecclesiam. Imo si sunt unita alteri beneficio in alia Diœcesi, contribuere debent illi Ecclesiæ, cui unita sunt, in primo casu dictum est.

Pro contributione Seminarii non debet imponi pensio beneficio; sed detrahenda est extra pars ex fructibus ejus.

16. *Etiam nullius Diœcesis.*) Beneficium nullius Diœcesis, solvit Seminario illius Diœcesis, in quo alias beneficium illud constitutum erat. *Super hoc cap. §. Abbatiarum.*

17. *Etiam exempta.*) Exempta monasteria non exeantur a contributione Seminarii.

18. *Seu prouentibus.*) Non tamen incertis.

19 *Etiam aliorum Collegiorum.*) Congregatio censuit hoc intelligendum de secularibus, non regularibus Collegiis. Seminario discentium vel docentium, intelligitur Seminarium Clericorum secularium.

Collegii pro erudiendis pueris instituti, quod ex dicto Concilii Tridentini Decreto jam sit Seminario applicatum, Ordinarius est administrator, cum onere tamen, ut omnia curet exequi, quæ ordinata fuerunt in dicti Collegii institutione.

Fratres mendicantes ex reditibus beneficiorum Monasteriis annexorum, Seminario contribuere debent: nec obest, quod prætendant se esse exemptos: quia videlicet in illis lectiones Grammaticæ & confessariæ casuum pro audiendis confessionibus quotidie habeantur: Congregatio enim censuit non esse ob id exempta, sed tantum ejus impensæ rationem habendam, quæ ante Concilium fieri solebat pro salariis horum lectorum, & ea, tanquam æs alienum, detrahenda: cæterum teneri ex reliquo ad contribuendum Seminario ad earum.

Si Monasteria Regularium ex constitutionibus suæ religionis teneantur Collegium Universitatis propriis expensis singulorum Monasteriorum sustentare, qua de causa solebant ante Concilium eosdem prorsus sumptus facere, quos faciunt hoc tempore: æquum est, ut eorum sumptuum, (proinde atque æris alieni ex legitimi oneris, quod annuis fructibus ejusdem Religionis impositum sit) ratio habeatur in taxatione Seminarii, ita ut ea deducta, pro reliquis ductorat fructibus, qui superfiunt, ad earum, partem Seminario contribuant. Similiter si ante Concil. Trident. ex institutis Religionis solebant in ipsis Monasteriis, sumptibus eorum sustentati professores ad docendam monasticam juventutem, detrahenda est hæc impensa tanquam æs alienum, & de reliqua summa aliquid eadem Monasteria Seminario ex præcepto Concilii Tridentini erecto contribuere debent pro rata.

20. *Alibi non habentur.*) Monasteria, in quibus actu Seminarium non est, & ramen contribuunt alteri Seminario pro sustentatione Scholarium, censentur eodem jure, ac si Scholares haberent: propterea non contribuunt, nisi de reditibus, qui supersunt.

21. *Hæc enim exempta esse voluit.*) Tenentur tamen contribuere pro reliquis fructibus, deductis impensis Seminarii, quæ deducuntur tanquam æs alienum.

Legata hoc de causa, ut conducatur scilicet Grammaticus, qui pueros pauperes literis instruat, intelliguntur ex Concil. Trid. *hoc cap.* esse applicata Seminario cum onere erudiendi pueros pauperes, sicut Testator jussit. Et relicta pauperibus, sive ad educationem & institutionem miserabilium puerorum cujuscumque Collegii, quo postea sublato, tandem ad Hospitale aliquod ex lege pervenerunt, ut alicui distentur, qui ad præsentium pietatis usum & officia ea conferret, ex Decreto Conc. Trident. Seminario attribuere licet, & ei applicata censentur.

22. *Præterquam ratione redituum, qui superfui essent.*) Beneficium, etiamsi habeat Seminarium, tenetur contribuere pro reliquis fructibus: nam impensæ Seminarii deducuntur, tanquam æs alienum.

23. *Confraternitatum.*) Modo tamen aliquod beneficium annexum habeant. *Infr. hoc cap. §. Confraternitates.*

24. *Quæ in nonnullis locis schulæ appellentur.*) Non autem si ex eleemosynis & collectis Confraternitatum reditus constituunt. *Infr. hoc cap. §. Confraternitates.*

25. *Non tamen mendicantium.*) Hinc aperte colligitur, fratres mendicantes ad Seminarii contributionem non teneri: quod procedit, si non habent beneficia unita Monasteriis: quia de beneficiis unitis etiam ipsi solvere debent, habita ratione duntaxat redituum dictorum beneficiorum. *Sup. hoc cap. §. Fratres.*

Congregatio censuit, portionem, quam Seminario legitime contribuere tenebatur ille beneficium, quod unitum postea fuit Monasteriis, vel mendicantium, vel eorum, qui iisdem, ac mendicantes, gaudent privilegiis, non posse amplius exigi, propterea quod beneficii status mutatus sit adeptione eorum, quo ex Pii V. Sanctæ mem. privilegio ab hujusmodi onere Seminarii exemptos esse perspicuum est.

Si ignoratur, cujus naturæ sint bona unita Monasterio, Ecclesiastica videlicet aut laicalia donata, vel alias exempta a contributione Seminarii, ei obnoxia sint: & hoc procedit in Monasteriis, quæ non sunt mendicantium: nam in mendicantium Monasteriis, quæ possident bona immobilia, omnis probandi ea esse per unionem acquisita, in Episcopum transfertur, quo id non probante, ipsa erunt exempta.

Sanctissimus Dominus noster Gregor. XIII. ex sententia Congregationis declaravit, capitales Hierosolymitanos non teneri ad contributionem Seminarii pro illis beneficiis Ecclesiasticis, quæ ad suam Religionem Hierosolymitanam non pertinent.

26. *Partem aliquam.*) Ad rationem dimidiæ decimæ, juxta taxam antiquam, si Seminarium erat erectum post diem 11. Jul. 1567. Vide *supr. hoc c. §. Domus, &c.*

Pars aut portio aliqua pro illis beneficiis, quæ

quæ in libris Decimarum non reperiuntur, taxata, Seminario non debetur, licet etiam bona reperiantur taxata in libris Decimarum, quando beneficia ob pauperratem Religiosorum ea obtinentium, fuerint facta immunia a solutione decimarum. Non contribuunt enim tunc Seminario.

Episcopus, qui ante diem 11. Jul. 1567. reipsa Seminarium non erexerit, quandocumque illud erigere constituerit, ab ipsa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam relatam ad antiquam taxam exigat, & si quid amplius exegerit, vel restituat, vel cum eo compensers quod in posterum post ipsam erectionem, ad eam rationem exigendum erit: nisi tamen clare appareat, totum illud, quod amplius erit exactum, jam fuisse vere conversum in præparamenta necessaria, aut alium similem operam Seminarii, antiqua autem taxa ea est intelligenda, quæ in usu fuerit, antequam alia nova ibidem fuerit.

24. Aug. 1597. Congregatio Concilii censuit, Episcopos in taxis faciendis pro Seminario posse, servata tamen forma tradita a Conc. *cap. 18. Sess. 25.* onerare beneficia, nedum in dimidia decima, habito respectu ad antiquam taxam, verum etiam in majori, prout beneficiorum, & locorum habito respectu justum & æquum visum fuerit.

7. Aug. 1596. Congregatio Concilii censuit, decretum, *cap. 18. Sess. 23. Pers. deinceps*, non comprehendere scholasterias existentes in loco, in quo minime erigendum est Seminarium.

27. *Beneficia aliquot simplicia.*) Non tamen si essent ad collationem & provisionem inferiorum. Unde Concilium non decernit, ut omnia aut quæcumque beneficia simplicia uniantur Seminario, sed ut aliquot rideoque unio facta omnium beneficiorum simplicium non valet, ut alias declaravit Congregatio. Similiter uniones factæ absque consilio eorum quatuor, quos jubet Concilium adhiberi, non valet.

Uniones vero legitime factæ fortiri debent effectum, non solum cum unita corrigerit vacare per obitum, sed etiam cum per resignationem, eaque debet Episcopus D. Datarium docere.

28. *Eoiam ante vacationem.*) Si unio sit facta non *prout ex nunc*, sed *in futurum*, per decessum obtinentis censetur beneficium incorporatum & unitum Seminario.

29. *Uniones & applicationes.*) Illud autem in contributione Seminarii servandum est, ut prius detrahatur totum id, quod ex causa oneris perpetui (pura quartæ fructuum, quæ solvitur Cameræ Apostolicæ, & similium) re ipsa solutum erit ab his, qui Seminario contribuere tenentur. Vide *supra hoc c. §. Si monasteria.*

Congregatio Concilii censuit, non posse Episcopum unire Seminario ea beneficia, quo-rum collatio ad se pertinet. Murani 22. Sept. 1591.

Si bona in Dioecesi Trojana existentia sint propria aliquatum Ecclesiarum ibidem sitarum, quæ tanquam membra subjectæ, aut unitæ sint Abbatiis & Monasteriis in alia Dioecesi existentibus: Congregatio Concilii censuit, pro Seminario ratione præfatorum bonorum debere solvi Episcopo loci, in quo ipsa bona cum Ecclesiis sita sint, nisi constiterit bona fuisse prius applicata ipsis Abbatiis, & Monasteriis, & deinde ædificatas fuisse Ecclesias, quia tunc contributio pro Seminario esset facienda Episcopo loci, in quo ipsæ Abbatiæ, & Monasteria existunt. Trojana 29. Nov. 1592.

Congregatio Concilii censuit, de cætero ad obviandum fraudibus oportere decerni, ut non possint etiam ante vacationem uniti Seminario beneficia, quæ obtineant personæ, quæ vel ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales sint, ut quocunque modo decedant, certum sit, ea fore affecta sedi Apostolicæ. 23. Febr. 1601.

Uniones de beneficiis reservatis validæ sunt, si modo factæ fuerint ante ipsorum vacationem: quod si post vacationem factæ reperiantur, nullæ sint, & provisi a Sede Apostolica, mitti debent in possessionem dictorum beneficiorum.

Non potest Episcopus vigore hujus Decreti applicare & unire Seminario beneficia, quæ residentiam requirunt, veluti Canonicatus, &c. Nec ea beneficia, quæ sunt ad Inferiorum collationem, nec quæ commendata sunt, nec beneficia Juris patronatus, etiam Ecclesiastici, neque quæ Monasteriis sunt unita vel annexa.

Seminario possunt ac debent uniri beneficia opima, si vemt casus vacationis.

Beneficia simplicia, quæ per mortem vacarunt, possunt uniri Seminario, per Episcopum, licet essent reservata, vel affecta, nisi tamen alia beneficia simplicia, quæ jam vacassent in mense Episcopi prædicti, & quorum collatio ad Episcopum spectabat, ipse non Seminario univisset, sed alia contribuisset, vel aliam unionem factam non continuo enumerasset, vel forte exequutioni non demandasset.

Episcopo Hostiensi concessum fuit, ut possit cogere clericos ad contributionem Collegii aut Seminarii, sed ad finem a Concilio præscriptum.

Conc. Trid. cum Gall.

Item si rurale beneficium uniatur Seminario ad præbendam lectoris, *ex nunc, prout ex tunc*, quandocunque vel quomodocunque vacaverit, intelligitur unitum.

Item, qui in Collegio illo per triennium studuerint, habet privilegia data ipsis Universitatibus.

Episcopo Augustano propter merita sua concessum fuit, ut Prioratum S. Viti Urbis Augustanæ Seminario applicaret.

Episcopo Herbipolensi a Gregor. XIII. concessum fuit, ut Monasterium Monialium desertum, ne in hæreticorum manus veniret, Seminario suo uniret, ideque fuit factum Anno 1581.

5. Martii 1597. Congregatio Concilii censuit, non posse uniri beneficia Seminario, si juxta formam ipsius Concilii unionis tempore minime erectum fuerit, utpote nec Magistris, nec scholaribus in eo actu existentibus.

18. Martii 1597. Congregatio Concilii censuit, si Episcopus beneficia simplicia, servata forma Concilii, Seminario univerit ante eorum vacationem, etiam in mense servato, unionem debere effectum sortiri.

13. Jan. 1594. Congregatio Concilii censuit, in unionibus beneficiorum faciendis Seminario, satis esse servare formam traditam a Concil. *cap.* 18. *Sess.* 23. *de Reform.* nec requiri consensum Capituli.

30. Sed pro pensionibus.) Portionarius contribuere debet Seminario pro rata ad rationem illam, qua contribuit Titularis.

In taxa Seminario pro pensionibus solvenda, est ea ineunda ratio. Primum inquiratur, quanta sit taxa antiqua unius decimæ, cujus taxæ partem dimidiam beneficiarius persolvit, ex pensionibus vero remanebit proportionabiliter habito respectu ad verum valorem beneficii, & taxam persolutam hoc modo; vid. si beneficium in taxa est, pro decima integra, puta Ducator. 60. 30. quidem a Beneficiato persolvenda, quæ sunt pars dimidiæ decimæ. Attendatur postea ad verum beneficii valorem, nempe Ducat. 900. pensio vero fingatur 600. atque ex 30. Seminario solutis, beneficiatus viginti nomine pensionis, reliqua decem ratione beneficii præstabit.

30. Martii 1594. Congregatio Concilii censuit, titularem occasione contributionis per eum factæ seminario, non posse detrahere ex pensione, quam solvit, nisi pro rata pensionis, & ad eam rationem, ad quam ipse titularis contribuit.

31. Compellantur.) Si videlicet vere Seminarium fuerit erectum; nam ante erectionem nullus potest cogi ad solutionem.

Solventes pensionem, possunt retinere taxam taxæ debitam pro Seminario, ut Seminario sit satisfactum.

32. Deinde ne cum &c.) Congregatio Cardinalium censuit, cum, qui obtinet Scholasteriam, cogi omnino debere ad obeundum munus suum. Ita in quadam decisione data Episcopo Iprensi die ult. Aug. anno 1574.

33. Quod si judicio Episcopi.) Ante omnia in Seminariis conducendus est Grammaticus & Musicus, qui pueros instruant, & si reperiantur Jesuitæ, cæteris anteponendi sunt.

Licentiato in sacra pagina aut jure Canonico in qualibet Universitate approbata non obstat, quod non sit ex illis, qui essent in illa regione, in qua esset scholasteria.

34. Si vero in aliqua provincia.) In Ecclesiis, ubi adeo sunt tenues reditus, ut hujusmodi Seminaria erigi non possint, provideatur saltem expensis beneficia obtinentium de duobus Magistris, altero Grammaticæ, altero Musicæ. *Supra initio hujus capitis.*

Nonnullis Episcopis conquerentibus de paupertate Seminarii ex Concilii taxa, S.D.N. respondit ex sententia Congregationis servandum esse Decretum sanctæ mem. Pii V. & nisi possint erigere Seminarium juxta formam Concilii, instituant scholam eo commodiori modo, quo potuerint.

Dubitatum fuit aliquando, An beneficia unius Diœcesis alias per Sanctissimum Dominum nostrum Seminario Clericorum alterius Diœcesis, in qua existunt, erecto & instituto juxta hoc Decretum Concilii, annexa, illam portionem solvere censeantur, quam vigore ejusdem Decreti impositam solvere consueverunt, qui ante memoratam unionem beneficia ipsa in titulum sive commendam per 15. annos obtinuerunt? Congregatio censuit, portionem detractam, & applicatam Seminario non posse auferri: quia unio, de qua agitur, applicatur tantum illi Seminario alterius Diœcesis, in qua sunt fructus beneficii uniti, sed non eximit a portione priori Seminario debita & persolvi solita: nam jus acquisitum fuit, & non potest tolli: non obstante Concilio illis verbis, *hæc enim exempta esse videntur*: nam illud habet locum in collegiis & Seminariis, ante Concilium erectis vel dotatis, ut ex talibus non detrahatur portio pro alio Seminario; nec veto loquimur, quando prius consuevit persolvi, & postea subsequuta fuit unio.

Quærebatur, An fratres mendicantes, Moniales S. Basilii, & Monachæ Carthusianæ pro grangiis, quæ omnes in civitate Hieracensi ante annum 1517. pro Seminario sine ulla controversia contribuerunt, possint etiam hodie cogi ad eandem rationem? Sacra Congregatio Conc. sub die 19. Mart. 1587. rescripsit Episcopo Hieracensi, cives hoc fratres mendicantium esse exemptos, ex Concilio hoc capitulo, & reliquos Regulares ex privilegio sel. rec. Pii V. Moniales tamen teneri, nisi ob earum pauperitatem aliqua bona possidesant, quæ immunia facta sint a solutione decimarum. *Sup. hoc c. §. Pars aut portio, & §. Cumque.*

Confraternitates numerosæ, quæ oblationes intercas & maximas habent, contribuere tenentur, si nimirum habent fructus Ecclesiasticos.

An pensiones super curatis, & mensa Episcopali, ad rationem simplicium curatorum taxari debeant? Sacra Congregatio rescripsit, pensiones teneri pro rata illius taxæ, quæ ab Episcopo cum Consilio deputatorum ad præscriptum Concilii hoc *cap.* fuit imposita beneficiis ipsis, ex quorum fructibus solvuntur pensiones. *Sup. hoc cap. §. in taxa.*

Ubi non adsunt præbendæ in Cathedrali, distributiones taxari non debent. Congregatio quippe censuit, & rescripsit Episcopo Hieracensi eodem die, non taxandas distributiones quotidianas. *Sup. hoc cap. §. Ex Capituli, & sess. 21. cap. 3. de Reform. §. Distributiones.*

Qui habent præbendam in Cathedrali & curatum in civitate ex dispensatione Apostolica, pro distributionibus non sunt ullatenus taxandi. Sacra Congregatio enim rescripsit eidem, non teneri Canonicos pro distributionibus mere quotidianis, *ubi supra.*

Illustrissimi DD. Cardin. pro Abbatiis & beneficiis eorum, ad simplicium rationem decreverunt faciendam esse taxationem. Etenim & ipsa sacra Congregatio rescripsit eisdem DD. Cardinal. existimare, etiam eos teneri juxta taxam ab Episcopo & deputatis, ut supra, legitime factam. *Sup. hoc cap. §. Quamvis cumque.*

Equites Hierosolymitanos pro Grangiis contribuere, Sacra Congregatio rescripsit eidem eodem die, non teneri.

An Abbatiæ & beneficia, quæ habent Ecclesias matrices in alia Diœcesi, contribuant? Sacra Congregatio eodem die rescripsit eidem, Abbatias, de quibus agitur, teneri, si bona, quæ habent in Diœcesibus, sint propria alicujus Ecclesiæ ibidem sitæ, quæ tanquam membrum subjecta sit, aut unita Ecclesiæ Monasterii in aliena Diœcesi existenti. *Supr. hoc c. §. Ex beneficiorum.*

Sanctissimus Dominus noster Greg. XIII. relatione Congregationis Concilii audita, respondit, quod Episcopus Termularum, qui erexerat Seminarium anno 1575. S. M. & impositæ taxam secundum Concilium provinciale Beneventi, cum sit Episcopus in quasi possessione exigendi a toto Clero Diœcesis, non obstante, quod Seminarium fuerit erectum ante prædictum Decretum, Episcopus recte posse exigere taxam impositam die 7. Octobris 1580. non reclamaverat enim Abbas S. Mariæ Montis Lesiniæ ejusdem Diœcesis.

REMISSIONES.

a Vide Gonzal. ad *reg. 8. cancel. gl. 5. §. 7. num. 68. cum sequentibus*, latissime Zerol. in *praxi Episcop. part. 1. verbo, Seminarium, pag. mihi 326.* * Vide etiam P. Aloys. Ricc. in *prax. Ecclesiæ Neapolitan. dec. 389. & dec. 492. num. 3.*

Decisiones Illustriss. Cardin. Sacræ Congreg. quas refert Zerol. d. verbo Seminarium. §. 3.

PRima. Episcopus post erectionem Seminarii beneficia simplicia vacantia non applicabit Seminario, sed familiaribus suis, vel consanguineis conferat, tantum de sua mensa Episcopali assignet Seminario, quoad vixerit, vel alia beneficia vacantia? saltem ejusdem valoris, & ad ejus collationem spectantia, eidem Seminario univerit.

Secunda. Non potest Episcopus unire affectu, seu reservato, si alia vacantia in mense suo simplicia alteri conferisset.

Tertia. Episcopus debet primum ex suo, & Capituli oneribus contribuere Seminario, & postea cogere alios suo exemplo contribuere.

Quarta. Cardinales etiam debent contribuere eidem de fructibus beneficiorum, quæ habent in Diœcesi, ubi est Seminarium.

Quinta. Omnes tenentur solvere, nisi qui nominatim excipiuntur a Concilio in præsenti.

Sexta. Confraternitates, & scholæ hu-

benes reditus etiam tenentur contribuere, si sint Ecclesiastici.

Septima. Confraternitates, & Capellæ habentes reditus Ecclesiasticos, existentes tamen intra Ecclesias Regularium, tenentur contribuere.

Octava. Hospitalia data in titulum, vel administrationem, si habeant beneficia annexa, vel reditus, aut proventus Ecclesiasticos, etiam tenentur solvere, refert idem Zerol. *p. 1. verbo, Hospitale, vers. decim. dubium.*

Nona. Legata facta pro magistro Grammaticæ, qui pueros pauperes doceat, applicari possunt Seminario cum onere erudiendi pueros, sicut testator jussit.

Decima. Bona, quæ fuerunt applicata alicui collegio, propter Christianam educationem miserabilium puerorum, si Collegium id sublatum sit, debent ea bona applicari Seminario.

Undecima. Contribuere non tenentur Canonici de distributionibus quotidianis Seminario, si contribuunt ex fructibus suæ præbendæ.

Duodecima. Qui solum habent quotidianas distributiones, non tenentur de illis contribuere Seminario, refert idem Zerol. *p. 1. verbo, Distributiones. §. 5.* Gonzal. ad *reg. 8. cancel. §. 7. prooem. num. 170. cum seqq.*

Decimatertia. Cooptati in Seminarii Collegium non possunt ordinari ad titulum Seminarii, nisi ob causam inserviendi beneficio, quod forsan esset ab Ordinario Seminario junctum, vel ab alio.

y Pauperum autem filios præcipue eligi unde.) Vide Zerol. in *praxi Episcopali p. 1. v. verbo, Seminarium. §. 2.*

z Modo suo sumptu alantur.) Vid. Hor. Lucium *de priv. scholast. priv. 89.*

a Grammaticæ, cantus, &c.) Vide Zerol. *d. verbo, Seminarium. §. 4.*

b Qua omnia, &c.) Vide Zerol. *de verbo Seminarium. §. 3.*

c Cum consilio duorum Canonicorum, &c.) Quod Episcopus teneatur adhibere in Consilium prædictos deputatos, non tamen teneatur sequi consilium eorum, tenet Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 46. n. 74.*

d Cum consilio duorum de capitulo.) Vide Dominum Cæsarem de Grass. *decis. 132. per totum.*

e Fratribus S. Joannis Hierosolymitani.) Vide Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 8. n. 52.* † Emman. Rodriquez *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 1. art. 6.* quibus accedunt tradita per Natram. *cons. 307. num. 15.*

f De Collegiis & Monasteriis Mendicantium. Vide Fr. Emman. *q. Regul. tom. 2. q. 43. art. 2. & q. 66. art. 3.*

g Nec non beneficia.) Vide Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 3. num. 3.* * Vide quæ post Neviz. notat Cæsar de Grass. *d. dec. 112. num. 5.*

h Etiam præstimonia.) Quod sint beneficia Ecclesiastica, ex hoc *text.* colligit Gonzal. *gl. 5. §. 2. num. 8.*

† *Etiam ante vacationem.*) Vide Menoch. in *cons. 294.* maxime *num. 15.*

i Nec per resignationem ipsorum.) Vide Flamin. *de Resign. lib. 2. q. 9. n. 2. & lib. 10. q. 7. num. 17.*

k Unionis, & applicationes suspendi, &c.) De Resignat. simplici intelligi, non autem de conditionali in favorem certæ personæ, sectam Cardinalium Congregationem decidisse testatur Gonzal. *gl. 14. num. 10.*

l Sacra Cardinalium Congregatio censuit, debere prius esse erecta ista Seminaria & in illis scholares actualiter adesse, ut uniones factæ Seminario subsistant, refert Gonzal. *glos. 8. num. 68.*

† *Sed pro pensionibus, &c.*) Vide Tiraq. *de jure primog. q. 70. num. 30.* Valasc. *de jure Emphyt. q. 17. num. 10.*

m Non nisi Doctoribus.) Vide Peregrinum *cons. 3. num. 19. Fol. 2.*

† *Non obstantibus quibuscumque privilegiis.*) Vide Felin. in *cap. nulli num. 6. de rescript.* Cened. *Collectan. 14. ad sextum n. 6.* Carol. de Tapia in *lib. 5. de consist. Princ. p. 2. q. 10. ex num. 103.*

Vide Annotationes ad hoc *Caput in appendice sub discursu 25. Card. de Luca.*

Indictio futuræ Sessionis.

Insuper, eadem sacrosancta Tridentina Synodus proximam futuram Sessionem in diem decimam sextam mensis Septembris indicit: in qua agetur de Sacramento Matrimonii, & de aliis, si qua erunt ad doctrinam fidei pertinentia, quæ expediri possint; item de provisionibus Episcopatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, ac de diversis reformationis articulis.

Prorogata fuit Sessio ad diem 11. Novemb. 1563.

SES-

SESSIO VIGESIMAQUARTA,

Quæ est octava

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 11. Novemb. M. D. LXIII.

Doctrina de Sacramento Matrimonii.

MATRIMONII perpetuum & indissolubilemque nexum primus humani generis parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: Hoc *y (a)* nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, quamobrem *(b)* relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.

Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, & conjungi, Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba, tamquam a Deo prolata, referens dixit: *(c)* Itaque jam non sunt duo sed una caro, statimque ejusdem nexus firmitatem, ab Adamo tantum ante pronuntiatam, his verbis confirmavit; *(d)* Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.

Gratiam vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem unitatem confirmaret, conjugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium Sacramentorum institutor, atque perfector, sua nobis passione promeruit. Quod Paulus Apostolus innuit, dicens; *(e)* Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea; mox subjungens: Sacramentum hoc magnum est; ego autem *(f)* dico in Christo, & in Ecclesia.

Cum igitur Matrimonium in lege *(g)* Evangelica veteribus connubiis per CHRISTUM gratia præstet; merito inter novæ legis Sacramenta annumerandum, sancti Patres nostri, *(h)* Concilii & universalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt: adversus quam impii homines hujus sæculi insanientes, non solum perperam de hoc venerabili Sacramento senserunt, sed de more suo prætexto Evangelii libertatem carnis introducentes, multa ab Ecclesiæ Catholicæ sensu, & ab Apostolorum temporibus probata consuetudine aliena, scripto, & verbo asseruerunt, non sine magna Christi fidelium jactura: quorum temeritati sancta, & universalis Synodus cupiens occurrere, insigniores prædictorum schismaticorum hæreses, & errores, ne plures ad se trahat pernicios eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipsos hæreticos, eorumque errores decernens anathematismos.

a Gen. 2. 3. Isidr. 4. Ephes. 5. 1. Cor. 6. c. fraternitatis, 35. q. 10. c. debitum, de big. G. 1. in gloss. de cond. leg. c Matt. 19.

b Matt. 19. Marc. 10. 1. Cor. 6. Ephes. 5. c. sunt qui 27. q. 2. c. de infidel. de coïtus & affin. c. Martin. de cogn. spirit.

d Ibid.

e C. nemo in fin. 32. q. 4. Ephes. 5. in fin. c. debitum de big.

f Ibid.

g Ephes. 5.

h Concil. Florent. subjugen. 4. ad abolendam, de hæret.

REMISSIONES.

* De Matrimonio late scripserunt Petr. Sot. *de Matrim.* Vivald. in *Candel. Aureo. tit. de Matrimon.* Veracruz in *Speculo. conjug.* Greg. Lopez *tit. 1. p. 4.* Petez *tit. 1. lib. 5.* Ord. *Marienf. tit. 1. lib. 5.* Rotæ Rec. Barthol. Ledesm. in *summ. tit. de Matrim.* Pet. de Ledesm. in *tract. de Matrim. & in summ. p. 1. de Sacrament. Matrimonii.* Chrd. Bellarm. *de Matrim.* Zerol in *praxi Episcop. verbo, Matrimonium*, p. 1. Stephan. Quatant. in *summa Bullarii, verbo, Matrimonii impedimenta, & verbo, Matrimonales dispensationes cum addit.* Profper de Auguftino, noviffime D. Joannes Gutier. tractatum edidit *de Matrimon. lib. 3. suarum qq. Canon.* Et ex Doctiffimis Theologis Societatis JESU Pat. Henriquez

in

benes reditus etiam tenentur contribuere, si sint Ecclesiastici.

Septima. Confraternitates, & Capellæ habentes reditus Ecclesiasticos, existentes tamen intra Ecclesias Regularium, tenentur contribuere.

Octava. Hospitalia data in titulum, vel administrationem, si habeant beneficia annexa, vel reditus, aut proventus Ecclesiasticos, etiam tenentur solvere, refert idem Zerol. *p. 1. verbo, Hospitale, vers. decim. dubium.*

Nona. Legata facta pro magistro Grammaticæ, qui pueros pauperes doceat, applicari possunt Seminario cum onere erudiendi pueros, sicut testator jussit.

Decima. Bona, quæ fuerunt applicata alicui collegio, propter Christianam educationem miserabilium puerorum, si Collegium id sublatum sit, debent ea bona applicari Seminario.

Undecima. Contribuere non tenentur Canonici de distributionibus quotidianis Seminario, si contribuunt ex fructibus suæ præbendæ.

Duodecima. Qui solum habent quotidianas distributiones, non tenentur de illis contribuere Seminario, refert idem Zerol. *p. 1. verbo, Distributiones. §. 5.* Gonzal. ad *reg. 8. cancel. §. 7. prooem. num. 170. cum seqq.*

Decimatertia. Cooptati in Seminarii Collegium non possunt ordinari ad titulum Seminarii, nisi ob causam inserviendi beneficio, quod forsan esset ab Ordinario Seminario junctum, vel ab alio.

y Pauperum autem filios præcipue eligi unde.) Vide Zerol. in *praxi Episcopali p. 1. v. verbo, Seminarium. §. 2.*

z Modo suo sumptu alantur.) Vid. Hor. Lucium *de priv. scholast. priv. 89.*

a Grammaticæ, cantus, &c.) Vide Zerol. *d. verbo, Seminarium. §. 4.*

b Qua omnia, &c.) Vide Zerol. *de verbo Seminarium. §. 3.*

c Cum consilio duorum Canonicorum, &c.) Quod Episcopus teneatur adhibere in Consilium prædictos deputatos, non tamen teneatur sequi consilium eorum, tenet Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 46. n. 74.*

d Cum consilio duorum de capitulo.) Vide Dominum Cæsarem de Grass. *decis. 132. per totum.*

e Fratribus S. Joannis Hierosolymitani.) Vide Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 8. n. 52.* † Emman. Rodriquez *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 1. art. 6.* quibus accedunt tradita per Natram. *cons. 307. num. 15.*

f De Collegiis & Monasteriis Mendicantium. Vide Fr. Emman. *q. Regul. tom. 2. q. 43. art. 2. & q. 66. art. 3.*

g Nec non beneficia.) Vide Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 3. num. 3.* * Vide quæ post Neviz. notat Cæsar de Grass. *d. dec. 112. num. 5.*

h Etiam præstimonia.) Quod sint beneficia Ecclesiastica, ex hoc *text.* colligit Gonzal. *gl. 5. §. 2. num. 8.*

† *Etiam ante vacationem.*) Vide Menoch. in *cons. 294.* maxime *num. 15.*

i Nec per resignationem ipsorum.) Vide Flamin. *de Resign. lib. 2. q. 9. n. 2. & lib. 10. q. 7. num. 17.*

k Unionis, & applicationes suspendi, &c.) De Resignat. simplici intelligi, non autem de conditionali in favorem certæ personæ, sectam Cardinalium Congregationem decidisse testatur Gonzal. *gl. 14. num. 10.*

l Sacra Cardinalium Congregatio censuit, debere prius esse erecta ista Seminaria & in illis scholares actualiter adesse, ut uniones factæ Seminario subsistant, refert Gonzal. *glos. 8. num. 68.*

† *Sed pro pensionibus, &c.*) Vide Tiraq. *de jure primog. q. 70. num. 30.* Valasc. *de jure Emphyt. q. 17. num. 10.*

m Non nisi Doctoribus.) Vide Peregrinum *cons. 3. num. 19. Fol. 2.*

† *Non obstantibus quibuscumque privilegiis.*) Vide Felin. in *cap. nulli num. 6. de rescript.* Cened. *Collectan. 14. ad sextum n. 6.* Carol. de Tapia in *lib. 5. de consist. Princ. p. 2. q. 10. ex num. 103.*

Vide Annotationes ad hoc *Caput in appendice sub discursu 25. Card. de Luca.*

Indictio futuræ Sessionis.

Insuper, eadem sacrosancta Tridentina Synodus proximam futuram Sessionem in diem decimam sextam mensis Septembris indicit: in qua agetur de Sacramento Matrimonii, & de aliis, si qua erunt ad doctrinam fidei pertinentia, quæ expediri possint; item de provisionibus Episcopatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, ac de diversis reformationis articulis.

Prorogata fuit Sessio ad diem 11. Novemb. 1563.

SES-

SESSIO VIGESIMAQUARTA,

Quæ est octava

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Celebrata die 11. Novemb. M. D. LXIII.

Doctrina de Sacramento Matrimonii.

MATRIMONII perpetuum & indissolubilemque nexum primus humani generis parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: Hoc *y (a)* nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, quamobrem *(b)* relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.

Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, & conjungi, Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba, tamquam a Deo prolata, referens dixit: *(c)* Itaque jam non sunt duo sed una caro, statimque ejusdem nexus firmitatem, ab Adamo tantum ante pronuntiatam, his verbis confirmavit; *(d)* Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.

Gratiam vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem unitatem confirmaret, conjugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium Sacramentorum institutor, atque perfector, sua nobis passione promeruit. Quod Paulus Apostolus innuit, dicens; *(e)* Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea; mox subjungens: Sacramentum hoc magnum est; ego autem *(f)* dico in Christo, & in Ecclesia.

Cum igitur Matrimonium in lege *(g)* Evangelica veteribus connubiis per CHRISTUM gratia præstet; merito inter novæ legis Sacramenta annumerandum, sancti Patres nostri, *(h)* Concilii & universalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt: adversus quam impii homines hujus sæculi insanientes, non solum perperam de hoc venerabili Sacramento senserunt, sed de more suo prætexto Evangelii libertatem carnis introducentes, multa ab Ecclesiæ Catholicæ sensu, & ab Apostolorum temporibus probata consuetudine aliena, scripto, & verbo asseruerunt, non sine magna Christi fidelium jactura: quorum temeritati sancta, & universalis Synodus cupiens occurrere, insigniores prædictorum schismaticorum hæreses, & errores, ne plures ad se trahat pernicios eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipsos hæreticos, eorumque errores decernens anathematismos.

a Gen. 2. 3. Isidr. 4. Ephes. 5. 1. Cor. 6. c. fraternitatis, 35. q. 10. c. debitum, de big. G. 1. in gloss. de cond. leg. c Matt. 19.

b Matt. 19. Marc. 10. 1. Cor. 6. Ephes. 5. c. sunt qui 27. q. 2. c. de infidel. de coïtus & affin. c. Martin. de cogn. spirit.

d Ibid.

e C. nemo in fin. 32. q. 4. Ephes. 5. in fin. c. debitum de big.

f Ibid.

g Ephes. 5.

h Concil. Florent. subjugen. 4. ad abolendam, de hæret.

REMISSIONES.

* De Matrimonio late scripserunt Petr. Sot. *de Matrim.* Vivald. in *Candel. Aureo. tit. de Matrimon.* Veracruz in *Speculo. conjug.* Greg. Lopez *tit. 1. p. 4.* Petez *tit. 1. lib. 5.* Ord. *Marienf. tit. 1. lib. 5.* Rotæ Rec. Barthol. Ledesm. in *summ. tit. de Matrim.* Pet. de Ledesm. in *tract. de Matrim. & in summ. p. 1. de Sacrament. Matrimonii.* Chrd. Bellarm. *de Matrim.* Zerol in *praxi Episcop. verbo, Matrimonium*, p. 1. Stephan. Quatant. in *summa Bullarii, verbo, Matrimonii impedimenta, & verbo, Matrimonales dispensationes cum addit.* Profper de Auguftino, noviffime D. Joannes Gutier. tractatum edidit *de Matrimon. lib. 3. suarum qq. Canon.* Et ex Doctiffimis Theologis Societatis JESU Pat. Henriquez

in

in *summ.* p. 2. *lib.* 11. *de Matrim.* P. Rebello *de Obligat. justit.* p. 2. *lib.* 3. *de contractu Matrim.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & Censur.* *tom.* 2. *disp.* 21. *cum seqq.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib.* 31. elegantem denique tractatum in tres tomos divisum in lucem edidit *de sanct. Matrim. Sacram.* P. Thom. Sanchez.

β Indissolubilemque nexum.) Vide P. Ægid. *de Sacram. tom.* 2. *disp.* 26. *dub.* 1. *concl.* 3. D. Guttier. *d. tract. de Matrim. c.* 53. *a prine.* P. Rebello *p.* 2. *lib.* 2. *q.* 15. *fess.* 1.

γ Cum dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, &c.) Vide Perez. *l.* 1. *in gl. verbo. Que es el Parayso, pag.* 20. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ord.* Petr. Ledesm. *de Matrim. q.* 42. *art.* 2. Vivald. in *Candel. aureo p.* 1. *de Matrim. n.* 9. P. Henriq. in *summ. lib.* 11. *de Matrim. c.* 1. *n.* 3. P. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 4. *n.* 2. *& disp.* 13. *n.* 4. P. Rebello *de obligat. justit. p.* 2. *lib.* 2. *q.* 3. *a prine.* Guttier. *d. tract. de Matrim. c.* 39. *a prine.*

δ Cum igitur Matrimonium in lege Evangelica veteribus connubiis, &c.) Ante legem Gratiæ Matrimonium nullo modo posse dici eodem modo esse Sacramentum, quo jam est, resolvunt Petr. de Ledesm. in *summ. de Sacram. Matrim. cap.* 1. *concl.* 6. P. Ægid. *d. tom.* 2. *disp.* 24. *concl.* 2. P. Rebello *d. lib.* 2. *quæst.* 3. *a num.* 12. P. Henriquez *d. lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 3. *& in comment. in. V. P.* Sanchez *lib.* 2. *de Matrim. disp.* 7. *num.* 2. novissime Guttier. *d. tract. de Matrim. cap.* 42. *a principio.*

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

CANON I.

Si quis dixerit, Matrimonium non esse vere, & proprie unum ex septem legis Euangelicæ Sacramentis, (*a*) a Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum, neque gratiam conferre; anathema sit.

[a] Matt. 19. Marc. 10. Ephes. 5. 1. ad Corinth. 7. *de Laret.*

CANON II.

Si quis dixerit, (*b*) licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege divina esse prohibitum; anathema sit.

[b] Matt. 19. *n. si quis, 32. 9. 10. 11. de spons. duorum. c. gaudemus, de divor.* [c] Levit. 18.

CANON III.

Si quis dixerit, (*c*) eos tantum consanguinitatis & affinitatis gradus, qui Levitico exprimuntur, posse impedire Matrimonium contrahendum, & dirimere contractum; nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, ut plures impediant & dirimant; anathema sit.

[c] 27. Quæst. 2. *can.* 8. 9. 10. Conc. Tol. 4. *can.* 3. 4. & 5. per totum. Conc. Agath. *can.* 61. Conc. Rom. 1. & 2. *sub Greg.* II. & alii.

CANON IV.

Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, (*d*) propter hæresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam a conjuge, dissolvi posse Matrimonii vinculum; anathema sit.

[d] 28. q. 2. *can.* 20. Conc. Mant. *can.* 6. 7. & 8. Conc. Trid. *sess.* 24. *can.* 5. & 6. & alii.

CANON VI.

Si quis dixerit, (*e*) Matrimonium ratum, non consummatum per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi, anathema sit.

[e] 32. q. 1. *can.* 13. 14. & 15. 27. q. 2. *can.* 17. *in fin.* 18. 19. & 20. Conc. Trid. *sess.* 24. *can.* 6.

CANON VII.

Si quis dixerit, (*f*) Ecclesiam errare, cum docuit, & docet, juxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum, Matrimonii vinculum non posse dissolvi, & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjuge vivente, aliud Matrimonium contrahere; mœcharique eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit; & eam, quæ, dimisso adultero, alii nupserit; anathema sit.

[f] 32. q. 1. *can.* 6. 7. & 8. 27. q. 2. *can.* 17. 18. 19. & 20. Conc. Trid. *sess.* 24. *can.* 5. & 6.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges, quoad thorum, seu quoad cohabitationem, ad certum, incertumve tempus fieri posse decernit, anathema sit.

[g] Dist. 57. *c. presbyter. & per tot.* 27. q. 2. *per totum extra qui cleri, vel voventi, per totum, &* Concil. Carth. 4. *c.* 104. Conc. Mantic. *c.* 4. *cum simil.*

[h] 1. Cor. 10.

[i] Matt. 19. 1. Cor. 7. *in fin. c. nuptiæ, 31. q. 2. c. qui fini. 32. q. 5. c. committunt, de sponsal.* & 1. Cor. 7.

CANON IX.

Si quis dixerit (*g*) Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares, castitatem solemniter professos, posse Matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, & oppositum nil aliud esse, quam damnare Matrimonium, posseque omnes contrahere Matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiamsi eam voverint, habere donum, anathema sit: cum Deus id recte petentibus non deneget, nec (*h*) patiatur nos supra id, quod possumus, tentari.

CANON X.

Si quis dixerit, (*i*) statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus, & non esse melius ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quam jungi Matrimonio, (*k*) anathema sit.

[k] 1. Cor. 7.

CANON XI.

Si quis dixerit, prohibitionem solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab Ethnicorum superstitione profectam; aut benedictiones, & alias cæremonias, quibus Ecclesia in illis utitur, damnaverit; anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, (*l*) causas Matrimoniales non spectare ad judices Ecclesiasticos; anathema sit.

[l] Canulorum. 35. q. 6. *c.* 1. *in fin. de conjugi. & affin. cæteris, de sponsal. & matrim.*

REMISSIONES.

[a] CANON I. Vide Perez ubi proxime. Spin. in *speculo testam. gl.* 15. *princ. n.* 15. Sayr. *de Sacram. in genere lib.* 1. *c.* 2. *n.* 2. *art.* 2. *vers. Quod vero ad Matrimonium.* P. Valent. *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 1. *puncto* 5. Petr. de Ledesm. in *summ. p.* 1. *de Sacram. Matrim. c.* 1. *concl.* 1. & 19. P. Rebello *de obligat. justit. p.* 2. *lib.* 2. *q.* 3. P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib.* 32. *c.* 1. *a num.* 2. P. Ægid. *de Sacram. tom.* 2. *disp.* 24. *dub.* 2. *a n.* 3. D. Guttier. *d. tract. de Matrim. c.* 42.

[b] CANON II. Vide Card. Bellarm. *lib.* 1. *de Matrim. c.* 11. *præpos.* 2. P. Valent. *p.* 4. *disp.* 10. *quæst.* 1. *puncto* 3. *col.* 3. *vers. Quinto.* P. Henriquez in *summ. lib.* 12. *n.* 6. *q.* 1. P. Sanchez *l.* 7. *de Matrim. disp.* 80. P. Rebello *de Obligat. justit. p.* 2. *lib.* 3. *q. fin. a num.* 5. P. Ægid. *de Sacram. tom.* 2. *disp.* 26. *dub.* 2. *num.* 13. D. Guttier. *d. tract. de Matrim. c.* 96.

[c] CANON III. Vide P. Sanchez *de Matrim. l.* 7. *disp.* 32. *num.* 3. *& c. & lib.* 8. *disp.* 6. *num.* 11. *cum seq.* P. Rebello *de Obligat. justit. p.* 2. *lib.* 3. *quæst.* 15. *num.* 11. D. Guttier. *d. tract. de Matrim. cap.* 98. *num.* 19. * *cap.* 322. *num.* 1. Burlat. *cons.* 462. *n.* 36. *& 37. vol.* 4.

[d] CANON IV. Vide Petr. de Ledesm. in *sum. p.* 1. *de Sacr. Matrim. c.* 10. *concl.* 1. Pat. Rebello *de Obligat. justit. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 1. *n.* 1. P. Ægid. de Coninck *tom.* 2. *disp.* 32. *num.* 10. Cened. *tract. & Canon. quæst. lib.* 2. *quæst.* 39. *num.* 91.

[e] CANON V. Vide Gregor. *lib.* 3. *tit.* 2. *part.* 4. Perez. *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordinam. pag.* 16.

[f] CANON VI. Vide D. Barbos. *p.* 2. *Rub. ff. soluto Matrim. num.* 73. D. Guttier. *dict. tract. de Matrimon. cap.* 54. *a num.* 1. Pat. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 18. *num.* 3. P. Rebello *de Obligat. justit. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 4. *a n.* 1. *& q.* 4. *sect.* 3. P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. l.* 31. *num.* 76. P. Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.* 2. *disp.* 26. *a n.* 30. † Vide etiam Didac. de la Mota in *tract. de confirm. Ordin. Sancti Jacobi lib.* 2. *c.* 2. *§.* 28. *n.* 3.

[g] CANON VII. Vide Navarr. in *Man. c.* 22. *n.* 21. Covar. *de sponsal. p.* 2. *c.* 7. *§.* 6. *n.* 15. P. Rebello *de Obligat. justit. p.* 2. *lib.* 2. *q.* 15. *sect.* 2.

[h] *Vel etiam innocentem.*) Vide Guttier. *Canon. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 4. D. Barbos. *p.* 2. *Rub. ff. soluto Matrim. n.* 15. P. Sanch. *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 2. *n.* 2.

[i] CANON VIII. Vide P. Valer. Regin. in *praxi fori panit. lib.* 32. *num.* 313. *vers. Porro.*

[k] CANON IX. Vide Petr. de Ledesm. in *summ. p.* 1. *de Sacram. Matrim. cap.* 15. *concl.* 8. * (Vide etiam Born. Diaz in *pract. can. cap.* 80. ubi late Salzed. *lit. A.*) Card. Bellarm. in *suis Controvers. lib.* 2. *de Monach. a cap.* 22. D. Guttier. *d. tract. de Matr. c.* 94. *a num.* 5. P. Henriquez in *summ. lib.* 12. *c.* 3.

c. 5. §. 2. lit. l. & §. 9. in princip. lit. N. & O. P. Azor. instit. Moral. p. 1. lib. 13. c. 12. col. 329. in fin. P. Sanchez de Matrim. l. 7. disp. 26. n. 1. P. Valer. Reginald. in praxi fori pan. lib. 31. num. 220. P. Agud. de Sacram. tom. 2. disp. 31. n. 66.

x CANON X. Vide Guttier. d. tract. de Matrim. c. 4. n. 6. † D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 2. & ibi Aragon. pag. 632. col. 1. Thom. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 4. n. 1.

μ CANON XI. Vide Matinat. in gl. 1. Rub. tit. 1. n. 147. l. 5. nov. Recop. Concil. ad Decret. collect. 22. n. 1. in fin. * Salz. ad Diaz. c. 74. lit. F.

† CANON XII. Vide Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo, Matrim. §. 16. D. Martam de Jurisdict. p. 2. cap. 8. a prior. † P. Greg. Tolos. de republ. l. 3. cap. 11. n. 7. Bellarm. 2. tom. Suarez in disp. 28. de Matrim.

CAPUT I.

Decretum de Reformatione Matrimonii.

TAmetsi dubitandum non est, clandestinas Matrimonia, libero contrahentium consensu † facta, rata & vera esse Matrimonia *, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit †; & proinde jure damnandi sint illi, ut eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant, quique β γ falso affirmant *, Matrimonia a filiisfamilias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse; nihilominus sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper (a) detestata est, atque prohibuit †; verum, cum sancta Synodus animadvertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam jam non prodesse, & gravia peccata perpendat, quæ ex eisdem clandestinis conjugiis * ortum habent; præsertim vero eorum, qui in statu damnationis † permanent, dum, priore uxore, * cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio vivunt. Cui malo cum ab Ecclesia, quæ de occultis non judicat, succurri non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur: (b) idcirco sacri Lateranensis Concilii, sub Innocentio III. celebrati vestigiis inhærendo præcipit, ut in posterum, † antequam Matrimonium contrahatur, 1. δ ter a proprio contrahentium Parocho * tribus ε continuis ζ diebus festivis † in ε Ecclesia inter Missarum solemnia 2. δ ι &c. publice denuntietur, * inter quos Matrimonium sit contrahendum; 3. quibus denuntiationibus factis †, si ρ nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii in ξ facie Ecclesiæ procedatur; * † 4. ο ubi Parochus, viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo π consensu intellecto, 5. vel dicat: ρ Ego vos in Matrimonium conjungo, † in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: 6. vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque provinciæ ritum. * Quod σ τ si aliquando † probabilis fuerit suspicio, Matrimonium malitiose impediri posse, * 7. si tot præcesserint denuntiationes; tunc vel 8. una tantum denuntiatio fiat, vel saltem Parocho, † & duobus vel tribus testibus * præsentibus Matrimonium celebretur. Deinde υ ante illius consummationem † denuntiationes in Ecclesia fiant; * ut, si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur: 9. φ &c. nisi Ordinarius ipse expedite judicaverit, † ut prædictæ denuntiationes remittantur: quod α α &c. illius prudentiæ, & judicio sanctæ Synodus relinquit 10. ε ε &c. Qui aliter, * quam præsente δ δ &c. Parocho, † vel π π &c. alio sacerdote 11. σ σ &c. de ipsius Parochi, 12. υ υ seu Ordinarii φ φ &c. licentia, * & β β β &c. duobus, vel tribus testibus Matrimonium contrahere attentabunt, eos sanctæ Synodus, 13. ζζζ &c. ad sic contrahendum † omnino inhabiles reddit: & δ δ δ hujusmodi contractus * irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto 14. irritos facit, & annullat. Insuper Parochum, † vel alium sacerdotem, qui cum minore testium numero, & sessies, qui sine Parocho, vel sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, necnon ipsos contrahentes * graviter arbitrio α α α Ordinarii puniri præcipit. Præterea eadem sancta Synodus hortatur, ut μ μ μ &c. conjuges ante benedictionem † sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent; (c) statuitque ξ ξ ξ &c. benedictionem a proprio Parocho * fieri; neque a quoquam, nisi ρ ρ ρ ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam † ad prædictam benedictionem faciendam, alii sacerdoti concedi posse; quacumque σ σ σ consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstante. Quod τ τ τ si quis Parochus, vel alius sacerdos, sive υ υ υ regularis, * sive secularis sit, etiamsi id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, 15. alterius Parochiæ sponsos sine φ φ φ illorum Parochi licentia Matrimonio conjungere, aut χ χ χ benedicere † (d) ausus ↓ ↓ ↓ fuerit; 16. ipso jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. Habeat ω ω ω Parochus librum, * in quo conjugum, & testium nomina, diemque & locum contracti Matrimonii describat, quem diligenter apud se custodiat. Postremo sancta Synodus conjuges hortatur, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante Matrimonii consummationem sua α α α α peccata diligenter confiteantur, † & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pie accedant. Si β β β β quæ provinciæ aliis, ultra præfatas, laudabilibus consuetudinibus, & cæremoniis hac in re utuntur, eas omnino retineri sancta Synodus vehementer optat. Ne vero hæc tam salubria præcepta quemquam lateant, Ordinariis omnibus præcipit, ut, cum primum potuerint, curent hoc Decretum populo publicari ac explicari in singulis suarum Diœcesum Parochialibus Ecclesiis: idque in primo anno quam sæpissime fiat, deinde vero quoties expedire viderint. Decernit insuper, ut hujusmodi Decretum in unaquaque Parochia suum robur 17. γγγγ post triginta dies habere incipiat, 18. a die primæ publicationis, * in eadem Parochia factæ, † numerandos.

a c. 1. non nulli cheretarur, & c. fin. 32. q. 2. c. illter. & c. nostrates, 39. q. 5. c. Videtur, qui Matrim. acc. post. Conc. Toletan. 3. c. 20.

4 Concil. Lateran. 4. Can. 51. & c. Tametsi publicato de Clandest.

a c. 1. cum multis seq. 32. q. 5. & c. nulli 31. q. 2.

d Gratis benedictio detur, Alex. III. Consit. 5. c. 7 & Innoc. III. in 4. Conc. Lateran. cc.

DECLARATIONES.

Furiosus habens dilucida intervalla ad Subdiaconatus Ordinem promotus, continere tenetur, & concedenda non est ei dispensatio, ut Matrimonium contrahere possit.

1. *Tre a proprio contrahentium Parocho.*) Quando Matrimonium contrahitur inter duos de diversis Parochiis, debent in ambabus fieri denuntiationes. Et quando Matrimonium contrahitur inter virum, qui sit de una Parochia, & mulierem de alia, sufficit, si contrahatur coram Parocho proprio mulieris, vel coram Parocho in Parochia viri. Sic Congregatio censuit, quod & ipse Gregorius XIII. confirmavit, juxta Navar. c. 23. n. 144.

2. Matrimonium contrahitur inter duos alienigenas, & a parvo tempore in aliquo loco habitantes, si tamen sint cogniti, ita ut non sint de comprehensis inter vagabundos; proprius autem eorum Parochus esse intelligitur, in cujus Parochia habitant eo tempore, quo Matrimonium contrahunt. Vide *infra hujus Sess. cap. 7. §. Parochus.*

2. *Publice denuntientur.*) Etsi denuntiationes omittererentur, tamen Matrimonium irritum non est, servatis tamen cæteris requisitis. Nav. *Enchirid.* c. 22. n. 70.

Congregatio Concilii censuit, Matrimonium contractum non præmissis denuntiationibus, nisi aliud obstet, irritum non esse. Mediolanen. 12. Sept. 1591.

3. *Quibus denuntiationibus factis.*) Ex Con-

Concilio Ravennatensi fuit approbatum & Decretum in Congregatione, quod, si qui peractis denuntiationibus intra quatuor menses non contraxerint, non possint contrahere, nisi iterum peractis denuntiationibus: arbitrio tamen Episcopi sunt puniendi. Matrimonium vero, si, antequam fiant publicæ denuntiationes, consummatum sit, seu factis denuntiationibus consummatum iidem sit, antequam coram Parocho & testibus celebretur, est verum Matrimonium, modo tamen postea contractum sit coram Parocho & testibus, & nullum aliud adsit impedimentum. Ubi vero talis est abusus, videlicet quod Matrimonium consummetur, antequam factæ sint denuntiationes, seu post, & antequam contractum sit per verba de præsenti coram Parocho & testibus, est omnino tollendus, & qui id committerint, seu in posterum committent, puniti debent pœna stupri, sed dumtaxat arbitraria.

Sponsus, qui Sponsam seduxerit, & stupraverit, non potest puniri pœna contra stuprantem a sacris Canonibus inflicta, prætextu, quod hodie ex Decreto Concilii, Sponsalia post copulam subsequutam non transeant in vim Matrimonii, ut erat ante Concilium, sed graviter arbitrio Ordinarii dumtaxat sunt puniendi ex hoc Decreto.

Monendi sunt Sponsi, ut factis sponsalibus, quamprimum contrahant Matrimonium per verba de præsenti, coram Parocho & testibus, ne sponsæ hoc stupri periculum fubeant, maxime si ipsi sponsi ante consummationem Matrimonii id petierunt. Et qui promittunt contrahere Matrimonium coram Parocho & testibus, & Notario, qui recipit insuper instrumentum de juramento in manibus ipsius Parochi præstito, si deinde sequuta est inter eos carnalis copula, nullis factis denuntiationibus, sunt puniendi graviter arbitrio Ordinarii, qui debet tale Matrimonium declarare esse nullum, sed si postea voluerint contrahere per verba de præsenti, id eis permittitur, servatis tamen ex hoc Decreto Concilii servandis, & dummodo nullum aliud impedimentum legitimum adsit: & si alter quoque alterum voluerit cogere ad observanda sponsalia jurata, juxta dispositionem *cap. Ex literis de Sponsal.* id eis permittitur.

4. *Ubi Parochus, vero & nullius interrogatis.*) Matrimonium contractum coram eadutore in administrandis sacramentis Parochi, vel Vicarii perpetui in illa Parochia, valet. Item valet, si fuerit contractum coram Parocho notorio fornicatore, non tamen adhuc in judicio condemnato, & confesso. Similiter valet coram Parocho etiam non sacerdote, ut dicitur in una Abulensi.

5. *Vel dicat: Ego vos in Matrimonium conjungo.*) Et si Parochus nihil dicat, constat tamen Matrimonium, modo partes contrahant.

A. cum N. coram Parocho, & testibus contraxit Matrimonium, per verba de præsenti, sed hac tamen conditione inquit A. *si id salvo honore meo fieri potest, & si hoc tribus meis placuerit*, deinde non expectato conditionis eventu copulam habuit cum N. affectu maritali, & copula secuta pater multis. Quæritur, *An per hæc sit contractum verum Matrimonium de præsenti, nec oporteat expectare conditionis eventum?* Et ratio dubitandi est, quoniam contractus ille coram Parocho & testibus, cum fuerit per appositam conditionem suspensus, non potuit habere vim Matrimonii de præsenti, sed sponsalium de futuro, & copula cum effectu maritali subsequuta, quamvis ostendat, recessum fuisse a conditione, tamen non sufficit ad Matrimonii veritatem, nisi de præsenti contrahatur coram Parocho & testibus, qui interfuerunt quidem contractui antecedenti, sed qui non habuit vim Matrimonii de præsenti, sed sponsalium de futuro. Concilium autem Tridentinum videtur egere, ut non solum de futuro, sed mox de præsenti, coram Parocho, & testibus contrahatur.

Congregatio Concilii censuit, in casu proposito Matrimonium valere, nec novi, ut de novo coram Parocho & testibus contrahatur. Sed S. D. N. Clemens VIII. mandavit illi casui tantum esse respondendum, cæterum autem casus juxta qualitates ipsorum esse considerandos.

6. *Vel aliis utatur verbis.*) Non pertinet ad substantiam Matrimonii, ut Parochus aliqua verba proferat: ideo valet Matrimonium, quamvis verba exprimentia consensum, prolata sine tantum a contrahentibus: dummodo Parochus sit præsens, & intelligat id, quod agitur, licet silentium, & contradictas adhibitus vero Parochus intelligitur, etiamsi ex alia causa percipisset esse vocatus, dummodo sit adhibitus etiam ad illum actum.

Congregatio Concilii censuit, Matrimonium coram Parocho & testibus contractum, nisi aliud obstet, validum esse, quamvis Parochus invitus interfuerit, & alia de causa, quam ut Matrimonio interesset, a contrahentibus accersitus fuerit, cum tamen ad actum Matrimonii vere, & formaliter fuerit adhibitus.

7. *Si vos præcesserint denuntiationes.*) Ubi propter publicas denuntiationes Matrimonium malitiose impediri potest, illis emissis coram Parocho, vel alio Sacerdote, de ejus vel Episcopi licentia, & duobus vel tribus testibus adhibitis per verba de præsenti contrahere possunt, quo facto, antequam deveniant ad consummationem, semel vel bis erunt faciendæ denuntiationes. Episcopus ob vicinitatem temporis, quo prohibitæ sunt nuptiæ, omittere potest aliquas denuntiationes secundum prudentiam suam, & judicium, non tamen jubere, ut diebus festivibus fiant.

8. *Una tantum denuntiatio fiat.*) Arbitrio Ordinarii, non item Parochi aut Decani ruralis.

9. *Nisi Ordinarius ipse.*) Episcopus potest post Matrimonium contractum, ante illius consummationem (si ita expedire judicaverit) secundum prudentiam suam & judicium, ex aliqua causa arbitrio suo remittere denuntiationes, etiamsi non sit suspicio, quod Matrimonium malitiose impediatur, *Supra §. Si vos.*

Non permittitur hæc facultas Commendatario, licet ejus Abbatia jura Episcopalia habeat, cujus Abbas appellatione Ordinarii venit, juxta *gloss. in cap. fin. de Offic. Ord. in 6.* dixit enim S. D. N. quod Ordinarius hic non intelligitur, nisi Episcopus: tamen Cardinali Farnesio Commendatario Farfensis Monasterii fuit permissum, non autem ejus Vicario.

Omissio edictorum, quæ præcedere debent celebrationem Matrimonii, ex constitutionibus Synodalibus Diœcesanis, & ex consuetudine immemorabili, quam servatam esse vellent etiam post Concil. Trid. reddere non debet Matrimonium clandestinum, prolemque illegitimam, perinde ac si Matrimonium contractum esset sine Parocho & Testibus, ut Congregatio censuit ex vi Concilii Tridentini.

Quid de prole suscepta in Matrimoniis clandestinis, si ea dissolvi debeant, sit tractandum? Congregatio Concilii censuit, illegitimam esse, nisi iterum contracta sint Matrimonia servata forma Concilii, & aliter valide.

Martha, quæ contraxit Sponsalia de futuro cum N. cum quo carnalis copula non sequuta est, potuit ingredi Monasterium,

& habitum religionis suscipere, & in eo permanere & profiteri, & postquam professionem emiserit, tunc ab Ordinario pronuntiandum est, licere N. Matrimonium libere contrahere cum alia muliere.

Congregatio Concilii sæpius declaravit, Sponsalibus per verba de futuro contrahendis, nullam formam præscripsisse Concilium, idcoque eo modo contrahi posse, quo poterant ante ipsum Concilium. 19. Dec. 1595.

10. *Qui aliter.*) Decretum hoc annullat solum contractus Matrimoniales per verba de præsenti clandestine factos: Sponsalia vero per verba de futuro, relinquit in terminis juris communis, præterquam quod per copulam prædictam Sponsalia in Matrimonium non transibunt, juxta *cap. Ex literis, de Sponsalibus.*

Etiam prohibitione facta ab Ordinario, ne Parochus Matrimonio conjungat aliquos, non ita tollitur, seu suspenditur jurisdictio Parochi, ut ad celebrandum Matrimonium non sit legitimus Parochus, Matrimoniumque coram eo contractum nullum sit, sed Matrimonium valet. Et si hæc prohibitio facta sit non ipsi Rectori principali, sed ejus Vicario, qui ad nutum Ordinarii amoveri potest, Matrimonium, in quo contra Ordinarii prohibitionem Vicarius iste intervenerit, Congregatio respondit validum esse.

Debet Episcopus cognoscere, an pollit per censuras Ecclesiasticas cogere rementem ex conjugibus, ad observanda sponsalia de futuro, juxta trad. in *cap. Ex literis de Sponsalibus & Matrimoniis.*

Sponsalia inter impuberes ante ætatem, etiam unius ex sponsis, contracta per verba de præsenti, servata forma Concilii, ut hic, non transeunt in Matrimonium etiam subsequuta copula post ætatem, non servata de novo eadem forma Concilii, de qua in hoc Decreto. Non impediuntur tamen, quo minus iterum contrahere possint juxta formam hic præscriptam, & non subsequuta copula, nullum erit impedimentum, quin cum consanguinea, vel affine alterius partis contrahere possint: secus vero si esset sequuta copula, se enim in primo vel secundo gradu esset ortum impedimentum ex fornicatione. *Infra hoc cap. 5. Matrimonium contractum per verba.*

Qui alias quam præfatus Parochus.) Verba hæc sunt intelligenda adhuc ad facetendum non promoti, nempe quia adhuc non fuerit elapsus annus, qui conceditur sibi a jure ad faciendum se ad illud promoveri, juxta *Text. lint. Canon. de Elect. in 6.*

& ita

& ita fuit in Congregatione resolutum, & S. D. N. Clemens VIII. approbavit hanc resolutionem.

3. Martii 1594. Congregatio Concilii censuit, Matrimonium factum coram Parocho denunciato excommunicato utique valere.

1. Jun. 1594. Congregatio Concilii censuit, Matrimonium contractum non adhibito Parocho, & testibus, esse nullum: item censuit sponsalia per verba de futuro post contractum per copulam subsequutam non transire in Matrimonium.

16. Febr. 1595. An validum censeri debeat Matrimonium celebratum in Parochia mulieris coram sacerdote habente licentiam a Parocho viri, & præsertim cum parochiæ viri, & mulieris sint in diversis Diœcesibus constitutæ?

Omnes fuerunt ejus sententiæ, ut Matrimonium celebratum coram sacerdote de licentia Parochi viri, in Parochia mulieris, etiamsi in diversis Diœcesibus ipsæ Parochiæ constitutæ sint, valeat.

Matrimonium contractum coram testibus, sed sine Parocho vel alio Sacerdote de ejus licentia post Concilium Tridentinum, non solum est nullum, sed nec vim habet sponsalium: adeo ut sic contrahentes ad denuo contrahendum compelli non possint. Imo contrahentes non præsente Parocho, testes & notarius, qui clandestino illi contractui interfuerunt, graviter pœna arbitraria puniendi sunt: est enim necessarium, ad hoc, ut contractus Matrimonii sit validus, quod præsente Parocho proprio contrahentium, vel alio Sacerdote de ipsius vel Ordinarii licentia, & coram testibus, verba de præsenti, ab utroque contrahentium proferantur.

Satis est, ut Matrimonium coram Parocho & testibus contrahatur per verba de præsenti, quod contrahentes valvis tunc adiient, denuntiationes tamen trinæ, & Sacerdotis benedictiones in Ecclesia faciendæ sunt. Et parochus ita præsens Matrimonio debet esse, ut appareat a contrahentibus hac de causa adhibitus fuisse. *Supra hoc cap. §. vel aliis.*

Quid si Parochus adfuisset, nihil tamen eorum, quæ agebantur, vidit vel audivit? Congregatio respondit Matrimonium non valere, si non intellexisset, nisi ipse Parochus affectasset non intelligere.

Matrimonium contractum non servata forma Conc. Trid. licet contrahentes certam inter se de contrahendo Matrimonio fidem dederint, & postea coram testibus sine Parocho de præsenti contraxerint, carnali etiam copula inter eos subsequuta) non in sponsalia de futuro resolvitur, ita ut cogi possint contrahere servata forma Concilii. Sic responsum est Episcopo Patavino, *supra hoc cap. §. Matrimonium contractum.*

An sit Matrimonium, si duo contrahunt per verba de præsenti proprio Parocho præsente, & aliis requisitis non omissis, cui contractui Parochus formaliter adhibitus non fuit, sed dum forsan convivii, aut confabulationis, aliudve tractandi causa adesset, audit hujusmodi contractum fieri, & postea alter contrahentium velit ab hujusmodi contractu ratione hujus defectus resilire? Respondit Congreg. posse, nisi alia intervenient, quæ Parochum a contrahentibus adhibitum fuisse arguant, qui dicereur adhibitus ut supra, quamvis ex alia causa erat vocatus, dummodo sit adhibitus ut supra, quamvis ex alia causa, ad illum actum.

Congregatio Concilii perpensis consultationibus Episcopi Tricariensis circa finem Matrimoniorum, quæ in partibus Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ contrahuntur, ita censuit: Ubi hoc Decretum nondum est publicatum in Parochia, valet Matrimonium contractum absque observatione formæ a Concilio præscriptæ. Publicato autem Decreti facta præsumitur, ubi Decretum ipsum fuit aliquo tempore in Parochia tamquam decretum Concilii observatum. Hæretici in quorum Parochia dictum Decretum fuit publicatum, nosmur præscriptam formam observare. Et propterea ipsorum matrimonia absque forma Concilii, quamvis coram ministro hæretico vel magistratu loci contracta, sunt nulla. Si vero Parochia, in qua fuit aliquando observatum Decretum, proprio Parocho careat, & Cathedralis itidem Episcopo & Capitulo habentibus a Concilio facultatem alium sacerdotem ad id delegandi, nullusque alius ibi sit, qui vices Parochi aut Episcopi suppleat, Matrimonium valet absque præsentia Parochi, servata tamen in eo in quo potest, forma Concilii, nempe adhibitis saltem duobus testibus. Si vero extent quidem Parochus & Episcopus, sed nullo constituto Vicario, uterque meta hæreticorum lateat, ita ut vere ignoretur, ubi sit, vel eodem metu a Diœcesi absit, nec ad alterutrum sit turus accessus, validum est Matrimonium contractum absque Parocho, adhibitis tamen duobus testibus.

Qui clandestine contraxerunt, possunt, si pa-

riter dissentiant, invicem se disjungere, licet consummaverint, & aliquamdiu cohabitaverint, sed graviter arbitrio Ordinarii sunt puniendi: sed non inhabiles ad contrahendum cum aliis, nec possunt cogi ad invicem contrahendum, servata forma Concilii, nisi sponsalia per verba de futuro cum juramento contraxissent, tunc servandum jus commune.

11. *De ipsius Parochi.*) Generalis licentia alicui Sacerdoti a Parocho in scriptis data, exercendi scilicet omnia, quæ Parochi officia concernunt, sufficit ad Matrimonii coram illo Sacerdote celebrati validitatem.

Abulensis t. Dec. 1595. Congregatio Concilii censuit, Matrimonium contractum coram Parocho, non sacerdote, valere.

Vel alio Sacerdote.) Si sacerdos alienus non habuerit licentiam, neque ab Ordinario, neque a proprio contrahentium Parocho, Ordinarius non debet irritare Matrimonium coram tali contractum, sed tantum declarare irritum: quia cum Concilium jam illud irritum fecerit, non est ulterius irritandum, sed opus est sola declaratione, quod irritum sit, etiamsi is sacerdos esset aliquis Parochus, sed non Parochus contrahentium. Quod si congregandi sunt diversarum Parochiarum, sufficit, ut sit Parochus sive viri, sive mulieris, *Supra hoc cap. in initio.*

28. Jan. 1594. Congregatio Concilii censuit, Matrimonium factum coram Sacerdote a proprio Parocho deputato, & coram testibus utique valere.

An sit pro Matrimonio judicandum, si duo contraxerunt ex libero utriusque consensu coram Parocho alieno, propterea quod vel eorum Parochus esset publicus hæreticus, vel profugus, quia Ecclesia Parochialis carebat suo rectore. S. D. N. Gregorius XIII. ex sententia Congregationis declaravit, judicandum esse contra Matrimonium, posse tamen eos iterum valide contrahere coram proprio Parocho, vel alio Sacerdote de consensu Ordinarii, nisi tamen adfit aliud legitimum impedimentum.

12. *Seu Ordinarii licentia.*) Licet proprius Parochus non celebret ipse Matrimonium, tenet, si Episcopus vocatus præstaret se, vel constituerit aliquem ut præsitum Parochum.

Intelligitur etiam de generali Vicario Episcopi, qui hanc licentiam etiam concedere potest. Nec sufficit tacita, quæ resultat ex tolerantia. Requiritur vero vel communiter generalis administrandi omnia Sacramenta, vel (si hæc absit) expressæ specialis licentia Vicarii etiam temporalis, ad nutum amovibilis Ecclesiæ Parochialis. Qui enim Sacramenta administrant, & Matrimoniis interveniunt, sicut ipsi intervenire possunt, ita etiam dare licentiam aliis possunt interveniendi, ob favorem Matrimonii.

Conc. Trid. cum Gall.

Præsupposito, quod Rector habeat Parochianos in duabus Diœcesibus, & quidem in una ipsarum Ecclesia Parochialis cum majori Parochianorum parte existat, in altera sit domus Rectoris, in qua domo modo ipse, modo ejus Capellanus residere consuevit, si alienus Sacerdos absque debita licentia Parochianos ejus matrimonio conjunxerit, ac propterea in suspensionem inciderit ex Concilio *sess. 24. c. 1. de Reform. Matrim. vers. Quod si quis Parochus*; an absolutionem obtinere debeat ab Ordinario, in cujus Diœcesi habet domum propriam? maxime si Parochiani sic conjuncti fuissent ejusdem Diœcesis? Congregatio censuit, absolutionem hujusmodi spectare ad Episcopum Foroseml'ronienseм, cujus Diœcesis esse dicuntur sponsi sic Matrimonio conjuncti, & non ad Episcopum Senogallensem, cujus Diœcesanus erat Sacerdos, qui conjunxit.

13. *Ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit.*) Hic vers. nihil pertinet ad sponsalia per verba de futuro contracta, sed tantum intelligitur de Matrimonio per verba de præsenti contracto. Hoc sæpe resolutum est.

Statuere Ordinarius non debet, ut illi, qui non servata forma prædicta contraxerunt, sint inhabiles ad contrahendum, quia est contra dispositionem hujus *cap.* per verba enim illa Decreti, *ad sic contrahendum*, non intelligitur, quod qui extra formulam Decreti Matrimonium contraxerunt, simpliciter inhabiles fiant ad rursus contrahendum: quare, qui in contrahendis Matrimoniis Decreti formulam secuti non sunt, si rursus contrahere velint ex decreti præscripto, id est, adhibito Parocho & testibus, hoc Ordinarius illis concedere debet, nisi sanguinis consanctione aut propinquitate cum aliis sacrorum Canonum exceptionibus impediantur.

14. *Irritos facit & annullat.*) De Matrimonii clandestini invalidirate agitur in his locis, ubi Decretum jam publicatum fuit.

Primo, quid de illis locis censendum est, in quibus solum Episcoporum aut Parochorum malitia, vel crassa aut lupina

ignorantia seu negligentia non est publicatum hactenus? Secundo, quid faciendum, cum duo clandestinè contrahunt, aut contraxerunt, & in unius Parochia publicatum fuit decretum, in alterius non item, in qua contrahunt simul? Tertio, quid faciendum cum iis, qui post contractum clandestinum Matrimonium, idque sive ante Concilium, sive post, Decreto tamen hoc non publicato auctoritate imprudentis Episcopi aut ignorantis Parochi, separati fuerint, & postea cum aliis publice contraxerint, neque jam sine gravissimo scandalo separari possint?

Ad primum sacra Congregatio respondit, Anno 1588. Decretum Concilii non obligare, si in illa Parochia, ubi contractum fuit Matrimonium, necdum erat publicatum, nec 30. dies a prima die publicationis adhuc fuerant elapsi, quantumvis vel malitia, vel supina negligentia omissa fuerit hujusmodi publicatio.

Ad secundum itidem non obligare Decretum, nondum in ea Parochia, ubi contrahitur, publicatum, ut dictum est.

Ad tertium, primum Matrimonium esse validum, ideoque in eos, qui primo spreto ad secundum convolarunt, statuendum prout a jure disponitur.

Staccius que benedictiones.) Petenti an ob difficultatem exigendi id, quod Parocho debetur ante benedictionem ex laudabili consuetudine, posset cogi conjuges ad illud deponendum, contra Abb. in *c. ad Apost. n. 2. & 4. in fin.* Congregatio respondit petitioni indignè non esse respondendum.

11. Jan. 1594. Congregatio Concilii censuit, sponso & sponsâ licet corrupto, vel corruptâ in primis nuptiis esse imperriendam benedictionem.

11. Aug. 1595. Congregatio Concilii censuit, consuetudinem ab his quorum nuptiæ benedicuntur, aliquid recipiendi, demum esse observandam, si ab initio pro fidelium voluntate nulla exactione, aut compulsione fuerit introducta, & nec etiam a sponte dantibus quicquam recipiatur, antequam benedictionem sacerdos libere fuerit imperritus.

Ex hoc textu sunt argumenta. Quidam Parochi instabant contra Episcopum Ecclesiæ Syracusanæ, negantes ei amplius debeti decimam aurei partem, quam accipiebat ex annulorum nubentium benedictionibus, solus enim Parochus ex hoc *cap.* benedicit. Contrarium tamen censuit Congregatio, quia ille denarius non debebatur ratione ministerii illius, sed loco præbendæ ad sustentationem suæ dignitatis, & cum immemorabili tempore ita fieri consueverit, non est tollenda hæc laudabilis consuetudo.

15. *Alterius Parochiæ.*) Per alios Sacerdotes a Parocho proprio contrahentium, vel alio Sacerdote, cui ipse Parochus vel Ordinarius licentiam dederit, benedictio Sacerdotalis contrahentium Matrimonium non est facienda juxta hoc Decretum, non obstantibus quibuscumque.

16. *Ipso jure eandiu suspensus maneat.*) Id est, sublata pœna excommunicationis, De qua in *Clem. 1. in fine, de privileg.*

17. *Post 30. dies.*) Decretum Concil. Trid. irritans Matrimonia clandestinè contracta absque præsentia proprii Parochi, incipit habere robur post 30. dies a die publicationis ipsius Decreti in Parochia factæ, & post Kal. Maji 1564. juxta Bullam S. D. N. Pii V. tenet, sicque duplex tempus concurrere debet, unum post dictas Kal. Maji 1564. alterum post 30. dies a publicatione in loco, adeo ut si ante Kal. dictas facta fuisset publicatio, Decretum non obligasset Matrimonia contracta ante publicationem prædictam Decreti *de Ref. matrimonii* in Parochia contrahentium factam, ideo ante publicationem irrita non sunt, nec ut irrita declaranda.

18. *A die primæ publicationis.*) Hoc Decretum de Reform. Matrimonii, ad hoc ut robur suum acciplat, necesse est in Parochiis publicari, nec ejus publicatio in Diœcesana Synodo facta, æquipollet. Sit amen hæc verba, scilicet (*Quod sanctum Matrimonia præsentibus Parocho, & testibus, alioquin sint irrita.*) fuerint publicata in Parochia, sufficiunt, & æquipollent publicationi totius Decreti, quantum ad Matrimonii irritationem.

Qui contraxerunt in tertio vel quarto gradu, etiam post confirmationem Concilii, priusquam illis innotescerer confirmatio, possunt simpliciter dispensari, etiam in civitatibus, vel locis, ubi propter paupertatem civium, vel quando magna pars illorum inter se cognatione conjuncta est, solet dispensari. Causa vero dispensandi in spontalibus ante confirmationem Concilii sufficiens erat, si qui essent in gradu prohibito, vel fuisset conversatio cum sponsa, aut præcedens publicatio sponsalium. Sic Congregatio censuit. Infra *Sess. cap. 5. §. Placuit*, & Navarrus *Enchir. cap. 22. num. 87.* item infra *cap. 5. §. Qui contraxerunt sponsalia.*

Matrimonium contractum per verba de præsenti de Anno 1566. circa decimum vel

vel undecimum annum ætatis mulieris, in reliquis servata forma Concilii Tridentini subsequuta carnali copula, si ista mulier ex tunc simul cum viro cohabitavit per multos annos, an hodie post legitimam ætatem ipsius mulieris transeat in verum & validum Matrimonium eadem forma Concilii Trid. non adhibita? Congregatio Concilii censuit, non transire, nisi iterum coram Parocho proprio contrahatur per verba de præsenti juxta formam Concilii, si tempore advententis pubertatis mulieris ante copulam publicatum fuerat in Parochia contrahentium hoc Decretum Concilii, & elapsi erant 30. dies a prima publicatione. Sic autem sæpius respondit Sacra Congregatio in casu etiam, quo mulier habebat circiter 12. annos, & videbatur proxima pubertati, quæ cohabitavit quatuor annos cum viro, sed non se cognoverunt carnaliter, prætendebat enim mulierem esse ardam, cujus causa fuit dissolutum Matrimonium, deinde invenit, qui reseravit seras: vir quidem repetebat mulierem, per *cap. fraternitatis, de frig. & malef.* illa tamen noluit redire, sed opposuit nullitatem Matri nonii. Vide *supra hoc cap. 5. Sponsalia inter. &c.*

REMISSIONES.

a Vide Perez *l. 1. vers. Quæri etiam potest, tit. 1. lib. 5. Ordin. p. 27. cum seq.* Menoch. *Cons.* 398. Cæval. *Communium contra communes, quæst.* 640. Guttier. *de juram. confirm. p. 1. cap. 51. & lib. 3. Canonicar. de Matrim. cap. 55. cum seq.* Latissime Cened. *pract. & Canon. quæst. lib. 1. quæst. 30. per totum.* P. Henriquez *in summ. lib. 11. cap. 3.* P. Rebello *de obligat. justit. p. 2. quæst. 7. & lib. 4. in fine*, ubi plures factæ Cardinalium Congregationis decisiones refert circa singula hujus decreti verba. * Vide etiam Petr. Cened. *collect.* n. 58. Did. Spino. *in speculo testam. glossi. 15. a canon. cap. 73. dit. A.* Bobadilla *lib. 2. suæ Politicæ cap. 18. num.* 170. Pute. *decis.* 257. *lib. 3.* Honded. *cons.* 87. Pacian. *de probatio. lib. 2. cap. 16. num.* 62. Peregrin. *cons.* 81. *num.* 58. *vol.* 2. Cayall. etiam *in quæst.* 697. Guttier. *de Matrim. cap.* 40. & 45. Hupolin. *de irregularit. cap.* 44. § 1. *num.* 6. Ricci. *in prax. tor. resolut. c.* 291. & Franc. Hieron. Leon. *dec.* 55. *n.* 17. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 3. *tit. de Matrimonio resolutione* 1.

† *Libero contrahentium consensu.*) Quando Matrimonium ab initio fuit per nutum, & sic nulliter contractum, cessante meta an sit necessarium, quod de novo ex integro cum solemnitatibus a Concilio requisitis contrahatur? Affirmative decrevit Rota, de qua per Alex. Ludovis. *dec.* 395. adversus Thom. Sanchez *de Matrim. lib. 2. disputatione* 37. & late resolvit Guttier. *de Matrim. c.* 76.

* *Rata & vera esse Matrimonia.*) Vide *text. in cap. 2. & 3. de Clandest. desponsat. & lib. 2.* ubi Gregor. Lopez *tit. 3. parte* 4. D. Thom. in 4. *dist. 28. quæst. 1. art. 3.* & ibi Soto *art. 1. & 2.* Waldens. *de sacram. cap. 57.* Covar. 2. *p. de sponsal. cap. 6. n. 27.* Grammat. *cons. 168. num. 10.* Hier. Cævallos *d. quæst. 604. num. 30.* post Menoch. Renatum, Chopin. Paliot. Guttier. Matienc. Azeved. Victoti & alios Fatin. *decis. 8. n. 4. vol. 2. crimin.* Joan. Guttier. *l. 2. pract. quæst. in 4. num. 2.*

† *Quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit.*) Vide *lib. 1. tit. 3. part. 4.* Specul. *conjugior. 1. p. art. 10. in appendice fol. 1. col. 2.* Rotam novis. *decis. 273. num. 21.* in recollectis a Farinacio.

‡ *Quinque falso affirmarunt, matrimonia a filiifamilias sine consensu parentum contracta, irrita esse.*) Vide Cassan. in *Catalogo gloriæ mundi, p. 10. consid. 36.* Perez. *lib. 1. prope finem, vers. Constat etiam ex prædicto Concilio, p. 36. tit. 1. lib. 5. Ordin.* P. Rebello *d. lib. 2. quæst. 7. sect. 1.* Guttier. *Can. lib. 1. cap. 20. num. 1. & 2. & de matt. de Matrim. cap. 79. a principio.* * Vide etiam Cened. *d. Collect. 58. num. 5. & 7.* Cævall. *d. quæst. 604. num. 11.* Cod. Fabrian. *lib. 5. tit. de nuptiis, definit. 2.* Fontanella *de pactis nuptial. clausula 4. glossi. 2. ex num. 3.* Accatium Anton. de Ripoll. in *l. Titio centum, §. 1. ff. de condit. demonstr. num. 84. & seq.* Philipp. Paschalis *de patria potestate, 2. part. cap. 5. num. 16. & 19.* Grisenzonium *cons. 70. num. 3. & 23.*

¥ An validæ sint leges civiles & statuta, quibus prohibetur, ne filii aut filiæ absque parentum consensu Matrimonium ineant? Et an possint exhæredare filias sine consensu parentum nubentes? Vide Burgos de Paz. *cons. 20. num. 8.* Matienc. *lib. 2. glossi. 4. num. 49. tit. 1. lib. 5. nove Recop.* Menoch. *de Arbitr. casu 455. num. 8. & lib. 4. de Præsumpt. quæst. 189. num. 55. & cons. 69. 4 num. 22.* Francisc. Vivi. *Neapol. decis. 323. num. 3.* P. de Ledesma. *in summ. p. 1. de Sacram. Matrim. cap. 7. concl. 5. dub. unic.* Surdum *de aliment. tit. 1.*

9. 3. num. 17. Cævall. Comman. contra Comman. q. 5. num. 2. & q. 314. num. 3. Valdesi. in addit. ad Xnav. lib. 2. tit. de las casamientos, pag. mihi 50. Richard. in princ. Inst. de Nuptiis, num. 6. & 11. & in princ. Inst. de inutile. testam. num. 9. D. Mart. de jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 70. Baptista Costa de scientia & ignor. cent. 2. dist. 40. num. 71. & reg. 11. D. Barbos. in lib. 1. 8. 4. num. 27. 32. & 35. ff. soluto Matrim. Lufit. Ægid. in repet. l. Titia, 9. 3. num. 59. cum seqq. ff. de condit. & demonst. Dom. Garsi. Massril. Sicilia decis. 163. Bern. Graves ad pract. Camera Imp. lib. 2. concl. 95. D. Guttier. Canon. l. 2. cap. 20. num. 2. & l. 2. q. 11. & l. 3. de Matrim. cap. 80. a princ. & plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. ad Decretal. collect. 38. num. 7. & ex doctissimis Theologis Societatis JESU P. Henriquez in summa l. 11. cap. 6. 9. 1. lit. C. P. Azor. instit. Moral. p. 2. l. 2. cap. 2. col. 127. cum seqq. Molin. de Justit. tract. 2. disp. 176. vers. Dubium. P. Sanch. de Matrim. l. 3. disp. 47. num. 12. P. Rebello d. q. 2. lib. 2. quæst. 2. sect. fin. P. Ægid. de Sacram. tom. 2. disp. 28. num. 48. cum seq. P. Valer. Reginald. in praxi fori panit. l. 19. num. 15. vers. Quod vero attinet.

† Illa semper detestata est, atque prohibuit.) Vide text. in c. non omnis, & in c. honoranter, & in c. fin. 32. q. 2. in c. aliter, & in c. nostrates, 30. qu. 5. Concil. Toletan. 3. cap. 10. Menoch. de arbitr. casu 453. & cons. 199. num. 4. Hiet. Cævall. d. quæst. 604. num. 35. Azzed. in lib. 1. tit. 1. l. 5. nova Recopil. num. 4.

* Clandestinis conjugiis, &c.) Quibus modis Matrimonium dicatur clandestinum, late resolvunt Didac. Perez, Cuchar. Spino. & Martenzo in locis setatis a Cævall. d. q. 604. n. 36. & 46. & in q. 5. n. 8. necnon Jo. Guttier. prælt. 93. l. 2. q. 7. n. 28. in fine, & q. 9. 4. n. 13.

† Qui in statu damnationis, &c.) Citra hanc sententiam & plures alias hujus decisionis, vide Cephal. cons. 421. num. 4. 5. & 54. lib. 3. Bim. cons. 62. num. 35. lib. 1. Cened. d. Collect. 38. num. 9. ac etiam Salzed. Cuch. Menoch. Guttier. Bazzan. Matienz. Azeved. Motei. Sotum & Navar. in locis cit. a Cævall. d. q. 604. n. 39.

* Dum priore uxore, &c.) Vide Guttier. de juram. Confir. p. 1. c. 31. per totum.

† Præcipiti, ut in posterum, &c.) Vide Didac. Spino. d. gloss. 15. ex num. 26. & 70. Ledesm. de Matrim. art. 5. 9. 45. vers. est secundum dubium. Azzed. in lib. 1. tit. 1. l. 5. nova recopil. num. 34. & seq. & Perzir. Did. Perez. Vegam. & alios relatos a Cævall. d. q. 604. n. 40. & 41.

‡ A proprio contrahentium Parocho.) Quis dicatur proprius contrahentium Parochus, vide Menoch. de præsumpt. l. 6. quæst. 88. P. Henriquez l. 11. cap. 3. num. 3. Petr. de Ledesm. de Matrim. quæst. 45. art. 3. punctio 3. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 76. num. 18. Thom. Trevisan. Venet. dec. 23. l. 1. late Cened. pract. l. 1. quæst. 30. a num. 45. D. Guttier. dist. tract. de Matrim. cap. 63. num. 6. ubi resolvit, dici illum proprium Parochum Parochiæ, in qua contrahentes animum permanendi habent, non autem ad tempus, rediturí posea ad proprium domicilium, & c. 73. constatur habentem duplicem Parochum in qualibet posse Matrimonium unire. * Vide Navar. cons. 1. num. 1. de sponsal. lib. 4. 20 etiam Ledesm. Seguram, Franc. Marcum & Cuchum relatos a Cævallos d. quæst. 642. num. 42. & 54. usque ad 64. Ricc. in prax. Eccles. decis. 244. Paschal. de patria potestate 9. 2. cap. 3. ex num. 51. Peregrin. cons. 79. vol. 3.

7. *Quem vel quos elegerint.*) Congregatio censuit, si plures suscipiant, omnes contrahere cognationem, si non constat, quis prius tetigerit & plures sint electi vel nullus: si vero unus est electus, ille tantum contrahit. 2. Jul. 1596.

8. *Cognationem spiritualem nullo pacto contrahant.*) Idem dicendum, si assisterent animo contrahendi compaternitatem, non tamen tetigerunt. Idem dicendum de eo, qui levavit a Sacro fonte eum, qui domi ob imminens periculum fuit anæ vere baptizatus: quod si plures sunt designati, qui omnes baptizatum tenuerunt, omnes, qui fuerunt designati ad contrahendam compaternitatem, contraxerunt cognationem spiritualem, qui tetigerunt, punito tamen Parocho, *cap. ult. de cogn. spir. in 6.*

In Episcopatu Abulensi est consuetudo communiter, quod vulgariter dicta commater non tangat infantem, donec compater (postquam est infans baptizatus & insula super eum aqua baptismi) ponat infantem in manibus commatris. Itaque dicta commater non tangit baptizatum, donec (ut præfertur) baptizatus levatus est a fonte baptismali: dubitabatur ergo, an attentis præmissis, dicta commater contraheret cognationem spiritualem cum ipso infante, & illius parentibus, ex supra gestis, & assistentia in dicto actu, uti commater nominata, ad ipsum effectum, & ne desuper dubitari contingat, supplicabatur Sacræ Congregationi pro Declaratione difficultatis hujusmodi. Ipsa vero Congreg. Concil. censuit, mulierem, quæ assistit infanti, & jam non tetigit infantem, non contrahere cognationem spiritualem. 4. Dec. 1597.

Congreg. Concil. censuit, si tempore Matrimonii contracti inter N. & Martham, in ætate minus legitima, malitia ætatis defectum in Martha supplevisset ex eo utrimque non consummato ortum esse impedimentum publicæ honestatis justitiæ, quod fortius vinculum est, quam id quod provenit ex sponsalibus de futuro: quod si malitia ætatis defectum non supplevit, hujusmodi Matrimonium, si modo forma servata Concilii contractum fuit, resolvi in sponsalia de futuro, ex quibus etiam oritur vinculum publicæ honestatis justitiæ, licet debilius, quam illud, quod inducitur ex Matrimonio rato non consummato: itaque utroque casu, ut N. cum sorore Marthæ matrimonium contrahere legitime queat, opus esse Apostolica dispensatione.

Congregatio Concilii censuit, sponsalia per verba de futuro contrahi posse, quandocunque ante contractum matrimonium, per verba de præsenti mutuo contrahentium consensu dissolvi, atque ubi sic dissoluta fuerint, nullum hodie inducere impedimentum. 12. Maji, 1601.

REMISSIONES.

a Vide Galleg. in *speciali tract. de Cognatione spirituali*. Covar. *de Sponsalib. p. 2. cap. 6. §. 4.* Navar. in *Man. cap. 12. num. 37. & num. 140.* Fr. Ludov. Bejam *responsa, casu cons. p. 1. casu 16.* Fr. Emman. in *summ. tom. 1. cap. 226.* P. Sanch. *de Matrim. l. 7. disp. 54.* P. Henriq. in *sum. l. 12. cap. 11.* P. Rebel. *de Oblig. just. p. 2. l. 3. quæst. 6.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. l. 31. n. 148. cum seqq.* P. Ægid. *de Sacr. & Cens. tom. 2. disp. 32. 4 num. 22. cum multis seqq.* Petr. de Ledesm. in *summ. p. 1. tract. de Baptismo c. 13. & de Sacr. Matrim. cap. 17.* novissime D. Guttier. *tract. de Matr. cap. 100.* Aloys. Ricci. in *collect. decis. p. 4. collect. 1224.* * Vide etiam Nav. *cons. 53. tit. de Sponsal.* Matienzum in *l. 5. novæ recop. tit. 1. gl. 1. rubrica ex n. 67.* & Hier. Cavallos in *suis tract. quæst. commun. quæst. 271.*

Utrum, qui suscipit aliquem de sacro fonte, teneatur ad ejus instructionem? Vide Sanch. *verb. Baptismus, num. 17.* P. Ægid. *de Sacram. tom. 1. quæst. 67. art. 8.* qui resolvunt, quod nati inter Christianos communiter satis instruuntur a parentibus, vel præceptoribus, & susceptores ab hac cura excusantur: secus, si nati sint inter infideles.

β An cognatio spiritualis a viro contracta, eo quod aliquem tenuerit in Baptismo, vel Confirmatione transfundatur ad uxorem, vel e contra? Negant Tolet. in *sum. l. 7. cap. 4. num. 5.* Matienz. in *Rub. tit. 1. gloss. 1.*

UNIVERSIDAD PONTIFICIA DE SALAMANCA
DIRECCIÓN DE BIBLIOTECAS

glos. 1. num. 168. lib. 4. novæ recop. Petr. Ledesm. *de Matr. quæst. 56. art. 3. vers. Conclusio sit, & d. cap. 17. concl. 6. dub. 3.* P. Soar. *p. 3. q. 67. art. 2. vers. Secundo explicas*, Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 226. num. 1. notab. 2. in 2. edit.* P. Sanch. *l. 7. disp. 54. num. 11.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l. 31. num. 149.* P. Ægid. *de Sac. & Cens. tom. 2. disp. 32. num. 24. vers. Inter fœminam.*

7 An hæc cognatio contrahatur inter ipsosmet patrinos, veluti si vir & fœmina sint simul patrini, an impediantur inter se jungi? Negant Ludov. Lopez *in instructor. conscient. p. 2. cap. 51. de Matrim. col. 2.* Veg. *tom. 1. sum. cap. 53. casu 40.* Galleg. *de Cogn. Spir. cap. 9. num. 8.* P. Sanch. *lib. 7. disp. 54. num. 12.* Fr. Emman. & P. Soar. ubi proxime.

8 An per procuratorem, vel Nuntium specialiter destinatum contrahi possit hæc Cognatio? Negant Covar. *de Sponsi. p. 2. cap. 6. §. 4. num. 6.* P. Henriq. *l. 12. cap. 11. num. 4.* P. Sanch. *lib. 7. disp. 59. n. 4.* P. Rebello *d. l. 3. q. 6. num. 12.* P. Valer. Reginald. *l. 31. num. 158. Candel. aur. p. 1. de Matrimon. num. 160.* Affirmant Saa in *Aphorismis, verbo Matrimonium, tit. de Imped. Matrim. n. 39.* P. Ægid. *d. disp. 32. num. 40.*

9 *Sive vir sive mulier.*) An religiosi in utroque Sacramento possint esse susceptores? Negat, quia prohibetur in *cap. non licet, de consec. dist. 4.* P. Rebello *d. q. 6. num. 10.* ubi id declarat, modo qui confirmatur, non sit etiam Religiosus, de quo etiam P. Valer. Regin. *d. lib. 31. num. 157. vers. Quæria*, resolventes esse veros patrinos, si quem in Baptismo, aut Confirmat. suscipiant.

10 An non baptizatus in Baptismo, & non confirmatus in Confirmatione patrinus esse possit? Negant P. Rebel. *d. q. 6. num. 6.* P. Ægid. *d. q. 32. n. 23.* Petr. Ledesm. *de cap. 17. concl. 7.* P. Valer. Regin. *d. lib. 31. num. 157.* ubi etiam resolvit hæreticum, quia insignitum charactere Baptismali, posse esse verum patrinum.

11 An si Petrus suscipiat filium Paulæ adhuc infidelis, & hæc postea baptizetur, possint valide contrahere? Negant Sylvest. *verbo, Matrim. 8. quæst. 7. dist. 12.* Angel. & Rosell. quos refert, & sequitur P. Ægid. *d. quæst. 32. num. 27.* Petr. de Ledesm. *concl. 7. dub. 1.*

12 An infans possit esse susceptor? Negat Sayr. *dec. 1. de Cognat. spirit.* ubi secus dicit in doli capace. Petr. Ledesm. *d. concl. 7. dub. 3.* An patrinus debeat esse major baptizato? Negant Sayr. *dicis. 4. eodem tit.* Petr. Ledesm. *d. concl. 7. dub. 2.* Affirmat Aloys. Ricci. *dict. coll. 1224. in fin.*

13 *Vel ad summum unus & una.*) Vide Bald. *dec. 99.* Quod si plures parzini admittantur, an omnes contrahant cognationem? Affirmat Sayr. *dec. 4. de Cognat. spir.* An Episcopus possit dispensare ut sint duo viri loco viri & mulieris, vel e contra? Negant Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo, Baptism. §. 4.* P. Sanch. *lib. 7. disp. 57. num. 7.* P. Rebello *de oblig. just. p. 2. in appendice ad lib. 4. n. 89.* V. Valer. Reginald. *d. lib. 31. n. 154.*

14 *De Baptismo.*) Utrum hanc Cognationem contrahat, qui alium suscipit in Baptismo non solemni? Affirmat post Navar. Sa & Candel. Ægid. *d. disp. 12. num. 39. concl. 5.* ubi declarat, si id faciat, ut munus susceptoris obeat, secus si id solum faceret ut puer commodius posset baptizari. Vide P. Sanchez *lib. 7. disp. 57. num. 12.* Guttier. *d. tract. de Matrim. cap. 100. num. 7.*

15 An cum infans urgente necessitate domi baptizatur sine cæremoniis, & postea in templo eædem cæremoniæ adhibentur, illic contrahatur Cognatio a suscipiente, non autem hic? Affirmant illic contrahi, ubi scilicet confertur Sacramentum, non autem hic, ubi solummodo confertur Sacramentale. Navar. in *Man. cap. 22. n. 40.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 31. num. 154. vers. Secundum.*

16 *Baptizatique patrem ac matrem.*) An debeant esse carnales sive legitimi, sive illegitimi? Affirm. Galleg. *de Cogn. spirit. cap. 7. num. 12.* P. Sanch. *lib. 7. disp. 54. num. 16.* P. Valer. Regin. *d. lib. 31. num. 150. vers. Cæterum.*

17 *Parochus antequam ad Baptismum, &c.*) Vide Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, Baptismum §. 7.*

18 *Vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat.*) Utrum si Parochus ex his, quos parentes designarunt, unum solum admittat, amboque nihilominus infantem suscipiant, contrahat repulsus a Parocho Cognationem? Affirm. P. Valer. Regin. *in praxi fori pœn. lib. 31. n. 155.*

19 Si Parochus non admittat designatum a parentibus baptizandi, & alium casu in Ecclesiam ingredientem vocaverit, ut baptizatum puerum susciperet, ac tangeret, an cum eo contrahatur spiritualis Cognatio? Affirmant Fr. Ludov. Deja *p. 2. casuum*

casuum conscientia, casu 4. vers. Alterum, ubi 2 princip. prædicti casus probat Parochum in hoc eventu peccare mortaliter.

20 *Et in libro eorum nomina describat, &c.*) Si in libro curati sint descripti duo compatres, vel commatres, non cernendo quis eorum sit vester compater, an ratione incertitudinis prohibeantur sine dispensatione Matrimonium contrahere inter se? Affirmat Steph. Grat. *discept. forens. cap. 30. n. 9.*

21 *Quod si alii ultra designatos, &c.*) Quid si nulli patrini designentur, an omnes suscipientes contrahant Cognationem? Negant Galleg. *de Cognat. spirit. c. 12. a n. 9.* Veg. *tom. 1. sum. cap. 53. casu 40. in fine.* Fr. Emman. *tom. 1. summ. cap. 227. num. 1. notab. 3. in 2. edit.* P. Soar. *p. 3. quæst. 67. art. 8. ad fin.* Pat. Sanch. *lib. 3. disp. 57. num. 12.* Affirmant dicentes in hoc non corrigi *cap. fin. de Cognat. spirit. in 6. pet vers. in præsenti.* Navar. in *Manual. c. 22. num. 39.* Jacob. de Graffis *p. 1. lib. 2. c. 85. num. 4.* Petr. de Ledesm. *de Matr. quæst. 56. art. 3. vers. Est aliud dubium annexum, & in summ. p. 1. de Sacram. Matrim. cap. 27. concl. 6. dub. 2.* Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 11.* Vivald. *in Candelab. aurei tit. de Sacram. p. 2.* ubi de Baptismo *num. 70.* Emman. Saa in *summa verbo, Matrimonium, tit. de imped. dirim. num. 5. vers. Cognatio spiritualis.* P. Ægid. *de Sacrament. & censur. tom. 2. disp. 32. num. 37.* Pat. Henriquez *lib. 2. cap. 11. §. 3.* Pat. Rebello *de oblig. justit. p. 2. lib. 3. quæst. 6. num. 3. & in Appendice ad lib. 4. num. 95.* P. Valer. Reginald. *d. l. 31. n. 150. vers. Secundum*, qui duo posteriores afferunt sacræ Congreg. Cardinales in hac verba respondisse: Cum plures suscipiunt, omnes contrahunt Cognationem, si plures sint electi, vel nullus, sin unus sit electus, ille tantum contrahit.

22 *Tenerint.*) An tactus sit de substantia ita, ut eo deficiente compatrenitas non contrahatur? Affirmant Caputag. *decis. 246. p. 3.* Verall. *dec. 146. p. 1.*

23 *Si Parochi culpa, vel negligentia, &c.*) Utrum Parochus peccet mortaliter, si ejus culpa plures adhibiti, aut designati sint? Affirmat Pat. Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 1. q. 67. art. 2. n. 89.* Negat P. Sanch. *lib. 7. disp. 57. n. 8.*

24 *Ac renentem non egrediatur.*) An unus tantum, vel una, in Confirmatione debeat esse susceptor? Affirmat P. Rebello *dict. quæst. 6. num. 6.* Negant resolventes etiam omnia supradicta petinde procedere in Con-

Conc. Trid. cum Gall.

firmatione, ac in Baptismo. P. Sanchez *lib. 7. disp. 57. num. 9.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 31. n. 152.*

25 *Omnibus inter alias personas hujus spiritualis Cognationis impedimentis omnino sublatis.*) An per hæc verba censeatur sublatus Catechismus, seu Cognatio quædam spiritualis nata, ex Catechizatione Baptizati? Affirmant Pat. Sanchez *lib. 7. disp. 10.* Pat. Valer. Reginald. *dict. l. 31. num. 90.* P. Rebello *d. p. 2. lib. 3. quæst. 18. num. 20. cum seqq.* Vide Petr. de Ledesm. *dict. cap. 17. concl. 5. dub. 1. & concl. 6. dub. 4.* Guttier. *d. tract. de Matrim. cap. 84. per totam.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub disursu 27. & 30. Card. de Luca.*

CAPUT III.

Publicæ honestatis impedimentum certis limitibus coercetur.

α * β &c. 1. JUstitiæ publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia 2. quacumque ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit; ϑ ι † &c. ubi autem valida fuerint, 3. primum gradum non excedant, quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest hujusmodi prohibitio absque dispendio observari.

DECLARATIONES.

1 *Justitiæ publicæ honestatis.*) Hoc impedimentum nec illigitur tantum in sponsalibus de futuro, secus si Matrimonium fuisset contractum per verba de præsenti; ut declaravit Pius V. in quadam Bulla. Dispositio etiam hujus Decreti retrotrahitur, prout supra in præcedenti Decreto de cognat. spir. dictum fuit. Ita declaravit Sanctissimus Dominus noster Gregor. XIII.

2 *Non sponsalia.*) Scilicet per verba de futuro, non autem de præsenti. Ita esse intelligendum declaravit Pius V. in quadam Bulla sub data Kalend. Jun. 1568. dispositio etiam hujus decreti retrotrahitur, prout supra in præcedenti Decreto de cognatione spirituali dictum fuit. Ita declaravit Greg. XIII. ex voto Congregationis.

2. *Quacumque ratione validâ non firmat.*) Si Sponsalia solvantur de consensu, Congregatio censuit esse valida.

Præsupposita declaratione per constitutionem Pii V. super hoc decreto consuli Congregatio, oriri impedimentum justitiæ publicæ honestatis ex sponsalibus per verba de præsenti etiam nulliter contractis, omissa forma Decreti Concil. Trident. *cap. 1. hujus sess.*

Sponsalia de præsenti, ante utatem etiam unius secuta carnali copula, non transire in Matrimonium.

3. *Primum gradum.*) Faculatæ hujus Decreti gaudent etiam illi, qui ante Concilium contraxerunt in secundo gradu, nam inter illos nulla affinitas præsupponitur.

In justitia publicæ honestatis & affinitate ex fornicatione attendatur remotior gradus.

Ex sponsalibus contractis per hæc verba, *promitto te ducere in uxorem, si facies dramaticalitus non apparebit aliquod impedimentum*, non oritur impedimentum publicæ honestatis.

Ex matrimonio contracto per verba de præsenti etiam non consummato, oritur affinitas vel impedimentum justitiæ publicæ honestatis eliqua formas & majus vinculum, quam impedimentum justitiæ publicæ honestatis ex sponsalibus de futuro.

Item Congregatio censuit, ex Matrimonio per verba de præsenti, copula non secuta, non oriri affinitatem, remanet tamen impedimentum hoc ulteriorisgradus ex Declaratione Pii V. sub datum Kalend. Julii 1568. & ita fuit Decretum per Congregationem 17. Aprilis 1586. & de ordine Sanctissimi: præter Cardinales interfuerunt omnes Priores ordinum & tres Reverendissimi.

An ex Matrimonio contracto per verba de præsenti non consummato oriatur affinitas, vel impedimentum justitiæ publicæ honestatis?

Congregatio respondit, non esse impedimentum affinitatis, sed impedimentum justitiæ publicæ honestatis, & fortius & majus vinculum, quam impedimentum justitiæ publicæ honestatis ex sponsalibus de futuro, & hoc Concilii Decretum non loquitur de hoc impedimento, sed de illo tantum ex sponsalibus de futuro, ex quibus gradus illius impedimenti colligunt non intelligi ad primum gradum seductos, sed tantum illos, qui contrahunt ex sponsalibus de futuro, ut per bullam felicis recordat. Pii V. in 2 datum Romæ.

REMISSIONES.

a Vide Emman. *sum. 3. summ. cap. 21. num. 4. in 2. edit. Vico. tom. 2. sum. cap. 14. casu 16.* Petr. de Ledesm. *de Matrim. quæst. 53. art. 4. dub. 1. & in summ. p. 2. de Sacram. Matrim. cap. 13. concl. 9. cum seqq. & cap. 16. per totum.* P. Henriq. in *summ. l. 12. cap. 10. §. 2.* P. Rebello *de Obligat. justit. p. 2. l. 3. quæst. 14. & in hc lib. 4. in Appendice num. 97. cum seqq.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 31. cap. 11. num. 126. cum seqq.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 32. num. 52. cum sequentibus.* P. Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 68. num. 10. cum seqq.* novissime D. Guttier. *tract. de Matrim. cap. 105.*

* Vide etiam Azevedi. in *l. 7. tit. 20. lib. 8. novæ recopilat. num. 12. 13. & 29.* Salzed. ad *Bern. Diaz. in prax. canon. cap. 53. lit. B.* Vincen. Gitlenzon. *cons. 30. num. 2. & 8.*

β Extat super hunc *text.* peculiaris declaratio Pii V. in Motu proprio, qui incipit, *Ad Romanum spectat*, edito anno 1568. ibi, Auctoritate Apostol. tenore præsentium declaramus, & definimus Decretum Concilii hujusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in Matrimonio, sic (ut præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de jure vetiti ante prædictum Decretum Concil. introductum erat, refert Navar. in *Man. cap. 22. num. 47.* P. Henriq. *d. cap. 10. §. 2.* Valent. *p. 4. disput. 10. quæst. 5. punct. 3.* P. Sanch. *lib. 7. disput. 17. num. 5.* P. Rebello *de Oblig. just. p. 2. lib. 4. in Append. num. 98.* P. Valer. Reginald. *d. lib. 31. num. 126.* P. Ægid. *d. tom. 2. disp. 32. dub. 5. num. 70. concl. 3.*

γ Sacra Cardinalium Congregatio censuit, ex Matrimonio per verba de præsenti copula non sequuta, non oriri affinitatem, remanere tamen impedimentum hoc ulteriorisgradus, refert P. Rebello *de Append. n. 106.* & Guttier. *d. cap. 103. num. 24.*

δ *Usi autem validæ fuerint.*) Vide Pat. Rebello. *d. quæst. 14. num. 1.* P. Ægid. *disp. 32. num. 61.* ubi resolvit ex sponsalibus, aut Matrimoniis metu aut errore personæ, aut deliberate, aut a destituto sufficienti ratione contractis, ideoque invalidis, nullum

nullum nasci impedimentum: & idem extendit ad sponsalia aut Matrimonia cum incerta contracta, quia deficit legitimus consensus, qui debet in certam personam ferri, & P. Valer. Regin. *d. l. 31. num. 127.* Guttier. *d. cap. 103. num. 18.* † Trevisan. in *decis. 9. num. 5. lib. 1.*

ε An hoc impedimentum oriatur ex sponsalibus conditionariis ante adventum conditionis? Negant ob defectum consensus, qui suspenditur usque ad eundem adventum. P. Sanch. *l. 7. disp. 69.* P. Valer. Regin. *d. lib. 31. num. 120.* P. Ægid. *disput. 32. n. 61.* Petr. de Ledesm. *d. q. 13. concl. 3. dub. 2. in fine,* Guttier. *d. cap. 103. n. 19.*

ζ An oriatur ex sponsalibus contractis a parentibus nomine filiorum, sine consensu illorum? Negant P. Sanch. *lib. 7. disp. 62. n. 18. 19.* P. Valer. Regin. *d. lib. 31. num. 129. vers. Advertе quinto*, ubi secus resolvendum put, si iidem filii consenserint, sive expresse sive tacite, ut si parentes fuerint, nec cum jam essent doli capaces, contradixerint, vide Petr. de Ledesm. *d. cap. 16. concl. 3. dub. 2.*

* An oriatur ex omnibus sponsalibus quacunque ratione irritis, quamdiu ipsa publica sunt & nullitas occulta? Affirmant Navar. in *Man. c. 22. n. 57.* P. Ægid. *d. disp. 32. n. 69.* P. Valer. Regin. *d. lib. 32. n. 127. ubi num. 70. vers. Excipe*, resolvit, matrimonium clandestinum, cum habeat rationem sponsalium, inducere eadem modo impedimentum, atque alia sponsalia.

Vide Annotationes ad hoc *Caput in appendice sub Disjuncta 5. & 27. Card. de Lucа.*

CAPUT IV.

Affinitas ex fornicatione ad secundum gradum restringitur.

α * & &c. PRæterea (*a*) sancta Synodus, eisdem, & aliis gravissimis de causis adducta, impedimentum, quod 1. propter affinitatem & ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium, postea factum dirimit; ad eos tantum, 2. qui in primo & secundo gradu conjunguntur, restringit: 3. s in ulterioribus vero gradibus statuit, hujusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.

DECLARATIONES.

Dispositio hujus Decreti etiam retrotrahitur, prout supra in præcedentibus Decretis, *cap. 2. & 3. de exgnat. spirit. & justitia publicæ honestatis* dictum fuit, & ita etiam declaravit S. D. N. Gregor. XIII. devote hoc *cap.* intelligendum esse.

1. *Propter affinitatem ex fornicatione.*) Qui suspicatus est etiam leviter se fornicatum fuisse, & carnalem habuisse commixtionem cum muliere, cujus sororem postea duxit in uxorem, indiget dispensatione, & filii, quos ex tali Matrimonio procreavit, illegitimi sunt.

Congregatio Concilii censuit, affinitatem supervenientem etiam per illicitum coitum dissolvere sponsalia, quæ fuerint contracta de futuro, & peracta pœnitentia, vel parte illius posse incestuosum ab Episcopo dispensari, ut cum alio contrahat. Anglonensis 26. Aug. 1593.

2. *Primo & secundo gradu.*) In primo, & secundo gradu transversali dispensatur ex causis ordinariis; in descendentibus, nonnisi ex magna causa.

3. *In ulterioribus vero.*) Impedimentum illud, quod propter fornicationem contractum Matrimonium dirimit, habet etiam locum & comprehendit sponsalia per verba de futuro contracta, ut censuit Congregatio. Capuaquat. 16. Decemb. 1593.

Congregatio Concilii censuit, scribendum Episcopo, potuisse Joannem Antonium Oratorem mortua ejus prima uxore, accipere in uxorem Joannam, sicut fuerit uxor Angeli, qui tertio aut quarto consanguinitatis gradu conjunctus erat cum Hieronyma uxore Oratoris, cum tantum affinitatis genus fulstatum fuerit, ideo declarandum impedimentum hujusmodi hodie non obstare.

Congregatio Concilii censuit, affinitatem ex illicita copula provenientem restringi ad secundum gradum decret. Concilii *cap. 4. Sess. 24. de Reformat. Matrimon.* 19. Dec. 1598.

Congregatio Concilii censuit, ad dirimendum, an subsit impedimentum affinitatis provenientis ex fornicatione, attendendum esse gradum remotiorem; ideoque quemadmodum inter eos, qui tertio gradu affinitatis ex fornicatione procedentis conjunguntur Matrimonio post Concilium, quod hujusmodi impedimentum ad primum & secundum gradum restrinxit, licite contrahitur, ita etiam contrahi potest 31. Martii 1597.

inter eos, qui simul secundo & tertio gradibus, hujusmodi affinitatis ex fornicatione inductæ conjunguntur ; item censuit omissionem a denuntiatione non reddere Matrimonium nullum.

In Matrimonio contracto inter hæreticum & Catholicam & e converso, qui essent aliquo gradu cognationis vel affinitatis conjuncti, quamvis pro istorum parte suppliaretur, qui tamen etiam legitimo impedimento cessante Catholicus cum hæretico contrahere non potest, liret contractum valeat juxta glossam communiter receptam in *cap. cum oportet 28. quæst. 1.* nullo modo videtur dispensandum, ne hujusmodi existialibus Matrimoniis fides Apostolica auferatur, quia pontes partes Ordinarii sunt, talia matrimonia irrita & nulla declarare, & Catholicis matrimonia contrahendi legitimam cum Catholicis licentiam & favorem impertire, invocato auxilio brachii secularis.

An ex clausula illa, ex quavis matrimoniali dispensatione apponi solita, videlicet dummodo propter hoc mulier rapta non fuerit, possit Ordinarius denegare executionem Matrimonii, si rapta tamen a raptore separata non fuerit, & in loco tuto & libero constituta raptorem habere in virum consentiat, prout requiritur Decreto Concilii.

Congregatio censuit dispensationem esse subreptitiam, ideo Episcopum debere executionem Matrimonii denegare.

An Ordinarius possit denegare executionem obtentæ dispensationis, donec raptor decenter judicis arbitrio reipsa raptam dotavit, juxta decretum præfatum ? Congregatio Concilii censuit Episcopum executionem legitimæ dispensationis denegare posse, donec raptor effectualiter raptam decenter dotaverit juxta præsens Decretum Concilii.

S. D. N. Gregor. XIII. ex sententia Congregationis dixit per hoc Decretum subtilium censeri impedimentum quoque superveniens affinitatis post contractum Matrimonium, quia si impedimentum dirimens sublatum est, quod majus est, ergo & illud quod solum impedit, ne is, per quem contracta est affinitas, sine peccato possit exigere debitum, quod minus est ; præterea Concilium sustulit tertium & quartum.

REMISSIONES.

a Vide Perez. *lib. 2. Ordin. p. mihi* 313. Guttier. *Canon. lib. 1. cap. 15. num. 33. & quæst. 23. Veg. tom. 1. sum. cap. 34. resp. 32.* Fr. Emman. in *sum. tom. 1. cap. 228. num. 4. in 2. edit. & quæst. Regular. tom. 1. qu. 2. 63. art. 1.* P. Henriq. in *sum. lib. 12. cap. 10. §. 12.* Sayr. in *Clavi regia, lib. 8. cap. 4. num. 6.* P. Sanch. de *Matr. lib. 7. disp. 67. n. 4. cum seqq.* Petr. de Ledesm. de *Matr. quæst. 53. art. 3. dub. fin. & in sum. p. 1. de Sacr. Matr. cap. 139.* P. Ægid. de Coninck de *Sacr. & censur. tract. 2. disp. 32. a num. 41.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib. 31. num. 147.* plures ex antiquioribus refert Cened. ad *Decret. coll. 19. num. 4.* novissime Guttier. *tract. de Matrim. cap. 99.* * Vide etiam *instructor. conscientiæ p. 1. cap. 297. coll. 11.* Veracruz in *appendice ad Speculo conjugi. fol. 170.* Salazed. ad *Bern. Diaz. pract. canon. cap. 84. lit. D.*

b An affinitas jure naturæ sequatur ex copula fornicaria ? Affirmant P. Rebello de *Oblig. just. part. 2. lib. 3. quæst. 15. num. 9.* P. Sanch. *lib. 7. disp. 75. num. 8.* P. Ægid. *d. disp. 32. n. 49.*

c An affinitas ex matrimonio orta sit subtracta per Concil. in præsenti ? Negant resolventes hodie etiam dirimere matrimonium usque ad quartum gradum, licet statutum erat in *cap. Non debet in Consang. & affinit.* Vivald. in *Candelab. aureo, tit. de Sacram. p. 1.* ubi de *Matr. cap. 295. Navar. in Manual. cap. 22. num. 43.* Philarc. de *Sacr. dot. tom. 1. p. 2. n. 2. cap. 12. vers. Consanguinitatis.* Lara in *§. si quis a liberis, in princ. num. 90. & de liberis agnosc.* Emman. Sa in *summ. verb. matrimonium, tit. de imped. dirim. num. 13.* Perez. *lib. 5. col. 5. tit. 15. lib. 8. Ordin.* Llamas *p. 3. methodi extrav. cap. 8. §. 19.* Tolet. in *summ. lib. 7. cap. 1. n. 4.* Azeved. *lib. 4. num. 9. tit. 21. lib. 8. novæ Recopil.* Barthol. Ledesm. de *Matr. dub. 41. concl. 1.* Valent. *p. 4. disp. 10. quæst. 5. puncto 3.* Fr. Emman. *tom. 1. sum. cap. 228. num. 4. in 2. edit.* P. Henriq. *lib. 12. cap. 10. n. 1. lit. H.* Petr. de Ledesm. de *Matrim. quæst. 53. art. 6. paulo post princip.* P. Rebello d. q. 1. 5. n. 6. D. Guttier. *d. tr. de Matr. cap. 99. n. 14.*

d Ex fornicatione.) An ex omni copula illicita ? Affirmant P. Sanch. *lib. 7. disp. 67. n. 7.* P. Valer. Regin. *d. lib. 31. n. 147.* Petr. de Ledesm. *d. cap. 5. concl. 6.*

* *In ulterioribus vero gradibus, &c.*) Vide motum proprium Pii V. editum anno 1566. incip. *Ad Romanum* ibi. Declaramus, & auctoritate Apostolica decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quominus in ulterioribus gradibus hujusmodi libere

libere & licite matrimonium contrahi possit, refert P. Sanch. *lib. 7. disp. 67. num. 4.* & novissime D. Gutt. *d. tr. de Matr. cap. 60. n. 13.*

† An copula fornicaria habita cum consanguinei alterius conjugis in 3. vel 4. gradu, impediat hodie debiti exactionem a propria uxore vel viro ? Negant Gutt. *de Matrim. cap. 90. num. 16.* & Fr. Basilius *de impediment. Matrimonii, cap. 38. cap. 1. fol. mihi 564. edit. 2.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 27. Card. de Luca.*

CAPUT V.

Ne quis intra gradus prohibitos contrahat, qua ratione in illis dispensandum.

a c. fin. §. 1. & §. * SI quis intra (*a*) gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, 2. & spe dispensationis consequendæ careat : idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. 3. ‡ Quod si ignoranter id fecerit, si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit ; eisdem subjiciantur pœnis ; non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, (*b*) cujus salubria præcepta temere contempsit. 4. Si vero solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur ; cujus ille 5. probabilem ignorantiam habuit ; 6 tunc facilius cum eo, † & gratis dispensari poterit. 6. In contrahendis matrimoniis, vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro : 7. ‡ & &c. idque ex causa, & gratis concedatur. 8. ‡ ¶ In secundo gradu nunquam dispensetur, † nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

genti, de clandest. disp. sem. nica de cons. & affin.

6 c. fin. de immun. Eccles. c. quia frustra de cens.

DECLARATIONES.

1 *Si quis intra, &c.*) Intra gradus prohibitos, qui se cognoverunt carnaliter, sine tractatu & conditione matrimonii, post-

Conc. Trid. cum Gall.

ea volentes matrimonium contrahere, & petentes secum dispensari in aliquo impedimento & tacentes se carnaliter cognovisse ; si obtineant ex aliqua causa non probata, dispensationem, potest ea dici subreptitia, & sic nullam obtinuisse dispensationem, eo quod non narraverint cognitionem carnalem.

2. *Spe dispensationis.*) Quando scilicet impedimentum provenit ex consanguinitate & affinitate, non autem ex impedimento Justitiæ publicæ honestatis, ad quod prohibitio hæc non se extendit. *Inf. hoc cap. §. In secundo.*

Sic etiam indigent nova dispensatione, qui obtinuerunt literas, & eis non præsentatis, vel (quia per nuntium intellexerunt dispensationem fuisse obtentam, vel suppli cationem datam) contraverunt, & se carnaliter cognoverunt.

3. *Quod si ignoranter.*) Pro petitione eorum, qui contractis sponsalibus, tam post publicatam confirmationem Concilii, quam denuntiandi necessitatem in matrimonio, non servata denuntiatione in postulatione dispensationis, non expressoruntt, ut ipsi dicunt, errore agentium ante Concilii Tridentini confirmationem esse facta sponsalia, non conceditur dispensatio.

4. *Si vero solemnitatibus.*) Illis, qui ignorantes gradum post Kalend. Maji 1564. contraxerunt, petentibus dispensationem in locis, ubi non esset publicatum Decretum de clandestinis Matrimoniis, censuerunt eam dandam esse gratis : hoc habet locum in compositionibus, non in mercede, quæ solvitur ob expeditionem bullarum.

5. *Probabilem ignorantiam.*) Non debent concedi dispensationes Matrimoniales sub prætexiu ignorantiæ decretorum Concilii, si hæc ignorantia fuerit post Kal. Maji Ann. 1566. in supplicationibus autem non exprimantur Kal. Maji, sed sufficit, si colligatur ex narratione facti.

Placuit quoad tertium tantum gradum dispensari cum iis, qui ignorantes gradum, non clandestine post Concilii confirmationem contraxerunt, dum tamen eorum ignorantia probabilis fuerit. Item pro iis, qui ignorantes contraxerunt in tertio aut quarto, si postmodum factis aliis proclamationibus juxta Concil. Trident. habetur notitia impedimenti. Pro iis etiam, qui in tertio aut quarto gradu propter angustiam loci, aut eo, quod non inveniuntur paris conditionis, sicut & pro eo,

qui vult ducere in uxorem sibi attinentem pauperem, constituendo illi dotem, ut etiam pro sedandis litibus aut discordiis componendis contrahere velint, vitæ fuerunt legitimæ causæ ad dispensandum de contrahendo, dummodo gratis prorsus. At in tertio naturius procedatur. *Supra hujus Sess. c. 1. §. qui contraxerunt.*

Idem servandum est, quod in casibus supradictis, in iis videlicet matrimoniis per verba de futuro publicatis, præsedentibus aut subsequutis oculis, aut per fidei vel munerum datorum, quæ in nonnullis Provinciis vim habent matrimonia contracti per verba de præsenti, dummodo hujusmodi sponsalia contracta sint ante confirmationem Concilii, & fuerint proclamata interventionibus aliquibus supradictis actibus. Etsi etiam de tertio gradu agatur, placuit, quod possint accipi componendæ: sed non possint cogi ipsi, qui contraxerunt, ad petendam dispensationem, etiamsi Matrimonium esset consummatum, si nollent petere, & ambo vellent resilire, vel alter saltem eorum.

6. *In contrahendis Matrimoniis.*) Cum dubitatur, an contrahentes sint in quarto vel quinto gradibus prohibitis, arbitrio Ordinarii hoc relinquitur, ut credat illis testibus & probationibus, quæ ei magis probare videbuntur. Congregatio idem censuit in sponsalibus esse observandum.

7. *Idque ex causa.*) Causa est legitima, si dos non esset competens, in quarto tamen gradu.

S. D. N. ex una sententia Congregationis respondit, dispensationem subrepticiè obtentam non videri, cum in simplici libello dictum fuerit de loci angustia, si modo verum est oratores, in eo loco, ubi contrahendum est Matrimonium, viros sibi non consanguineos paris conditionis, quibus nubant, invenire non posse.

Cardinales Congregationis Concilii Tridentini habent facultatem a Papa declarandi, quæ sunt causæ dispensationis Matrimonialis, & quo sensu sunt illæ accipiendæ. Causa vero dotis non sufficientis est justa, ut cum aliquo in quarto consanguinitatis gradu dispensari possit pro cujus verificatione sufficit, si in eo loco, in quo mulier habitat, ipsa diligentiam adhibeat in perquirendo virum patrem, a quo eam tali dote in Matrimonium ducatur, neque tamen inveniat, qui eam habere velit.

Qui contraxerunt in secundo aut tertio gradu etiam post confirmationem Concilii, antequam tamen illius confirmatio innotesceret, potuerunt simpliciter dispensari. *Sup. hoc cap. §. Placuit quoad.*

Qui contraxerunt sponsalia ante Concilii confirmationem, cum essent in gradu prohibito, & postea volunt contrahere Matrimonium, non possunt absque causa dispensari, Causa idonea videtur, si conversatio cum sponsa, aut publicatio sponsalium præcesserunt, aut quid simile, præter alias causas a jure receptas. Vicarius Episcopi nihil prorsus potest accipere sive pro laboribus in instruendo processu, sive pro Decreto super dispensationibus Matrimonialibus habitis a Sede Sancta Apostolica. *Sup. hujus Sess. cap. 1. §. Qui contraxerunt in tertio.*

8. *In secundo gradu nunquam dispensetur.*) Pius V. declaravit hoc intelligi de gradibus affinitatis & consanguinitatis. Congregatio tamen idem censuit in sponsalibus, prout decretum fuit in Congregatione, caput tertium supra loqui de sponsalibus de futuro juxta Bullam *Pii V.* incipientem *Ad Romanum*, sextum vero loqui de Matrimonio contracto, & consummato, quia verba contextus ad ita esse offendunt. De Matrimonio vero rato tantum, nihil habetur in hoc Concilio Tridentino, sed illud (prout est de jure,) est majus quoddam impedimentum, quam sint sponsalia, & idcirco remittendum juris dispositioni & prudentiæ Sanctissimi Domini nostri, qui pro rerum & causarum varietate providebit singulis casibus.

Cum iis, qui contraxerunt in secundo gradu ante Concilii confirmationem sub spe dispensationis obtinendæ, & præsertim si venerunt ad Curiam, atque ceperunt agere pœnitentiam salutarem ipsis impositam, videtur dispensandum esse, etiamsi nulla signata sit supplicatio.

Facta relatione cum Sanctissimo in consistorio, Sanctitas sua visa est annuere concessioni istarum dispensationum, *Sup. hoc c. §. Intra gradus*, pro iis, qui se carnaliter cognoverunt, prout ante bellum erat, cum ista expressione copulæ, etsi non exprimeretur, quod publica facta esset. Si post impetratas literas dispensationis, ante illarum præsentationem & Decretum Ordinarii, se cognoverunt nullis factis, aut adhibitis solemnitatibus, committitur Ordinario, ut si dictæ literæ dispensationis sibi præsentabuntur, & causa in eis expressa probabitur legitima coram se, simulque quod oratores post impetratas literas se cognoverint; dispenset cum eis, injuncta tamen

tamen ipsis salutari pœnitentia, propter incestum, arbitrio suo. Quod si tales contraxerint coram Parocho habita notitia obtentæ dispensationis, & se carnaliter cognoverunt, committitur ut supra. Additur vero pœnitio Parocho, qui non servata forma Concilii conjunxit oratores in Matrimonium, & quidem gravior, si scivit illos in gradu prohibito se attingere, nec literas dispensationis vidit.

Iis, qui Romam miserunt pro dispensatione, & habito nuntio, quod literæ fuerunt expeditæ, contraxerunt, vel se cognoverunt, & ita verum est fuisse expeditas, & haberi datas ante contractum vel commissionem, dandas dispensationes esse congregatio Cardinalium censuit. Idem visum est, etiam hoc posito, quod literæ non essent expeditæ, sed supplicatio signata, & ex toto expedita. Ipsa quoque Congregatio Cardinalium censuit, dispensationem reddi nullam ex copula præcedente dispensationem, si ejus mentio non est facta in supplicatione: copula vero supervenientè post dispensationem ab Ordinario factam, non impediri Matrimonii validitatem.

Episcopus auctoritate ordinaria non habet facultatem dispensandi in gradibus affinitatis, seu consanguinitatis a jure prohibitis, circa contrahentes Matrimonia.

REMISSIONES.

* Vide Pat. Ægid. de Coninck *de Sacram. & Censur. tom. 2. disp. 13. a n. 42.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœn. lib. 31. num. 139. cum seq. & num. 198. & 203.* P. Rebello *de Oblig. just. p. 2. lib. 3. quæst. 3. a num. 19.* * Vide etiam Navar. in *manual. cap. 22. num. 86. & conf. 1. 2. & 3. de consanguin. & affinit.* Jacob. de Graffis *d. 2. quæst. decis. aurear. p. 1. cap. 81. num. 5.* Gutter. *lib. 1. canon. quæst. can. 15. ex n. 17. & cap. 22. num. 3. 25. & 26.* Spin. in *Special. testam. glos. 13. prima num. 55.* Joan. Bapt. Costa *de falsi scient. & ignor. centur. 2. dissenti. 38. ex num. 6.* Idem Gutter. *de matrim. cap. 122. n. 8.*

2 An consanguinei, vel affines, qui tacita copula obtinuerunt dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, sint subrepticii, & matrimonium postea contractum sit nullum? Negant Navar. *cons. 1. quæst. 19. sub tit. de Constit. & cons. sim. de Consanguin. spiritu. & Cons. 8. & 9. de consang. & affinit.* Emman. Saa *verbo, Dispensatio, num. 10.* Salzed. ad *Bern. cap. 126. vers. Unde merito.* Veg. *tom. 2. sum. cap. 34. casu 97. vers. Nota per que viene.* Fr. Emman. in *sum. tom. 1. cap. 236. num. 3.* P. Henriq. in *sum. lib. 12. cap. 2. §. 4. & §. 7.* Cæval. *Communium contra comm. quæst. 717.* Petr. de Ledesm. *de Matrim. quæst. 56. art. 2. & in sum. de Matrim. cap. 27. d. §. 3. concl. 1.* Læs. Zechi. *de regnb. Ecclesiast. cap. 28. de Parochis. p. 367.*

Affirmant Galleg. *de Cognat. spirit. cap. 24. a num. 1.* Sarmi *lib. 1. select. cap. 9. num. 3.* Emman. sibi contrarius *del orden del juizio, cap. 10. n. 4.* P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. lib. 31. num. 200. vers. simulque.* Ludov. Lopez *institutor. Confessor. 1. cap. 296.* Gutter. *Canon. l. 1. cap. 15.* & novissime *tract. de Matr. cap. 124. n. 12. cum seqq.* Paul. Comit. *Resp. de Matrl. lib. 1. quæst. 104.* Zevol. in *praxi Episcop. p. 1. verbo, Dispensatio. §. 4.* Steph. Quarant. in *summa Bullarii verbo, Matrimoniales dispensationes num. 23.* P. Rebello *de Obligat. justit. p. 2. lib. 3. quæst. 3. num. 24.* P. Sanch. *lib. 3. disp. 14. num. 3. & lib. 8. disput. 25.* Marc. Anton. Genuens. in *praxi Archiepisc. Curiæ Neapol. cap. 25. num. 4.* Late Nicol. Garz. *de Benefic. p. 8. cap. 3. num. 31. cum seqq.* ubi *num. 69. & 70.* sequentes adducit super hoc factæ Congregationis responsiones.

3 Congregatio Cardinalium Concilii censuit, dispensationem subrepticiam, si inter Consanguineos, vel affines, vel spirituali cognatione conjunctos carnalis copula præcessisset, cujus mentionem in supplicatione non fecissent, propterea quod tales consanguinei, affines & cognati spirituales per hanc carnalem copulam redditi sunt inhabiles ad contrahendum Matrimonium, ex eo, quod dicuntur commissile incestum, qui impedit incestuosos contrahere Matrimonium, ideo pro validitate dispensationis super gradu prohibito necessariam esse de jure expressionem copulæ carnalis, prout stylus curiæ observat.

4 Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini censuit, dispensationem reddi nullam ex copula præcedente dispensationem, si de ea non fuerit facta mentio in supplicatione. Copulam vero supervenientem post dispensationem ab Ordinario factam non impedire Matrimonii validitatem.

5 An dispensatio super impedimento Cognationis spiritualis, vel etiam publicæ honestatis, non facta mentione de copula inter impetrantes habita, sit subrepticia, & nulla? Negat cum Navar. P. Sanchez

lib. 7. disp. 15. num. 8. & lib. 8. disp. 25. n. 9. Affirmant per *text. in cap. 2. de eo qui cognovit consang. uxoris suæ*, Galleg. *de Cognat. spirit. cap. 24.* Matienz. *in Rubr. tit. 1. q. 1. n. 137. lib. 5. novæ Recopil.* Guttier. *Can. lib. 1. c. 23. n. 15.* Menoch. *de Arbit. casu 502. a num. 1.* Garci. *d. c. 3. n. 64.*

ζ *Intra gradus prohibitos.*) An intelligatur de quocunque etiam impedimento dirimente? Negat P. Henriq. *lib. 12. cap. 5. §. 8. lit. P.* Affirmant Petr. Ledesm. *de Matr. q. 56. art. fin. dub. 2. diffic. 1. concl. 3.* Par. Sanchez *lib. 8. disp. 42. num. 7. & disp. 23. num. 24.*

η *Quod si ignoranter id fecerit, &c.*) Vide Navar. *in cap. si quando, de Rescript. excepi. 5. num. 5. & in cap. si quis autem de Pœnit. dist. 7. num. 66. cum seqq.* Guttier. *Canon. lib. 1. cap. 15. n. 2.* P. Sanch. *lib. 3. disp. 42. n. 7. in fin.*

θ An excuset ignorantia crassa? Affirmat, dummodo non sit ingens temeritas, P. Sanch. *l. 2. disp. 40. num. 4. in med.*

ι *Tunc facilius cum eo, & gratis possent dispensare.*) An solus Romanus Pontifex? Affirmat P. Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 6. n. 19.* † Vide etiam Guttier. *de Matr. c. 122. n. 2. 5. & 7.*

κ *Idque ex causa.*) Causas, quæ hodie in praxi versantur in Romana Curia, pro quibus dispensationes ad contrahenda Matrimonia conceduntur, vide apud P. Henriq. *lib. 12. cap. 3. §. 9.* P. Sanch. *lib. 8. disp. 19.* Galleg. *de Cognat. spirit. cap. 22.* Fr. Emman. *in sum. tom. 5. cap. 257. in 2. edit.* P. Ægid. *de Sacram. & Censu. tom. 2. disp. 33. num. 45. cum seqq.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœn. lib. 31. num. 196. cum seqq.* Pet. de Ledesm. *in sum. p. 1. de Sacr. Matr. c. 17. concl. 5. cum seqq.*

λ Prima est. Quod cum oratrix dotem habeat minus competentem, juxta status sui conditionem, cum qua virum sibi non consanguineum vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, invenire queat, & dictus orator intendat illam cum dicta minus competenti dote in uxorem ducere, &c. quam referunt Fr. Emman. *d. cap. 257. concl. 1. num. 2.* Jacob. de Graffis, *part. 1. dec. lib. 2. cap. 81. in fine.* Petr. Ledesm. *de Matr. quæst. 56. art. fin. & in summ. de Sacram. tit. de Matrim. cap. 27. concl. 5.* Galleg. *de Cognat. spirituali, cap. 22. num. 8.* Guttier. *Canon. lib. 2. cap. 13. num. 107.* P. Sanch. *lib. 8. disp. 19. num. 16.* P. Valer. Regin. *d. lib. 31. num. 194.* ubi *num. 196.* resolvit censendam justam causam dispensandi, cum in defectu ipso dotis inveniatur ratio pietatis. Vide Pat. Henriq. *lib. 12. cap. 3. §. 9. vers. Tertia.* P. Ægid. *d. disp. 33. n. 47.* Aloys. Ricci. in *Collect. dec. p. 3. Collect. 709.*

μ Utrum fœmina in Ordine ad hanc effectum possit dici pauper, & carere dote, quæ nihil quidem habet proprium, habet tamen parentes, alios ve consanguineos divites? Vide Covar. *de Sponsal. pars. 2. cap. 6. §. 9. & 10.* P. Sanch. *lib. 3. disp. 19. num. 19. & 20.* P. Ægid. *d. disp. 33. num. 45.* ubi resolvit, non dici pauperem, si eos possit cogere, ut statim dent dotem; dici tamen, quando de facto constaret, nullum non consanguineum, qui sit paris conditionis cum ea fœmina, velle eam habere uxorem, eo quod communiter sibi persuadeant, parentes non daturos sufficientem dotem.

ν Secunda. Quod cum dicta oratrix in dicto loco, propter illius angustiam, virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, &c. referunt Galleg. *de Cognat. spirit. cap. 22. num. 10.* Veg. *in sum. tom. 2. cap. 34. casu 167.* Fr. Emman. *d. cap. 257. num. 2. vers. La quarta.* P. Henriq. *d. §. 9.* P. Sanch. *lib. 8. disp. 19. num. 12.* P. Ægid. *d. disp. 33. num. 46.* P. Valer. Reginald. *dict. l. 31. num. 196. vers. Ad tertiam*, ubi resolvit, requiri tantum, ut intra oppidum proprium fœminæ non inveniatur æquans, cui nubat; referuntque ita responsum esse Archiepisc. Mediolanensi a Congregatione Cardinalium 18. Novembris, Ann. 1570. cujus responsionis verba adducit P. Sanch. *d. disp. 19. num. 13.* dicens, *num. 45.* non esse astringendam ad nubendum alicui vetulo, aut duriori, intolerabilioriveve ingenii, vide Aloys. Ricci. *Curiæ Archiep. Neapol. dec. 25.*

ξ Tertia. Quod cum inter dictorum oratorum parentes, Consanguineos, vel affines graves inimicitiæ ortæ jam sint & ad præsens vigeant, aliunde tamen, quam ex causa matrimonii inter oratores contrahendi provenientes, & ante illius tractatum exortæ, & certum sit, quod si oratores prædicti invicem matrimonialiter copularentur, inimicitiæ hujusmodi omnino componerentur, pro illis igitur componendis, ac pro bono pacis, oratores prædicti copiunt, &c. referunt P. Sanch. *lib. 8. disp. 19. num. 8.* P. Valer. Regin. *d. lib. 31. n. 196. vers. Ad secundam.*

ο Quarta. Quod cum inter dictos oratores, seu eorum parentes lites super rebus magni momenti ortæ jam sint, & ad præsens vigeant,

vigeant, lites hujusmodi omnino conantur, &c. referunt Fr. Emman. *d. c. 257. num. 3. vers. La seconda por se acabar un gran pleyto.* P. Ægid. *d. disp. 33. n. 45.* P. Sanchez *l. 8. disp. 19. n. 8.* ubi *n. 9.* resolvit, quod ad hanc causam reducitur evitatio scandalorum inter cognatos, & *n. 11.* dicit similiter esse justam dispensandi causam, quando dispensatio est quasi remedium necessarium obviandi alicui magno delicto.

π Quinta. Quod cum dictus locus ad litus maris situs, continuis invationibus piratarum, & Fidei Orthodoxæ hostium exp[illegible] sit, propterea externi homines non ita libenter, ut cum dicti loci habitatoribus contrahant, accedere velint, cupiunt, &c. refert Steph. Quarantia *in summa Bullar. verbo, Matrimoniales dispensationes.*

ρ Sexta. Cum autem, Pater Sancte, nisi Matrimonium inter oratores contrahatur, dicta oratrix innupta, & diffamata remaneret, graviaque exinde scandala possint verosimiliter exoriri, refert P. Sanchez *lib. 8. disp. 19. n. 9.*

Septima. Quod dicta oratrix vigesimum quartum annum excedens hactenus virum paris conditionis, cui nubere posset, non invenit, refert Stephan. Quarant. *d. verbo, Matrimoniales dispensationes.*

σ Ultra prædictas principaliores causas quatuor alias affeunt P. Ægid. *d. disp. 33. n. 49.* P. Sanchez *disp. 19. n. 30. cum seqq.* P. Val. *d. l. 31. n. 197. in principio.*

τ Octava. Confervatio dictiarum in eadem cognatione, ne causa dotis distrahatur ad aliam cognationis familiam, quando eæ amplissimæ sunt, referunt Galleg. *d. cap. 22. num. 11. cum seqq.* Veg. *tom. 2. summæ cap. 34. casu 167.* Fr. Emman. *d. cap. 257. concl. 1. in fine.* Pat. Ægid. *d. disp. 33. num. 49.* Pat. Valer. Regin. *d. lib. 31. num. 197.*

υ Nona. Excellentia meritorum in Ecclesiam sive dispensationem petentis, sive ejus, cui petitur, referunt Galleg. *d. cap. 22. n. 17.* P. Sanchez *d. disp. 19. n. 32.* P. Ægid. *d. disp. 33. n. 49. vers. 6.*

φ Decima. Proles habita ex consanguinea, quando bona fide suscepta est, referunt Petr. Ledesm. *de Matrim. quæst. 56. art. ult. ad finem.* Guttier. *Canon. lib. 2. c. 13. n. 107.* P. Sanchez *d. disp. 19. n. 33.* P. Ægid. *d. disp. 33. n. 49. vers. 7.*

χ Undecima. Conservatio illustris familiæ in eodem sanguine, alias peritura, ut si ejus caput esset fœmina, quia hoc ad Reipub. bonum aliquo modo spectat, refert P. Ægid. *d. disp. 33. n. 49. vers. 4.*

* *Et gratis.*) Justas causas ad dispensandum cumulant Navar. *d. c. 22. n. 87.* Sacramento *lib. 1. select. c. 9.*

† *In secundo gradu numquam dispensetur, nisi inter magnos Principes.*) Vide P. Henriquez *in summa lib. 12. c. 3. num. 6. in comment. lit. X.* Guttier. *tract. de Matrim. c. 63. n. 40. & c. 128. n. 14.* P. Sanchez *d. lib. 8. disp. 19. n. 3.* Tzrol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo, dispensatio, §. 2.* ubi refert, se vidisse dispensari inter Barones, & titulatos Regni Neapol. Vide etiam P. Ægid. *d. disp. 33. n. 44.* ubi dicitur, hunc Tridentini locum intelligendum esse de gradu consanguinitatis, vel affinitatis ortæ ex legitimo Matrimonio, quia in affinitate orta ex fornicatione, præsertim occulta, longe facilius dispensatur.

ω Quomodo intelligatur secundus gradus in collaterali, vel descendenti inæquali? Vide Rebuff. *in Reg. de dispensat. in gradu prohibito, Glos. fin. n. 9.*

† *In secundo gradu numquam dispensetur.*) Vide Ludov. Molinam *de Hispan. primog. lib. 2. c. 13. num. 12.* Acacium, Ant. Reipoli. in *l. Titio centum §. 1. ff. de condit. & demonstr. n. 23.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 27. Card. de Luca.*

CAPUT VI.

Inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum consistit Matrimonium. Raptor detet raptam, sive eam ducat, sive non. Excommunicantur consentientes raptui.

α β * &c. DEcernit sancta Synodus, inter raptorem, & raptam, & quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere Matrimonium. (a) Quod si rapta a raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consentiens, eam raptor in uxorem habeat: γ & nihilominus raptor ipse δ & ac omnes illi consilium, auxilium, & favorem prabentes, ε ζ sint ipso jure excommunicati, ac perpetuo infames, omnimque dignitatum incapaces; & si Cle-

a c. fin. de rap. Vide Concil. Chalced. cap. 26. c. 20. c. & c. de puellis, 36. 8. 2. Concil. Chalc. c. 27. Concil. Vormatien. c. 27. Erod. 11. c. 1. de adult.

Clerici fuerint, de proprio gradu decidant. γ Teneatur præterea raptor mulierem raptam, sive eam uxorem duxerit, sive non duxerit, decenter arbitrio judicis dotare.

DECLARATIONES.

1. *Sint ipso jure excommunicati.*) An quilibet mulierum raptores, v. g. qui non ideirco rapiunt, ut eas in uxores ducant, sed ob aliam causam, sint ipso jure excommunicati per hoc capitulum? Visum fuit multis ex illustrissimis, non comprehendi, nisi eos, qui rapiunt, ut in uxores ducant. Vide Navar. *cap.* 27. *num.* 150. Quomodocumque sit, fuit decisum per sacram Congregationem die 23. Jan. 1586. raptores ob aliam causam, quam ut in uxores ducant, non comprehendi a Concilio, propter identitatem vel majoritatem rationis; nec constitutio pœnalis extenditur tali casu.

REMISSIONES.

α Vide Perez *l.* 2. *verbo, Fuere desposadas, tit.* 15. *lib.* 8. *Ordinam. pag.* 288. Navarr. *cons.* 32. *de Sponsalib. & Conf.* 3. *num.* 7. *de consang. & affinit.* Fr. Emman. in *summa tom.* 1. *cap.* 232. *in* 2. *edit.* Zerol. in *praxi p.* 2. *verbo, raptus.* Petr. de Ledesma in *summa p.* 3. *de Sacramento Matrimonii cap.* 26. *per totum.* P. Henriquez in *summa lib.* 12. *cap.* 14. §. 4. & 5. P. Leonard. Lessi. *de justit. l.* 4. *cap.* 3. *dub.* 9. *num.* 83. *cum seq.* P. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 13. Pat. Rebello *de Obligat. Justit. pag.* 2. *l.* 3. *quæst.* 11. P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib.* 22. ✱ *num.* 28. *cum seq.* & *lib.* 31. ✱ *num.* 164. P. Ægid. *de Sacram. & Censur. tom.* 2. *disp.* 32. ✱ *num.* 46. Joan. Aloys. Ricci. in *collect. decis. p.* 4. *collect.* 211. * Vide etiam Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi can. cap.* 78. Hieron. Portelos ad *Molinam.* §. *Violentiam.* 16. & 17. Dom. Lud. a Peguera in *suis qu. crimin. c.* 42. Azeved. in *lib.* 2. *tit.* 13. *lib.* 8. *nov. recopil. n.* 63. & 75.

β An hoc Decretum habeat locum in raptu, qui sit tantum causa libidinis explendæ? Negant Salzed. in *præf. c.* 78. *in fine.* Fr. Emman. in *summa tom.* 1. *c.* 232. *n.* 7. *in* 2. *edit.* Veg. *tom.* 2. *summa cap.* 34. *casu* 157. *notab.* 1. P. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 13. *n.* 4. P. Lessi. *d. c.* 3. *dub.* 9. *n.* 70. Pat. Val. *d. lib.* 31. *n.* 63. *vers. Primum.*

γ An procedat cum puella, quæ sponte consentit repugnantibus parentibus? Affirmant Salzed. *d. c.* 78. §. *fin.* Veg. *d. casu* 157. *notab.* 1. P. Henriquez *d. c.* 14. *n.* 4. Zerol. in *praxi Episc. p.* 2. *verbo, Raptus.* §. 1. Fr. Emman. *d. c.* 232. *num.* 3. P. Rebello *d. q.* 11. *num.* 6. Pet. de Ledesm. *d. c.* 26. *concl.* 2. *dub.* 1. Negant ex ea ratione, quia iste raptus non repugnat ullo modo libertati Matrimonii, cui Concilium hoc Decreto solum voluit consulere, P. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 13. *num.* 13. P. Lessi. *d. cap.* 3. *dub.* 9. *num.* 70. & Valer. Reginald. *d. lib.* 22. *num.* 31. & *lib.* 31. *num.* 165. *vers.* 5. P. Ægid. *dicti disp.* 31. *num.* 48.

δ An comprehendat Raptum, quo sponsus rapit proprium sponsam? Negant Fr. Emman. *d. c.* 232. *n.* 4. P. Henriquez *d. c.* 14. *n.* 4. P. Sanchez *d. disp.* 13. *n.* 13. P. Lessi. *d. n.* 70. *vers. tertium.*

ε An habeat locum in muliere rapiente virum? Affirmant Fr. Emman. *d. cap.* 232. *num.* 4. *vers. Lo quinto se ha de notar, que iste decreto ha lugar tambien quando una muger robusta arrebata a un hombre de menos fuerças.* P. Henriquez *d. cap.* 14. *n.* 4. *vers. Si fuere femina robusta.* Veg. *tom.* 2. *summa cap.* 34. *casu* 157. *notab.* 5. Negant Farin. in *praxi crimin. q.* 145. *n.* 45. P. Sanch. *d. disp.* 13. *n.* 16. P. Rebello *d. q.* 11. *num.* 6. P. Valer. Regin. *dict. lib.* 31. *num.* 165. *vers. Septimum est.* Dicit utramque opinionem probabilem Petr. de Ledesm. *d. c.* 26. *concl.* 2. *dub.* 5.

ζ An habeat locum in rapiente feminam corruptam, meretricem, vel inhonestam? Affirmat P. Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *num.* 165. *vers. Sextum est*, ubi in vers. *Quartum*, dicit non requiri copulam, cum hæc ad Matrimonium ineundum nihil conferat, & in *vers. Quintum*, afferit requiri, ut fœmina abducatur nolens, de quo etiam Sayr. *dec.* 2. *de Raptoribus.*

η An procedat, si solis importunis precibus, aut pretio conducta fœmina extrahatur? Negat, dummodo illæ preces tales non essent, ut violentiæ æquiparentur. P. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 13. *n.* 11. ubi *n.* 12. dicit etiam non esse locum his pœnis, si dolus circumventa virgo extrahatur.

θ *Quamdiu ipse in potestate raptoris maneat.*) An ad hoc, ut raptus dicatur, requiratur traductio de loco ad locum? Affirmant Navar. *Cons.* 1. *num. ante. sub tit. de Raptoribus.* Fr. Emman. *d. cap.* 232. *num.* 2. P. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 13. *num.* 7. P. Ægid. *d. tom.* 2. *disp.* 31. *num.* 48. *vers. Ut autem.*

α Nul-

ι *Nullum posse consistere Matrimonium.*) Quid in sponsalibus? Negant etiam Fr. Emman. *dict. cap.* 232. *num.* 5. Veg. *dict. casu* 157. *notab.* 3. P. Sanch. *dict. disp.* 13. *num.* 17.

κ *Et nihilominus raptor ipse, &c.*) An raptor, si nubat, fiat infamis? Affirmant P. Lessi. *d. cap.* 3. *num.* 69. Farin. *d. quæst.* 145. *num.* 102. Negant, ex ea ratione, quia alias rapta cogeretur nubere infami, P. Henriquez *d. cap.* 14. *num.* 4. *vers. Si ucat, non ita sit.* Fr. Emman. *d. cap.* 232. *n.* 4. *vers. La sexta.* Petr. de Ledesm. *d. cap.* 26. *dub. fin.*

λ *Ac omnes illi consilium, auxilium, & favorem prabentes.*) Vide Par. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 13. *num.* 3. & 4. Farin. *d. q.* 145. *num.* 41. & 47. ubi resolvit, quod raptui operam ferentes, scientes tamen & dolose capinali supplicio subiiciuntur, licet quoad alias pœnas & præsertim amissionem honorum tantummodo, qui in actu rapinæ auxilium præstiterunt, non autem alii, illas incurrant.

μ *Sint ipso jure excommunicati.*) Vide Farin. in *praxi crim. quæst.* 145. *num.* 21. P. Sanchez *l.* 7. *disp.* 13. *a principio*, ubi etiam resolvit, excommunicationem hujus Decreti non esse de reservatis Pontificis, & P. Valer. Regin. *d. lib.* 22. *num.* 31. *vers. De excommunicatione* dicit illam esse latæ sententiæ & nullis reservatam.

ν *Teneatur præterea raptor mulierem raptam, &c.*) Vide Henriquez *d. c.* 14. *num.* 5. P. Sanchez *d. disp.* 13. *num.* 1. & 4. ubi *num.* 1. *vers. Teneri raptorem*, resolvit, quod in sententia judicis constituentis hanc dotem, attendenda maxime est raptoris, & raptæ qualitas personarum; Vide Farin. *d. quæst.* 145. *n.* 57. Et quod requiratur sententia judicis, ut eam teneatur dotare. P. Ægid. *d. disp.* 31. *num.* 48. Valer. *d. num.* 31. *vers. De dotatione.*

Vide Annotationes ad hoc *Caput in appendice sub discursu* 28. *Card. de Luca.*

CAPUT VII.

Quamodo vagabundi conjungendi Matrimonio.

α c. De iis, & c. 35. Concil. Agathen.

α * β MUlti sunt, (*a*) qui vagantur, & incertas habent sedes, & ut improbi sunt ingenii, prima uxore relicta, aliam & plerumque plures, illa vivente, diversis in locis ducunt. Cui morbo cupiens sancta Synodus occurrere, omnes, ad quos spectat, paterne monet, 1. γ δ ne hoc genus hominum vagantium ad Matrimonium facile recipiant: magistratus etiam sæculares hortatur, ut eos severe coerceant. 2. Parochis autem præcipit, ne illorum Matrimoniis interfint, nisi prius diligentem inquisitionem † fecerint, ε & ζ, re ad Ordinarium celata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

DECLARATIONES.

1. *Ne hoc genus hominum vagantium.*) Non dicitur vagans illa mulier, quæ per octo annos in una eademque terra habitavit.

2. *Parochis autem præcipit.*) Si contingat contrahentes alterius esse, & a parvo tempore ibi habitantes, constito tamen, quod non sint de comprehensis inter vagabundos, proprius Parochus ad contrahendum, is est, in cujus Parochia contrahentes habitant eo tempore, quo contrahunt. Vide hujus *Sess. de Reform. cap.* 1. §. *Matrimonium contrahitur.*

Congregatio censuit, ideo non videri Matrimonium nullum, quia fuerunt prætermissa ea, de quibus in hoc Decreto.

REMISSIONES.

α Vide Perez *lib.* 1. *in princip. tit.* 14. *lib.* 8. *Ordin.* P. Henriquez *in summa lib.* 11. *c.* 3. §. 3. Fr. Emman. *in summa tom.* 2. *cap.* 219. *num.* 3. Petr. de Ledesm. *in summa p.* 1. *de Sacram. Matrim. cap.* 7. *concl.* 4. *dub.* 3. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo, Matrim. vers.* 6. & *p.* 2. *verbo, Parochus, pag.* 81. late P. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 25. *n.* 8. *cum seq.* Cened. *præst. & Canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 39. *num.* 66. *cum seq.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & Censuris, tom.* 2. *disp.* 27. *num.* 20. P. Rebello *de Obligat. justitiæ p.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 3. P. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 239. novissime D. Guttier. *Canon. lib.* 3. *tract. de Matrim. cap.* 65.

* Vide etiam Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi canon. cap.* 9. *lit. D.* Bobadill. *tom.* 1. *suæ Politicæ lib.* 2. *cap.* 13. *ex num.* 53. Farinac. *decis.* 129. *num.* 2. *& seq. vol.* 2. *crim.*

β Va-

§ Vagabundus quia dicatur ? Vide D. Barbos. in *l. hæres absens*, §. *proinde*, ff. de Judiciis, in art. de foro delicti, num. 14. & seq. Cened. d. q. 30. n. 69. & 70. P. Sanchez lib. 3. disput. 25. a princ. P. Ægid. de Sacram. & Consur. tom. 1. quæst. 8. num. 62. & tom. 2. quæst. 27. num. 20. vers. Nota 1. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœn. lib. 1. num. 64.

? *Hoc genus vagantium.*) An procedat, si unus contrahentium sit notus & incola, & propriam habeat sedem, subditusque sit Parochi ? Affirmat Cened. d. quæst. 30. num. 68. vers. Circa hanc. Guttier. d. cap. 65. num. 8.

§ An procedat in illis, qui alibi habentes domicilium habitant, ac contrahunt in loco ubi ignoti sunt ? Affirmat P. Ægid. d. disput. 27. num. 20. vers. Nota 2. ubi in vers. Nota 3. dicit, Concilium in præsenti esse intelligendum de iis, qui communiter dicuntur vagi, non autem de his, qui domicilium transferunt, nosque sunt ia iis locis, de quo etiam Guttier. dict. tract. de Matrim. c. 65. n. 9.

† *Nisi prius diligentem inquisitionem.*) Vide Navar. in c. placuit, de pan. d. 4. n. 69.

* *Ex re ad Ordinarium delata.*) An parochus, qui vagos non præmissa debita diligentia & licentia Ordinarii Matrimonio conjunxerit, peccet mortaliter ? Affirmant Matrimonium tamen valere resolventes : Veractuz in appendice in quæst. quomodo, qui vagantur, admittendi sint ad Matrimonium, versic. Quamvis si fiet. P. Sanchez lib. 3. disp. 25. num. 16. & 17. P. Henriquez lib. 11. cap. 12. num. 3. Cened. d. quæst. 30. num. 68. in princ. D. Guttier. d. tract. de Matrim. cap. 65. num. 13. & cap. 67. num. 2.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 29. Card. de Luca.*

CAPUT VIII.

Concubinarii, cujuscumque sint conditionis, feriantur excommunicatione, si ter moniti non absistent a conversatione nefanda. Mulieres concubinæ, si ter monitæ non absistent, extra territorium ac diœcesim tradantur, aliis pœnis in suo robore permanentibus.

1. a * GRave peccatum est homines solutos concubinas habere ; gravissimum vero, & in hujus magni Sacramenti singularem contemptum admissum, (a) uxoratos quoque in hoc damnationis statu vivere, ac audere eas quandoque domi etiam cum uxoribus, alere, & retinere. Quare, ut huic tanto malo sancta Synodus opportunis remediis provideat, statuit hujusmodi concubinarios, tam solutos, quam uxoratos, cujuscumque status, dignitatis, & conditionis existant, si, postquam ab Ordinario, β γ etiam ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint, seque ab earum consuetudine non sejunxerint, (b) excommunicatione feriendos esse ; a qua non absolvantur, donec re ipsa admonitioni factæ paruerint. 2. Quod si in eo concubinatu per annum, censuris neglectis, permanserint ; contra eos ab Ordinario severe pro qualitate criminis procedatur. δ Mulieres (c) sive conjugatæ, sive solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinariis publice vivunt, si ter admoniæ non paruerint ; ε ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter pro modo culpæ puniantur. 3. & extra oppidum, vel diœcesim, si id eisdem Ordinariis videbitur, ζ invocato, si opus fuerit, brachio seculari, ejiciantur : aliis pœnis, contra adulteros, & concubinarios inflictis, 4. in suo robore permanentibus.

a Inf. sess. 25. Cap. de ref. Conc. Bitur. 1. & ff. Conc. Lat. sub Leon. X. Sess. 10. vers. Cum. Conc. Lugd. I. sess. 2. vers. Cum.

b Conc. Vienn. c. 1. in Clem.

c Conc. Bitur. c. 1. & 2. Conc. Lugd. I. c. 2. Conc. Lugd. II. sess. 2. c. 2. Conc. Rom. sub Greg. XIII. tom. 2. c. 2. Conc. Rom. sub Sixto V. tom. 2. c. 2. Conc. Rom. sub Clem. VIII. tom. 2. c. 2.

DECLARATIONES.

1. *Grave peccatum est.*) Per hoc Decretum non tolluntur aliæ pœnæ a jure communi vel statutis synodalibus contra concubinarios inflictæ, neque alius modus procedendi contra eosdem, si tamen vellet Ordinarius illos excommunicare, forma hic præscripta servanda esset. Quapropter Archiepiscopus Mediolanensium, qui adulterum condemnavit ad scuta quinquaginta, quæ piis locis applicata fuerit, non tamen factis monitionibus, de quibus mentio est in

in hoc cap. non contravenit statuto Concilii, ut Congregatio die tertia Nov. 1587. censuit. Concilium quippe non subsulit alias pœnas contra adulteros, ut patet ex fine capitis, & sic ille non male gessit, sed valde bene.

2. *Quod si in eo concubinatu per annum.*) Præsentis capituli tenor observandus est, etiam eo casu, quo concubinarios exercere tur cum diversis concubinis. Vide de clerico in *Sess.* 25. c. 14.

3. *Extra oppidum.*) Mulieres, quæ cum adulteris & concubinariis publice vivunt, possunt ultra exilium, aliis etiam pœnis contra adulteros inflictis cumulatim puniri.

4. *In suo robore permanentibus.*) Non tolluntur privilegia concessa religionibus de habilitandis illegitimis ad dignitates & gradus illarum.

Judices seculares.) Non possunt inhibere Judicibus Ecclesiasticis, ut serverur forma trium admonitionum.

Decretum de ejiciendis mulieribus non intelligitur de viris.

Trina monitio tunc demum necessaria est inter concubinarios, quando in eos rule Episcopus ferre sententiam excommunicationis : si vero pœnis pecuniariis, vel aliis mulctare eos velit judex, non requiruntur istæ solemnitates.

REMISSIONES.

a Vide *Ordin. Regium Lusitanorum, lib. 2. tit. 1. §. 13.* Salzed. ad *Bern. cap. 79. vers. Laicus.* Bajardi ad *Clar. quæst. 37. num. 13.* Zerol. in *praxi Episcop. part. 1. verbo, Concubinarii, §. 2. pag. 60.* Bobadil. in *sua Polit. lib. 2. cap. 17. num. 53.* Jac. de Graffi *lib. 2. decis. cap. 76. num. 5.* Thom. Valasc. *tom. 1. Allegationum juris, alleg. 34. a num. 1.* ubi *num. 9.* asserit pariter, eundem concubinatum prohiberi per constitutiones Synodales hujus regni tam in clericis quam in laicis, ut videre licet ex *Constit. Archiepisc. Ebor. 16. tit. 10. & Constit. 1. tit. 25. & ex Constit. Episc. Cumbr. 2. tit. 15. & Constit. 4. tit. 34. & ex Constit. Episc. Asmec. 35. tit. 12. & Constitut. 11. tit. 30. & ex Constit. Episc. Portug. 14. tit. 1. & Constit. 4. tit. 31.* Vide Sayr. in *Clavi regia, lib. 1. cap. 2. num. 9. cum seq.* Petr. de Ledesm. in *summa p. 2. tract. 24. cap. 28. concl. 2.* * Vide etiam Menoch. *de arbitr. tenent. 3. casu 418.* Azored. in *l. 1. tit. 19. lib. 8. nova recopilat. per tot.* & præcipue *num. 114. cum seq.* Avendan. *de exec. mandat. cap. 26.* Molfesium ad *consuetud. Neapol. 4. quæst. 48. num. 8.*

† *Etiam ex officio ter admoniti.*) An distinctis temporibus ? Affirmat Avend. *de exec. mandatis p. 3. cap. 22. num. 24.*

3. An Episcopus in prima admonitione possit pœna pecuniaria concubinarium punire ? Affirmat Thom. Valasc. *dict. alleg. 34. num. 11.* ubi *num. 12.* refert, ita fuisse judicatum, cum hæc dubitatio accidisset inter judicem coronæ Senatus Portugal. & officialem Episcopi, in Senatu Palatino.

‡ *Mulieres sive conjugatæ, sive solutæ, &c.*) Vide Sayr. in *Clav. regia, lib. 1. cap. 2. num. 14.* Bobadil. in *sua Politica lib. 2. cap. 17. num. 53. vers. Y por un decreto del Santo Concilio.* † Vide etiam Salzed. ad *Bernard. Diaz in praxi canon. cap. 79. lit. B.* Navar. in *cons. 2. de offic. ord.*

* *Ab Ordinariis locorum, &c.*) An crimen concubinarus sit mixti fori, ita ut per judices seculares possit etiam puniri ? Affirmant *Ordin. Regia Lusitan. lib. 2. tit. 9. in princ. ibi, Barrigueiros.* Gregor. *l. 18. verbo, Effut, tit. 6. part. 1.* Avend. ad *cap. 26. pract. num. 2. p. 2.* Azeved. *lib. 4. num. 4. tit. 1. lib. 4. nova Recop.* Soarez de Part. in *praxi tom. 2. præludi. 2. num. 32. in fine.* Farinac. in *praxi crimin. quæst. 8. num. 1531.* P. Avend. *instit. Moral. p. 2. versic. Dubitæ quæstionis*, Bobadil. in *sua Politica, d. cap. 17. num. 53.* Thom. Valasc. *d. alleg. 34. num. 4.*

‖ *Invocato, si opus fuerit, brachio seculari.*) An si judex secularis neget, possit ad id cogi sub pœna excommunicationis ? Affirmant Ludov. Rodolphin. *de brachio seculari, num. 45.* Menoch. *de Arbitr. casu 432.* Bellacomb. *tom. 1. Comm. opin. lib. 3. tit. 1. num. 118. pag. 367.* Farinac. in *praxi crimin. quæst. 197. num. 8.* Bobadil. *dict. cap. 17. num. 80.* Fr. Roman. *quæst. Regal. tom. 1. quæst. 8. art. 14.* D. Mart. de *Iurisdictione, p. 1. cap. 12. num. 1.* * Vide Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi canon. cap. 111. noviter edita. num. 3. fol. mihi 496.* Farinac. in *praxi crimin. quæst. 94. num. 98.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 29. Card. de Luca.*

CAPUT IX.

Domini ac magistratus cogentes directe vel indirecte, minis & pœnis subditos suos ad certa Matrimonia contrahenda cum certis personis, ipso facto excommunicantur.

a c. cum locum. 6. requisivit. & c. Gemina de eo quod minus de impedimentis.

a Concil. Parisi. t. 6. c. nullus. 36. q. 2.

ITa plerumque temporalium dominorum, ac magistratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excæcant, ut viros, & mulieres, sub eorum jurisdictione degentes, maxime divites, vel spem magnæ hæreditatis habentes, minis & pœnis adigant cum iis Matrimonium invitos contrahere, quos ipsi domini, vel magistratus illis præscripserint. (a) Quare cum maxime nefarium sit Matrimonii libertatem violare, & ab † eis injurias nasci, a quibus jura expectantur; præcipit sancta Synodus omnibus, 1. cujuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existant, § sub anathematis pœna, (b) quam ipso facto incurrant, ne quovis modo directe vel indirecte subditos suos, vel quoscumque alios cogant, * quo minus libere Matrimonia contrahant.

DECLARATIONES.

1. *Cujuscumque gradus, dignitatis & conditionis existant.*) S. D. N. Gregor. XIII. declaravit, non comprehendi privatas personas, sed tantum supradictos Dominos temporales, & magistratus cujuscumque dignitatis existant. Verum est tamen, particulares ac privatas personas graviter peccare, si minis adigant invitos contrahere Matrimonium, & quidem eorum peccatum Ordinarii possent excommunicatione dignum judicare.

REMISSIONES.

a Vide Guttier. *Canon. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 32. P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. lib.* 20. *n.* 19. Late P. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 27. P. Henriquez in *summa lib.* 11. *c.* 6. §. 8. Lir. G. resolventes etiam Concilium in præsenti loqui tantum de domino temporali, & de magistratu cogente, qui in foro exteriori habet jurisdictionem in subditos: non comprehendere Regem, Imperatorem, parentes, nec illum, qui retrahit a Matrimonio cum isto aut illo. Vide etiam novissime Guttier. *tract. de Matrim. cap.* 79. *a num.* 8. * & Philip. Paschal. *de jurib. patriæ potest.* 3. 5. *cap. num.* 12. *& seq.*

† *Et ab eis injurias nasci, a quibus jura expectantur.*) Vide *text. in c. infamem.* §. *arrestur.* 3. q. 7. juncta *l. nominaverint. C. unde vi*, & tradita a Greg. Lopez in *l.* 16. *tit.* 9. *partit.* 7. *glossi. ult.*

§ *Sub anathematis pœna.*) An hæc excommunicatio lata sit solum contra injuste impedientes Matrimonia? Affirmant Navarr. in *Manual. cap.* 27. *num.* 150. P. Sanchez *d. disp.* 27. *num.* 9. resolvit, parentes injuste impedientes Matrimonia filiorum non incurrere hanc excommunicationem, de quo etiam Guttier. *d. cap.* 79. *a n.* 11. P. Moli. *de Justit. tract.* 2. *disp.* 176. *vers. Ad secundam partem.* P. Henriquez *lib.* 11. *c.* 6. *n.* 3. *in Comment.*

* *Quo minus libere Matrimonia contrahant.*) Vide Carrer. *dec.* 8. *n.* 16. Mantan. *de Jurisdict. 4. p. cent.* 1. *casu* 71. *in num.* 23. Fontanell. *de pact. nuptial. clausu.* 4. *glossi.* 5. *a n.* 11. Aloysi. Ricc. *collect.* 1368. & *decis.* 231. *num.* 1. Azored. *conf.* 4. *num.* 4. & 5. & *conf.* 37. *num.* 12. Accurs. Ant. Ripoll. in *l. Title centum.* §. 1. *de condit. & demonstr. ex num.* 8. 69. 84. *& seq.* Alex. Ludovis. nunc Sanctissimus Gregorium XV. *decis.* 428. 302. 395. & 374.

Vide annot. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 5. & 26. Card. de Luca.

CAPUT X.

Tempora designantur, quibus nuptiarum solemnitates celebrari non convenit.

1. e * § ABadventu Domini nostri Jesu (a) Christi usque in diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum usque in octavam Paschatis inclusive, antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ‡ ab omnibus observari sancta Synodus præcipit: in aliis vero temporibus

a Concil. Laodic. Can. 50. Concil. Carthag. 4. Can. 89. Capitul. ann. 813. c. 40.

nuptias solemniter celebrari permittit: quas Episcopi, ut ea quæ decet modestia, & honestate fiant, curabunt; sancta enim res est Matrimonium, & sancte tractandum.

DECLARATIONES.

1. *Ab adventu.*) Quocumque tempore patest Matrimonium contrahi coram Parocho: sed nuptiarum solemnitates, convivia, traductio ad domum, & carnalis copula certis temporibus prohibentur.

Præterea ab adventu D. N. Jesu Christi, usque ad diem Epiphaniæ, & a feria quarta cinerum, usque ad octavam Paschæ 113, convivia nuptiarum, solemnitates, traductiones ad domum & carnalem copulam decret. Conc. 2. *cap. Sess.* 24. *de Reform. Matrim.* prohibeti, sed Matrimonium coram parocho & testibus, eo tempore contrahi posse.

REMISSIONES.

a Vide Matienf. in *Rubr. tit.* 1. *glossi.* 1. *num.* 147. *lib.* 5. *Recopilat.* latissime P. Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 6. plures Doctores refert Cened. ad *Decretal. Collect.* 22. Petr. de Ledesm. in *summa p.* 1. *de Sacram. Matrim. cap.* 10. *concl.* 8. *dub.* 1. *vers. Et errores.* * Vide etiam text. regii Castellæ in *l.* 18. *tit.* 2. *partit.* 4. Navar. in *Manuale cap.* 22. *num.* 70. & *cap.* 23. *Specul. confessor. p.* 1. *art.* 14. Ledesm. *de Matrim. quæst.* 45. *art.* 5. *col.* 2. Paleotius *de noth. & spur. cap.* 5. *num.* 3. Purpurat. *cons.* 379. *num.* 16. *in lib.* 2. Farinac. *decis.* 72. *num.* 8. *in fin. vol.* 1. *crimin.*

§ *Ab adventu Domini.*) An incipiat a media nocte, quæ est initium diei primæ Dominicæ Adventus, ubi consuetudo aliud non expostulerit? Affirmat Cavalcan. in *suis dec. part.* 2. *dec.* 13. *de Contractib.* quæ in ordine est 58. *n.* 19. Negar P. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 7. *n.* 2. resolvens tempus Adventus in hac prohibitione incipere a primis vesperis Sabbati præcedentis, in Feria autem quarta Cinerum a media nocte illius feriæ incipere.

‡ *Ab omnibus observari sancta Synodus præcipit.*) An contrarium faciens peccet mortaliter? Affirmant, non tamen ob id dirimi Matrimonium resolventes Matienf. *d. glossi.* 1. *n.* 147. Cened. *d. collect.* 22. *n.* 2. P. Sanchez *d. disp.* 7. *a n.* 2.

DECRETUM DE REFORMATIONE.

Eadem sacrosancta Synodus, reformationis materiam prosequens, hæc in præsenti Sessione statuenda decernit.

CAPUT I.

Norma procedendi ad Episcopi creationem Ecclesiæ Dei utilem hic datur: Idem in Cardinalium electione tenetur omnino.

a Supr. de ref. sess. 7. c. 1. sess. 21. c. 1. & 2. & sess. 22. c. 2.

a SI in quibusliber Ecclesiæ gradibus providenter, scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum; multo magis elaborandum est, ut in electione ejus, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur. Nam totius familiæ domini status, & ordo nutabit, si, quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. Unde, cum (a) alias sancta Synodus de promovendis ad Cathedrales, & superiores Ecclesias nonnulla utiliter decrevit; hoc tamen minus hujusmodi esse censet, ut, si pro rei magnitudine expendatur, numquam satis cautum de eo videri possit. Itaque statuit, ut, cum primum Ecclesia vacaverit, supplicationes, ac preces publicæ, privatimque habeantur, atque a Capitulo per civitatem & diœcesim indicentur, quibus Clerus, populusque bonum a Deo pastorem valeat impetrare. Omnes vero, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumque jus, quacumque ratione, a Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in iis pro præsenti temporum ratione innovando, hortatur, & monet, ut in primis meminerint nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gu-

gubernandæ idoneos promoveri studeant; eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi, quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter contraverint, & quos ex legitimo Matrimonio natos, & vita, ætate, doctrina, atque aliis omnibus qualitatibus præditos sciant, (b) quæ juxta sacros Canones, & Tridentinæ hujus Synodi Decreta requiruntur. Quoniam vero in sumendo de prædictis omnibus qualitatibus gravi, idoneoque bonorum, & doctorum virorum testimonio, non uniformis ratio ubique ex nationum, populorum, ac morum varietate potest adhiberi; mandat sancta Synodus, ut in provinciali Synodo, per Metropolitanum habenda, præscribatur quibusvis locis, & provinciis propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma, Sanctissimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis utilis, atque opportuna esse videbitur: ita tamen, ut, cum deinde hoc examen, seu inquisitio de persona promovenda perfecta fuerit, (c) ea in instrumentum publicum redacta, cum toto testimonio, 1. ac professione fidei ab eo facta, quamprimum ad Sanctissimum Romanum Pontificem omnino transmittatur: ut ipse summus Pontifex, plena totius negotii, ac personarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo de illis, si idonei per examen, seu per inquisitionem factam reperti fuerint, Ecclesiis possit utilius providere. β Omnes vero inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes quæcumque de promovendi qualitatibus, & Ecclesiæ statu a quibuscumque, etiam in Romana Curia, habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturus erit in Consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur; ac relatio ipsa Cardinalis relatoris & trium Cardinalium subscriptione roboretur, in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment, se, adhibita accurata diligentia, invenisse promovendos qualitatibus a jure, & ab hac (d) sancta Synodo requisitis, præditos; ac certo existimare sub periculo salutis æternæ idoneos esse, qui Ecclesiis præficiantur: ita ut relatione in uno Consistorio facta, quo maturius interea de ipsa inquisitione cognosci possit, in aliud Consistorium judicium differatur; nisi aliud Beatissimo Pontifici videbitur expedire. γ Ea vero omnia & singula, quæ de Episcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus alias in eadem Synodo constituta sunt, decernit eadem, etiam in creatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, * etiamsi Diaconi sint, exigenda; quos Sanctissimus Romanus Pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commode fieri poterit, prout idoneos repererit, assumet. Postremo, eadem sancta Synodus, tot gravissimis Ecclesiæ incommodis commota non potest non commemorare, nihil magis Ecclesiæ Dei esse necessarium, quam ut Beatissimus Romanus Pontifex, quam sollicitudinem universæ Ecclesiæ ex muneris sui officio debet, eam hic potissimum impendat, ut lectissimos tantum sibi Cardinales asciscat, & bonos maxime, atque idoneos pastores singulis Ecclesiis præficiat, idque eo magis, quod ovium Christi sanguinem, quæ ex malo negligentium, & sui officii immemorum Pastorum (e) regimine periburt, Dominus noster Jesus Christus de manibus ejus sit requisiturus.

(b) c. cum in cunctis, & c. cum nobis nisi, de elect. Conc. Lat. sub Leone X. de rer. Curiæ in pr. sess. 9.

1. S. D. N. Pius IV. in Bulla super forma Juramenti professionis fidei.

DE-

DECLARATIONES.

1. *De professione fidei ab eo facta.*) Professio fidei ab Episcopo emittenda est juxta Bullam Pii IV.

Hoc Decretum extenditur etiam ad eos, qui de monasteriis, conventibus, domibus & aliis quibuscumque bonis regularibus, quocumcumque Ordinum etiam militarium, quocumque nomine, vel titulo providentur.

Idem Pius IV. per aliam bullam, ad hanc fidei professionem teneri voluit omnes Doctores, Magistros, Regentes, & alios cujuscumque artis & facultatis Professores, tam Clericos, sive laici, vel cujuscumque Ordinis regulares sint, qui docere vel promoveri, ut supra, voluerint. Itaque Ordinarii eorum locorum, ubi studia vigent, negligentes hanc fidei professionem exigere, puniendi sunt.

Congregatio Concilii censuit, Commendatarios Abbatiæ earum jurisdictionalem tantum, non autem Sacramentalem habentes, nullo Concilii Decreto ad residentiam adstringi, neque, si non resideant, pœnis ab eo non residentes constitutis arceri.

Congregatio Concilii censuit, Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, non teneri ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum a suis superioribus, de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati debere, ac ab eis habere licentiam, & cum ea se personaliter coram Episcopo præsentare, ab eoque petere benedictionem, tametsi eam minime obtinuerint.

CAPUT VII.

Lib. 1. Decretalium, tit. de electione & electi potestate.

CUm in cunctis sacris ordinibus, & Ecclesiasticis ministeriis sint ætatis maturitas, gravitas morum, & literarum scientia inquirenda; multo fortius in Episcopo hæc oportet inquiri, qui ad aliorum curam positus, in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei oporteat conversari. Ea propter, ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur a posteris in exemplum; præsenti Decreto statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam tricesimum annum ætatis exegerit, & de legitimo Matrimonio natus; qui etiam vita & scientia commendabilis demonstretur.

REMISSIONES.

a Vide Navar. in *tract. de Orat. Miscell. 33. cum segq. & Miscell. 42. Maudos. de Signatur. gratiæ in princip. verb. Provisiones. Ludov. Maretan. in Clypeo Militaris Ecclesiæ lib. 3. cap. 19. & 20. cum segq. novissime P. Valer. Regin. in praxi fori pæn. lib. 30. tract. 3. num. 165.*

β *Omnes vero Inquisitiones*, &c.) Vide Flamin. *de Resignatiis. lib. 8. q. 3. num. 10. cum segq. & q. 6. n. 4.* ubi resolvit, idem tenendum in beneficiis consistorialibus, cum in eis vigeat eadem ratio.

γ *Ea vero omnia*, &c.) Vide P. Azor. *Inst. Moral. p. 2. l. 6. c. 6. col. 682.*

* *Etiam in Creatione Cardinalium.*) Vide de Salazed. *all Bern. Diaz in prax. can. cap. 25. lit. A. in fine.*

CAPUT II.

Qualibet triennio fiant Concilia provincialia per ipsum Metropolitanum, aut eo impedito, Coepiscopum antiquiorem. Ad ea convenire quicumque de jure vel consuetudine interesse debent. Episcopi nulli Archiepiscopo subjecti eligant vicinum Metropolitanum. In reliquis vigeat eorum exemptio. Synodi Dioecesanæ quotannis celebrentur, &c.

* a PRovincialia Concilia, sicubi omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, (a) aliisque, ex sacris canonibus, permissis renoventur. 1. β Quare Metropolitani per seipsos, seu illis legitime impeditis, 2. Coepiscopus antiquior intra annum ad minus a fine præcedentis Concilii, & deinde 3. γ quolibet saltem triennio post octavam Paschæ Resurrectionis Domini nostri JESU Christi, seu alio commodiori tempore pro more provinciæ non prætermittat. 4. Synodum in provincia sua cogere: quo Episcopi omnes, & β alii,

T qui

a c. propter hoc clericis. cit. fuga. 18. dist. c. fideles olim, de accus. Concil. Aurel. p. c. 2. Concil. Later. sub Leone X. Sess. 10. in 5. Lat. sub Innoc. III. exigentur, ut singulis annis Metropol. visita, &c.

qui de jure, vel consuetudine interesse debent, exceptis iis, quibus cum imminenti periculo transferendum esset, convenire omnino teneantur. 5. Nec Episcopi comprovinciales præ rexru cujuslibet consuetudinis ad Metropolitanam Ecclesiam in posterum accedere inviti compellantur. 6. Itidem Episcopi, 7. qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur, aliquem 8. vicinum Metropolitanum 9. semel eligant, 10. in cujus Synodo provinciali cum aliis interesse debeant; & quæ ibi ordinata fuerint, observent, ac observari faciant: in reliquis omnibus eorum exemptio, & privilegia salva, atque integra maneant. 11. Synodi quoque Diœcesanæ 12. quotannis celebrentur: 13. & ad quas exempti etiam omnes, qui alias, cessante exemptione, interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur, ratione tamen parochialium, aut aliarum sæcularium Ecclesiarum, etiam annexarum, debeant ii, 14. qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse. Quod si in his tam Metropolitani, quam Episcopi, & alii suprascripti negligentes fuerint; pœnas, a sacris (b) Canonibus sanci-

(b) Concil. Tarracon. c. 2.

tas, incurrant.

DECLARATIONES.

1. *Quare Metropolitani.*) Metropolitani negligentes convocare Concilium provinciale, a summo Pontifice exeritantur præsentis tenore Capituli.

Metropolitanus, qui ex aliqua causa Concilium hoc ad præscriptum tempus celebrare non potest, a summo Pontifice solet dispensari.

2. *Cæpiscopi eadem.*) Suffraganeus antiquior, Metropolitano impedito, debet convocare Concilium provinciale, & in cæteris vice dicti Metropolitani fungi, prout decernitur hoc cap. &, non alius Episcopus, qui non est suffraganeus, etsi sit exemptus & Apostolicæ Sedi immediate subjectus, licet in Concilio provinciali per Metropolitanum, dum vivent, celebrato juxta formam hujus cap. elegerit dict. Metropolitanum, cujus Synodo interesse, etiamsi omnibus dicti Metropolitani suffraganeis an iquior esset, ac in Concilio provinciali super omnes dictos suffraganeos federet.

3. *Quolibet saltem triennio.*) In illis ob distantiam Episcoporum comprovincialium hoc triennii tempus ad Concilium celebrandum usque ad sextum annum a Sede Apostolica prorogatur.

4. *Synodum in provincia sua.*) Ad Archiepiscopum spectat electio loci celebrandæ Synodi provincialis: ramen ex justis impedimentis justis, & accidentibus, permoditatibus necessariis, probavit Congregatio Conc. Metropolitanam Ecclesiam non esse relinquendam.

Congregatio Concilii censuit, electionem Synodi provincialis factam a prædecessore in hac re, 1596. 6 Jul. 19. Aprii. 1596. 19. Dec. 1596. 19. Dec. 1596. 19. Dec

ras Ecclesias visitare ex Decreto Concilii præcedentis *Sess. cap. 9.* quia cum jus habeat visitandi istos Parochos, frustra videretur visitare nisi prius ad Synodum vocati & instructi essent de iis ordinariis, quæ scire eos oporteat, aliqui tamen dixerunt, quod *d. cap. 9. infra*, tribuit tantum jus visitandi, quod est longe diversum a jure cogendi ad Synodum.

Ratione Parochialium obtinentes beneficium in una Diœcesi, vel civitate, cum tamen ipsi in alia habitent, tenentur ad Synodum Diœcesanam illius Episcopi accedere, cui subjecti sunt, ejusque leges observare.

26. Aug. 1394.

Congregatio Concilii censuit, Regulares, qui subduntur Capitulis generalibus, non posse cogi ab Episcopo ad interessendum Synodo, nisi tantum in casu expresso, *c. 2. Sess. 22. de Reform.*

14. Qui illarum curam gerunt.) Hoc servandum est, etiam hoc posito, quod institutio, vel nominatio ad illos pertineat.

REMISSIONES.

a Vide Zerol. in *praxi Episcop. p. 1. verb. Concilium, pag. 74.* late P. Azor. *Instit. Moral. p. 2. lib. 1. cap. 47. per totum.* Et Rainan. *quæst. Regul. tom. 3. qu. 47. art. 2.* cum seq. novissime P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. lib. 20. num. 63. vers. Quæritur.* Aloys. Ricci. in *resol. decis. collect. 2153.* * Vide etiam Salzed. ad *Bern. Diaz. in prax. can. cap. 32. lit. C. in vers. Quæritur casus.*

b Quare Metropolitani per substitutos, seu illis legitime impeditis, &c.) Vide Zerol. *d. verbo, Concilium, §. 7.* P. Azor. *d. c. 47. quæst. 3.*

γ Quilibet talium retinuit.) Vide P. Azor. *d. cap. 47. quæst. 6.* Zerol. *d. verbo, Concil. §. 2.*

δ Et alii, qui de jure, vel consuetudine interesse debent.) An procedat in habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem. Affirmat P. Azor. *d. cap. 47. quæst. 2.* Negat in Rectoribus nullius jurisdictionis Sayr. *dec. 2. 11. an. ejus. Ordin.*

ε Nec Episcopi comprovinciales, &c.) An suffraganeus ad Metropolitanum accedere teneatur extra celebrationem Concilii Provincialis? Negative censuit sacram Congregationem, testatur Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, Suffraganei, pag. 318.*

ζ Ad quas exempti etiam etiam, &c.) Vide P. Azor. *d. c. 47. q. 3.*

CAPUT III.

Visitationem sua Diœcesis faciant Episcopi & alii superiores, eamque absolvant intra biennium, certis servandis, & salvis salvandis.

a PAtriarchæ, (*a*) Primates, *b* Metropolitani, & Episcopi * 1. propriam Diœcesim per se ipsos, aut, si legitime impediti fuerint, 2. per suum generalem Vicarium, aut Visitatorem, si quotannis totam, propter ejus latitudinem, visitare non poterunt, saltem majorem ejus partem, ita tamen ut tota biennio per se, vel Visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant. *b* Metropolitanis vero, etiam posse plene visitatam propriam diœcesim, non visitentur Cathedrales Ecclesiæ, neque diœceses suorum comprovincialium, nisi causa cognita, & probata in Concilio Provinciali. 3. *c* Archidiaconi autem, Decani, & alii inferiores in iis Ecclesiis, 4. ubi hactenus visitationem exercere legitime consueverunt, debeant quidem, *γ* assumpto notario, de consensu Episcopi deinceps 6. per semetipsos eandem ibidem visitare. 7. *d* Visitatores etiam, a Capitulo deputandi, ubi Capitulum jus visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur, 8. sed non ideo Episcopus, vel, eo impedito, ejus visitator eadem Ecclesias seorsum ab his visitare prohibeatur, cui ipsi Archidiaconi, vel alii inferiores, visitationis factæ infra mensem rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta ei exhibere teneantur; non obstantibus quacumque consuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus, & privilegiis, quibuscumque Visitationem autem omnium istarum (*b*) præcipuus sit Episcopus, sanam, orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus, inducere; 9. bonos mores tueri, pravos corrigere; populum cohortationibus & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere; cætera, prout locus, tempus & occasio feret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Quæ ut facilius, feliciusque succedant; monentur prædicti omnes, & singuli, ad quos visitatio spectat, ut paterna charitate, Christianoque zelo omnes amplectantur, ideoque modesto contenti equitatu famulatuque studeant, 10. quam celerrime, debita tamen cum diligentia, visitationem (*c*) ipsam absolvere. 11. *ε* Interimque caveant, ne inutilibus sumptibus cuiquam graves, onerosive sint; 12. neve ipsi, aut quisquam suorum 13. quidquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad pios usus, 14. præter id, quod ex relictis piis jure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant: non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili: 15. *ζ* exceptis tantum victualibus, quæ sibi ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, & non ultra, erunt ministranda. Si tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere id, quod erat ab ipsis antea solvi, certa pecunia taxata, consuetum; 16. an vero prædicta victualia submini-

a Concil. Bracar. 2. c. 1. Conc. Trident. vers. statutum etiam ne Episc. c. Cavendâ, & c. inter cætera. 10. q. 3. & c. ult. Apostol. de cens.

omnibus cæsibus accipere præsumpserit; *λ* is præter dupli restitutionem, intra mensem faciendam, alias etiam pœnis juxta Constitutionem Concil. Generalis Lugdunensis, quæ incipit, (*d*) Exigit: necnon aliis pœnis in Synodo Provinciali arbitrio Synodi, absque ulla spe veniæ, *μ* mulctetur. Patroni vero in iis, quæ ad Sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se præsumant ingerere; neque visitationi ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarum proventibus immisceant: nisi quatenus id eis ex institutione, ac fundatione competat: 17. sed Episcopi ipsi hæc faciant, † 18. & fabricarum reditus in usus Ecclesiæ necessarios, & utiles, 19. prout sibi expedire magis visum fuerit, expendi curent.

d Sexti decret. l. 3. tit. 20. c. 1.

DECLARATIONES.

1. Propriam Diœcesim.) Hoc intelligitur habere locum etiam casu, quo Ecclesiæ sint exemptæ, sed tunc per scipsum tantum, vel per suos, quibus sibi videbitur, adjunctis, ex *cap. 4. sess. 6.*

Fuit dubitatum, an liceret Episcopo in visitatione homines monere per edicta sub excommunicationis pœna ad revelanda ea, quæ scirent contra Capitulares, & alios qui correctione, & emendatione indigent. Fuit resolutum die ult. Martii 1588. non licere.

2. Per suum generalem Vicarium, aut Visitatorem.) Comprehenduntur etiam exempti, qui visitandi essent ab Episcopis, ut possint ipsis legitime impeditis visitari a Vicariis, ut hic.

3. Archidiaconi autem.) Ordinarius vel debet dare beneficium Ecclesiasticum Archidiacono de consuetudine jurisdictionem exercendi, vel permittere ei exercere jurisdictionem Archidiaconatus, sicut erat solitus. Cum autem Archidiacono provisum fuerit de alio beneficio, contigeritque Archidiaconatum ipsius Archidiaconi cessione vel morte vacare, Archidiaconatus ipse in perpetuum postea sublatus esse intelligitur. Interim vero dum Archidiaconus jurisdictionem exercet, si ipse, vel ejus

ministri quicquam injuste, vel perperam egerint, Ordinarius in eos animadvertere debet.

4. *Visitationem.*) Congregatio censuit, Archidiaconum, dummodo visitet, percipere fructus Archidiaconatus, cum sit absens pro servitio Ecclesiæ & ex præscripto Papæ.

5. *Assumpto Notario.*) Verba hæc, quibus dicitur, quod Archidiaconi, Subdiaconi & alii inferiores, in sua visitatione debeant assumere Notarium de Episcopi consensu, locum non habent in Abbatibus sæcularibus.

6. *Per scipsos tantum.*) Si jurisdictio illorum inferiorum verteretur solum in videndis rationibus & computis Ecclesiæ, per substitutos possent implere suum munus.

7. *Visitatores etiam.*) Hoc decretum, quo jubentur Visitatores a Capitulo deputandos, esse approbandos ab ordinario, vendicat sibi locum, etiam ubi soli Capitulo absque Episcopo competit facultas visitandi, prout declaravit Congregatio die 30. April. 1587.

8. *Sed non idem Episcopus.*) Licet Episcopus possit iterum visitare Ecclesias visitatas ab inferioribus, ut hic, non potest tamen iterum punire punitos ab eis, nec ab eis absolutos cogere ad innocentiam suam demonstrandum.

Congregatio censuit, licuisse Archiepiscopo Tranensi in actu visitationis Ecclesiæ sancti Jacobi Ecclesiæ exemptæ, exquirere ab illius Ecclesiæ clericis titulos beneficiorum & dimissorias, quarum virtute fuerint ordinati, nisi aliter idem Archiepiscopus exquisierit & viderit, posse idem compellere ad exhibendas hujusmodi dimissorias & titulos.

Pensionarius non tenetur contribuere pro mercede concionatoris, præsertim ubi est consuetudo, quod populus talem impensam facere soleat.

Pensionarii nulla ex parte contribuere debent pro mercede, quæ prædicatoribus solvitur.

Decretum Clementis II. de sepult. de hora prædicandi, quod regulares possint prædicare populo verbum Dei, hora illa dumtaxat excepta, in qua locorum Prælati voluerint, vel eorum se facere solemniter præsentare, S. D. N. respondit non esse in usu.

An vigore hujus *cap.* teneatur Ordinarius prohibere regularibus, ne in Ecclesiis suorum Ordinum prædicent, causam allegare aut justificare, & quæ legitima censeantur? Congregatio censuit non teneri.

9. *Bonos mores tueri, pravos corrigere.*) Episcopus visitando potest aliquod crimen corrigere & punire, & non solum monere & reprehendere.

10. *Quam celerrime.*) Nullum certum tempus ab Episcopo observandum ad visitationem est præscriptum, sed relictum est arbitrio Episcopi, quod debet esse moderatum & discretum.

Dum ipse Episcopus visitat, debet continenter visitationem prosequi, neque ad extraneos actus divertere, sed quamprimum legitimo impedimento cessante, ut perficiatur, incumbere.

11. *Interimque cavente.*) Per Decretum hoc §. *interimque*, quo prohibetur Episcopis, ne præter victualia quicquam accipiant procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad pios usus, aut alio quovis nomine, non censetur sublatum Cathedraticum, quod singulis annis exigi solet ab Ordinario, tam in visitatione, quam extra. Ita censuit Congregatio Concilii die 8. Octobris 1587. Melius tamen sereent, si Cathedraticum extra visitationem exigerent.

12. *Neve ipse aut quispiam suorum.*) Non potest quicquam ab eis, qui visitantur, pro decretis & ordinationibus spectantibus ad visitationem, vel etiam pro scriptura laboreve, percipere Episcopus, vel ei adjuncti.

13. *Quicquam procurationis causa.*) Episcopus re ipsa non visitans, nihil procurationis causa exigere potest.

Episcopo sibi petenti declarari, quem ordinem debeat habere Episcopus cum suo Capitulo, an cum Notario vel sine, vel cum juramento, ne detur occasio litibus & sumptibus? Congregatio respondit servandum esse eum ordinem, quem constituit decretum Concilii *Sess. 6. c. 4. & Sess. 21. c. 8.* Si modo capitulum sit exemptum ab Ordinario, quod si illud subjectum sit, tunc servandum ordinem positum præsenti *cap.* ubi de Notario & dispositionibus, & de actis expresse disponitur est.

An Episcopus constituere possit suum Archidiaconum ad visitationem expediendam, & præscribere comitatum & equitatum, ne oneri sit Ecclesiis, quas visitaverit? Congregatio respondit posse.

Hoc caput, dum de subministrandis victualibus disponit, non habere locum in visitatione Cathedralis Ecclesiæ, censuit Congregatio.

Con-

Congregatio censuit, munera nulla posse recipere, sed victualia tantum, vel eorum loco procuratorium, si visitari ita elegerint. Congregatio censuit, nullum certum tempus a Concilio fuisse præscriptum, intra quod teneatur Episcopus suam visitationem concludere, sed relictum ejus arbitrio, quod tamen debet esse moderatum & discretum.

14. *Præter id, quod ex relictis pia jure debetur.*) Episcopus potest ex consuetudine exigere, veluti trigesimam, ex relictis pia ratione visitationis testamentorum: secus vero, si in testamentis nullum esset relictum pium.

15. *Exceptis tantum victualibus.*) Hæc debentur ab his, qui consueverunt procuratorem præstare, & quandoque contingit a Communitatibus locorum.

Extante consuetudine, ut Episcopo Diœcesos visitanti a laicis victualia ministrentur, etiam Vicario visitanti, ab Ecclesiarum Rectoribus consuetudo attendenda sit.

16. *Victualia subministrare.*) Si ex consuetudine populus subministrat victualia Episcopo visitanti, potest servare consuetudinem Ecclesiæ utilem: laudabile tamen est, ut Episcopus illum minus graver. Si vero populus subministrabat ante Concilium singulis triennii, Episcopus non debet exigere, si singulis annis visitaverit, nisi pro tempore, quo ante præstabat populus, quod si ipse recusaret, cogendus non est.

Episcopus exiens per villas & oppida, ut Sacramentum Confirmationis tantum conferat, a nemine est procurandus, & ipsi Episcopo Chrismatis tantum conferendi causa ad loca suæ Diœcesis accedenti, laici vel Ecclesiarum Rectores ad illius impensas non tenentur.

17. *Sed Episcopi ipsi hoc faciant.*) Capitulum quoddam prætendit, quod Episcopus sine adjunctis non posset visitare corpus Ecclesiæ Cathedralis, Sacramentum, reliquias, vestes, vasa, ornamenta, cæteraque ad cultum divinum destinata: nec capellas, capellanias, dotationes, anniversariorum institutiones & memorias defunctorum, aliaque pia opera, nec res aut bona dictæ fabricæ, aut Ecclesiæ: Congregatio tamen censuit, posse sine adjunctis: de quibus *sess. 25. c. 6. de Ref.*

18. *Et fabricarum reditus.*) In fabricis, quæ non sunt de jurepatronatus, a fortiori decretum hoc habet locum: nam earum reditus arbitrio Episcopi in usus Ecclesiæ sunt exponendi.

19. *Prout sibi magis expedire visum fuerit.*) Cum ex hoc Decreto reditus fabricarum, quæ sunt de jurepatronatus, expendi debeant, prout Episcopo magis expedire videbitur, a fortiori hoc habet locum etiam in fabricis, quæ non sunt de jurepatronatus.

Congregatio Concilii censuit, obtinentem legitime præbendam & Parochialem ante Concilium, posse post Concilium utrumque beneficium retinere, dummodo in Parochiali resideat. 21. April. 1581.

Gregor. X. in generali Concil. Lugdunensi in 6. Decretal. tit. De censibus & exactionibus.

CAPUT II.

EXigit perversorum audacia, ut non simus sola delictorum prohibitione contenti, sed etiam pœnam delinquentibus imponamus. Constitutionem itaque felicis recordationis Innocentii Papæ IV. prædecessoris nostri, editam super non recipiendis in pecunia procurationibus, ac super receptione munerum visitantibus, eorumque familiaribus interdicta, quam multorum fertur temeritas præterire, volentes inviolabiliter observari, eam decernimus pœnæ adjectione juvandam: Statuentes, ut universi & singuli, qui ob procurationem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam, vel etiam a volente recipere, vel alias constitutionem ipsam recipiendo monere, sive visitationis officio non impenso procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione, violare præsumpserint, duplum ejus quod receperint Ecclesiæ, a qua id receptum fuerit, infra mensem reddere teneantur. Alioquin ex tunc Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, duplum ipsum ultra prædictum tempus restituere differentes, ingressum sibi Ecclesiæ semianni interdictum. Inferiores vero beneficio noverint se suspensos, quousque de duplo hujusmodi gravatis Ecclesiis plenarium satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione, libertalitate, seu gratia valitura.

Ibid. c. 1.

REMISSIONES.

a Vide noviss. P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 20. num. 69. vers. Quintum*, late P. Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 3. cap. 40. a Principio.*

β Patriarchæ.) Plura de Illustrissimis Patriarchis Ecclesiæ, & de eorum numero, præeminentia, Origine, & dignitate

» Utrum facultas concessa Episcopis in hoc capite, sit per Bullam Cœnæ revocata, quoad absolutionem ab hæresi, & exteris casibus Bullæ Cœnæ ? Eam facultatem non esse revocatam tuentur Navar. in *Manual. cap. 27. num. 280. in fine, & Cons. 11. quæst. 1. sub tit. de Privil. in 2. edit.* Vela *de Pœnis delictor. cap. 14. vers. Jure vero Canonico.* Llamas in *Methodo curat. part. 3. cap. 1. §. ult. in fine.* Emman. Saa *verb. Episcopus num. 37.* Angles in *Flor. Theolog. part. 1. tit. de Confess. quæst. 4. art. 5. dific. 6.* Veg. *tom. 2. summ. cap. 125. casu 11.* Cordub. in *summa quæst. 3. punct. 3.* Vivald. in *Candelab. p. 1. tract. de absolut. num. 13. §. 9. 2. in expositione Bullæ Cœnæ, num. 141.* Ft. Emm. in *summa, tom. 1. cap. 131. num. 5. in 2. edit. & in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 70. & quæst. Regul. tom. 3. quæst. 20. art. 10.* Gutt. *Canon. in posterior. edit. l. 1. cap. 13. ad finem.* Anton. Gom. in *Bullam Cruciatæ elanc. 40. num. 44. in fine.* P. Henriquez in *summa, lib. 6. c. 14. num. 7.* Petr. de Ledesm. *in summa p. 2. tract. 1. cap. 6. post 20. coach. difficult. 7.* Bannes 2. 2. *quæst. 11. art. 4. dub. 2. post 2. concl. argum. 3. vers. Et si quis objiciat, & ibi Atag. art. 3. col. 10. vers. Sed dubium est, quisnam possit.* P. Soarez *tom. 5. de Cens. disp. 21. sect. 3. num. 5.* Prædictam tamen facultatem revocatam esse tenent Majol. *de Irregul. lib. 5. cap. 46. num. 6. vers. Caveant.* Tol. in *summa in Bulla Cœnæ Excomm. 14. in fine.* Vivald. palinodiam recantans in editione noviori Anno Dom. 1602. in *Candelab. p. 1. tit. 11. de Absolut. num. 13.* Hugolin. *de casibus Pontificis reservatis, p. 2. cap. 2. §. 4. super vers. Etiam præterea quaromcumque facultatum, num. 3.* Param. *de Origine Inquisit. lib. 3. quæst. 9. num. 191.* P. Molin. *de Justit. tract. 3. disp. 63. num. 8. tract. 5. disp. 18. num. 2.* Nic. Garc. *de Benef. p. 11. cap. 10. num. 113.* Sayr. *decis. 36. de sent. excom.*

quem refert Aloys. Ricci. in *Collect. decis. p. 4. Collect. 321. vers. Tertio.* Et secundum hanc opinionem in supremo Generalis Inquisitionis Prætorio Romano sæpe pro ejus natu fuit esse restatur Penna in *Direct. Inquis. p. 3. quæst. 92. comment. 141. vers. quo.* sic declaratur Greg. III. refert Fusc. *de Vest. lib. 2. cap. 31. num. 5. & cap. 25. num. 4.* & audiviſſe a religioſo docto, & fide digno ſic declaratur Clem. VIII. dicit P. Azor. *Inſt. Moral. p. 2. lib. 2. cap. 19. quæſt. 3. & cap. 10. quæſt. 10.* & ita conſuluſſe ſacram Cardinalium Congregationem aſſerit P. Soarez *tom. 4. diſp. 30. ſect. 2. num. 11.*

ßß Non eorum Vicariis.) Vide Fr. Emm. in *Explicat. Bullæ Cruciatæ fol. 116. & in addit. p. 2. fol. 124. quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 20. art. 11.* Zerol. in *praxi Epiſc. p. 1. verb. Vicarius, verſ. Primum dubium, p. 537. & p. 2. verbo, Hæretici, verſ. 4.* P. Sanchez *lib. 2. de Matrim. diſp. 40. num. 27. & in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 11. num. 22. cum ſeqq.* noviſſime Guttier. *d. tract. de Matrim. cap. 49. num. 18. 22.* & ſi hic *text.* Vicarios non excluderet, illis videri datam poteſtatem, reſolvit Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 83. num. 12.* Guttier. *d. tract. de Matrim. cap. 59. num. 11.*

CAPUT VII.

Adminiſtrentur ſacramenta, eorumque vis frequenter explicetur etiam lingua vernacula: Miſſæ quoque myſterium populo diligenter inculcetur explanatione ejus, quod agitur.

UT fidelis populus ad ſuſcipienda Sacramenta majori cum reverentia, atque animi devotione accedat; præcipit Sancta Synodus Epiſcopis omnibus, ut non ſolum, cum hæc per ſeipſos erunt populo adminiſtranda, prius illorum vim, & uſum pro ſuſcipientium captu explicent, ſed etiam idem a ſingulis parochis pie, prudenterque etiam lingua vernacula, ſi opus ſit, & commode fieri poterit, ſervari ſtudeant, juxta formam a ſancta Synodo in Catecheſi ſingulis Sacramentis præſcribendam; quam Epiſcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque a Parochis omnibus populo exponi curabunt: necnon ut (a) inter Miſ- a Sup. ſarum ſolemnia, aut divinorum cele- ſ. 21. brationem ſacra eloquia, & ſalutis Miſ. monita eadem vernacula lingua ſingulis diebus feſtis, vel ſolemnibus explanent; eademque in omnium conſibus, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerere, atque eos in lege Domini erudire ſtudeant.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Pet. Ledeſm. in *ſum. p. 1. in ſu tract. de la doctrina Chriſtiana.* Fr. Jo. Gom. *el tratado del perfecto Chriſtiano fol. 219. verſ. ubi Concilium in præſenti citat.*

CAPUT VIII.

Publice peccantibus injungenda publica Pœnitentia, niſi Epiſcopi arbitrio aliter fuerit viſum: Pœnitentiarii in Cathedralibus collocandi cum quorumdam obſervatione.

a APoſtolus monet, (a) ß publice peccantes palam eſſe corripiendos. Quando igitur ab aliquo publice, & in multorum conſpectu crimen commiſſum fuerit, unde alius ſcandalo offenſos, commotoſque fuiſſe non ſit dubitandum; huic conſignam pro modo culpæ pœnitentiam (b) publice injungi oportet; ut quos exemplo ſuo ad malos mores provocavit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectam evocet vitam. Epiſcopus tamen publice hoc pœnitentiæ genus in aliud ſecretum poterit commutare, quando ita magis judicaverit expedire. 1. In omnibus etiam Cathedralibus Eccleſiis, ubi id commode fieri poterit, 2. γ δ Pœnitentiarius aliquis, 3. cum unione præbendæ, 4. proxime vacaturæ, 5. ab Epiſcopo inſtituatur, qui magiſter ſit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel jure Canonico, & † a annorum

norum quadraginta, ſeu alias qui aptior pro loci qualitate reperiatur; qui 6. dum Confeſſiones in Eccleſia audiet, interim præſens in choro cenſeatur.

DECLARATIONES.

1. *In omnibus etiam Cathedralibus Eccleſiis.*) Officium pœnitentiariæ in Cathedrali poteſt per ſolum Epiſcopum conſtitui, ad quem quoque pertinet electio perſonæ, quoties opus fuerit exercendo tali officio, nec requiritur aliquis Capituli conſenſus: collatio autem præbendæ unitæ ab his fieri debet, ad quos antea ſpectabat.

In omnibus Cathedralibus.) Congregatio cenſuit, hoc decretum intelligi tantum de Cathedralibus, & in aliis Eccleſiis Collegiatis non habere locum. Item pœnitentiarium teneri confeſſiones audire in Eccleſia, alias privari poſſe.

Congregatio Concilii cenſuit, defectum ætatis 40. Annorum non obſtare, ubi alias aptior pro loci qualitate non reperitur.

Præſuppoſito juxta deciſionem Congregationis alias editam, poſſe Canonicum ex conſuetudine Eccleſiæ in eadem obtinere dignitatem, an obtinens Canonicatum, cui poſt Concilium injunctum eſt munus pœnitentiarii, poſſit vigore dictæ conſuetudinis obtinere etiam dignitatem in eadem Eccleſia? Congregatio cenſuit non poſſe.

2. *Pœnitentiarius aliquis.*) Si officii Pœnitentiarii & unitæ præbendæ vacatio contingat in menſe Apoſtolico, vel alias præbenda eſſet reſervata, vel affecta, electio perſonæ Pœnitentiarii hujuſmodi pertineat ad Sanctiſſimum, prout bis, re diligenter diſcuſſa, citatis etiam procuratoribus Epiſcoporum, quorum intereſſet, & eorum binis allegationibus perpenſis, cenſuit Congregatio pertinere ad Sanctiſſimum.

Uniones factæ auctoritate Sedis Apoſtolicæ in caſu hujus *cap.* in favorem Pœnitentiarii, dicuntur ſaltem ex veriſimili mente comprehenſæ in hoc Decreto ad effectum, ut tales uniones cadant ſub exceptione regulæ revocatoriæ unionum.

23. Junii, 1564. Congregatio Concilii cenſuit, inſtitutionem officii pœnitentiarii ad ſolum Epiſcopum abſque conſenſu Capituli pertinere, collationem autem præbendæ pœnitentiariæ unitæ ab illo fieri debere.

31. Maji, 1586. Congregatio Concilii cenſuit, pœnitentiarium ad præſcriptum Concilii inſtitutum ante vacationem præbendæ ei officio unitæ, neque vocem in Capitulo, neque in choro ſibi vendicare poſſe, minuſque habendum interim eſſe pro Canonico, præbendam autem ipſi officio unifendam integram, atque Canonicalem eſſe debere.

Januarii, 1597. Congregatio Concilii cenſuit, ſi collatio ſit communis inter Epiſcopum, & Capitulum, & vacatio præbendæ pœnitentiarii contingat in quatuor menſibus inferiorum collatorum, electionem perſonæ pœnitentiarii ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, quemadmodum ante Concilium, pertinere.

3. Cum unione præbenda.) Præbendæ pro pœnitentiario a Capitulo, Sede vacante, aſſignari valide non poſſunt, ſed ab Epiſcopo hoc præſtandum eſt.

Portio, quæ ſit in Eccleſia, in præbendam pœnitentialem exigi non poteſt, ſed præbenda Canonicalis.

In Eccleſia, ubi hæc præbenda pœnitentialis nondum erecta eſt, a Sede Apoſtolica fuit deputatus Pœnitentiarius, cum aſſignatione ſtipendii 70. ſcutorum a Capitulo in perpetuum perſolvendorum. At ſi non eſſet præbenda, & fructus omnes exiſterent in diſtributionibus quotidianis, tunc diſtributiones habebuntur pro præbenda.

Pœnitentiarius a Capitulo Sede vacante inſtitutus acquirit aliquod jus ad Canonicatus, & præbendas ejuſdem Eccleſiæ vacantes, durante dicta Sede vacante, de quibus auctoritate Apoſtolica fuit provifus, etiamſi Canonicatus, & præbenda primo vacatura, ſpectaret ad Pœnitentiarium.

1. Mart. 1598. Congregatio Concilii cenſuit, & declaravit pœnitentiarium ab Epiſcopo ad præſcriptum Concilii inſtitutum teneri officium exercere, etiam ante vacationem præbendæ ipſi officio unitæ.

12. Febr. 1601. Congregatio Concilii cenſuit tam Theologi, quam Pœnitentiarii præbendam, etiam poſtquam eſt effectum ſortita, non ſubjacere optioni.

7. Jun. 1601. In Cathedrali Vercellenſi ſunt 24. Canonici, quorum duodecim ex deſignatione Epiſcopi ſunt Sacerdotes, ſex Diaconi, & alii ſex Subdiaconi.

Ex conſuetudine illius Eccleſiæ Canonici habent duplicem optionem, alteram præbendæ temporalis. Nam Canonicus

retento titulo optat præbendam temporalem vacantem, alteram tituli. Nam inferioris ordinis Canonici optant titulos ordinis superioris, & ita Diaconus potest optare titulum sacerdotalem Canonici sacerdotis defuncti.

4. *Proxime vacaturæ.*) Non tamen in mense Papæ. Præbenda in mensibus Apostolicæ Sedi reservatis vacans, non potest erigi in præbendam pœnitentialem. An autem præfertur provisio Theologi. *Supra cap. 1. Sess. 5.*

In Ecclesiis, in quibus ex consuetudine optantur præbendæ, si ea, quæ post Concilium primo vacavit, non fuit in pœnitentialem erecta, potest optari postea vacans: sed si ante optationem Episcopus erexit, erectio prævalet, nec poterit postea optari.

Fuit dubitatum, an præbenda pœnitentiarii defuncti possit optari? Et congregatio respondit, non posse.

Nunc quæritur, an ordo Sacerdotalis, cujus erat Pœnitentiarius, possit optari a Canonico ordinis inferioris, adeo ut præbenda Pœnitentiarii debeat postea obtineri a Canonico ordinis inferioris?

Congregatio Concilii censuit, non posse.

5. *Ab Episcopo instituatur.*) Solo scilicet, absque consensu Capituli, & etiam ab eodem eligatur, & licet vacatet sedes Episcopalis, Capitulum nihil potest, etiam postquam, quod eo tempore Pœnitentiarius moreretur. *Supra hoc cap. §. Cum unione.*

6. *Dum Confessiones in Ecclesia audiet.*) Si pœnitentiarius ex vi hujus decreti deputatus teneretur Confessiones audire, puniri deberet ab Episcopo, & cogi, ut officium sibi injunctum exequatur.

Pœnitentiarius habendus est pro præsente in choro, dum audit Confessiones in Ecclesia, sive sit in Confessionario, sive extra. Illo autem tempore, quo residet in Confessionario, nec audit Confessiones, aliis in choro divina celebrantibus aut recitat officium private, & non celebraverit Missam, non est censendus esse præsens in choro.

Gienenſis 4. Sept. 1591. Congregatio Concilii censuit, Pœnitentiarium, dum confessiones audit, in Ecclesia censeri præsentem, etiam in processionibus, & orationibus.

17. Junii, 1595. Congregatio Concilii censuit, pœnitentiarium non posse absolvere a casibus Episcopo reservatis, nisi Episcopus ipse hanc ei tribuerit facultatem.

Non potest Pœnitentiarius Canonicus cogi ad majorem residentiam, quam alii Canonici, qui per tres menses abesse possunt dummodo non absit tempore, quo frequentius pœnitentes accedunt. Et diebus festis solemnibus, veluti tempore jejuniorum Quadragesimæ, & adventus, quatuor anni temporum, Resurrectionis, Ascensionis, &c. Pœnitentiarius non potest absolvere quemquam a casibus, quos Episcopus sibi expresse reservaverit, nisi ipsemet Episcopus hanc illi speciatim dederit facultatem. Nec sufficit quæcumque præsumptio.

Abulensium causa proposita Congregationi sacræ.

Illustrissimi, & Reverendissimi Domini: statutum est per Decretum sacri Concilii Tridentini, *Cap. 8. sess. 24. de Reform.* Quod in Cathedralibus Ecclesiis, in quibus commode fieri potest, sit unus Pœnitentiarius. Prætendit autem Pœnitentiarius, non teneri se nisi ad reservatos, cum tamen videatur etiam teneri ad non reservatos, qua Concilium generaliter, & indistincte loquitur, ideo generaliter, & indistincte est intelligendum: & tanto magis id procedit, quia deputatio talis Pœnitentiarii redderetur frustratoria, si tantum ad reservatos restringenda esset. Nullus enim ad confitendum ad illum accederet, ne deteretur eo ipso in casibus reservatis deliquisse, quod pœnitens ad pedes talis Pœnitentiarii accederet, unde multi se abstinerent illi confiteri, & sic inventa ad unum finem, opponerentur contrarium.

Secundo dubitatur, An pœnitentiarius teneatur ante & post meridiem statutis horis in sede sibi in Ecclesia pro audiendis confessionibus specialiter deputata assistere? Ipse enim asserit, omnino sufficere, quod in choro, sive alibi in eadem Ecclesia sit, ubi qui vult confiteri, potest illum perquirere, cum tamen videatur teneri ad assistendum in sede, saltem per aliquod tempus; nam ideo a residentia chori, & aliaris liberatur: tum etiam, quia jam ad hanc matricem & insignem Ecclesiam propter devotionem corporum sanctorum, Secundi primi Episcopi dictæ Ecclesiæ, ac Vincentii, Sabinæ & Christinæ sororum, Patronorum dictæ Civitatis, magna cum frequentia confluunt. Ideoque justum videtur, si propter Ecclesiæ decorem & auctoritatem Pœnitentiarius in sua sede ad id deputata resideat, ut nimirum omnes illum videant, nec eum perquirere cogantur, maxime cum verecundia affecti plures perquirere illum recusare

posse

posse videantur. Et arguendo etiam a simili, videmus, quod milites sæculatis certis horis, & locis, tenetur vigiliam & assistentiam personalem facere, nec in alia assistendo satisfaciet, propterea quod teneatur in loco sibi deputato assistere. Nec obstat dicere, quod idem servatur in Ecclesiis Cathedralibus Urbis, in quibus non semper assistunt in sua sede.

Tertio dubitatur. An debeat tenere in manu virgam seu bagnetam, tempore, quo seder in dicta sede? quod videtur affirmative dicendum, tum quia idem servatur in aliis Cathedralibus Urbis, tum quia per illam demonstratur, & plena auctoritas, & potestas fori pœnitentialis concessa ipsi tantum. Ideo supplicatur pro opportuna super his casibus tribus declaratione.

Responsio Congregationis sacræ ad propositam causam.

Libellus, qui erit cum his literis, declarabit Amplitudini Tuæ tres dubitationes, quæ de Pœnitentiariis in ista Ecclesia instituti officio exortæ, & Sacræ Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini interpretum propositæ fuerunt. Congregatio ad primam respondendum censuit, Pœnitentiarium teneri integras Confessiones audire, non autem solos casus reservatos. Ad secundam, debere eundem Pœnitentiarium pro fructu peccata confiteri volentium assistere certis horis opportunis, in loco & sede, pro Episcopi, ad quem hoc spectat, arbitratu. Quo viso ad tertiam respondit, novas consuetudines non inducendas. Romæ, die 21. Aprilis 1597.

Qui tempore Paschæ peccata sua fuerit confessus Pœnitentiario deputato, satisfacit præcepto Ecclesiæ contento in caput. *Omnis utriusque sexus, extr. d. Pœnitent. & Remiss.* sic enim decidetur Illustrissimi Domini Cardinal. Anno Domini 1595. Februar. 16.

REMISSIONES.

α Vide Medin. *tract. 2. de Pœnitent. qu. 40. vers. Alia est Pœnitentia.* Pat. Ægid. *de Sacram. tom. 2. disp. 30. num. 75.* Vide etiam Navar. in 6. *indicet num. 1. de pœnit. dist. 1.* Bero. Diaz in *pract. canon. cap. 23.* ubi etiam Salzed. *lit. B. & in cap. 79. in lit. B.*

β *Publice peccantes.*) Vide Navar. in *Manuel. cap. 8. num. 10.* P. Ægid. *d. disput. 10. num. 74.*

Conc. Trid. cum Gall.

γ *Pœnitentiarius aliquis, &c.*) Vide Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 2. num. 84.* ubi adducit sequentem sacræ Cardinalium Congregationis decisionem. Si Officii Pœnitentiarii & unitæ præbendæ vacatio contingit in mense Apostol. vel alias præbenda esset reservata, vel affecta, an electio personæ Pœnitentiarii hujusmodi pertineat ad Episcopum, vel ad Sanctissimum? Bis re diligenter discussa, citatis etiam procuratoribus Episcoporum, quorum interest, & eorum bonis allegationibus perpensis, censuit pertinere ad Sanctissimum.

δ Canonicum Pœnitentiarium non posse optare, tenet Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 34. num. 78. cum segq.* ubi dicit sacr. Cardinal. Congregationem in hæc verba censuisse: Non potest optari præbenda, nec dimisso officio potest optare aliam præbendam, cujus officio sint perpetuo unitus unicus Canonicatus, & certa præbenda.

ε *Vel jure Canonico.*) Vide Perego. *cons. 3. num. 19. vol. 2.*

ζ *Annorum quadraginta.*) Vide P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 163. in fin.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 29. Card. de Luca.*

CAPUT IX.

Ecclesiæ sæculares, quæ nullius sunt diœceses, ab Episcopo proximiori visitentur, aut alio, qui hic ponitur, modo.

Quæ alias sub sel. rec. Paulo III. (*a*) & nuper sub Beatissimo Domino nostro Pio IV. in hoc eodem Concilio de adhibenda ab Ordinariis diligentia 1. in beneficiorum, β etiam exemptorum, 2. visitatione constituta sunt; eadem etiam 3. in iis Ecclesiis sæcularibus observentur, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur; ut ab Episcopo, γ 4. cujus Cathedralis Ecclesia est proximior, si id consset, alioquin ab eo, qui semel in Concil. Provinciali a Prælato loci illius 5. electus fuerit, tamquam Sedis Apost. delegato δ visitentur: non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus

α Sup. sess. 6. de ref. c. 4. & sess. 7. de ref. c. 8. & sess. 22. de ref. c. 8.

quibuscumque, etiam immemorabilibus.

DECLARATIONES.

1. *Beneficiorum etiam exemptorum.*) Beneficia nullius Diœcesis visitari debent ab Episcopo viciniori, & id ab eodem faciendum est solum in capite, non in membris. Preinde Collegiatæ nullius Diœcesis visitari debent a viciniori Episcopo, tamquam Sedis Apost. delegato: Archipresbyteratum etiam, qui nullius Diœcesis est, a viciniori Episcopo visitari oportet.

4. Dec. 1597. Congregatio Concilii censuit, sæpius Ecclesiat. seculares nullius Diœceseos quantumcumque exemptas, & Sedi Apostolicæ immediate subjectas, earumque Prælatum sæcularem habentem in eas jurisdictionem quasi Episcopalem, posse ab Episcopo, cujus Cathedralis Ecclesia est proximior, visitari vigore Decreti *capitis noui*, *Sess.* 24.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum legitime impedirum posse ex facultate sibi a Conc. Trid. tradita in hoc c. 9. *Sess.* 24. Ecclesias, quæ nullius diœcesis sunt, per suum Vicarium generalem visitare.

2. *Visitatione.*) Visitator vigore hujus Capituli in Concilio Provinciali eligendus est a Prælato illius loci, qui visitandus est, non autem ab alio.

3. *In iis Ecclesiis sæcularibus.*) Hoc Decretum habet locum in Ecclesiis sæcularibus, non regularibus, etiamsi iis subessent beneficia sæcularia, ut solent esse in Abbatiis, quia illa beneficia sæcularia possunt visitari.

Abbates Regulares possunt Parochiales suas visitare, & etiam alii inferiores ima cum viciniori Episcopo cumulative, S. D. N. Gregorius XIII. quoad parochiales, quibus inservirent per presbyteros sæculares, non Regulares, licet sint unitæ ac dependentes a regularibus, & ideo hoc Decreto comprehensæ, dedit Sanctitas sua pro illa vice Breve propter abusus, Episcopo Sarsinatensi, salvis juribus utriusque partis, contra Abbatem de balneo Camaldulensium.

Sola beneficia sæcularia exempta, non autem Regularia, ex vi hujus Decreti ab Ordinariis visitari possunt. Itemque personæ Ecclesiæ etiam non inservientes.

4. *Cujus Cathedralis Ecclesia est proximior.*) Ab ipsamet Cathedrali Ecclesia distantia est mensuranda.

Ad Episcopum spectat, ut concedat literas dimissorias iis, qui sunt nullius Diœcesis, quando non constat, quod sint extra fines alicujus Diœcesis, item in visitatione poterit monere & cogere, prout in *Sess.* 5. *cap.* 3. ut plebem commissam unusquisque Superior salutaribus verbis pascat.

Item Episcopus vicinior poterit in visitatione ejus, qui est nullius Diœcesis, illum, si non residet, vel indifferas licentias non residendi suis subditis concedit, monere & corrigere. Ad ipsum autem Episcopum tamquam viciniorem non spectat Sacramentum Confirmationis his, qui nullius Diœcesis sunt, ministrare, cum possint ipsi accedere ad quem maluerint Catholicum Episcopum: salvo tamen manet jure Episcopi, si aliunde id sibi competit, juxta quod non modo Ecclesiam visitabit, sed etiam Prælatum illius, aliosque ministros.

Pro (*si id constet*) cave, ne legas (*si id possis*) retinendum est enim prius, & rejiciendum posterius.

5. *Electus fuerit.*) Et talis electio fiet successores, ut sæpe declaratum est.

REMISSIONES.

α Vide supra, *sess.* 6. *de reform. cap.* 4. & *Sess.* 7. *de reform. cap.* 8. & *sess.* 21. *de reform. cap.* 8. P. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 40. *prope finem*. Aloys. Ricc. in *collect. dec. p.* 4. *collect.* 1153. * & *in sua prax. supplem.* 43.

β *Etiam exemptorum visitatione.*) Vide Ft. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 80. *art.* 3. † & Rotam novill. *dec.* 798. *num.* 4. *in collect. a Farinacio*.

γ *Cujus Cathedralis Ecclesia est proximior.*) Sacra Cardinalium Congregatio sic censuit 1. Beneficia nullius diœcesis debent visitari a viciniori Episcopo, & id ab eodem faciendum est, non solum in capite, sed etiam in membris. Collegiatæ nullius diœcesis visitari debent a viciniori Episcopo, refert Zerol. in *praxi Episc. p.* 1. *verbo, Visitatio*, § 11.

δ *Visitentur.*) An procedat in Prælatis inferioribus habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem? Negat Flor. *Var. lib.* 3. *qu.* 24. *num.* 24. † & Ricc. in *prax. var. resol. cap.* 302. *num.* 3.

CA-

CAPUT X.

Subditi Episcoporum nulla appellatione suspendere possunt executionem visitationis.

α Episcopi, ut aptius, quem regunt, populum possint in officio atque obedientia continere, in omnibus iis, 1. quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus & potestatem habent, etiam β tamquam Apostolicæ Sedis delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, juxta Canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diœcesis suæ utilitate necessaria videbuntur, 2. γ (*a*) Nec in his, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio, 3. δ ε appellatio, seu querela etiam ad Sedem Apostolicam, interposita executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut judicata fuerint, 4. quoquo modo impediat, aut suspendat.

α *Sup. sess.* 22. *de ref. c.* 1. & *sess.* 13. *de ref. c.* 1.

DECLARATIONES.

1. *Quæ ad visitationem ac morum correctionem.*) Ea, quæ ad visitationem, & morum correctionem quoad subditos spectant, non possunt per appellationem impediri vel suspendi ullo modo.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum solum, visitando, posse non tantum monere, sed etiam aliquod crimen corrigere, etiamsi in *cap. Statuis sess.* 13. dicatur debere duos Capitulares assumere: sed hoc fit, cum procedendum est ad pœnam ad dictam punitionem respicientem: sed si ad eam pœnam, quæ magis emendationem morum respiciat, contra non teneamur horas, contra non incedentes in habitu honesto, & similia; id solus efficere poterit, quia decretum Concilii corrigere & emendare Episcopo visitanti permittit. Advertat tamen, quod non poterit Episcopus prætextu, quod sit Sedis Apostol. Delegatus, declinare jurisdictionem Metropolitani in casibus illis, in quibus ante Concilium hic, tamquam Ordinarius, poterat uti eodem jure, eademque potestate.

In eadem materia correctionis, ubi Episcopus etiam sine processu & sine scriptis carcerat subditos, & diu tenet carceratos, potest Metropolitanus cognoscere de prætenso excessu in corrigendo, si carcerati appellaverint ad eum, & dummodo interim non impediatur aut suspendat executionem eorum, quæ ab Ordinario decreta fuerunt, ut hic & *Sess.* 22. *cap.* 1.

2. *Nec in his ubi de visitatione.*) Congregatio censuit hoc habere locum, quando non fuit processum judicialiter, sive compilato ac proposito processu.

Episcopus visitans non potest allegari, quod sit suspectus, si voluerit visitare ad correctionem, (etiam non compilato processu) & imponere pœnam ordinariam. Fuit etiam dictum, quod sicut in aliquo casu datur appellatio de jure, ita etiam poterit allegari suspectus in aliquo casu: nam decretum istud non habebit locum in tali casu, nempe quando non compilato processu & ad pœnam ordinariam Episcopus procederet.

Fuit dubitatum, an Episcopus visitans possit allegari suspectus, & fuit resolutum die 6. Octobris 1588. quod non possit, si voluerit visitare ad correctionem & non compilato processu, quo casu non potest infligere pœnam ordinariam. Sed si voluerit visitare compilato processu & imponere pœnam ordinariam, fuit dictum, quod sicut in isto casu daretur appellatio de jure, ita etiam poterat allegari suspectus, nam *cap.* illud non habet locum in tali casu, nempe quando non compilato processu & ad pœnam ordinariam Episcopus procederet.

3. *Appellatio.*) Interposita appellatio ad Metropolitanum ab Episcopo vigore hujus Decreti tamquam Delegato Apostolico, visitante, licet devolvat causam, non tamen visitationem seu executionem suspendit. Casu autem, quo locus sit appellationi, acta sunt transportanda, & danda copia, juxta præscriptum, *cap.* 3. *Sess.* 13. *cap.* 20. *hujus Sess.* quia hoc decretum non sustulit appellationem devolutivam, sed suspensivam tantum, licet Episcopus id faciat, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus. Quoad dandam autem copiam actorum attinet, Congregatio censuit servanda esse Decreta Concil. *Sess.* 13. *cap.* 3. & *cap.* 20. *hujus Sess.*

4. *Quomodo impediat, aut suspendat.*)

In causis visitationis & correctionis appellari poterit post definitivam, ita tamen, ut appellatio non suspendat executionem, prout sanctum est supra. Quod si Episcopus compilato processu, formato judicio, servatis servandis, prout juris fuerit, procedat, veluti in causa blasphemiæ, adulterii, aut restitutionis fructuum beneficiorum, aut ob non recitatum divinum officium, & similia, non habent locum hæc Decreta.

REMISSIONES.

a Vide Thom. Valasc. *tom. 1. Allegationum juris, allegat. 70. num. 5. cum sequentibus.* * Vide etiam Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. canon. cap. 19. lit. B. in fin.* & tradita per Cenedum in *collectan. 14. ad Sextum num. 3.* Alosf. Ricc. *resolut. 7. in sua prax. vers. resolutionum, & resolutione 126. num. 1.*

b Tamquam Sedis Apostol. delegati.) An in dubio videantur procedere ut delegati? Vide Menoch. *de Præsum. lib. 2. qu. 37. num. 4.* Navar. *cons. 32. de sent. excomm. num. 8.* Mascard. *de Probat. concl. 925. num. 15.* Cened. ad *Decret. Collect. 377. num. 1.*

c Nec in his, ubi de visitatione, &c.) Doctores statim citandi dicunt, quod procedit, quando judex superior non justificata appellatione, nec visis actis processus, inferiorem inhibere contendit: sed si postquam appellatio justificata fuerit, ex processu jam ad tribunal appellationis delato, inhibitio concessa fuerit, erit obtemperanda; nec poterit inferior judex ad suæ sententiæ executionem procedere. Aliter quidem superiorum judicum auctoritas, & potestas non vulgarem jacturam pateretur, daretureque causa inferioribus judicibus, ut pro libito judicarent, & auditum appellationis multis causis nihil proficeret, aliaque incommoda multa sequerentur, quæ a mente Sacri Concilii aliena sunt, vide Sayr. in *Clavi Regia lib. 8. cap. 2. num. 23.* Soarez de Paz in *praxi tom. 2. part. 3. cap. unic. num. 14.* & vide quid Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 6. art. 2.* optime Curs. Philip. *p. 1. §. 7. num. 10. ubi: El Obispo en casos de visitation de sus subditos puede proceder, ordenar, castigar, y executar sin embargo de appellation, inhibition, ni querela alguna, por remetirse a su prudentia como de legado de la Sede Apostolica.* † Salzed. *d. lit. B.*

d Appellatio.) Quod intelligatur de suspensiva, & non devolutiva, tenet Thom. Valasc. *tom. 1. Allegat. 70. num. 5. in fine*, dicit aliter explicando Gonsalus Menezes de Cabedo *lib. 1. diversi. argum. cap. 19. a num. 8.* Sed sacra Cardinalium Congregatio ita censuit: Si in visitatione appellatio contigerit ab Episcopo suffraganeo, eatenus tamquam Sedis Apostol. delegato, debere appellari ad Metropolitanum quoad devolutivam, non quoad suspensivam, refert Zerol. in *praxi Episcop. p. 2. verbo, Visitatio, §. 3.*

e An Episcopus possit in Visitatione excusari tamquam suspectus? Vide supra *c. 7. cap. 8. de Reform.* Et libet hic inserere tenorem cujusdam epistolæ, quam S. D. N. Paulus V. transmisit ad Episcopum Pontgalensem. Venerabilis frater, salutem & Apostolicam benedictionem. Fraternitatis tuæ nomine nobis nuper expositum fuit, quod visitationes, quæ in tua diœcesi vim Decretorum Concil. Trident. & eas legitime fiunt, sæpius impediuntur, eo quia visitari Prælatum, seu alium legitime visitantem suspectum allegant, in magni divini cultus præsertim & fabricæ Ecclesiarum præjudicium. Quamobrem eos hujusmodi abusum tollere volentes, supplicationibus tuo nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, de consilio venerabilium fratrum nostrorum sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinal. sacri Concil. Tridentini interpretum Apostol. auctoritate tenore præsentium declaramus, Episcopum, vel alium, cui id legitime competit, virumtem non posse uti suspectum recusari, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostol. cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 29. Octobris 1611. Pontificatus nostri anno 6. S. Cebellutius. Venerabili Fratri Gondisalvo Episcopo Portugalensi.

CAPUT XI.

Ob honorarios titulos & privilegia particularia nihil est derogatum juri Episcoporum quantum ad omnia, nisi &c.

a QUoniam privilegia, (*a*) & exemptiones, quæ variis titulis plerisque conceduntur, hodie perturbationem

tionem in Episcoporum jurisdictione excitare, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur; decernit S. Synodus, ut si quando justis, gravibus, & fere necessariis suadentibus causis, aliquos honorariis titulis Protonotariatus, Acolythatus, Comitis Palatini, Capellani Regii, aut aliis hujusmodi in Romana Curia, vel extra, insignibus decorandos esse placuit, *β* necnon alios, cuicunque monasterio oblatos, vel quomodocunque addictos, aut sub nomine servientium militiis, seu monasteriis, hospitalibus, Collegiis, aut quocunque alio titulo assumi, 1. nihil ex iis Privilegiis detractum esse Ordinariis intelligatur, quo minus ii, quibus ea jam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis Ordinariis, tanquam Apostolicæ Sedis delegatis, plene in omnibus, & quoad Capellanos Regios, * juxta constitutionem Innocentii III. quæ incipit, (*b*) Cum Capella subjecti existant: γ exceptis tamen iis, qui prædictis locis, 2. aut militiis actu serviunt, & intra eorum septa, ac domos resident, † subque eorum obedientia vivunt, sive iis, qui legitime, & secundum regulam, earundem militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario constare debeat: non obstantibus privilegiis quibuscunque, † 3. *δ* etiam religionis S. Joannis Hierosolymitani, & aliarum militiarum. Quæ vero privilegia residentibus in curia Romana vigore (*c*) Eugenianæ constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent; ea in iis, qui beneficia Ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minime intelligantur, sed Ordinarii jurisdictioni subjecti permaneant: non obstantibus quibuscunque inhibitionibus.

b c. cum capella, extr. de privil. Decretal. l. 5. tit. c. 16. Vide paulo post.

c c. divina de privil. in extrav. com.

DECLARATIONES.

1. Nihil ex iis privilegiis detractum esse Ordinariis.) Hoc cap. non habet locum in civilibus causis, sed iis, quæ hic exprimuntur in decreto.

2. Aut militiis actu serviunt.) Fratres S. Joannis Hierosolymitani non possunt dare dimissorias Clericis inservientibus, in eorum Ecclesiis ad eum finem ut possint ordinari.

3. Etiam Religionis S. Joannis Hierosolymitani.) Non inserviens actu militiæ, nec inserviens in ejus domo, nec sub illius obedientia, si non probaverit se in ea legitimam professionem emisisse, non debet ejus privilegio gaudere: super quo videatur constitutio Gregorii Papæ XII.

Equites Hierosolymitani habentes indulgentias a Sanctissimo Domino nostro, debent literas Apostolicas expedire, & eas Episcopo Ordinario præsentare: aliter tenetur dictus Ordinarius contra eos & eorum Clericos procedere, prout habetur, *Sess. 6. c. 3. Sess. 14. c. 4. & præsenti cap.*

Lib. 5. Decretal. De privilegiis & excess. privileg. cap. 10. Innocent. 3.

Episcopo Lingonensi.

CUm capella ducis Burgundiæ gaudere dicatur hujusmodi privilegio, quod nullus Archiepiscopus vel Episcopus in personas Canonicorum ejusdem capellæ suspensionis vel excommunicationis, aut interdicti sententias audeat promulgare; quidam capellæ supradictæ Canonici, qui parochiales Ecclesias a te tenent, occasione privilegii prælibati in his etiam, quarum jurisdictio ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut quantumcunque graviter interdum excedant, tuæ correctioni recusent & sententiæ subjacere. Quocirca mandamus, quatenus in quantum exempti sunt ejusdem ratione capellæ, Apostolicis privilegiis deferas reverenter; sed in quantum ratione parochialium Ecclesiarum, vel alias jurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officii tui debitum in eosdem libere prosequaris.

In Sexto, de Privilegiis.

VOlentes libertatem (quam nonnullis Apostolica Sedes privilegio exemptionis indulsit) sic integram observari, ut & illam alii non infringant, & ipsi ejus limites non excedant, declaratione irrefragabili defi-

definimus, quod quantumcunque sic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti sive contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possunt coram locorum Ordinariis conveniri, & illi quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem, (prout jus exigit) exercere.

Nunquid ergo earent omnino in his commodo libertatis? non utique, quia nec coram Ordinariis ipsis, dummodo sit in loco exempto commissum delictum, vel contractus initus, aut res litigiosa, nec ubi domicilium habent, si alibi delinquant vel contrahant, aut res ipsa consilii, convenire possunt aliquatenus super illis: nec domiciliorum prætextu, locorum diœcesani, (si ubi delinquerunt, vel contraxerunt, aut res ipsa consilii, illi conveniantur) remittendi illuc, vel ipsis, ut illic respondeant, injungendi habeant aliquam potestatem, salvis nihilominus casibus aliis, in quibus eos Episcoporum jurisdictioni subesse Canonica præcipiant instituta. Et ipsum decernimus circa illos, quibus ut nonnisi sub uno judice teneantur de se conquerentibus respondere, Apostolico privilegio est concessum. In eos autem, quibus ne interdici, suspendi, vel excommunicari a quoquam valeant, a sede Apost. est indultum, (sicut sunt religiosi quamplures) in quorum privilegus continetur, ne quisquam Episcopus, vel Archiepisc. monast. suorum monachos pro ulla causa, sullove loco interdicere, suspendere, vel excommunicare præsumat: idem Ordinarii jurisdictionem suam, quamum ad ista, ubicumque illi fuerint, penitus exercere non possint, nisi forsan ipsi monachi ad monasteriorum suorum Priorratus, Ordinariis iisdem subjectos, fuerint destinati. Tunc enim etsi libere possint ad eadem monasteria reverti, ac tam illorum quam ipsorum Priorratuum monachi reputentur, (cum non sit inconveniens aliquem utrobique locum habere monachicum) unum alteri subesse monasterio, vel ab ipso nosci tur dependere, ratione tamen eorumdem Priorratuum dicti Ordinarii sua jurisdictione in ipsis etiam, quoad præmissa (quamdiu morantur in illis,) licite uti possunt.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 108. art. 1.* Flamin. *de Resign. lib. 3. quæst. 13. num. 5.* Zetol. in *praxi Episc. p. 2. verbo, Referendarii*, ubi resolvit, quod hi, qui sunt de numero, sunt exempti; alii vero non: quia hodie sunt quasi innumerabiles.

β *Nec non alios, cuicunque monasterio oblatos, &c.*) Quod oblati, vel alii quicumque dicentur Ecclesiastici & Ecclesiasticis gaudebunt privilegiis, si in totum se & sua religioni tradant, & ad monasterium se transferant, & in eo intersint, resolvunt Covar. in *cap. alma. p. 2. §. 2. num. 8.* Card. Tusc. *lit. O. concl. 16. num. 15.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 123. art. 1.* D. Marta *de Jurisdict. 3. 4. cas. 113. num. 37.*

* *Capellanos Regios.*) Vide Rotam *nov. dec. 744. p. 1. dec.* Ricci. in *prax. verbo. resol. fori Eccles. resol. 41. num. 2. & resol. 301.*

γ *Exceptis tamen iis, &c.*) Vide Fr. Emman. *d. tom. 2. quæst. 62. art. 14. & quæst. 64. art. 4. & quæst. 67. art. 3.* † & Rotam *novissi. dec. 78. n. 2. p. 1. diversorum*, Bobadill. *lib. 2. suæ Politicæ cap. 19. num. 15.* Maur. Burg. *de modo protest. ex abrupto, consuetis 1. quæst. 63. ex n. 14. & 65.*

Et intra eorum septa & domos residens.) Vide Rotam *novissi. dec. 702. n. 5. p. 1. diversor.* Ricc. *d. resol. 41. n. 3.*

† *Non obstantibus privilegiis quibuscunque.*) Vide tradita a Cenedo *collectan. 12. ad Sextum n. 5.*

δ *Etiam religionis S. Joannis Hierosolymitani.*) Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 65. art. 17.*

CAPUT XII.

Qualitas habere volentium dignitates cum cura animarum: Archidiaconi & ceterorum adspirantium ad dignitates in Cathedralibus: Commendantur quidam ad dignitates pro caeteris servanda residentia, & personaliter obeunda officia. Quædam ordinanda per Synodum provincialem.

a CUm dignitates, in Ecclesiis præfertim Cathedralibus, ad conservandam augendamque Ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ, ut, qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos opera & officio juvarent; merito, qui ad eas vocantur, tales esse debent, qui suo muneri respondere possint. (a) Nemo igitur deinceps ad dignitates quascumque, quibus animarum cura subest, promoveatur, nisi qui saltem XXV. suæ ætatis annum attigerit: & in Clericali Ordine versatus, doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur; juxta Constitutionem Alexandri III. in Concilio Lateranensi promulgatam, quæ incipit (b) Cum in cunctis 1., β Archidiaconi etiam, * qui (c) oculi dicuntur Episcopi, sint in omnibus Ecclesiis, ubi fieri poterit, Magistri in Theologia, seu Doctores, 2. aut Licentiati in jure Canonico † 3. γ Ad cæteras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, 4. Clerici alioquin idonei, 5. δ ε &c. & xxii. annis non minores, adsciscantur, 6. ϛ &c. Provisi etiam de beneficiis quibuscumque, curam animarum habentibus, * teneantur a die adeptæ possessionis, 7. ϱ &c. ad minus intra duos menses, (d) τ in manibus ipsius Episcopi, υ vel, eo impedito, coram generali ejus Vicario, seu Officiali, Orthodoxæ 8. suæ fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac jurent. Provisi autem 9. de canonicatibus & dignitatibus, 10. φ in Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo, seu ejus Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere teneantur: alioquin prædicti omnes provisi, ut supra 11. χ &c. fructus non faciant suos, 12. ψψ nec illis possessio suffragetur. (e) 13. ϐϐ Neminem etiam deinceps ad dignitatem, 14. canonicatum, aut portionem recipiant, nisi qui 15. eo Ordine sacro 16. aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit; 17. aut in tali ætate, ut infra tempus a jure, & ab hac Synodo statutum, 18. initiari valeat. In omnibus vero Ecclesiis Cathedralibus, 19. omnes canonicatus, † 20. ac portiones 21. habeant annexum Ordinem Presbyterii, diaconatus, vel subdiaconatus 22. Episcopus autem cum consilio Capituli designet, ac distribuat, prout viderit expedire, 23. quibus quisque Ordo ex sacris annexus in posterum esse debeat; ε ε ita tamen, ut dimidia saltem pars Presbyteri sint, cæteri vero Diaconi, aut subdiaconi: ubi vero consuetudo laudabilior habet, ut plures, vel omnes sint Presbyteri, omnino observetur. Hortratur etiam S. Synodus, ut in provinciis, ubi id commode fieri potest, 24. dignitates omnes, & saltem dimidia pars Canonicatuum, in Cathedralibus Ecclesiis, & Collegiatis insignibus, 25. conferantur tantum Magistris, 26. vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel jure Canonico. 27. ζζ Præterea obtinentibus 28. in eisdem Cathedralibus, 29. aut Collegiatis 30. dignitates, canonicatus, præbendas, ηη aut portiones, 31. non (f) liceat vi gore cujuslibet statuti, ϑϑ &c. aut consuetudinis, 32. κκ λλ &c. ultra tres menses οο ab eisdem Ecclesiis 33. quolibet anno abesse: 34. salvis nihilominus earum Eccl-siarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt: 35. alioquin primo anno privetur unusquisque dimidia parte fructuum, * quos ratione etiam præbendæ, 36. ac residentiæ fecit suos; quod si iterum eadem fuerit usus negligentia, σσ &c. privetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit; crescente vero contumacia, contra eos, juxta (g) sacrorum Canonum constitutiones, procedatur (h) 37. ττ &c. Distributiones vero, 38. κκκ qui statis horis interfuerint, 39. recipiant: reliqui quavis collusione, aut remissione exclusa, 40. his careant,

juxta

a Sess. 24. c. 12.

b c. cum in cunctis de ætate. Cl. 1. ep. 1. ad Jacobum Anacl. ep. 1. c. Diamodo. 93. & d. c. ad hæc. & De offic. Archi. li. 1. dec. 26. c. 9. ab Innoc. III. in 1. dec. tit. 23. c. ad hæc nos, & aliis.

d 4. Tol. c. 21. & 26. etiam hic provideba ur infr. in Bulla S.D. N. Pii IV. super forma juramenti professionis fidei.

e Cap. licet cum. & c. cum eo to de ætate. in 6. sup. sess. 7. de ref. c. 12.

f Sup. sess. 23. de ref. c. 1.

g Sess. 22. c. 3.

h Sexti de cret. lib. 3. de ætate. non resid. c. 1. sexti decret. lib. de consuet. c. 1.

juxta Bonifacii VIII. Decretum, quod incipit, Consuetudinem, quod sancta Synodus AAA in usum revocat : 41. non obstantibus quibuscumque statutis, & consuetudinibus. *(i)* μ μ μ &c. Omnes vero divina per se, & non per substitutos, 42. compellantur obire officia ; & 43. Episcopo celebranti, 44. aut alia Pontificalia exercenti, adsistere, & inservire ⁂ atque in choro, ad psallendum instituto, hymnis & canticis Dei nomen reverenter, distincte, devoteque laudare. Vestitu insuper decenti † tam in Ecclesia, quam extra, assidue utantur ; (K) ab illicitisque venationibus, * aucupiis, choreis, tabernis, lusibusque †abstineant, atque ea morum integritate polleant ; ut merito Ecclesiæ Senatus dici possit. 45. Cætera, quæ ad debitum in divinis officiis regimen spectant, deque congrua in his canendis, seu modulandi ratione, de certa lege in choro conveniendi, & permanendi, simulque de omnibus Ecclesiæ ministris, quæ necessaria erunt ; & si quæ hujusmodi ; Synodus provincialis, pro cujusque provinciæ utilitate, & moribus, certam cuique formulam præscribet. 46. Interea vero Episcopus non minus, quam 47. cum duobus Canonicis, quorum unus ab Episcopo, alter a Capitulo eligatur, in iis, quæ expedire videbuntur, poterit providere.

i Sess. 22. c. licet & c. exigit. de ref. c. cui vero, de prab. cap. quia nonnulli de cler. non resid.

k Conc. Turon. 3. c. 8. Conc. Agath. 9. 33. qui incipit Episcopis, c. apud Capuam 32. dist. 82. vide vi. & hic, cler. extra, inf. & in Cl.

DECLARATIONES.

1. *Archidiaconi.*) Archidiaconis, qui non habent curam animarum, vel jurisdictionem, non præcipitur hoc Decreto, ut sint Doctores vel Licentiati, sed hoc debet intelligi de illis Archidiaconis, qui revera Archidiaconatus officium exercent, non autem de aliis.

2. *An Licentiati in jure Canonico.*) Qui vere curæ curæ animarum, & omni prorsus jurisdictione, non comprehenduntur hoc Decreto, quoad qualitatem Doctoratus vel Licentiaturæ per hoc caput requisitam, *sup. §. Archidiaconi.*

3. *Ad cæteras autem dignitates.*) Nullo Concilii Decreto statutum est, ut qui Diaconatum consequi voler, is necessario sit Magister, sive Doctor, sive Licentiatus in Theologia, aut jure Canonico vel civili. Imo vero quod dignitates & Canonicatus in Cathedralibus dentur tantum graduatis ; non est inducendum ex necessitate, nec per Concilium provinciale id statui potest sine Sedis Apostolicæ auctoritate.

4. *Clerici aliquin idonei.*) Qui jam Sacerdos est & provisus per Sedem Apostolicam *in forma dignum*, de Canonicatu, super literatura seu idoneitate scientiæ examinandus est ab Ordinario, & a quocunque alio, ut Ordine sacro, illi Canonicatui requisito, *Infra hoc cap. §. Conservantur tantum.*

5. *Et 22. annis non minores.*) Ætas 22. annorum sufficit ad acquirendum Canonicatum, cui unita est Parochialis, sed eadem ætas non requiritur in Canonicatibus Collegiatarum Ecclesiarum magis nunc, quam ante Concilium, videlicet 14. annorum.

De consensu Ordinarii dispensatur super ætate resignatarii attenta fidei, vitæ & morum probitate, eodem consensu, & eadem de causa etiam quod non promoveatur. Hic locus alium declarat *Sess. 22. de Ref. cap 4.*

6. *Provisi etiam de beneficiis.*) Comprehenduntur etiam Canonici, & aliæ dignitates, & personæ existentes in Cathedrali ante Concilium.

7. *Ad minus intra duos menses.*) Hæc longissima est dilatio, itaque triennalis possessio non prodest eis, qui non emiserunt professionem fidei quoad fructus percipiendos, si infra dictam professionem non emiserint. Eadem sacra Congregatio consuit illa verba, *nec illis possessio suffragatur*, intelligenda esse quoad fructus percipiendos, & faciendos suos, ideoque omissionem professionis fidei non privare Canonicum cæteris effectibus possessionis & juribus, proindeque eum omnino vocem in Capitulo habere, &c.

8. *Suæ fidei professionem publicam facere.*) Per seipsum debet beneficiatus profiteri publice, & si absens est, accedere debet ad Ecclesiam.

Ad emittendam professionem fidei, omnes docentes artes liberales tenentur, qui antequam ad docendum admittantur, possunt arbitrio Episcopi prohiberi, donec de eorum moribus informationem susceperit. Idem est dicendum de iis, quibus per aliquam Universitatem testimonium conceditur, & hoc non solum est consu-

forme Bullæ Pii IV. sed etiam Decreto Pii V.

6. Sept. 1589

Congregatio Concilii censuit, scribendum ad nuntium Hispaniarum ei, qui Professionem fidei non emisit, possessionem non suffragari, quoad fructus faciendos suos tantum, quoad cæteros autem effectus commodo possessionis & cæteris juribus, si quæ habet, non privari.

Capienda est informatio & faciendus processus summarie super fide Catholica illorum, antequam admittantur ad professionem fidei, quantum Episcopo sufficere videbitur.

Congregatio censuit in locis iis, in quibus sunt Gymnasia publica, Bullam Pii V. videri has pœnas non imposuisse Ordinariis, si patiuntur quemquam quoquo modo docere literas, priusquam fidei professionem faciat.

9. *De Canonicatibus.*) Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ in Romana civitate dignior est Canonicatu Cathedralis alterius civitatis.

10. *In Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo, sed etiam in Capitulo, &c.*) Congregatio censuit id non extendi ad Canonicos in Collegiatis.

11. *Fructus non faciant suos.*) Per omissionem professionis fidei amittuntur tantum fructus præbendarum, non autem distributiones quotidianæ, quas interveniendo quis acquisivit ratione ministerii & operæ, & de quibus distributionibus potest testari, & ad libitum disponere.

12. *Nec illis possessio suffragatur.*) Comprehenduntur etiam Regulares, & computandi sunt duo menses a die electionis, vel quo admittuntur ad participationem massæ Capitularis.

13. *Neminem etiam deinceps.*) Decretum hoc Concil. Trident. §. *neminem*, locum habet etiam in Collegiatis Ecclesiis.

14. *Canonicatum aut portionem.*) Qui jam est Canonicus, sed in minori ætate constitutus, non est cogendus ad susceptionem Ordinum, nisi postquam pervenerit ad legitimam ætatem.

15. *Ex Ordine sacro.*) Monitus ad suscipiendum ordinem, quem ejus dignitas aut portio requirit, si non receperit, auctoritate hujus Decreti privatus poterit denuntiari, juxta alias statuta in Concilio Constantiensi *sess. 24. de dispens.*

16. *Aut sit initiatus.*) Vacante præbenda presbyterali poterit Episcopus illam conferre illi, qui Diaconalem aut Subdiaconalem ordinem & ætatem habet pro iis obtinendis.

17. *Aut in tali ætate.*) Obtinens præbendam in Cathedrali, quatenus ejus ætas patitur, statim cogendus est suscipere, & illum Ordinem exercere, qui est illi præbendæ annexus.

12. Feb. 1601.

Congregatio Concilii censuit, ad obtinendam parochialem oportere eum, cui confertur, attingere 25. annum, atque intra annum a die collationis debere ipsum ad Presbyteratus ordinem se facere promoveri, quemadmodum expresse cavetur constitutione Gregorii X. in generali Lugdunensi Concilio edita, cui inhæret Trident. Concil. Decreto *cap. 3. Sess. 7.*

Si neque ante Concilium, neque post Conc. Trid. ullus Ordo, sive Diaconalis, sive Presbyteralis Canonicatui annexus fuerit, & Parochialis Ecclesia legitime & perpetuo eidem Canonicatui unita sit, tanquam principali accessorium, attendenda est natura Canonicatus, non autem Ecclesiæ Parochialis, & ita sufficit, ut is, cui collatio facta est, sit in ætate 22. ann. quæ in Canonicatus collatione requiritur, *Sup. hoc cap. §. Et 22. ann.*

Obtinens Canonicatum per resignationem, in ætate minus legitima constitutus, nulla facta mentione de impedimento ætatis, nequaquam illum retinere potest, sed infra sex menses resignate permittitur, nulla tamen sibi reservata Pensione.

18. *Initiari valeat.*) Qui non poterit initiari ob defectum ætatis privari poterit Canonicatu & fructibus jam percepris.

19. *Omnes Canonicatus.*) Præbendis Canonicatibus Sacer Ordo adjungatur.

Qui ante confirmationem Concilii Tridentini duos Canonicatus legitime obtinuerunt, ex hoc Decreto non prohibentur etiam nunc utrumque Canonicatum retinere.

Inservientes Parochialibus possunt percipere aliquos fructus ex Canonicatibus seu beneficiis, quæ possident in Cathedralibus, & quidem omnes, si modo nullæ præbendæ distinctæ fuerint, ac omnes percipiunt de communi, nec detur aliquid eis, qui non interfunt divinis horis : at quando salvo debito servitio Parochialium, poterunt etiam inservire Cathedrali, tunc non possunt percipere, nisi quatenus interfuerint.

Congregatio Concilii censuit, non licere Capitulo aliquo præterea distributiones quotidianas donare, remittere alicui, qui ab-

Octobris & 12. Novembris 1592.

ab Ecclesiæ servitio abfuerit, quinimo eum, qui illas receperit, teneri ad earum restitutionem, nec illas suas facere posse.

Sarzanen. 6. Julii 1593. Congregatio Concilii censuit, statutum excludens a perceptione fructuum, & distributionum quotidianarum eos Canonicos, qui novem menses integros Ecclesiæ non inservierint, non habere locum quoad Canonicum, per quem non steterit, quo minus toto requisito tempore inservierint.

Si Canonici Ecclesias Parochiales infra fines Diœcesis habentes, quarum collatio ad Abbatem regularem spectat, nolint in eis residere; cura hæc Abbati collatori quidem incumbit inquirere, an ex legitima Sedis Apostolicæ dispensatione utrumque possideant, cum alias jure obtinere non potuissent; sed amplius hoc incumbit Episcopo.

20. *Ac portiones.*) Licet portiones habere debeant annexum Ordinem Sacrum, dimidiæ tamen portiones huic ordini non sunt subjectæ.

21. *Annexum ordinem.*) Cum intellexisset Congregatio Concilii, Vicarium Paravicinum in annexione Sacrorum Ordinum, quam fecerat Canonicatibus illius Ecclesiæ, inclusisse dignitates, censuit rescribendum his verbis: *Cum Concilium non meminerit dignitatum, quando de illis annexione disposuit, & idem voluerit, salvum dimidium partem presbyteralem esse; convocet iterum Capitulum, ac de ejus consilio subtrahat dignitates, & earum loco designet, & distribuat, quibus aliis Canonicatibus debeat esse Sacer Ordo annexus.*

Congregatio Cardinalium hoc Decreto de ætate non comprehendit Canonicatum juris patronatus laicorum ante Concilium fundatum, in cujus fundationis limine fuerit appositum pactum, quod descendentes a fundatore possent dictum Canonicatum obtinere, licet non sint sacerdotes, nec in sacris ordinibus constituti, sed tantum simplices clerici, donec devenerint ad ordinem sacerdotalem.

22. *Episcopus.*) Episcopus cogere non potest, ut omnes Canonici efficiantur Sacerdotes, sed sufficit, si dimidia eorum pars Presbyteri sint, inter quos præcipue debet esse major pars: cæteri vero, Diaconi vel Subdiaconi: ut Concilium decrevit. Non obstat huic Decreto statutum alicujus Ecclesiæ, ut puta quod tertia pars sint Acolythi: nec consuetudo immemorabilis. Ergo ligat hoc Decretum in posterum, postquam Ordines fuerint distributi, & tunc qui eos obtinere voluerint, possunt compelli ad illos Ordines suscipiendos & exercendos, quos eorum Canonicatus habere annexos fuerit judicatum juxta formam præsentis Decreti. Si vero aliquis inhabilis & non idoneus reperiatur ad Ordines Sacros suscipiendos ex iis qui ante distributionem ordinum fuerint recepti, carebit voce in Capitulo, quoad *Sess. 22. cap. 4.* quamdiu eorum ætas non patitur, &c.

Provisus de Canonicatu habente annexum ordinem Sacrum, si est congruæ ætatis, ut possit infra annum ordinem requisitum suscipere, non habet vocem in Capitulo juxta hoc Decretum & Clementinam. *Ut ii qui de ætat. & qualitat.* Si non perdit partem aliquam distributionum, nec vero habet vocem in Capitulo, licet sit alias in Sacris, si nimirum non habet ordinem requisitum juxta dispositionem dictæ Clementinæ, quæ necessario videtur.

Congregatio Concilii censuit, minime obstare posse Episcopum statuere, ut Decanus primam obtinens dignitatem in Ecclesia Collegiata sanctæ Mariæ, teneatur contra consuetudinem dictæ Ecclesiæ inservire in Diaconi officio Sacerdoti celebranti, nisi Decanus ultra dignitatem Decanatus obtineret in eadem Ecclesia etiam præbendam, quo hoc casu Euangelium annexum haberet: tunc enim ad onus prædictum ejus subeundum cogendum fore.

Episcopus in ordinatione faciendi, qui Canonici, qui Presbyteri, qui Diaconi, qui Subdiaconi esse debeant, ex vigore hujus *cap.* tenetur solum adhibere consilium Capituli, non autem consensum tenetur sequi aut habere, quia potest eis invitis, quod magis expedire judicaverit, perficere ac providere.

23. *Quibus quisque Ordo.*) Episcopus cum consilio Capituli designare debet, quibus Canonicatibus quisque Sacer Ordo debeat esse annexus, non quibuslvis Canonicatibus, quia Concilium hic mandat Sacros Ordines annecti Canonicatibus ipsis, non autem personis eos obtinentibus.

Congregatio Concilii censuit, *cap. 11. Sess. 24.* in ea parte, in qua dicitur, quod omnes Canonicatus debeant habere annexum ordinem Presbyteratus, Diaconatus, vel Subdiaconatus non comprehendere Canonicatum juris patronatus laicorum ante Concilium fundatum, in cujus fundationis limine fuerit appositum pactum, quod descendentes a fundatore possent dictum Canonicatum obtinere, licet non sint Sacerdotes, neque in sacris ordinibus constituti,

sed tantum simplices Clerici, donec devenerint ad ordinem sacerdotalem. Ideo in hanc sententiam erunt dandæ litteræ ad Vicarium Placentini, coram quo casus hic contingit.

1. Febr. 1593. Congregatio Concilii censuit, neque Episcopum, neque Capitulum debere exigere rationem redditionis administrationis, tempore quo recitantur horæ Canonicæ, & divina celebrantur.

24. *Dignitates omnes.*) Principalis dignitas in Ecclesia Collegiata exempta, cui ordinario jurisdictio cum omnibus juribus Episcopalibus competit, non necessario debet conferri Doctori, vel Licentiato, cum id pluquam per Conc. Trident. caveatur, & hoc non præcipiat, sed solum horteatur, ut supra dictum est, *sess. 22. cap. 2. Supr. hoc c.5. Ad cæteras autem.*

25. *Conferantur tantum Magistris.*) Congregatio censuit in iis, qui Subdiaconi aut Diaconi vel Presbyteri sunt petuntque admitti ad Cathedralis Ecclesiæ Canonicatus, & eum ordinem sacrum, quem ipsi habent, requirunt, sibi *in forma dignum* conferri, opus non esse examine, quod ad explorandam litteraturam pertinet: eos vero, qui Sacros Ordines nondum susceperunt, examinandos esse, an illa habeant elementa doctrinæ, quæ ex præcripto Concil. Trid. necessaria sunt illi sacro Ordini, qui Canonicatui, quem consequi volunt, erit annexus.

26. *Vel Doctoribus.*) Congregatio Concilii censuit, existentibus Doctoribus in Capitulo, necessario unum ex illis in Vicarium esse eligendum, alioquin deputationem ad Metropolitanum devolvi.

27. *Præterea obtinentibus.*) Congregatio censuit, quod obtinens beneficium simplex, & sine cura animarum, & extra Collegiatam Ecclesiam, nec personalem residentiam, ob aliam causam requirens, non teneatur in eo residere: tenetur tamen ad inserviendum illi per alium, qui sit ab ordinario approbatus.

Non fuit mens Pii V. in Bulla de Residentia edita 8. Julii 1560. cogere habentes beneficia simplicia in eis residere, bulla incipit, *Cupientes.*

28. *In eisdem Cathedralibus.*) Ad hanc residentiam in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis tenentur etiam Abbates Regulares, si in eis dignitates obtinuerint.

29. *Ac Collegiatis.*) Intelligitur de omnibus Collegiatis etiam non insignibus, nisi tamen non insignes Collegiatæ essent turales prorsus destitutæ, & in quibus numquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere: aut adeo tenues reditus essent, ut Canonicos aliunde non habentes, unde viverent, alere non possint: & sufficit ad excludendum immemorabilem consuetudinem, quod aliqui Canonici resederint, aut resideant. *Infra hoc cap. 5. Ea qui.*

Ad hanc residentiam tenentur etiam Abbates, & alii superiores Ecclesiarum Collegiatarum, licet habeant jurisdictionem in Canonicos, & ad hoc possunt cogi ab Episcopo, sub cujus Diœcesi sunt.

30. *Dignitates, Canonicatus, præbendæ.*) Hoc Decreto cavetur, ne obtinentes in Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus, & collegiatis, dignitates, Canonicatus, sive portiones, possint vigore alicujus statuti sive consuetudinis, recreationis causa, ab eisdem Ecclesiis abesse.

Abulensium Causa, Congregationi sacræ proposita.

Illustrissimi & Reverendissimi Domini Decanus & Capitulum Ecclesiæ Abulensis prætendunt, in vim cujusdam statuti, non obstante Decreto supradicto, posse ex dicta recreationis causa abesse a servitio & residentia eorum Ecclesiæ per quatuor menses, & interim non solum præbendarum grossam, verum etiam quotidianas distributiones, (ac si divinis interessent) lucrari. Vetum Reverendissimus Dominus Episcop. videns ex hujusmodi prætensione cultus divini augmentum lædi, eamque esse contra dispositionem Conc. Trident. recurrit ad Sacram Congregationem, supplicans duo declarari. Unum est: An dictum decretum *Sess. 24. de Reformat. cap. 12.* sustulerit quascunque consuetudines & statuta, quæ longius tempus trium mensium indulgeant? Secundum: An in dictis tribus mensibus, quibus possint recreationis causa abesse a residentia, lucrentur quascunque distributiones quotidianas, quocunque nomine nuncupentur, & ex quacunque causa deantur & distribuantur?

Et qualiter cunque declaratio super præmissis facienda sit per Sacram Congregationem, supplicatur rescribi D. Episcopo, ut illa in dicta Ecclesia observetur, honorque divini officii retineatur.

Responsio Congregationis sacræ.

Reverendissime Domine: Vidit sacra Congregatio Concil. Trident. Interpretum,

ptotum, libellum, qui cum his erat literis, censuitque, donec & quousque Rota decreverit confirmationem statuti Ecclesiæ Abulensis, validam & legitimam esse secundum Decret. Concil. præfati *Sess. 24. de Reformat. cap. 12. de absentia trium mensium*, non obstante quacunque contraria consuetudine etiam immemorabili. Interea vero absentes non lucrati distributiones quotidianas. Quod ideo ad Amplitudinem Tuam præscripsi, ut cum illi nota fuerit congregationis sententia, eam observandam curet. Romæ die 3. Augusti. 1586.

Ita est. Antonius Cardinalis Caraffa.

Episcopus residens in sua Capituli Sede, solutus est a residentia Decanatus Canonicatuum, & cæterorum beneficiorum, illaque retinere & fructus percipere potest, exceptis quotidianis distributionibus & aliis, si quæ forte sint, quas absentes alia de causa non perciperent, Canonici ad continuam residentiam tenentur in Canonicatibus, nisi in aliis beneficiis, quæ sunt perpetua, & habeant annexum servitium, in choro resideant.

31. *Non liceat vigore cujuslibet statuti.*) Intellige hoc de statuto, quod non sit confirmatum a Sede Apostolica; licet autem per statutum Ecclesiæ concedatur Canonicis per tres menses abesse, si tamen illud per consuetudinem non fuit observatum, attendenda est magis consuetudo contraria, quam statutum.

Eos, qui obtinent in Cathedralibus & Collegiatis insignibus dignitates & Canonicatus, immemorabilis consuetudo non excusat a residentia: ita S. D. N. Greg. XIII. ex sententia Congr. Concilii declaravit. In Collegiatis autem non insignibus immemorabilis consuetudo excusare poterit, si Ecclesiæ sunt rurales prorsus destitutæ, aut in quibus antea supra hominum memoriam solitum non esset residere, aut in quibus adeo tenues reditus habent ut Canonicos alere non possint, non habentes aliunde, quomodo vivant. *Supr. hoc cap. 5. de Collegiatis, &c.* Ecclesia Collegiata jamdiu destituta ob incursum Turcarum, & aeris intemperiem, ad aliam vicinorum locum est transferenda, ne residentia deseratur.

Comensis 5. Jul. 1596. 9. Mart. 1597.

Congregatio Concilii jam pridem declaravit, Canonicos collegiatarum Ecclesiarum, etiam in oppidis non insignibus existentium, teneri ad residentiam, nisi essent collegiatæ Rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, & quarum Canonicatus ea essent fructuum tenuitate, ut qui eos obtinuerint, nec ex eis ali possint, nec aliunde habeant, unde commode vivant.

32. *Ultra tres menses.*) Etiam continuos, Interessentia, de qua in hoc Decreto, debet esse in omnibus diebus & horis officii divini, præterquam tribus mensibus singulorum annorum; nisi Ecclesiæ constitutiones longius servitii tempus requirant. Licet autem Canonici possint abesse a sua Ecclesiis per tres menses, non possunt omnes, eodem tempore recedere, ne Ecclesia destituatur suo debito servitio; sed tantum ea pars Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi & Capituli posse abesse. Nec licet ultra tres menses abesse, etiam prætextu immemorabilis consuetudinis, nisi ex causa inimicitiarum, si post obtentum Canonicatum inimicitiæ supervenerunt; vel nisi in Parochiali Ecclesia residerot, qui fructus prabendæ facit suos. Ille dicetur abesse (etiamsi steterit in loco) qui abfuerit a servitio ultra tres menses. Fatt vero dispensatum cum multis in Polonia ad longum tempus ex variis causis & rationabilibus.

Congreg. Conc. censuit, nullam requiri Episcopi licentiam, ut Canonici tribus mensibus præmissis a residentia abesse possint. 8. Mar. 1595.

Congregatio Concilii censuit, decret. *cap. 12. versiculo distributiones, Sess. 24.* sublatam esse consuetudinem percipiendi distributiones in absentia, etiamsi immemorabilem. 1. Jul. 1595.

Non licere Canonicis prætextu immemorabilis consuetudinis ultra tres menses quotannis ab Ecclesia abesse, neque eo tempore tempore posse absentes distributiones quotidianas percipere, quippe quod hujusmodi immemorabilis consuetudo utroque casu sublata est Decret. *cap. 2. Sess. 24.* 17. Mar. 1597.

Congreg. Conc. censuit, ad obtinendum in Cathedrali Canonicatum, cui est annexus ordo Subdiaconatus, sufficere, quem esse constitutum in tali ætate, ut intra annum possit promoveri ad subdiaconatum. 28. Jun. 1595.

Congregatio Concilii censuit, distributionem Ordinum in Ecclesia Cathedrali, non adhibito Capituli consilio, quemadmodum Concilium mandat decret. *cap. 12. Sess. 14.* esse nullam. 3. Jul. 1595.

Congregatio Concilii censuit, minime esse necesse, Archidiaconos, qui curam animarum omnique prorsus jurisdictione carent, nullosque ex Archidiaconatu fructus percipere, *Hoc saepius resolutum.* An dignitates, Canonici, vel portionarii Canonicatus, & alii officiales possint abesse a servitio Ecclesiæ sine licentia Episcopi? Congregatio Concilii censuit, non requiri licentiam Episcopi, quando obtinentes dignitates, Canonici portionarii abesse volunt, tempore Concil. Trident. ipsis permisso. 12. Mar. 1596.

De aliis, qui non sunt beneficiati & inserviunt in Ecclesia, Concilium nihil disposuit, sed æqualiter servandum, quod Concilium mandat circa regimen debitum in divinis officiis hoc *cap. in fine.*

34. *Salvis nihilominus.*) An licet Canonicis regularibus & portionariis sæcularibus ab eadem Ecclesia abesse per tres menses, stante, quod per eorum statuta & consuetudines absunt per quadraginta dies cum licentia? Congregatio in sæcularibus censuit negative ex hoc textu: in regularibus vero censuit, non comprehendi sub hoc Decreto; verum si causa sit rationabilis, & adsit licentia Prioris, poterunt abesse.

Indultum Leonis X. tribuens Præposito & Canonicis S. Mariæ della Scala, vacationem duorum mensium contra fundationem Ecclesiæ, non intelligitur sublatum per hoc *cap.* quia Concilium revocat tantum institutiones, quæ concedunt absentiam ultra tres menses.

Quando tempus faciendi itineris periculosum est, propter nimios calores & similia concedi potest dilatio petenti ad proficiscendum ad residentiam sui beneficii, & interim dum abest ab eo, quoad fructus beneficii habenda est eadem ratio, ac si semper resideret, ex jure enim habetur pro residente.

Quando non stat per aliquem, quo minus in suo beneficio resideat, nullum ob non residentiam detrimentum sentire debet. *Hoc saepe resolutum est.*

Licentia, ut quis possit abesse causa studiorum a servitio suæ Ecclesiæ, vel servitio sui Canonicatus, non suffragatur ultra quinquennium a die, quo studere cœpit. *Saepius hoc dictum.*

An obtinentes Dignitates in Cathedralibus seu Collegiatis, sive præbendam, quæ tamen distincta est extra dismembratione, interim dum effectum illius non expectant, non teneantur residere? 17. Jul. 1595.

Congreg. censuit, quod habentes plures Canonicatus dignitate pares residere tenentur, ubi pluribus inservire potest.

Obtinens autem Canonicatum & Monasterium in commendam, sed ab anima-

Nullus die 5. Julii 1596.

perfoiant, esse præditos qualitatibus, quæ habentur ex *cap. 12. vers. Archidiaconi, Sess. 24.*

Congregatio Concilii censuit, Canonicum tribus mensibus permissis ab Ecclesia abesse volentem minime teneri petere vel obtinere licentiam ab Episcopo: cæterum quota pars Canonicorum ab Ecclesia eodem tempore possit abesse, ne debito servitio ipsa Ecclesia destituatur, Episcopi jurisdictionem atque arbitrium esse.

Non potest Episcopus facere, ut quibusdam propter graves diuturnasque inimicitias recusantibus in suis Parochialibus residere, & volentibus resignare, de Rectore provideatur, neque unita ab eis quædam simplicia beneficia & oratoria dividere & illis conferre, cum iidem detractis, redibus Parochialium sufficiant, ad honeste sustentandum Rectorem.

Illis tribus mensibus a jure concessis non est assignanda causa absentiæ, qua quis vult abesse cum licentia sui Prælati, impetrat a Decano vel Præsidente in choro, & sui quibusdam novis distributionibus, per Episcopum impositis, prout fuimus in dictis tribus mensibus omnibus fructibus suarum præbendarum, cum pro præsentibus & interessentibus habeantur de Jure. Nexio tamen potest frui dictis distributionibus, quando istæ distributiones sunt distinctæ a præbendis.

Congregatio Concilii censuit, eum, qui cum fidejussione est detentus, ut non possit discedere ab Urbe, non posse cogi ad residendum.

33. *Quolibet anno abesse.*) Archiepiscopus Januensis provideat, ne duo menses, quos habent vacantes Canonici sui Capituli, incurrant in Naralem aut Pascha Domini aut alias maximas solemnitates.

Decretum hoc sic intelligendum est, ut nulli Canonici possint abesse ab Ecclesiæ suæ servitio ultra tres menses singulis annis, nihilque eis prodest, quod in civitate maneant, nisi Ecclesiæ debitis horis inserviant, & omnes in contrarium consuetudines per hoc Decretum sunt sublatæ. Attamen Episcopus potest ob legitimam causam dare licentiam Canonicis, ut a suis Canonicatibus per quatuor menses abesse possint.

Residens in Decanatu unius Ecclesiæ, non amittit fructus aliorum Canonicatuum, quos in aliis Ecclesiis obtinet, ex sententia Congregationis, exceptis distributionibus & aliis, quæ absentes non solent per-

rum cura liberam, in Canonicatu residere tenetur.

18. April. 1594. Congregatio Concilii censuit, in obtinente dignitatem, nullam habentem principaliter curam animarum, sed tamen per unionem Parochialium, quæ ipsi dignitati accessoriæ sunt unitæ, non requiri, ut attigerit 25. annum.

25. Oct. 1594. Congregatio Concilii censuit, quod si quis indebite conjectus fuerit in carcerem, utique distributiones quotidianæ ei debeantur: pariter censuit, quod fructus massæ grossæ tamdiu debeantur, quamdiu per sententiam non constiterit, juste illum in carcere detineri.

Congregatio Concilii censuit, proviso de dignitate, vel Canonicatu, qui fidei professionem non emisit, possessionem ad fructus faciendos minime suffragari.

23. Ap. 1595. Episcopo Ulixbonensi tribuitur N. residentem in Canonicatu Ecclesiæ Ulixbonæ cogendum non esse, ut resideat in Monasterio N. Ordinis Cisterciensis quod obtinet in commendam ab animarum cura liberam.

Habens duos Archidiaconatus dignitate parem, residere poterit in eo, in quo sibi placuerit: sed si alter est dignior, in eo residere tenetur.

Habens dignitatem in Collegiata, quæ unita sit Cathedrali, si Collegiata sit destructa, poterit talis, si non recipiatur in Cathedrali alibi, ubi habet beneficium, residere & dignitatis suæ fructus percipere, exceptis distributionibus, & iis si quæ forte sunt, quæ absentes justa de causa non percipiunt.

Parochus, qui habet Parochiam, intra cujus limites adhuc habitant parochiani, tenetur in ea residere.

35. *Aliosquin primo anno.*) Absens per annum a Dignitate, Canonicatu seu præbenda distributionibus est privatus, & privari debet dimidia parte fructuum; si vero perseveraverit in absentia privandus est non modo fructibus, sed etiam beneficio.

36. *Ac residentiæ fecit suæ.*) Non tamen si in alio Canonicatu etiam Ecclesiæ Collegiatæ alterius Diœcesis residerit.

37. *Distributiones vero, qui statis horis interfuerint recipiant.*) Canonici vel alii officiales chori habentes in Cathedralibus vel collegiatis capellaniias in titulum, tempore, quo in dictis capellaniis celebrant, distributiones recipere non debent, prout S. D. N. ex sententia Congregationis declaravit: nisi quando sic jussi essent a suo superiore, ut eo tempore celebrarent, quem tamen admoneri voluit, ut ab hujusmodi jussu abstineat in posterum.

Congregatio Concil. censuit, Canonicum ibi 30. cum absentem studiorum causa percipere quidem fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas; quod si in hujusmodi distributionibus omnes Capituli reditus consistant, percipere etiam distributiones, dempta tertia parte, quæ inservientibus accrescit, nullo autem casu debere ipsum Canonicum percipere distributiones, missis aut defunctorum anniversariis applicatas.

Inservientes Ecclesiis sive Parochialibus, & habentes legitima beneficia in Ecclesia Cathedralibus, vel alias servitoria, quam sufficientiam requirunt, quorum omnes fructus consistunt in distributionibus quotidianis, possunt omnes percipere, si modo nullæ præbendæ distinctæ fuerint, & omnes de communi percipiant, nec detur aliquid ei, qui divinis horis non interfuit: & quando salvo debito servitio parochialium, poterunt etiam inservire Cathedrali, tunc non possunt percipere, nisi præsentibus, & inservientibus debentur.

Fructuum.) De omnibus fructibus tam præbendæ quam residentiæ Canonici missi ab ipsis Episcopis ad limina Apostolorum eorum nomine, vel comitantes ipsos Episcopos ad eadem limina, fruntur distributiones ex decreto S. D. N. Sixti V.

Congregatio censuit, non posse confici ex horis, quibus Canonici residentes absunt a choro, dies, ut ex diebus & horis confici possint menses absentiæ, de quibus in hoc Decreto, neque ad constituendum servitium novem mensium colligendas esse punctaturas, quasi iis, qui novem partes punctaturarum ex duodecim, quæ ex servitio totius anni conflantur, deserviendo tulerint servitio novem mensium debito satisfecerint, sed ipsos dies residentiæ & servitii sive continui sive interpolati numerandos esse, ut compleant numerum dictorum novem mensium. Et Capellani deservientes capellis mercenatis licite gaudeant Eleemosynis tempore infirmitatis.

Absentes pro utilitate Ecclesiæ distributiones quotidianas non amittunt.

Sensu confecto, si alias residere soliti sint, distributiones debeantur, ac infirmis, etiam ex propria culpa & peccato cum præcedenti occasione, nimirus enim rigor esset. Nec superior hujusmodi rigidam inquisitionem facere debet, addendo afflictionem afflictis; quandoquidem multæ essent annexæ causæ etiam non turpes. Debentur quoque detentis in carceribus, non tamen ob propriam culpam.

5. Dec. 1596. Congreg. Conc. censuit, Canonicos, Episcopum in visitatione comitantes percipere quidem debere fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas in illis Ecclesiis, in quibus fructus præbendæ sunt distincti a quotidianis distributionibus: quod si solis distributionibus universi Capituli reditus constent, percipere debere ipsas distributiones dimissa tertia parte, quæ inservientibus accrescit; verum hujusmodi dictis de causis absentes nullo modo posse percipere Eleemosynam pro anniversariis vel missis relictam, aut elargitam, nisi ipsi Ecclesiæ per se servitium præstiterint.

Non possunt Canonici, videlicet illi duo associantes suum Prælatum, quandoque volentem audire Missam in Cathedrali Ecclesia, vel in alia Ecclesia civitatis, participes fieri distributionum quotidianarum, quæ non nisi præsentibus, & inservientibus debentur.

Vacationes omnes unius, aut plurium mensium, quibus absentes distributiones quotidianas percipere solent, sublatæ sunt: nisi absentes absentes ex causis a jure permissis, & nisi dictæ vacationes concessæ essent in fundatione: quæ etiam intelliguntur sublatæ, si canonicatuum fructus omnes sint distributiones quotidianæ.

Non licet Episcopo aliquo prætextu distributiones quotidianas donare, relinquere, aut quavis collusione remittere alicui, qui vel ab Ecclesiæ servitio absuerit, vel alio quovis modo distributiones legitime debeat amittere: Nec fas sit culpam eas capere. & si acceperit, suas ne faciat, sed eas restituere omnino cogatur, distribuendas fabricæ Ecclesiæ, quatenus indiget, aut alteri pio loco Epi-
28. April. 1595. scopi arbitratu.

Congregatio Concilii censuit, docentes jus Canonicum in publica universitate, privilegiis de percipiendis in absentia suarum præbendarum fructibus gaudere, & potiri, quamvis præbendæ, quas obtinent, sitæ sint in Cathedrali ejusdem civitatis, in qua publici lectoris munere funguntur.

2. Junii 1595. Congregatio Concilii censuit, duos ex Canonicis, qui inservientes Episcopo a choro servitio absunt, lucrari quidem fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas.

2. Junii 1595. Congregatio Concilii censuit, a mandato de residendo in visitatione edicto non dari appellationem ad effectum suspensivum, sed devolutivum tantum.

Congregatio Concilii censuit, illa verba 27. April. 1595. Concilii, quæ habentur in *cap. 12. Sess. 24.* ejusdem Concilii, videlicet possessio eis non suffragetur, intelligenda esse, quoad fructus percipiendos, & faciendos suos, ideoque omissionem professionis fidei non privare Canonicum supra narratis possessionis effectibus, sed ipsum, & vocem in Capitulo, & jus procedendæ ad dignitates adeptæ possessionis habere, nisi aliud obsterit, quamvis professionem fidei minime emiserit.

Congreg. Conc. censuit, Canonicum in 27. Febr. publica universitate sacram Scripturam le- 1597. gentem debere utique etiam si non resideat, percipere fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas: quod si omnes redditus Capituli hujusmodi distributionibus constent, debere percipere distributiones, dimissa altera ex tribus partibus, quæ inservientibus accrescit.

Illi qui licentia legitime obtenta studiorum causa absunt, distributiones omnes quotidianas percipere debent, exceptis interris & quotidianis illis provenibus, qui tantum inter eos dividi solent quotidie, qui sacris horis interfant & inserviunt.

Congregatio censuit, distributiones quotidianas lucrari eum, qui indebite conjectus in carcerem fuerit, & fructus præbendæ sive massæ grossæ tamdiu deberi, quamdiu per sententiam non fuerit declaratum, juste illum in carcere detineri.

38. *Qui statis horis interfuerint.*) Congregatio Concilii intelligit statas horas, id est, omnes horas, quibus divina celebrantur, licet Glossa in *de Clericis &c. qui, ibid.* Cæd. Zabat. *n.* 12. dicant, de jure posse fieri distributionem per certas horas.

Non valet statutum, quo disponitur, ut in una hora vel duobus interessentes lucrentur massam grossam sive præbendam, amissis distributionibus quotidianis.

Congregatio censuit, Canonicatus & dignitates obtinentes teneri interesse omnibus horis, nisi irritante aliqua speciali confirmatione, quæ non est sublata per Concilium Tridentinum. Distributiones vero quotidianæ exteris quoque horis ex fructibus beneficiorum seu præbendarum proportionaliter sunt assignandæ, ne negligantur.

Censuit Congregatio, facultatem Capitularibus esse invicem substituendi in servitio Ecclesiæ, ab Episcopo debere concedi, ea tamen cautione adhibita, ut non eodem tempore eidem servitio sint obstricti. *Infra, hoc cap. §. si factum.*

39. *Recipiunt.*) Habeantur tanquam præsentes in choro, qui animarum curam exer-

cent, quæ illi Ecclesiæ imminet, dum tamen sint in actu administrandi Sacramenta vel alia exercendi, quæ spectant ad ipsam curam.

Non potest declarari, quin 3. pars præbendæ converatur in distributiones quotidianas ex Decreto Concilii. *Sup. Sess. 22. cap. 3.* tatione curæ animarum, quæ imminet Canonicatui, qui a Præbenda non est divisibilis.

Mota fuit difficultas de statu & consuetudine Ecclesiæ Collegiatæ Canonicorum regularium, quo tam ipsi Canonici, quam portionarii, qui sunt seculares, ab eadem Ecclesia singulis annis cum licentia Prioris & Capituli, per quatuor dies abesse possunt; quibus una cum fructibus grossæ, etiam distributiones quotidianas accipiunt, perinde ac si divinis interessent: Sacra autem Congregatio in portionariis secularibus absque difficultate censuit amittendas esse distributiones quotidianas, utpote quæ debeantur tantum illis, qui adsunt & intersunt facientes officium. Ideoque dicunt esse salarium diurnum, quod laborantibus debetur: de regularibus vero censuit, illos non comprehendi hoc Decreto, & quia habent servitium continuum, si Prior eis concedat licentiam cum rationabili causa, judicavit posse abesse & percipere.

40. *His carent.*) Hoc intelligo, nisi residentes in Parochialibus nullos reditus ex præbenda haberent, sed omnes fructus in distributionibus essent, tunc habentur pro præsentibus & inservientibus, quo casu nihil ultra servitium percipierent.

Qui fuerunt olim Canonici reservantes in resignationibus domos Canonicales, easque Laicis locantes, cogendi sunt locare, justa tamen mercede) dictas domos Canonicis residentibus, ita ut hi præferantur quibuscumque aliis in locatione, essentibus quibuslibet privilegiis inquilinatus.

41. *Non obstantibus quibuscumque statutis & consuetudinibus.*) Non obstat, quod illæ consuetudines non inservienti essent immemorabiles in Ecclesiis Cathedralibus & collegiatis insignibus. Attramen hoc Decretum fundationes & confirmationes Apostolicas non sustulit.

Congregatio censuit, Canonicos abeuntes sub matutinum, etsi id ex consuetudine immemorabili faciant, non excusari, si nullam aliam causam allegant præter hanc. Quod si per se ipsos id facere debent, non sunt augendæ illis, ut petunt, distributiones.

Si factum est aliquod statutum, quo Canonici possint inservire per substitutos, vel saltem unus pro alio, non habetur ejus ratio, quia est contra Concilium.

Congreg. Conc. censuit, posse aliquem in una Ecclesia ex privilegio vel consuetudine fungi duplici officio, ut si sit thesaurarius & Canonicus, & propterea duplices lucrari distributiones, quas obtinet diverso jure, cum inter dignitates suppleat numerum Canonicorum, nec eget substituto.

42. *Compellantur obire officia.*) Ad omnes septem horas Canonicas isti teneantur, & ad faciendum principium, & finem Hebdomadarii, si tamen alii sint ibi Canonici.

43. *Episcopo celebranti.*) Comitatus Episcopum non lucrantur distributiones quotidianas, nisi Canonicatus constituerint in distributionibus quotidianis, & tunc sustinent eam partem, quæ deserviendo accrescit.

An Capellaniæ in Ecclesia Cathedrali existentes, quarum reditus ex variis defunctorum reditibus cum onere Missas aliquot & divina officia pro animarum salute celebrandi, inter se tantum distribuunt Capellani præsentes, qui onera prædicta per seipsos, & per alios presbyteros quibuscumque persolvunt, reliquis Capellanis, qui præsentes non sunt, nihil percipientibus, personalem residentiam requirant, ita ut, qui eas obtinent, ad residentiam præcise, etiam per privationem cogi possint, non obstante consuetudine contraria? Multi quidem ex Illustrissimis asserebant non posse cogi præcise. Nihilominus fuit decisum, posse cogi præcise ad residendum.

Episcopo Missam privatam celebranti etiam in Cathedrali non tenentur Canonici assistere. At in modo assistendi, & inserviendi Episcopo celebranti, servanda est consuetudo Ecclesiæ. Canonicatus ergo & Dignitates obtinentes in Cathedrali, omnes Episcopo pontificalia exercenti assistere debent, nisi aliqui legitime absint, etiamsi titulo vacationis: & renuentes Episcopus puniat.

In conferendo Ordines reservandum est, *cap. 8. Sess. 23.* Episcopo exercenti pontificalia extra Cathedralem Ecclesiam, in civitate ramen, & non in Diœcesi, tenentur assistere & inservire, qui solent assistere & inservire exercenti pontificalia in Cathedrali.

Pro nominatione existimam in pontificalibus tam in Missa, quam in vesperis, Con-

Congregatio censuit servandam esse consuetudinem illius Ecclesiæ: de qua nisi constet, servandum esse id, quod scribitur in Pontificali, etiam non obstante quacumque consuetudine.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum privilegio sacris Canonibus concesso posse uti opera duorum Canonicorum, eosque, dum illi inservient, debere percipere fructus præbendæ, amissis distributionibus quotidianis, si distributiones quotidianæ memoratæ sint a fructibus præbendæ. Quod si omnes fructus in quotidianis distributionibus consistent, debere percipere earum duas partes amissa tertia, quæ accrescit inservientibus. Ult. Jan. 1610.

44. *Aut alia Pontificalia exercenti.*) Congregatio censuit, Canonicos accedere debere ad cubiculum Episcopi, quoties ipse non privatim, sed Pontificaliter cum cappa, in diebus festivis, & solemnibus voluerit descendere, ut assistat, vel horis divinis, vel Missæ Sacrificio, multoque magis, si ipsemet sit celebraturus, in reditu vero usque ad ostium domus Episcopi, Episcopo præcedente ipsisque sequentibus, comitari debere: in diebus autem feriatis, quando privatim venit in Ecclesia celebraturus, aut aliquid aliud acturus, debere etiam nonnullos ex Canonicis accedere ad ostium Ecclesiæ & Episcopum comitari, idipsumque in reditu observandum.

Præcepit Congregatio servandam esse consuetudinem illam, quæ est in Ecclesia Cathedrali Seguntinensi, in qua Capitulum per Magistrum cæremoniarum deputat aliquos, qui adsint proprio Episcopo pontificaliter celebranti: sint tamen principales dignitates, & Magister cæremoniarum a Pontificalis observatione non recedat. Ipsi autem Episcopo celebranti privatim in Ecclesia, etiam Cathedrali, non debent aliqui Canonici adsistere, secus, si ipse pontificaliter concionaretur aut celebraret, tam in Ecclesia Cathedrali, quam in ipsa Civitate aut suburbiis. Est etiam dubitatum a Capitulo ejusdem Ecclesiæ Seguntinensis, an omnes adsistentes deberent esse Dignitates & Canonici, an vero sufficerent illi, quos capitulum nominaverat ex Dignitatibus, Canonicis & præbendis, juxta consuetudinem suprædictam immemorabilem? Et præsupposita consuetudine, quod Decanus Seguntinensis Ecclesiæ ex statuto fundamentali dictæ Ecclesiæ facto, auctoritate Apostolica sit præsidens chori, cui incumbit regimen chori, & correctio, & punitio colloquentium in eo & perturbantium officia divina, & quod ille tanquam præsidens chori sit inter Dignitates, & Canonicos tantum, Diaconus vero inter dimidios, ex consuetudine autem non reperiantur, qui debeant esse prædicti assistentes & ministri: quæritum est, an in hoc casu videretur servanda esse consuetudo Ecclesiæ, quæ rationabilis esse putabatur, & juri conformis, qua dignitates semper deputantur distributis inter omnes oneribus suo ordine, habita ratione personarum & impedimentorum? Pro hoc dubio Congregatio censuit, Episcopo solemnites Missam aut Vesperas celebranti primam Dignitatem obtinentem, pluviali indutum debere in officio presbyteri assistentis inservire, & ipso legitime impedito secundam Dignitatem debere vice alterius fungi.

Illustrissimi & Reverendissimi Domini: Dignitates & portionarii Ecclesiæ Abulensis noluerunt Reverendissimum D. Episcopum associare, eo quod prætenderent, se non esse comprehensos in Decreto 12. *Sess.* 24. ideoque totum id onus Canonicis imposuerunt: quare pro parte Canonicorum dictæ Ecclesiæ Abulensis humiliter supplicatum est, ut Domini Cardinales dignarentur curare observari, quod alias fuit declaratum in una Burgensi, ut scil. in dicto Decreto adsociandi D. Episcopum Abulensem comprehendantur omnes dignitates & portionarii dictæ Ecclesiæ, cum etiam sint de Capitulo, & non deceat membra a capite discedere. Ad hanc dubitationem Congregatio Cardinalium S. Conc. Trid. Interpretum respondit: Dignitates item & Portionarios Ecclesiæ, æque ac Canonicos debere Episcopum associare, idque Congregatio ipsa vult omnino observari die 25. Maji 1586.

Ad ipsum vero Episcopum pertinet, ut associationis horam intimet, ne divina extra suas horas fiant, aut cives scandalizentur. Et simul ac Episcopus fuerit in choro, horæ divinæ inchoentur.

Itaque Episcopo rei divinæ peragendæ causa ad Ecclesiam venienti cum cappa Pontificali, comitantibus Canonicis, unus ex dignioribus de Capitulo in porta primaria Ecclesiæ porrigat aspersorium cum oculo: cum vero privatim adit Ecclesiam, tunc ex suis familiaribus unus aquam ad aspergendum, ut est consuetudo, Episcopo porrigat.

Item quando ex consuetudine Episcopus dicit submisse responsorium in processionibus solemnibus, ubi Diaconus & Subdiaco-

ous librum teneat, ea consuetudo est omnino servanda. Est quoque judicatum, ut attendatur consuetudo Ecclesiæ Abulensis, quæ est, quod dignitates & Canonici assistentes induant se, & non relinquant solum Episcopum accedere ad chorum.

Episcopo consecrationi oleum & chrisma, adsint aliqui præsentes, & honorent Episcopum pontificalia exercentem. Quæritum fuit, an celebrante Canonico Diaconus & Subdiaconus ministrare debeant? Responsum fuit a sacra Congregatione, hoc in provinciali Synodo statuendum esse, interim vero nihil innovandum ultra Concilium, quia Concilium nihil determinat.

45. *Cætera quæ ad debitum in divinis officium.*) Improbatur illa consuetudo, qua dicebatur non posse aliquem in sua Ecclesia campanas pulsare, antequam campanæ Cathedralis Ecclesiæ pulsentur: si quidem petitæ omnes possunt (horis tamen debitis) suas campanas pulsare. Pariter improbatur, non posse alios Missas in suis Ecclesiis celebrare, donec fuerit decantatum Præfatium Missæ majoris in Cathedrali. Similiter non posse regulares extra suæ claustra per Ecclesiæ districtum processiones facere.

De certa lege in choro conveniendi & permanendi, punctator debet esse Clericus in sacris constitutus, secundum Decretum Concilii Provincialis Composit. &c. xevii per S. D. N. sub Dato Romæ apud S. Petrum, die 17. Octob. 1568. anno 2. vel alia vetiori data.

Quoad residentiam vero observetur decretum Concilii de residentia novem mensium: & si aliquod statutum in contrarium sit factum, sit irritum & nullum, ac liti & causæ commissæ in Rota vel alibi, cedatur quoad hoc *cap.*

Quoad remissionem, quæ fit in die cenæ Domini, seu alio de portionibus aliis accrescentibus ob non residentiam; non fiat, & facta revocetur,

Præsupposita immemorabili consuetudine, quæ allegatur pro parte Capituli, quod deputatio punctatoris pertinet ad Capitulum, nihil innoverur, alias remaneat in dispositione juris communis.

46. *Interea vero Episcopus.*) Canonici & beneficiati debent dare notam, & copiam authenticam omnium beneficiorum ad dictos Canonicatus & beneficia. Pertinet autem ad eos cum Capitulo, ut eas reponere, & servare possint in Archivio.

47. *Cum duobus Canonicis.*) Episcopus tenetur consilium hoc petere, non autem sequi: contentus enim Capitulo non est necessarius. Episcopus non potest cogere aliquem in beneficio simplici residere. Item non potest cogere obtinentem Capellaniam, ut ipsemet celebret, licet in ejus fundatione disponatur, quod Rectores celebrent, nam illis oneribus Missarum recte per substitutum satisfit.

Episcopus obtinentes beneficia simplicia cogere non potest personale aliquod ex vitium suis beneficiis impendere, cum ex antiquissima totius Ecclesiæ consuetudine nonnisi ad officium recitandum teneantur. Hæc autem declaratio non suffert prælis, in quorum beneficiorum fundatione posita est clausula hæc, scilicet, *quod per ipsos, & non per substitutum, teneantur servare.*

REMISSIONES.

* Vide P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. l. 30. tract. 3. a num.* 164. Petr. Ledesm. in *summ. p. 1. tract. 7. cap. 1. circa propositum. pag.* 163. *

Archidiacono etiam, qui oculi dicuntur Episcopi, sint in omnibus Ecclesiis, ubi potest, Magistri in Theologia, &c.) Vide Gonzal. ad *reg. 8. Cancell. glos. 4. num.* 68. * & Joan. Aloysi. Ricc. *dec.* 581.

† *Doctores aut Licentiati in jure canonico.*) Vide Navar. *consil. 2. tit. de summa Trinit. & fide Catholica.* Peregrin. *consil. 3. 19. vol. 2.* Marc. Ant. Genuensem in *tract. de Ecclesia. quæst. 611. n. 2.*

‡ *Ad cæteras autem dignitates, vel personatus, &c.*) Sacra Cardinalium Congregatio sic censuit: Dignitates etiam in Ecclesiis Collegiatis comprehenduntur, refert, & hanc opinionem sequitur Nic. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 4. num.* 59. *& 62. cum seq.* Contrarium tamen, imo hoc Decretum non habebe locum in Collegiatis Ecclesiis, tenent Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo. Beneficia. §. 1. vers. Ad dignitates, & verbo. Canonica. §. 9.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 31. art. 2. & in addit. ad Bullam compositionis. num. 4.* ubi ait Christophorum Velam Archiepisc. Burgensem contrafisse dignitatem scholastrie Collegiatæ Ecclesiæ de Aguilar, de Campo cuidam scholari, qui non habebat majorem ætatem 17. annorum, & cum litigaretur super hoc, fuisse judicatum, collationem esse canonicam & juridicam.

‡ *Et 22. annis non minores.*) Sacra Cardinalium Congregatio censuit, hos 22. annos esse completos in hunc modum: Con-

Congregatio Concilii censuit requiri ætatem viginti duorum annorum completam, refert Garc. *d. cap. 4. num.* 70. (& refertur in *dec. 16. p. 4. interpret. Cons. Trid. in re collectis a Farinacio*) & hanc opinionem sequuntur Mandos. *tract. de Ætate minorum, quuntur* Mandos. *tract. de Ætate minorum, quuntur* Mandos. *tract. de Ætate minorum, quuntur*

q *In manibus ipsius Episcopi* .) Quod sede Episcopali vacante provisus de beneficio curato debet facere professionem coram Ordinario Capituli sede vacante , & non coram Capitulo, tenet Garc. *d. cap. 3. a num. 26.*

r *Vel eo impedito* .) Quod professio Fidei potest fieri coram Vicario Episcopi , eo etiam non impedito (quia verba hujus text. solum ponuntur ad admonitionem , & denotandum convenientius esse , eam facere coram ipso Episcopo cessante impedimento) resolvit Garc. *d. cap. 3. num. 22. & 23.*

s *In Ecclesiis Cathedralibus* .) Quod non procedit in Canonicis , & dignitatibus Collegiatæ Ecclesiæ, sacram Cardinalium Congregationem censuisse refertur Garc. *d. c. 3. n. 13.* Contrarium tamen tenet Zerol. *d. verbo, Beneficium, §. 3. dicto 3. p. 1.*

t *Fructus non faciant suos.*) Ad illorum restitutionem in conscientia teneri, etiam non intervenientе aliqua sententia resolvit Garc. *d. c. 3. n. 35.* & peccat mortaliter *a n. 64.* tamen contrarium tenet P. Sanch. in *præcepta Decalogi lib. 2. c. 3. n. 10.*

u Non procedere in distributionibus quotidianis, quæ dantur ratione ministerii , & operæ personalis, & laboris , ita ut illas percipiens faciat suas , asserit Steph. Grat. *discept. forens. cap. 166. n. 22.* & sacram Cardinalium Congregationem censuisse referunt Garc. *d. cap. 3. num. 60.* & Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. §. 7. gram. num. 170.* Aloys. Ricci. in *Collect. decis. part. 4. Collect. 1431. vers. Infertur sexto.*

x Si ignarus hujus decreti omiserit Fidei professionem , in foro externo , non excusari, quia est ignorantia juris clari; in foro tamen interiori, & quoad Deum a mortali , & consequenter ab amissione, & restitutione fructuum excusari, docent Fr. Emm. in *sum. tom. 1. cap. 119. n. 7. in 2. edit. & quæst. Regul. tom. 2. quæst. 72. art. 3.* Navar. *Cons. 1. num. 2. & 3. sub tit. de summa Trin. in 1. edit. & cons. 4. num. 3. & cons. 3. num. 2. & cons. 7. num. 2. & 3. & cons. 11. num. 3. & cons. 12. num. 2. sub tit. de Jurejur. in 2. edit.* P. Azor. *de cap. 2. quæst. 2.* Flam. *de Resign. lib. 10. quæst. 9. num. 8. cum seqq.* Læl. Zecch. *de Repub. Ecclesiast. tit. de Benefic. & pens. cap. 9. num. 3. vers. Requiritur etiam* P. Sanch. *de cap. 3. n. 13.* Garc. *d. c. 3. n. 66. cum seqq.*

xx Cui sint assignandi , & applicandi fructus amissi ob non factam professionem Fidei ? Vide apud Læli. Zecch. *de Republ. Ecclesiast. tit. de Benefic. & pension. cap. 13. num. 4. vers. Quod si Parochialis* , Fusc. *de Visitat. lib. 2. cap. 13. num. 4.* Flamin. *de Resign. l. 10. quæst. 9. num. 123. &* 124. qui loquendo de Parochis, dicunt assignandos , & applicandos esse fabricæ Ecclesiæ seu parœbibus.

In Canonicis vero , & dignitatibus beneficiis fructus in mensa Capitulari , fructus amissos ob non factam professionem spectare ad Capitulum resolvit Garc. *d. c. 3. a num. 40.* ubi a *num. 44.* dicit ; quod debens fructus non potest se componere cum Capitulo , soluta aliqua parte , & *num. 55.* refert sacram Cardinalium Congregationem censuisse, Ordinarium non posse condonare fructus amissos ob non factam professionem Fidei .

§§ Quod hæc lex non est pœnalis , sed conventionalis , resolvunt P. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 2. q. 1. vers. Quæres an ob professionem* , Petr. Ledesm. in *sum. p. 2. tract. 1. cap. 4. post conclus. 10. dissc. 1.* Garc. *d. c. 3. num. 35.* Sed hoc decretum esse pœnale ; ac proinde , etiamsi pœnam ipso jure non ponat , non obligare in foro conscientiæ, tenent Navar. *cons. 3. num. 1. sub titul. de Summa Trinit. in 1. edit. & cons. 12. num. 1. sub titul. de Jurejur. in 2. edit.* Ft. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 72. art. 3.* P. Sanch. *d. cap. 3. num. 10.*

yy *Nec illis possessio suffragetur* .) Vide Sayr. *decis. 6. de verborum significat.* & sacra Cardinalium congregatio ita censuit, Nec longissima possessio prodest ei , qui non emisit professionem Fidei , quod fructus percipiendos , quamdiu dictam professionem non emiserit , referunt Flamin. *de Resignat. lib. 10. quæst. 9. num. 122.* & Nicol. Garc. *de Benefic. p. 3. cap. 3. num. 10.* resolvunt Fr. Emman. in *summ. tom. 1. cap. 119. num. 7.* P. Sanch. in *præcepte Decalogi , lib. 2. cap. 3. num. 11. & 12.* Pet. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 6. col. 826.*

BULLA S. D. N. D. PII

Divina Providentia Papæ IV.

Super forma juramenti professionis fidei .

Pius Episcopus , servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

INjunctum nobis Apostolicæ servitutis officium requirit , ut ea , quæ Dominus omnipotens , ad providam Ecclesiæ suæ directionem sanctis Patribus , in nomine suo congregatis divinitus inspirare dignatus est, ad ejus laudem & gloriam incunctanter exequi properemus . Cum itaque juxta Conc. Trid. dispositionem omnes , quos deinceps Cathedralibus & Superioribus Ecclesiis præfici , vel quibus de illarum dignitatibus , Canonicatibus , & aliis quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis curam animarum habentibus provideri contingeret , publicam Orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros spondere & jurare teneantur ; Nos volentes etiam per quoscumque quibus de monasteriis , conventibus , domibus , & aliis quibuscumque locis Regularium quorumcumque Ordinum , etiam militarium, quocumque nomine , vel titulo providebitur , idem servari , & ad hoc, ut unius ejusdem fidei professio uniformiter ab omnibus exhibeatur , unicaque & certa illius forma cunctis innotescat , nostræ sollicitudinis partes in hoc alicui minime desiderati , formam ipsam præscribus annotatam publicari , & ubique gentium per eos , ad quos ex Decretis ipsius Concilii , & aliis prædictos spectat accipi & observari , ac sub pœnis per Concilium ipsum in contravenientes latis juxta hanc & non aliam formam , professionem prædictam solemniter fieri , auctoritate Apostolica tenore præsentium districte præcipiendo mandamus hujusmodi sub tenore .

Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & singula , quæ continentur in Symbolo fidei , quo Sancta Romana Ecclesia utitur , videlicet : Credo in unum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ , visibilium omnium & invisibilium . Et in unum Dominum Jesum Christum , Filium Dei unigenitum , & ex Patre natum ante omnia sæcula , Deum de Deo , lumen de lumine , Deum verum de Deo vero : Genitum non factum , consubstantialem Patri , per quem omnia facta sunt , qui propter nos homines , & propter nostram salutem descendit de cœlis . Et incarnatus est de Spiritu sancto , ex Maria Virgine , & homo factus est , Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato , passus & sepultus est , & resurrexit tertia die secundum scripturas , & ascendit in cœlum , sedet ad dexteram Patris , & iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos , cujus regni non erit finis . Et in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem , qui ex Patre Filioque procedit , qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur , qui locutus est per Prophetas . Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam . Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum ; & expecto resurrectionem mortuorum , & vitam venturi sæculi , Amen . Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones , reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes & constitutiones firmissime admitto & amplector . Item sacram scripturam juxta eum sensum , quem tenuit & tenet sancta Mater Ecclesia , cujus est judicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum , admitto , nec eam unquam nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam & interpretabor . Profiteor quoque , septem esse vere & proprie Sacramenta novæ legis a Jesu Christo Domino nostro instituta , atque ad salutem humani generis , licet non omnia singulis necessaria , scilicet Baptismum , Confirmationem , Eucharistiam , Pœnitentiam , Extremam Unctionem , Ordinem & Matrimonium , illaque gratiam conferre , & ex his Baptismum , & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse . Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio & admitto . Omnia & singula quæ de peccato originali , & de justificatione in Sacrosancta Trid. Synodo definita & declarata fuerunt , amplector & recipio . Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum , proprium , & propitiatorium sacrificium pro vivis & defunctis , atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse vere , realiter & substantialiter Corpus & sanguinem una cum anima & divinitate Domini nostri Jesu Christi , fierique conversionem totius substantiæ panis in Corpus & totius substantiæ vini in sanguinem , quam conversionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat . Fateor etiam , sub altera tantum specie , totum atque integrum Christum atrumque Sacramentum sumi , Constanter teneo Purgatorium esse , Animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari . Similiter & Sanctos una cum Christo regnantes , venerandos atque invocandos esse , eosque orationes Deo pro nobis offerre , atque earum reliquias esse venerandas . Firmissime assero imagines Christi ac Deiparæ semper Virginis , necnon aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse , atque eis debitum honorem ac venerationem impartiendam . Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse , illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo . Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam , omnium Ecclesiarum matrem & magistram

gibram agnoso; Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum Principis, successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac juro. Catera item omnia a sacris Canonibus & œcumenicis Conciliis, ac præsertim a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita & declarata indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, & rejectas & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter tenes eandem integram & inviolatam usque ad extremum vitæ spiritum, constantissime, (Deo adjuvante) retinere, & confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum curæ ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, prædicare, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc sanctæ Dei Euangelia.

Volumus autem quod præsentes litteræ, in Cancellaria nostra Apostolica, de more legantur; & ut omnibus facilius pateant, in eis Quinterno deferibantur ac etiam imprimantur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, Idibus Novembris, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Fr. Cardinalis Cæsius.

Cæs. Glorierius.

LECTÆ & publicatæ fuerunt suprascriptæ litteræ Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, die vero Sabbati, nona mensis Decembris. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Pii, Papæ IV. anno quarto.

A. Lomellinus Custos.

†† *Neminem etiam deinceps*, &c.) Vide Flam. *de Resignat. lib. 4. quæst. 9. num. 10.* Non habere locum in Collegiatis Ecclesiis tenent Navar. *Consil. 3. sub tit. de temporib. Ordin. in 1. edit.* Zerol. *in prax. Episc. p. 1. verbo, Beneficia, §. 3. pag. 46.* * Vide etiam Jo. Aloys. Ricc. *in prax. var. resol. cap. 238. & seq.*

† *Omnis Canonicatus*, &c.) Canonicatus Jurispatronatus laicorum, ante Concilium fundatos, hoc decreto non esse comprehensos, censuit Sacra Card. Congregatio die 29. Novembris, 1591. ut patet ex *dec.* ab relata a Farinacio in 4. p.

‡ *Ita tamen ut dimidia saltem pars*, &c.) Vide Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verbo, Capitulum, num. 10. pag. 84. & verbo, Canonice, num. 2. pag. 49.*

‡‡ *Præterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus*, &c.) Vide latissime Nicol. Gar. *de Benef. p. 3. cap. 2. num. 80. cum multisq.* ubi *num. 181.* resolvit, quod sub hoc non comprehenduntur dignitates principales Capitula Ecclesiarum Collegiatarum, Vo. Navar. *Consil. 2. de Clericis non resid. & in Orat. miscel. 59. num. 6.* Flamin. *de Resign. lib. 10. quæst. 10. num. 62.* P. Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 3. col. 816.* * Navar. *consil. 1. lib. 3. de cler. non resid.*

§§ *Aut portiones.*) Vide P. Azor. *institut. moral. p. 2. lib. 3. c. 10. col. 275.*

§§ *Aut consuetudinis.*) Quod non tollit consuetudinem immemorialem, ex ea quia immemorialis consuetudo nunquam censetur sublata, nisi expressa mentio de ea in lege, vel constitutione habeatur, docent Flores Var. *lib. 2. quæst. 10. num. 44.* Et Emmanuel. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 9. art. 3. ad finem*, Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. Glossa. 33. num. 2.* Sed in proposito contrarium censuisse sacram Congregationem Cardinalium refert Garc. loco infra citato *num. 198. & 199.*

‡‡ Immemorialis consuetudo non excusat a Residentia in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus: in Collegiatis autem non insignibus potest excusare, si Ecclesiæ sint rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum est residere, aut in quibus adeo tenues reditus essent, & Canonici aliunde non habentes unde viverent, alere non possent, & sufficit ad excludendam immemorialem, quod aliqui Canon. residerint, refert Garc. *d. c. 2. n. 197.*

§§ *Ultra tres menses.*) Sequentes sacræ Congreg. decisiones Doctores infra citati super hoc decretum suis in tractatibus fideliter referunt.

22 Prima est, an illis tribus mensibus a jure concessis sit assignanda causa absentiæ, & cum licentia sui Prælati? vel an possint positi beneficio trium mensium nulla causa declarata, sed impetrata licentia a Decano, vel præsidente in choro, & fruì

frui quibusdam novis distributionibus per Episcopum impositis, prout fruuntur in dictis tribus mensibus omnibus fructibus fructuum præbendarum, cum pro præsentibus & interessentibus habeantur de jure? Congregatio censuit, nullam assignandam esse causam. Secundo, nullam licentiam requisiri, non tamen omnes Canonicos posse abesse eodem tempore, ne Ecclesia destituatur suo debito servitio, sed tantum eam quartam partem Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, vel Capituli. Tertio non posse frui dictis distributionibus, cum sint distinctæ a præbendis, de hac decisione testantur Nic. Garc. *de benef. p. 3. cap. 2. num. 335.* Zerol. in *prax. Episc. part. 1. verbo, Privatio, §. 2. dub. 4.*

¶¶ Secunda. Archiepiscopus Genuensis providebat, ne duos menses, quos habent vacantes Canonici sui Capituli, incurrant in Natale, aut Pascha Domini, aut hujusmodi maximas solemnitates, de qua decisione testantur Garc. *d. cap. 2. num. 316.* Læli. Zecch. *de Regibil. Eccles. tit. de Beneficiatis, num. 6. vers. Quod si beneficia.* Zerol. *d. verbo, Privatio, §. 4. dicto 2. præsentiali dub. 3.*

¶¶ Tertia. Decretum Concilii, c. 12. *sess. 24.* concedit Canonicis absentiam trium mensium, si constitutiones Ecclesiæ servitium totius anni requirunt, refert Garc. *d. cap. 2. num. 312.*

‡‡ Istos tres menses continere 90. dies, & unum mensem continere triginta, & cum Concilium absolute illos concedat, nec exprimat a quo tempore incipere debeant, posse accipi non solum continuos, sed etiam interpolatos docent Menoch. *de Arbitr. casu 50. a num. 12.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. Glossa. 11. num. 8.* Garc. *d. cap. 2. num. 306.*

** *Ab eisdem Ecclesiis.*) Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit: Decretum hoc intelligendum est, ut Canonici non possint abesse ab Ecclesiæ suæ servitio ultra tres menses singulo anni, nihilque eis prodesse, quod in civitate maneant, nisi Ecclesiæ debitis horis inserviant, intelligendumque est, omnes in contrarium consuetudines per hoc decretum esse sublatas, refert Garc. *d. c. 2. n. 323.*

* *Dimidia pars fructuum.*) Vide Trevisanum in *dec. 24. lib. 2.*

¶¶ *Privetur omnibus fructibus.*) Quod Capitulum non potest concedere, ut absens lucretur distributiones quotidianas, potest tamen illas, quæ jam accreverunt, interessentibus remittere, docet Stephan. Gratian. *disc. 450. forens. 166. num. 31. cum sequentibus.*

†† Literæ non dici legitimam causam absentiæ, & lucrandi fructus ea durante, nisi in tribus casibus docet Aloys. Ricci. in *Collect. dec. part. 4. collect. 1253.* Primus est, Si versetur super juribus ipsius beneficiati, adducit Sayr. *dec. 15. de Clericis non residen.* Secundus, nisi sit criminalis, & talem criminalitatem contineat, propter quam Clericus prohibeatur residere, refert Rot. collecta a Farin. *dec. 168.* Tertius, nisi litigetur contra Capitulum, quod denegat dare fructus Canonico, numerat Aloys. Ricc. ubi proxime.

¶¶ *Distributiones vero*, &c.) Doctores infra citandi plures casus cumulant, in quibus absens a divinis lucratur distributiones, ac si cum aliis interesset & præsens esset.

¶¶ Primus casus est. Absens a loco beneficii tempore pestis, licet fructus præcipuos & principales percipiat, non tamen habebit quotidianas distributiones, nisi consuetudine obtentum sit, eas absenti ex justa causa dari, resolvunt Cov. *Var. lib. 3. cap. 13. num. 8.* & Nono, Rip. *de peste, cap. 1. num. 145.* Alex. Monet. *de distribut. quæstio. p. 2. §. 5. n. 76.*

¶¶ Secundus casus. Qui ex morbi impedimento non potest personaliter adesse divinis officiis, licite percipit distributiones quotidianas in absentia, constituunt Duenh. *reg. 206. vers. Limita, 7.* Hojed. *de benef. part. 1. cap. 17. num. 15.* Fusc. *de Visitat. l. 1. cap. 15. num. 25. vers. Et infirmo, & cap. 20. num. 26.* Selv. *de Benefic. part. 4. quæst. 6. num. 9.* Gutt. *Canon. lib. 1. cap 1. num. 140.* Spin. in *Speculo testam. Glossa. 8. princip. num. 30.* Monet. *part. 2. quæst. 6. num. 7.* Procedere etiamsi quis propria culpa in morbum incidetur, referunt Fusc. *d. cap. 20. num. 26.* Garzet. *d. cap. 1. num. 138.* Fr. Emmanuel in *summa part. 1. cap. 33. num. 6. vers. De aqui in sesentese.* Monet. *d. quæst. 6. a num. 12.* Zerol. in *prax. Episcop. p. 1. verbo, Distributiones, §. 3. vers. Sexto dicentur.* Procedere quoque dicunt Doctores harum citandi, si dum erat famus interesse solebat horis Canonicis: quod si talis Clericus ægrotus non erat solitus residere, & interesse divinis officiis, dum bene valebat, tunc infirmitas illius non judicatur pro præsentia, & interessentia, cum eo casu ipsa infirmitas non præstiterit causam absentiæ, & tunc quidem Clericus infirmus non lucrabitur hujusmodi distributiones, resolvunt Nav. *de Horis Canon. cap. 11. a num. 9. in fina-*

finalibus verbis, Cov. d. num. 8. vers. Sexto, Cortes. fing. 152. incip. An quilibet infirmus. Ft. Emman. d. cap. 33. num. 6. Monet. d. part. 2. quæst. 6. num. 21. Cald. Pereira de Renov. quæst. 3. num. 23. vers. Unde si Canonicus. P. Henriquez lib. 13 cap. 14. num. 4. in fine, gloss. lit. Y. Spin. d. gloss. 9. num. 30. vers. Sed tenenda, Guttier. d. cap. 1. num. 139. ubi num. 138. asserit, tunc demum infirmum consequi debere distributiones, quando præsens est in loco, ubi est Ecclesia. Quod Clericus, cujus interest, alio se conferre acquirendæ sanitatis causa, ut puta ad balnea, vel ad celeberrimum aliquem medicum, vel etiam, ut cœli sibi officientis inclementiam effugiat, lucratur distributiones interim in absentia, resolvit Alex. Monet. de Distribut. quotid. p. 2. quæst. 6. num. 10. Quod etiam Clericus, qui tamquam morbosus, seu infectus morbo aliquo contagioso, veluti lepra, pestis, & hujusmodi, a civitate abesse jubetur, lucratur distributiones quotidianas, testatur Monet. d. 3. 6. n. 11.

99 Tertius casus, Senex Beneficiarius non residens in Divinis Officiis habet distributiones, quando senio ita confectus est, ut non possit commode personaliter Ecclesiæ deservire, referunt Hojed. d. c. 17. num. 17. Menoch. casu 60. num. 10. Monet. p. 2. q. 7. n. 5.

22 Quartus casus. Non est privandus quotidianis distributionibus ille, qui obses datus est ab Ecclesia, & sic detentus, aut etiam repræsentiarum causa captus fuit, ac detinetur, firmat Monet. p. 2. quæst. 5. num. 56. cum seq.

44 Quintus casus. Beneficiarius absens ab officiis divinis propter aliquam necessitatem, vel causam evidenter utilem ipsi Ecclesiæ, quod ex consuetudine percipiat quotidianas distributiones testantur Covar. lib. 3. Var. cap. 13. num. 8. vers. Octavo, Paris. Concil. 32. a num. 18. vol. 4. Duenh. Reg. 206. vers. Limita Sexto. Hojed. de Benefic. p. 1. cap. 17. num. 19. & p. 2. cap. 10. num. 16. Lælii Zechi. de Rep. Eccles. cap. 24. num. 6. vers. Quando, Navar. cons. 10. a num. 4. sub tit. de Clericis non resid. Gutt. Can. lib. 1. cap. 4 a num. 36. & 46.

Sextus casus. Inquisitores hæreticæ pravitatis habentur in omnibus suis beneficiis, dignitatibus, & præbendis pro præsentibus, & residentibus, & percipiunt integros fructus suarum præbendarum, simul cum distributionibus quotidianis, ex privilegio speciali favore Fidei eis concesso a Paulo III. & Pio V. Pontificibus maximis, refertur Roj. de privil. Inquisit. num. 420. & fing. 69. Spin. in Speculo testam. glos. 9. princip. num. 78. ubi dicit, quod hoc privilegium non solum competit Inquisitoribus habentibus beneficia simplicia, aut dignitates, sed etiam habentibus beneficia curata, cujus contrarium verius esse tenent Cæval. Communium contra Commun. quæst. 585. num. 12.

ωω Septimus casus. Excommunicatus Clericus pro causa Ecclesiæ, & defensione suorum jutium lucratur (etsi Divinis non interfit) fructus, & distributiones horarii, firmat Guttier. Canon. lib. 1. cap. num. 142. & 147. Inferens, num. 150. eas portione lucrari Provisores, & Officiales generales a Capitulo Sede Episcopali vacante deputatos, si excommunicentur ob causas officii, cujus est jurisdictio, quam exercent. Quod inique excommunicatus distributiones quotidianas exigere potest, cum eo tempore, quo excommunicatio injusta in eum lata fuit, præsens erat in loco beneficii sui, eratque solitus divinis Officiis ante impedimentum excommunicationis adesse, docent Cov. lib. 3. Variar. cap. 13. num. 8. vers. Cæterum, Per. Navar. lib. 2. de rest. cap. 2. num. 238. Ft. Emman. d. cap. 33. num. 6. Perez. lib. 1. vers. Advertendum tamen est, pag. 157. tit. 5. lib. 8. Ordin. Sard. de Aliment. tit. 1. quæst. 82. num. 15. vers. Alias secus, Gutier. d. cap. 1. num. 137. Monet. p. 2. quæst. 15. a num. 32. P. Henriq. lib. 13. c. 13. num. 4. in fine, Sayr. de conscr. lib. 2. cap. 3. num. 27. Quod injuste etiam suspensus, sive ab officio, sive a beneficio, recuperat distributiones quotidianas, resolvit Monet. p. 2. quæst. 15. num. 42. Quod etiam injuste, & absque causa legitima in carcerem inclusus, & detentus, etiam semota quacumque consuetudine in contrarium, percipere debeat distributiones quotidianas testantur Covar. d. cap. 13. num. 8. vers. undecimo. Navar. Cons. 9. a princip. sub tit. de Clericis non resid. Lælii Zech. de Relig. Eccles. cap. 24. num. 6. vers. Sexto debentur, Cæval. Commun. contra Commun. quæst. 585. num. 15. Zerol. in praxi Epis. p. 1. verbo Distributiones, §. 8. debentur. Monet. p. 2. quæst. 5. num. 80. Quod interdictus Ecclesiæ, vel pollutæ, beneficiatus, qui consueverat in ea residere, & non dedit causam interdicto, consequatur distributiones quotidianas, affirmant Scrutin. Secerd. p. 1. tract. 12. de Interdicto, pag. 290. in fine, Monet. p. 2. quæst. 16. num. 29. Quod etiam injuste, vel nulliter interdictus ab ingressu Ec-

Ecclesiæ recuperare debeat quotidianas distributiones, constito de injustitia, vel nullitate, resolvit Monet. p. 2. q. 15. a num. 46. & part. 3. quæst. 6. a n. 46.

αα Octavus casus. Auditores Rotæ Romanæ consequuntur fructus & distributiones suarum præbendarum in absentia, ac si actualiter residerent, ex Bulla Clem. VII. incip. Convenit, tradit Lælii Zechi. de Republ. Ecclesiast. p. 11. num. 2.

ββ Nonus casus. Collector generalis Cameræ Apost. Subcollectores, Advocati, Procuratores, Fiscales, & Notarii ita causis spoliorum, & junium præfatæ Cameræ eorum officio durante, fruuntur distributionibus quotidianas in absentia ex Bulla Sixti V. data Romæ in monte Quirinali sub annulo Piscatoris die 8. Maji 1590. sui Pontificatus anno 6.

γγ Decimus casus. Canonicus, vel Archidiaconus visitans Ecclesiam, jura vel reditus suæ prabendæ, percipit distributiones quotidianas, cum visitando prædicta jura, & loca serviat Ecclesiæ in re utili, tradit Monet. part. 2. quæst. 11. num. 63.

δδ Undecimus casus. Beneficiati, qui adsunt Concilio generali, lucrantur distributiones quotidianas, resolvunt Rebuff. in praxi p. 3. tit. de Disp. de non resid. num. 34. Salzed. ad Bernard. cap. 52. lit. C. vers. Quartus casus.

εε Duodecimus casus. Qui tamquam Theologus, vel Canonista Concilio interest nomine sui capituli ob eo missus, lucratur distributiones quotidianas, tenet Monet. p. 2. quæst. 11. num. 31.

ζζ Tertiusdecimus casus. Examinatores beneficiorum a Synodo Diœcesana electi, si causa examinis absunt a choro, lucrantur distributiones quotidianas, decidisse faceam Cardin. Congregationem refert Lælii Zechi de Republ. Ecclesiast. titul. de Beneficiatis, num. 131. ad finem. Contrarium tamen resolvit Monet. p. 2. quæst. 11. num. 61.

Quæ statuta, & consuetudines circa percipiendas quotidianas distributiones in absentia apud Doctores valere reperiantur.

ηη VAlere statutum, vel consuetudinem, qua cavetur servirum quadraginta annorum Ecclesiæ præstitum liberare Beneficiatum a residentia, lucrarique distributiones quotidianas in absentia, quamvis ipse non interfit divinis, resolvunt Cenced. p. 3. collect. 15. in fine. Monet. p. 2. quæst. 7. num. 21. & quæst. 12. num. 61. & quæst. 13. num. 41. ubi testatur sacram Cardin. Congregatio in hæc verba decidisse. Licet statuta sint sublata, per quæ absentibus dantur distributiones, nihilominus Gregorius XIII. senibus, & benemeritis miserius mandavit statutum Compostellanum tolerari, per quod debentur distributiones non servientibus, qui per quadraginta annos jam servierunt; dubius pertransit Steph. Gratian. discept. forens. cap. 298. n. 19.

θθ Valere etiam consuetudinem, ut quis in absentia percipiat distributiones quotidianas, quando hujusmodi consuetudo inducta esset sciente, & patiente, vel tolerante Papa, affirmant Covar. l. 3. Var. cap. 13. num. 5. in fin. Duhen. Reg. 206. vers. Limita quinto. Hojed. dict. cap. 17. num. 13. Monet. dict. p. 2. quæst. 12. a num. 45.

ιι Validam esse consuetudinem, ut distributiones quotidianæ dividantur inter eos, qui intersunt Officio Divino certis horis, licet non intersint omnibus affirmant Duenh. dict. reg. 206. vers. Limita 2. Hojed. part. 1. cap. 17. num. 11. Monet. part. 2. quæst. 12. num. 42. vers. Limitatur.

Validam etiam esse consuetudinem, vel constitutionem, qua cavetur, quod clerici recedentes a choro, dum Divinum officium canitur, lucrantur distributiones, si id fieri contingat ob celebrandam Missam, vel Sacramentalem Confessionem, resolvit Monet. part. 2. quæst. 11. a num. 48. vers. Infertur, & a num. 52. cum sequentibus.

κκ *Statis horis*,) Sacra Cardinalium Congregatio censuit intelligi staras horas, id est, omnes horas, quibus Divina celebrantur, refert Garci. dict. cap. 2. num. 488. Et Canonicos non posse juvari aliqua consuetudine, quin teneantur omnibus septem horis inservire, resolvit Theodos. Rubeus inter disceptationes forenses, Steph. Gratian. cap. 298. num. 20. ubi num. 21. asserit celebrantes tempore recitationis horarum, in capellis, in quibus tenentur Missas celebrare, vel devotionis gratia, non debent percipere distributiones illius horæ, etsi permissu superioris id faciant. Et num. 25. dicit quod a præsentia in choro excusatur ille, qui exercet curam animarum imminentem Cathedrali, dum tamen est in actu administrandi Sacramenta.

λλ *In usum revocat.*) Vide Navar. cons.

cons. 8. de Clericis non resid. P. Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 7. c. 7. col. 832.*

μμμ Omnes vero Divina per se, & non per substitutos, &c.) Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit : Si factum est aliquod statutum, quod Canonici possint inservire per substitutos, vel alternatim unus pro alio, non habeatur ejus ratio, quia est contra Concilium refert Zerol. in *praxi Episc. p. 2. verbo, Canonicus*, §. 3. Garc. *d. c. 2. num. 489.*

ννν Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit : Canonici cogendi sunt ad personaliter canendum Missam illis diebus, quibus ex institutis, & legitima consuetudine illius Ecclesiæ debent, &c. refert Nicol. Garc. *de Beneficiis part. 3. cap. 2. num. 493.*

ξξξ Obtinentes dignitates, Canonicatus, vel portiones in Ecclesiis præsertim Cathedralibus, cujuscumque qualitatis sint, Episcopo solemniter celebranti, aut Pontificalia exercenti assistere, ac vestibus sacris indutos eidem inservire, necnon munera eisdem dignitatibus, Canonicatibus, & portionibus in decantatione Missæ, Evangelii, Epistolæ, & similium functione, præstatione, incumbentia, & annexa per seipsos subire, & exercere juxta Sacrorum Canonum & Concilii Tridentini dispositionem, ac cujusque Ecclesiæ particularem ordinationem certum esse respondit sacrorum rituum Congregatio : quod si quando aliquis legitimo impedimento detentus, ea per se ipsum adimplere non poterit, tunc alios, episcopi tamen Ordinis, & gradus, non autem inferioris, dignitates, nempe alias dignitates, Canonici Canonicos, & portionarii respective portionarios in sua quisque hebdomada, ne graduum, & ordinum prærogativa confundatur, deputare debebit : idque per Episcopum opportunis remediis, etiam hujus Decreti vigore providendum fore censuit eadem Congregatio supplicante Capitulo, & aliis Ecclesiæ Abulensis portionariis, refert Garc. *dict. cap. 2. num. 496.*

ooo Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit : Item Episcopus non potest compellere obtinentem capellaniam, ut ipsemet celebret, licet in ejus fundatione disponatur, quod capellani celebrent : nam istis oneribus Missarum recte per substitutum satisfit, refert Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. gl. 3. num. 84.*

ppp Atque in choro ad psallendum.) Canonicos ex sua institutione, & jure communi, teneri cantare in choro sub peccato mortali ; si in hoc essent notabiliter negligentes, resolvunt Navar. *de orat. cap. 10. num. 47. & cap. 11. ad finem*, & *cap. 13. num. 17. & Miscell. num. 79.* Bern. 219. Sandov. *de Officiis divino, p. 6. cap. 16.* Zechi. *de Republ. Ecclesiast. cap. 24. a Canonicis sub num. 6.* Ludov. Bic. *p. 1. Responsi. casuum conscient. casu 53.* Azor. *2. 2. quæst. 83. art. 12.* Jacob de Graff. *aureor. decis. lib. 2. cap. 31. num. 12. & cap. 52. num. 22. & cap. 53. num. 4. & 5.* Pelz. Ledesm. in *summa part. 2. tract. 9. cap. 4. concl. 1. diffic. 1.* P. Azor. *inst. Moral. part. 1. lib. 10. cap. 11. quæst. 5. & 7.* P. Suarez *de Relig. tract. 4. lib. 1. cap. 12. cum seqq.* P. Valer. Reginald. *praxi fori panit. lib. 18. a num. 171. ut num. 176.* resolvit Canonicos, & cæteros Beneficiarios ad recitationem horarum Canonicarum in choro adstrictos debere illas recitare, nec a peccato excusari, licet veniali, si eas domi recitent, nisi justam habeant causam absentiæ ; mortale tamen committere, si per contemptum, aut contra Prælati particulare præceptum, fieret talis absentia, & Fr. Emman. *summa tom. 1. cap. 145. num. 5.* affert, Canonicos domi recitantes, & assistentes in choro non recitando, nec cantando, teneri restituere distributiones quasi tenue, sive etiam teneri, qui de ordinario, & frequenter confabulantur in choro, tenuit Ludov. Lopez in *Instructorio conscient. tom. 1. cap. 246.* quem sequitur Veg. in *summa p. 1. cap. 128. casu 10.*

† *Festivis insuper decenti.*) Vide Salzedo ad *Bern. Diaz in prax. can. cap. 31. lit. A.*

* *Illicitisque venationibus.*) Vide Abb. Trotum *de vero & perfecto clerico, lib. 2. cap. 55. & 56.* Menoch. *lib. 2. de retinent. 5. casu 413.* Salzedo ad *Bern. Diaz. in prax. can. 67. lit. A.*

* *Ludibus.*) Vide Salzed. ad *Bern. Diaz. in prax. can. cap. 70.* ubi Navar. Menoch. & alios refert.

Vide Annotationes ad hoc *Caput in Appendice sub discursu 4. n. 11. & 13. Card. de Luca.*

CAPUT XIII.

Cathedrales tenues summus Pontifex unit, aut accessione ex fructibus auget. Interea certo modo providetur Episcopo. Parochiales, sed tenues Ecclesiæ sunt augendæ, &c. Pensionibus beneficia tenuia gravari minime convenit. Suas Parochias singulas singuli Parochiani frequentent.

QUoniam (*a*) pleræque Cathedrales Ecclesiæ tam tenues reditus habent, & angustos, ut Episcopali dignitati nullo modo respondeant, neque Ecclesiarum necessitati sufficiant, examinet Concilium provinciale, vocatis iis, quorum interest, & diligenter expendat, quas propter angustias, tenuitatemque invicem uniæ, * vel novis proventibus augere expediat; (*b*) confectaque de præmissis instrumenta ad summum Romanum Pontificem mittat; quibus instructus summus Pontifex ex prudentia sua, prout expedire judicaverit, aut tenues invicem uniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. Interim vero, donec prædicta effectum sortiantur, hujusmodi Episcopis, qui fructuum subventione pro diœcesis suæ tenuitate indigent; poterit de beneficiis aliquibus, 1. dum tamen cutata non sint, nec dignitates, 2. seu Canonicatus, & prædendæ, nec monasteria, in quibus viget Regularis observantia, vel quæ Capitulis generalibus, & certis Visitatoribus subduntur, a summo Romano Pontifice provideri. c In Parochialibus etiam Ecclesiis, quarum fructus æque adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere; curabit Episcopus, si per beneficiorum unionem; non tamen regularium, id fieri non possit, ut primitiarum, vel decimarum assignatione, aut per Parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut Parochiæ necessitate decenter sufficiat, β in unionibus vero quibuslibet, seu ex supradictis, seu aliis causis faciendis, Ecclesiæ Parochiales, & monasteriis quibuscumque aut Abbatiis, seu dignitatibus, sive præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, sive aliis beneficiis simplicibus, aut hospitalibus, militiisve non uniantur: & quæ unitæ sunt, (*c*) 3. revideantur ab Ordinariis, juxta alias decretum in (*d*) eadem Synodo sub fel. rec. Paulo III. quod etiam in unitis ab eo tempore citra æque observetur: non obstantibus in iis quibuscumque verborum formis, quæ hic pro sufficienter expressis habeantur. δ Ad hæc in posterum, omnes hæ Cathedrales Ecclesiæ, quarum reditus summam ducatorum mille & Parochiales, quæ summam ε ζ ducatorum centum, secundum verum annuum valorem non excedunt, 4. nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum graventur. In iis quoque civitatibus, ac locis, ubi Parochiales Ecclesiæ 5. certos non habent fines, nec earum Rectores proprium populum, quem regant, sed promiscue petentibus Sacramenta administrant; mandat sancta Synodus Episcopis, pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas, propriasque Parochias, unicuique suum perpetuum (*e*) peculiaremque Parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, & a quo solo licite Sacramenta suscipiant, † aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant. Idemque in iis civitatibus, ac locis, ubi nullæ sunt Parochiales, quam primum fieri curent: non obstantibus quibuscumque privilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

a Sup. sess. 7. de ref. c. 6. & 7. & sess. 14. de ref. c. 9. & inf. c. 13.

b c. unic. in 6. q. 3. c. 6. termporis cum seq. 10. q. 1.

c Sess. 7. c. 6. d Sup. sess. 7. de ref. c. 6.

e c. 1. 13. q. 1. c. plures 1. de Paroch. & inf. sess. 14 de ref. c. 9.

DECLARATIONES.

1. *Dum tamen curatæ non sint.*) Parochialis non debet unari Cathedrali.

Nullius 29. April. 1594.

Congregatio Concilii censuit, c. 13. *Sess.* 24. dum prohibet Parochiales posse uniri Monasteriis, intelligendum esse de Parochialibus quæ acta, non autem de illis, quæ habitu tantum supra hominum memoriam Parochiales existunt.

2. *Seu Canonicatus & prebendæ.*) Collegiatæ non debent uniri Cathedrali sine auctoritate Papæ, qui id quandoque efficere potest, sed cum causæ cognitione particulari seu speciali.

Si duæ Parochiales per consuetudinem, (quæ per 40. annos viguerit) semper tamquam unitæ, uni semper collatæ sine dispensatione fuerint, earum possessor non est molestandus.

Plebania non potest uniri Præposituræ. Romæ 27. Sept. 1574.

18. Mart. 1598. Congregatio Concilii censuit, non posse ab ordinariis fieri uniones Parochialium Ecclesiarum obstantibus Collegiis sæcularium, seu Regularium personatum, obstan. Decret. ejusdem Concilii *cap. 13. Sess. 24. de Reformat.* & si factæ fuerint, nullas esse uniones, &c.

Parochiales.) Quæ actu non autem quæ habitu tantum parochiales existent, ita enim Congregatio Concilii censuit.

Si Parochialis non est unita Canonicatui ab initio, sed ex post facto, non comprehenditur in Conc. Trid. Decreto de Parochialibus loquente.

3. *Revidentur ab Ordinariis.*) Episcopi ex hoc Decreto possunt revidere uniones factas per biennium ante Concilium in forma gratiosa cum clausula, *de non immittendo ea parvis vocatis vocandis, &c.* prout fuit declaratum die 19. Junii 1586. ex *cap. 6. Sess. 7.*

4. *Nullis pensionibus aut reservationibus fructuum gravantur.*) In relignatione Parochialium in Lusitania salva manet pensio resignantibus.

Petente Episcopo Anconitano, ut Canonici Cathedrales non maneant in Parochiis, ne deseratur ibi cultus Cathedralis, ita ut valeant resignare Parochias retentis 30. vel 40. scutis, visum est concedendum, modo addatur clausula: *petente Episcopo, & servatis servandis.*

Doctori Fulginati obtinenti Prioratum cum cura animarum & Parochialium, permissum est resignare Parochialem, pensione arbitrio Episcopi reservata.

De Parochia 125. aureorum Episcopo Amadensi in cujus resignatione vult reliquere 50. titulari visum est concedendum.

Postulatum Brixiani presbyteri ut sibi liceret alteri Parochiam tradere in Vicariatum perpetuum, rejectum est.

Pro mercede Capellani sufficiunt 30. aurei, attentis tamen rerum circumstantiis merces Vicariis perpetuis assignari debet, nec major 190. nec minor 50. aureorum summa, nisi Vicariis temporaneis solitum fuisset plus assignari, Pius V. in Bulla accipiente. *Ad exequendum*, publicata 18. Febr. 1567.

Congregatio Concil. Trident. Interpretum censuit, valorem centum ducatorum, (de quibus hoc Decreto statuitur, ut debeant remanere Rectori Parochialis Ecclesiæ, quæ pensione gravatur) esse intelligendum juxta morem cujusque Regionis.

5. *Certos non habent fines.*) Quæ Parochiæ certos fines non habent, illæ populum & certas familias ita distinguantur, ut sacramenta non promiscue administrentur.

Episcopus potest curam animarum toti Capitulo Cathedralis Ecclesiæ intumbentem transferre, per viam unionis perpetuæ, in personam seu Dignitatem ejusdem Ecclesiæ. Ita Congregatio mense Octobr. 1586.

REMISSIONES.

* *Tenuitatemque invicem uniret.*) Vide Camillum Borrel. *consil.* 32. Aloys. Rictium in *sua praxi Curiæ Eccles. Neapol. dec.* 231. *num.* 3.

a *In Parochialibus etiam Ecclesiis, &c.*) Vide Guttier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 3. *cum seqq.* Mandol. *reg.* 22. *de Unionib. q.* 5. *num.* 3. *ad finem.* Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancell. glos.* 2. *num.* 20. *& glos.* 5. 6. 7. *num.* 61. *& 62.*

β *In unionibus vero quibuslibet, &c.*) Sacra Cardin. Congregatio ita censuit: Parochiæ quæ certos fines non habent, sed certum tantum populum, & per certas familias distinguuntur, usque adeo, ut Sacramenta promiscue non administrentur, hoc Concilii Decreto utique non comprehenduntur, refert Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancellar. glos.* 6. *num.* 96.

γ *Monasteriis.*) Salvari & excipi uniones, quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel conservatione Collegiorum, & aliorum piorum locorum ad fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonamque animæ cujusque, relatus Gonzalvad *reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. 6. 7. *n.* 46.

δ *Ad hoc ita posterum omnes hæ Cathedrales Ecclesiæ, &c.*) Vide Flamin. de Rossis *de lib. 6. quæst.* 2. *num.* 221. *cum seqq. & num.* 14. P. Anton. Iosefit. *Moral. part.* 2. *lib.* 7. *c.* 21. *col.* 886. & vide ad quid Flores Vasi, *lib.* 3. *quæst.* 23. *num.* 38.

† Marchesan. *de commiss. sit. de commissariis appellat. in causa pensionum p.* 1. §. *num.* 93. *& 94. cum seqq.*

‡ *Ducatorum centum.*) Juxta valorem ducatorum loci, in quo est beneficium; affirmant Sacram Cardinalium Congregationem consuluit Lel. Zecch. de Rotali. *Ecclesiast. cap.* 28. *num.* 4. *pag.* 52. Marc. *decis.* 41. Aloysh. Ricc. in *coll. decis.* 60. 4. *coll.* 743. *in fine.*

§ Quod ad probationem valoris attenditur tempus quindecim annorum ante, & quinque post, resolvunt Sarogni. *decis.* 23. Seraphina *decis.* 1340. Et quod hujusmodi valor beneficii probandus est de tempore provisionis, & non sufficit probare de anni quo tempore, asserunt Staril. Pacific. *decis.* 35. Vitalis *decis.* 330. *part.* 2. & non sufficere probationem per famam, asserit Farin. *decis.* 39. Et probationem debere esse concludentem; quod scilicet tenuit tunc centum librarum pro Parocho, resolvit Rot. *divers. decis.* 280. & *decis.* 261. *lib.* 1.

¶ *A quo solo licite Sacramenta suscipiant.*) Vide Navar. in *cap. placuit de penit. dist.* 2. *ex num.* 75. Didac. Spino in *sua spec. instrum. glos.* 25. *princ. num.* 41.

Vide annot. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 8. & 21. *Card. de Luca.*

CAPUT XIV.

In nulla provisione, seu admissione ad possessionem cujuscumque beneficii aut distributionum, fiant ulla fructuum deductiones convertibiles in usus non pios: consuetudinibus laudabilibus exceptis, & per Episcopum probatis: cujus est cognoscere de statutis, constitutionibus, &c. contrariis.

a IN pluribus Ecclesiis, tam Cathedralibus, quam Collegiatis, & Parochialibus, ex earum constitutionibus, aut ex prava consuetudine, *Conc. Trid. cum Gall.*

observari intelligitur, 1. ut in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione, 2. sive admissione ad possessionem alicujus Cathedralis Ecclesiæ, vel beneficii, Canonicatuum, aut præbendarum, vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas cetræ conditiones, 3. seu deductiones ex fructibus, 4. solutiones, promissiones, compensationesve illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur Turnorum lucra, interponantur: hæc cum sancta Synodus detestetur, β γ mandat Episcopis, ut quæcumque hujusmodi in usus pios non convertuntur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut sordidæ avaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant; ipsique diligenter de eorum constitutionibus sive consuetudinibus super prædictis cognoscant, & illis tantum, quas 5. ut laudabiles probaverint, exceptis, reliquas ut pravas ac scandalosas, rejiciant & aboleant. Eos vero, qui adversus hæc, in præsenti decreto comprehensa, quavis ratione commiserint, pœnis (a) contra simoniacos editis, sacris Canonibus, & variis summorum Pontificum constitutionibus, quas omnes innovat, teneri decernit: non obstantibus quibuscumque statutis, constitutionibus, consuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam Apostolica auctoritate confirmatis: de quatum subreptione, exceptione & intentionis defectu Episcopus, tamquam Apostolicæ Sedis delegatus, cognoscere possit.

a L. 1. §. ne pr. vo. tam. Conc. Tolet. 8. can. 3. c. cum sicut, de const. tom fere tit. de simon. extra.

DECLARATIONES.

1. *Ut in electione, præsentatione.*) Episcopus etiam cum contentu Capituli statuere non potest, ut aliquod minimum solvatur pro ingressu Canonicatuum, hoc est enim prohibitum per Bullam Pii V.

2. *Sive admissione ad possessionem.*) Episcopus, ubi alias viget consuetudo, ut

quivis Canonicus pro intrusione ad possessionem admitteret omnes fructus suæ præbendæ per triennium, non potest cum consensu Capituli & Canonicorum statuere, ut quilibet Canonicus provisus a Papa in capienda possessione vice supradictorum fructuum solvat eidem fabricæ, seu sacristiæ scuta quinque: provisus vero ab Ordinario scuta decem.

Valet Constitutio facta per Episcopum & Capitulum post Concilium Trid. ad solvendam certam quantitatem ratione novæ possessionis Episcopatus, Canonicatuum & dignitatum, integre cedat in fabricam: nihil autem ex pecunia notariis, cursoribus, campanario, aliisve Ecclesiæ ministris, quibus alias constituta sunt salaria, attribuendum.

Pro admissione in possessionem Præpositutæ non potest Capitulum Collegiatum quicquam exigere ab eo, cujus nomine adepta fuit possessio, nisi ex aliqua lege vel consuetudine id in aliquos pios usus erogandum esset, & si quid ab illo exactum esset, debet eidem ab eodem Capitulo restitui.

3. Deductiones ex fructibus.) Per hoc decretum prohibentur capi illi fructus primi anni, qui aliquibus in locis solvebantur de omnibus beneficiis dioecesis. Itaque Episcopus non potest primi anni fructus alicujus beneficii sibi retinere vel attribuere pro datione possessionis, de qua legitime ab eo provisus est.

4. Solutiones.) Dulciora multa feu banqueta intelliguntur esse de genere prohibitorum a Concilio Tridentino hoc cap. ab aliquo Capitulo exigendorum pro admissione in possessionem alicujus novi Canonici beneficii. Antistes autem in receptione alicujus in Canonicum dulciora aut similia exigens, tamdiu a Pontificalis officii exercitio maneat suspensus, donec satisfactione prævia per Sedem Apostolicam illi suspensio relaxetur. Capitula vero & Collegiatæ quæcumque Ecclesiæ subjaceant interdicto, & singulares personæ excommunicationis incurrunt sententiam Pontifici reservatam, solo mortis articulo excepto. Propterea Juramenta de dulcioribus præstanda, sunt irrita, neenon ipsi jurantes in excommunicationem jam dictam incidunt, Pius V. sic statuit in Bulla, quæ incipit: *Duram nimis, publicata die Kal. Junii*, 1570. Neque vero cujusvis prætextu statuti etiam, ex urgenti causa facti pro bono Ecclesiæ, potest cogi novus Canonicus aliquid solvere pro debitis antiquis Ecclesiæ suæ, etiam contractis pro reparatione & melioratione bonorum, & hoc, attenta Bulla Pii V. & declaratione hujus Decreti.

Interpretatur.) Neque hoc Decreto, neque Bulla Pii V. super hac eadem re edita comprehenduntur statuta Ecclesiarum de serviendi per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendi interim de massa grossa, nisi peracto integro Decreto servitio, idque post obitum hæredibus deberi, cum potius sit differre quam auferre.

Consuetudinem Ecclesiæ Melphitensis authoritate Apostolica Leonis X. confirmatam, scilicet ut presbyteri & Canonici ad participationem massæ communis ipsius Ecclesiæ non admittantur, nisi prius in Subdiaconatu, Diaconatu, videlicet in quolibet ex dictis Ordinibus per triennium, & in sacerdotio per annum dictæ Ecclesiæ inservierint, Congregatio respondit sublatam non esse per Concilium hic, aut per Bullam Pii V. supra hac eadem re editam. Comprehenduntur autem statuta Ecclesiarum deserviendi per annum vel aliud tempus, & nihil percipiendi interim de massa grossa, nisi peracto integro dicto servitio.

Comprehenditur etiam hoc decreto, quicquid solvitur pro Missis novis dicendis in Ecclesiis receptivis, ut quæ administratur ad portionem sacerdotalem, talia solutiones cederent in pios usus, non enim sunt beneficia, sed potius spectant ad avaritiam, ut *Sess. 22. cap. 6. de observandis & evitandis in celebratione Missarum*, satis declaratum est.

5. Ut laudabiles.) Sed non contemnit laudabiles, quæ sunt pro instauratione seu reparatione mensæ capitularis, eorumve ramen in utilitatem Capitularium singulorum: sed si exstat talis consuetudo, ut fructus, puta cujuslibet præfiniendi dividendi postquam vacavit, cederent in utilitatem mensæ Capitularis, talis utique consuetudo per hoc decretum non est sublata.

Et ita censuit Congregatio in una Bergensi.

Et ita censuit Congregatio in una Tarentina, confuendinem, qua id, quod a recepto in Canonicum solvebatur, convertatur in reparationem & instaurationem molendinorum mensæ Capitularis, etiam ab hoc Decreto reprobatam.

RE-

REMISSIONES.

a Vide Gurtler. *Canon. quæst. lib. 1. cap. 29. num. 27. cum multis seq.* b Vide etiam omnino Rotam novis. 660. *in recollectis a Farinacio.*

6 Mandat Episcopus, &c.) Vide Navar. *in tract. de Orat. cap. 7. num. 30. & in Miscell. de Psalter. & Rosario, Miscell. 6. num. 3. & cons. 7. de Simonia in 2. edit. Gregor. ad l. 1. 5. verbo. Per premia, tit. 17. part. 1. Fr. Emmanuel in addit. ad Bullam Cruciatæ fol. 213. Cenedo ad Decret. coll. 11. 16. num. 2.* ubi etiam resolvit valere confuetudinem, ut Canonicus de novo receptus solvat certam pecuniam operi pio, vel pio capsæ.

7. Sacra Cardinalium congregatio ita censuit. Dulciaria multa intelliguntur esse de genere prohibitorum a Concilio Tridentino *cap. 14. sessione 24.* ab aliquo Capitul. exigendorum pro admissione in possessionem alicujus novi Canonicatus, refert Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo, possessio benefic. §. 3. in fine.*

CAPUT XV.

In Ecclesiarum Cathedralium & Collegiatarum insignium præbendis multis, sed tenuibus & insufficientibus, hac fit ratio, ut ipsæ præbendæ unione quorumdam aliorum beneficiorum crescant, aut patronorum consensu præbendarum quarumdam fiat tanta suppressio, qua non officiat celebrando cultui divino, non obstantibus, &c.

a Sup. c. 13. & IN Ecclesiis Cathedralibus, & (a) Collegiatis insignibus, ubi frequentes, 1. adeoque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, 2. ut sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, 3. & liceat Episcopis 4. cum consensu Capituli, vel 5. aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, 6. iis unire, vel si hac ratione provideri non possit, 7. aliquibus ex iis suppressis, cum patronorum consensu, * si de jurepatronatus laicorum sint, quarum fructus & proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, 8 eos ad pauciorem numerum reducere; ita tamen, ut tot superstint, quæ divino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commode valeant respondere: non obstantibus quibuscumque constitutionibus, privilegiis, aut quacumque reservatione generali, vel speciali, 9. aut effectione 7. neque prædictæ unioni, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscumque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibuslibet aliis derogationibus vel suspensionibus.

DECLARATIONES.

1. Adeoque tenues sunt præbendæ.) Per hoc Decretum non licet Episcopo unire beneficia Capellaniis etiam Cathedralibus, eo quod habeant tenues reditus, cum hoc decretum loquatur solum de præbendis, quæ neque sacristiæ aut fabricæ nomen habere possunt.

Distributionibus quotidianis.) Idem licere censuit Congregatio, quando nullæ sunt Distributiones & præbendæ tenues, vel e contra; sic etiam ut hujusmodi unio juxta formam præscriptam fieri possit pro distributionibus quotidianis, dummodo tenues sint præbendæ, secus servandum esse decretum *Sess. 21. cap. 3.*

2. Sustinendo decenti Canonicorum gradui.) Non licet Abbati exempto collegiatæ faculatis jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem in sua Ecclesia, ubi præbendæ simul cum distributionibus quotidianis adeo tenues sint, ut pro sustinendo decenti Canonicorum gradu loci & personarum qualitate non sufficiant, cum contentis Capitulis aliquibus ex iis suppressis, & eorum fructibus & proventibus aliquarum præbendarum distributionibus applicatis, eas ad pauciorem numerum reducere.

Mediolanensis. 4. Dec. 1591.

Congregatio censuit, proposito quod dominus Archidiaconatus non habeat votum

in Capitulo, nec reditus ex mensa Capitulari, sed dumtaxat stallum in choro, non licere Episcopo per unionem cujuscumque beneficii simplicis illius tenuitati providere.

1. Licet Episcopis.) Episcopus ergo potest, sed non tenetur unde Metropolitanus non potest id supplere.

Congregatio Concilii censuit, verba illa, *licet Episcopis cum consensu Capituli*, contenta in *cap. 15. Sess. 24.* esse intelligenda de consensu Capituli illius Ecclesiæ, in qua fit reductio Præbendarum.

Licet Episcopis.) Capitulum sede Episcopali vacante non potest supprimere quodcumque beneficium, & sibi unire.

Hoc decretum non habet locum in suppressionibus ad tempus, sed perpetuas.

Hoc Decretum locum non habet, si solitæ distributiones sunt tenues, tunc Episcopus dumtaxat uti potest remedio *cap. 3. Sess. 21.*

4. Aliqui simplicia beneficia.) Congregatio censuit non comprehendi Dignitates.

5. Aliquibus ex iis suppressis.) Ob tenuitatem præbendarum Episcopus aliquas earum supprimere potest cum consensu Capituli. Atque Præsarus Collegiatæ Ecclesiæ hanc tenuium præbendarum suppressionem facere non potest, licet sit exemptus; & Ecclesia sit insignis: etenim hoc solis Episcopis Concilium concessit, & quidem cum consensu suorum Capitulorum. *Supra hoc cap. 8. Sustinendo.*

6. Aut affectum.) Idem servandum hic, quod sanctæ memo. Pius V. & S. D. N. Gregor. XIII. decreverunt in unionibus facis seu faciendis seminariis; vide quod unitiones de beneficiis reservatis validæ sint, si modo factæ fuerint ante ipsorum vacationem; quod si post vacationem facti retinentur, nullæ sint, & provisi a Sede Apostol. mitti debent in possessionem dictorum bonorum.

7. Neque præditæ unitiones.) Uniri possunt simplicia beneficia vicinitatis propter tenuitatem præbendarum, hoc tamen præjudicio ea obtinentium, servata forma hujus Decreti, sed si beneficia vicinitatis contingat resignari, & resignationem per Sedem Apostolicam admitti, unio pro illa vice suspenditur.

REMISSIONES.

a Vide Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, Unio, §. 7. versf. Secunda.* Steph. Grat. *disc. forens. 278. num. 34.* * Carnil. Boscht. *cons. 32. num. 17.*

Si Licet Episcopis.) An etiam Vicarius Negant; cum unire sit alienare, & habitat pro re gravi, & reservata, Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma Vic. Arthur. & aliorum collat. §. 1. num. 102.* & *in tit. de Union. benef. num. 37.* Sbroz. *de appell. Vic. lib. 2. quæst. 115.* Steph. Grat. *disc. 278. num. 33.*

7. Cum consensu Capituli.) Quod si consensus potest post Unionem interveire, tenet Steph. Grat. *dict. cap. 278. num. 30.* ubi etiam resolvit, nullitatem unionis ob defectum consensus Capituli a quo posse opponi, cum hæc exceptio illi non concedatur. † Sed vide Ricc. *in summa praxi curiæ Eccles. Neapol. in decis. 161. & seqq.*

8 Ut unire.) Ut singulis præbendis singula beneficia uniantur, non omnibus simul indistincte unum, aut plura, tribuunt Steph. Grat. *discept. forens. loc. cit. num. 34. in fine*, Gonzal. ad *Reg. 8. Cancel. glossi. 37. num. 25.* ubi etiam refert Consilium in præsenti non concedere facultatem uniendi mensæ capitulari, sed tenuibus præbendis singulorum Capitularium, quod etiam affirmat Aloys. Ricc. *in collect. cap. 4. collect. 1067. in fine.*

* *Cum patronorum consensu.*) Vide ibi Aloys. Ricc. *in summa praxi cur. Eccles. Neapol. decis. 486. ex num. 1.* Lambertin. *de jur. patron. lib. 3. quæst. 6. art. 2.* Rebuff. *cons. 1. versf. quintus respondetur.*

a *Eos ad pauciorem numerum redacto.*) Vide Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verb. Beneficia, §. 1. versf. Undecimo, ubi ad dispensat., & ibi. quinto.*

CAPUT XVI.

De Constitutione Vicarii, & Oeconomi sede vacante ad Capitulum pertinente.

1. a CApitulum, (a) Sede vacante, ubi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Oeconomum unum, vel plures fideles, & illiteratos de-

decernat, qui rerum Ecclesiasticarum, & proventuum curam gerant, quorum rationes ei, ad quem pertinebit, sint reddituri. 2. ß Item Officialem seu Vicarium * infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui 3. γ & &c. saltem in jure Canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias, quantum fieri poterit, idoneus: si secus factum fuerit, (b) ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur. * Et, si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque ut præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcop. in exempta Oeconomum, & Vicarium idoneos possit constituere. Episcopus vero ad eandem Ecclesiam vacantem promotus ex eis, quæ ad eum spectant, ab eisdem Oeconomo, Vicario, & aliis quibuscumque officialibus, & administratoribus, 4. qui, Sede vacante, fuerunt a Capitulo, vel ab aliis in ejus locum constituti, etiamsi fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorum, jurisdictionis, administrationis, aut cujuscumque eorum muneris, postitque eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint: etiamsi prædicti officiales, redditis rationibus, a Capitulo, vel a deputatis ab eodem, absolutionem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Episcopo teneatur Capitulum de scripturis, ad Ecclesiam pertinentibus, si quæ ad Capitulum pervenerunt, rationem reddere.

b c. nonliceat alicui 18. q. 2. & c. fin. de suppleu. negl. prael. in 6.

DECLARATIONES.

1. *Capitulum Sede vacante.*) Portionarii, quia non sunt de Capitulo non comprehenduntur sub hoc Decreto. Neque Clerus potest se cum Capitulo, ad hoc ingerere, aut officialem constituat, aut confirmet.

Conc. Trid. cum Gall.

Congregatio Concilii censuit, ex Decreto Concilii *cap. 16. Sess. 24.* a Capitulo Sede vacante unum tantum Vicarium esse eligendum, cæterum non esse eo Decreto substatam consuetudinem duos, aut plures eligendi, præsertim immemorabilem. Panorm. 31. April. 1592.

Congregatio Concilii censuit, existentibus Doctoribus in Capitulo, necessario unum ex illis in Vicarium esse eligendum, alioquin deputationem ad Metropolitanum devolvi. 14. Febr. 1594.

Congregatio Concilii censuit, Capitulum ad libitum posse amovere Vicarium, alias per ipsum electum, & confirmatum, tenerique intra octo dies alium constituere, alioquin devolvi jus deputandi Vicarium ad Metropolitanum, ac si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, ad antiquiorem Episcopum. 28. April. 1594.

2. *Item Officialem.*) Non est de necessitate, ut is, qui assumitur in Officialem, sit de gremio: si tamen adsint idonei, cæteris paribus esset præferendus.

Capitulum non potest eligere Visitatorem ad visitandam Diœcesim absque Vicario.

Ad Vicarium spectat obire illa omnia, quæ ex concilio pertinent ad Episcopum occurrente vacatione Parochialis, juxta *cap. 18. sess. 24. de Reform.* Quare idem Vicarius absque Capitulo Parochialibus vacantibus deputabit idoneos Vicarios, & proponet edicta ad concursum.

Dubitarum fuit, an Vicarius in vim istius Decreti a Capitulo constituta, teneretur procedere cum adjunctis vel sine, juxta *cap. 6. Sess. 25.* Et fuit resolutum die ultima Martii, 1588. quod si Episcopus, dum vivebat, habebat auctoritatem procedendi sine adjunctis, etiam potest Vicarius: sin minus poterat procedere Episcopus sine adjunctis, ita nec possit Vicarius.

Octo dies.) Capitulum ad libitum potest amovere Vicarium, alias per Episcopum electum, aut confirmatum, dummodo intra octo dies alium constituat: alioquin devolvit jus deputandi Vicarium ad Metropolitanum.

Censuit Congregatio, facta electione Officialium non posse ad libitum eos revocare & novos constituere, nisi vel Oeconomum, vel illos Officiales, quos etiam vivente Episcopo Capitulum possit deputare.

3. *Solum in jure Canonico sit Doctor.*) Vicarius vacante Episcopali Sede omnino debet eligi Doctor vel Licentiatus, si in Capitulo aliqui graduati erant: sin minus, possunt eligi alii idonei, licet non sint graduati. Quinimo si Episcopus mortuus reliquit

Vicarium, quem elegerat, cum non esset Doctor, Capitulum non debet necessario eum confirmare, sed alium, qui sit Doctor, eligere potest.

9. Sept. 1594. Congregatio Concilii censuit, non esse de necessitate, ut Vicarius eligatur de gremio Capituli; cæterùs tamen paribus præferendum esse Capitularem, & existentibus Doctoribus, vel Licentiatis in jure Canonico eligendum in Vicarium Doctorem, sive Licentiatum in ipso jure Canonico, alias sufficere ut eligatur, qui quantum fieri possit, idoneus sit.

12. Nov. 1594. Congregatio Concilii censuit, emolumenta tempore vacationis sedis Episcopalis obvenientia ex jurisdictione & sigillo, aut alias undecumque, quæ ad Episcopum Ecclesiæ non vacantis pertinuissent, ad Capitulum minime spectare, nisi ex Apostolico privilegio illi concessa fuissent, sed debere futuro Episcopo reservari, ex his tamen emolumentis deducendum esse rationabile salarium Vicario constituendum, & persolvendum, quod si ex privilegio Apostolico Capitulo competerent, non posse Canonicos, si Regulares sint, & tria vota emiserint, inter se illa dividere.

Si plures ad officium Vicarii a Capitulo assumerentur, is qui in controversia reperius fuerit magis idoneus, & habuerit has qualitates Concilii Trid. remanere debet, & cæteri removendi sunt. Et quia erat dubium, an id extenderetur etiam ad Ecclesiam Collegiatam defuncto ejus Prælato, qui ordinarium jurisdictionem, & omnia jura Episcopalia habebat; Congregatio die 22. Septemb. 1585. censuit negative, quia si non est necesse, ut hic Prælatus mortuus sit Doctor, ut dictum est *supra cap. 12. præsentis sessionis*, ergo neque Vicarius ejus.

4. *Qui sede vacante fuerunt a Capitulo.*) Capitulum Sede vacante potest eligere arbitros ad cognoscendum de causis suspicionum, quæ contra Vicarium ab ea sede vacante deputatum proponuntur, eo modo, quo Episcopus potuisset.

Fuit dubitatum, an si iste Vicarius allegaretur suspectus, possent eligi arbitri? Et resolutum fuit die ult. Martii 1588. quod non, sed recurrendum esse ad Capitulum tamquam ad Superiorem.

8. April. 1595. Congregatio Concilii censuit, Episcopum per se rationem administrationis officii gesti a vicario Capituli, sede vacante constituto, exigere, atque alicujus delicti compertum punire auctoritate sibi tributa decreto Concil. 16. *Sess.* 24.

Congregatio Concilii censuit, licere Vicario Capituli sede vacante instituere præsentatum a patronis. 22. Jun.

Item Capitulum sede vacante potest sine mentione Vicarii vel aliorum Officialium illos cogere ad reddendam rationem administrationis, quæque pro culpa punire, non tamen impedire futurum Episcopum, quin ex hoc Decreto ab eisdem exigat rationes actionum, quas Sede vacante fecerint, & eos punire, etiamsi a Capitulo fuerint absoluti.

Congregatio censuit, Episcopum in Capitulo exempto, si velit rationem exigere ab Officialibus ex gremio Capituli deputatis Sede vacante eorum officii & administrationis, non teneri procedere cum adjunctis ex forma *cap. 6. Sess.* 25. nisi vellet criminaliter ad eorum punitionem & correctionem procedere.

REMISSIONES.

a Vide Gig. *de Pœnitentib. quæst. 65. num. 12.* Covar. in *cap. Relatum, in 2. num. 3. de Testam.* P. Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 5. cap. 37. col. 440.*

b Item Officialem seu Vicarium infra scribendos, &c.) Vide Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verb. Capitulum, §. 3. p. 84.* Steph. Quarant. in *summa Bullarii, verb. Capitulum Sede vacante, vers. 12. Quæro, pag. mihi 142. ibi verum.* Ubi etiam resolvit, quod stante prædictione termini octo dierum, infra quem Capitulum cogitat Vicarium eligere, ipsum Capitulum debere administrare, & in *vers. Secundo dubitatur*, dicit, quod si adessent discordia inter Canonicos in electione Vicarii, & plures ad hoc officium assumerentur, magis idoneus, & habens qualitates Concilii remanere debet, cæteris remotis: Et in *vers. Tertio dubitatur, in num. 3.* allatis Vicarium constitutum a Capitulo Sede vacante posse revocari ab eodem Capitulo durante dicta vacatione, idem tenet Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verb. Vicarius, §. 21. vers. Secundum dubium*, ubi id ampliat, etiamsi Canonici jurassent, vel promisissent sub certa pœna eum non revocare.

* Vide Pavin. *de potestate Capituli, Sede vacante 2. p. princ. quæst. 10. num. 1. 2. & 3.* Jo. Narbona *de appellat. a Vicario ad Episcopum quæst. 1. num. 102. & 103.* Mastrill. *dec. 236. n. 5. & 6. p. 3.*

γ *Qui saltem in jure Canonico sit Doctor.*) Quarant. *d. verbo, Capitulum, Sede vacante num.*

num. 3. vers. In casu vero resolvit, quod si non fuerit Doctor, potest Capitulum in ipso actu deputationis dare ei consultorem Doctorem; alioquin poterit ipse Vicarius eligere consultorem sibi bene visum, paribus non suspectum in casibus, in quibus eo opus erit.

† Vide Peregr. *cons. 3. num. 19. vol. 2.* Marc. Ant. Genuens. *in tract. de Eccles. quæst. 611. num. 2.*

ε De Vicario Episcopi ultra Doctores in *tit. de offic. Vicar. lib. 6.* agunt late Angel. Sylvest. Rosell. Tabien. Armil. & alii Summistæ *verb. Vicarius.* Bertach. *de Episcopo lib. 4. part. 7. tit. de Vicario Episc.* Rebuff. *in praxi tit. de Vicariis Episc.* Lælii Zecchi. *de Repub. Ecclesiast. cap. 23. de Vicario Episcopi.* Guttier. *Canon. lib. 2. cap. 17.* Jacob Sbroxz. *in tract. de Vicar. Episcopi.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Vicarius.*

ζ An Vicarius Episcopi debeat esse clericus saltem primæ Tonsuræ? Affirmant Hojed. *de Incompatib. benef. part. 2. c. 10. num. 11.* Lancellot. *de Inst. Canon. lib. 1. tit. de offic. Vicar. §. 2.* Rebuff. *d. tit. de Vicar. Episcopi num. 35.* Zech. *de Republic. Ecclesiast. cap. 23. de Vicario Episc. §. 1. n. 31.* P. Soarez *tom. 5. de consultis, disp. 2. sect. 5. num. 8. cum seq.* Sbroza. *d. lib. 1. q. 31.* Fr. Ludov. de Miranda *de Ordine Judiciario quæst. 2. art. 7.* Sahag. *in cap. 2. de Judic. num. 110.* Et an possit esse clericus conjugatus? Negant Rebuff. *num. 36.* Hojed. *num. 21.* P. Soarez *num. 10.* Sbroza. *num. 5. dictis locis.* Zerol. *d. verbo Vicarius, dub. 7.* Pat. Sanchez *de Matrim. lib. 7. disput. 46. num. 14.*

η An Vicarius habeat ordinarium jurisdictionem? Affirmant *gloss. verb. Officialem, in cap. 2. de offic. Vicarii, lib. 6. & verb. Generaliter, in cap. Romana, de appellat. eod. lib.* Bertachin. *d. lib. 4. num. 1.* Guttier. *Canon. lib. 2. cap. 17. num. 17. & lib. 3. tract. de Matrim. cap. 69. num. 7.* Covar. *pract. cap. 4. num. 8. & lib. 3. var. cap. 20. num. 4.* Marant. *de ordine jud. part. 4. disp. 5. num. 32. & 33.* Azeved. *lib. 1. num. 7. tit. 9. lib. 5. novæ recopil.* Molin. *de Primog. lib. 1. cap. 25. num. 13.* Conrad. *de Benef. p. 2. cap. 8. num. 13.* P. Molin. *de justit. tom. 6. disp. 10. num. 1. & 2.* Sbroza. *d. lib. 2. quæst. 55.* Mascard. *de Probat. concl. 1412. num. 9. & 22.* Pavin. *de potest. Capituli, Sede vac. p. 1. quæst. 2. num. 2. & 3. & p. 2. quæst. 10. num. 3. & 4.* Hugolin. *de Censuris, tab. 1. cap. 1. §. 20. num. 6.* Zech. *d. cap. 23. §. 2. num. 1.* Salzed. ad *Beru. cap. 75. in gl. verbo, dispensat.* Soarez de Paz. in *prax. tom. 1. temp. 1. num. 6. & 7. & tom. 2. pralud. 3. num. 5.* Cardoso in *praxi judicum, & advocat. verb. Vicarius, num. 7.* Fr. Ludov. Miranda *de Ordine jud. quæst. 2. art. 6.* P. Azor. *inst. Moral. p. 2. lib. 5. cap. 43. quæst. 5.* P. Sanchez *de Matrim. lib. 3. disp. 29. n. 5.* Negant Licent. Ant. Gomez *in explicatione Bullæ Cruciatæ, cap. 4. num. 21. & 22.* Mors. in *Emper. juris, p. 1. tit. 2. q. 17.*

θ An jurisdictio Vicarii mortuo Episcopo expiret? Affirmant Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 25. num. 13.* P. Sanchez *lib. 3. disp. 30. num. 2.* D. Guttier. *tract. de Matrim. cap. 69. num. 16.* & testatur decretum P. Henriquez in *summa lib. 7. cap. 21. §. 5. in glossa lit. S.* ubi dicit non expirare de per se mortuo Episcopo, sed per Capitulum Sede vacante deponi. Unde valere gesta a Vicario ignorante mortem Episcopi longe distanris, resolvunt Stephan. Grat. *discep. forens. cap. 18. num. 50.* P. Sanchez *lib. 3. de Matrim. disp. 22. n. 59. & disp. 30. num. 4.* Guttier. *d. cap. 69. num. 18.*

* *Ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur.*) Vide Soarez *de censur. disp. 7. sect. 3. num. 14.* Narbon. ubi supra *p. 1. num. 123.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice suæ disceptat. 31. Card. de Luca.*

CAPUT XVII.

Singula singulis personis conferantur beneficia Ecclesiastica, obtinenti tamen insufficiens conferri potest aliud simplex: dummodo utrumque personalem residentiam non requirat. Obtinentes plures Parochias dimittant, utram voluerint, & alteram teneant, &c.

1. a CUm Ecclesiasticus (*a*) ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat Clericorum; sancte sacris Canonibus cautum fuit, β γ neminem oportere in duabus Ecclesiis conscribi; verum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu scipsos, non Deum, decipientes, ea, quæ bene constituta sunt, variis artibus eludere, & plura simul beneficia

a Concil. Nic. 6. 15. & 16. Antioc. c. 2. & Arelat. 1. c. 2. & 22. & Mogunt. c. 15. c. quis in tantum, c. ad hæc, & cap. cum non ignoret, de præb. cum

allegg. sup. Sess. 7. de ref. c. 2. c. referente. & c. de multa. de prabend. 21. q. 1. per tot. c. quia nonnulli. de cleric. non resid.

obtinere non erubescunt; sancta Synodus debitam regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens; præsenti decreto, quod in quibuscumque personis quocumque titulo etiamsi Cardinalatus honore fulgeant, mandat observari; statuit, ut in posterum unum tantum beneficium Ecclesiasticum ♂ 2. singulis conferatur; quod quidem si ad vitam ejus, cui confertur, ε honeste sustentandam non sufficiat; † 3. licecat nihilominus aliud simplex ζ sufficiens, 4. η &c. dummodo utrumque personalem residentiam non requirat; eidem conferri. Hæcque non modo ad Cathedrales Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia tam sæcularia, quam regularia quæcumque etiam ξ &c. commendata, pertineant, 5. cujuscumque tituli, ac qualitatis existant. ρ Illi vero 6. qui in præsenti plures Parochiales Ecclesias, aut unam Cathedralem, & aliam Parochialem obtinent; (b) σ cogantur omnino, quibuscumque dispensationibus, † ac unionibus ad vitam non obstantibus, 7. una tantum Parochiali, vel sola Cathedrali retenta, alias Parochiales, 8. τ infra spatium sex mensium 9. dimittere: alioquin tam Parochiales, quam beneficia omnia, quæ obtinent, (c) 10. υ &c. ipso jure vacare censeantur; ac tamquam vacantia libere aliis idoneis conferantur; nec ipsi antea illa obtinentes tuta conscientia, fructus post dictum tempus retineant. Optat autem sancta Synodus, ut resignantium necessitatibus commoda aliqua ratione, prout summo Pontifici videbitur, provideatur.

6 Sup. sess. 7. de ref. c. &

ε c. execrabilis §. quis vero in extrav. com. tit. de præb.

DECLARATIONES.

1. *Cum Ecclesiasticus Ordo pervertatur.*) Non comprehenduntur dignitates cum Canonicatu, quæ nullos, vel tenues habent fructus, licet habeant sedem in choro, quando ex consuetudine per Canonicos obtineri solent juxta *cap. 1. de consuetud. in 6.* Item dignitas cum beneficio curato absque dispensatione Apostolica ante Concilium potuit obtineri. *Infra hoc cap. 5. habens legitimè.*

Congregatio Concilii censuit, consuetudine permittente, ut in eadem Ecclesia dignitas cum Canonicatu per eundem obtineri & retineri possit, non censeri derogatum ex decreto Concilii Tridentini, *cap. 17. Sess. 24. de Reform.* ubi disponitur habenti beneficium competens, non posse conferri alterum. 13. Jun. 1594.

Capellania, cui adjunctum est onus deserviendi in Choro, obtineri non potest cum Canonicatu, per hoc Decretum, etiamsi haberet tantum onus celebrandi Missam, cum enim est sub eodem tecto, opus est dispensatione. Attamen qui regressum habet ante Concilii publicationem ad Parochialem Ecclesiam, vel ad Canonicatum, & post Concilium obtinuit vel Canonicatum, vel Parochialem, vel ante obtinebat simul, non est molestandus, si post Concilium facto loco regressui vult obtinere utrumque beneficium, ea tamen lege, ut resideat in Parochiali amissis distributionibus quotidianis pro tempore, quo in Canonicatu non deservierit. *Hoc sæpe fuit declaratum.*

2. *Singulis conferatur.*) Idem intelligitur cum effectu, ut unum possit retinere, quia Ordinarius potest instituere præsentatum, vel conferre aliud beneficium incompatibile, vel ratione residentiæ, vel ratione sufficientiæ, dummodo habita possessione pacifica secundi beneficii dimittat primum.

Congregatio die 2. Februarii, 1588. idem dixit servandum esse in beneficiis, quæ sint juris patronatus, & in quibus non fit collatio, sed institutio.

3. *Licet nihilominus aliud simplex sufficiens.*) Episcopus habenti unum simplex beneficium, quod non sufficit ad ejus sustentationem, potest eidem aliud conferre citra dispensationem Apostolicam; & habenti beneficium sufficiens, potest conferre aliud, sed habita possessione secundi beneficii sufficientis vacat primum sufficiens. *Supra hoc cap. §. Singulis.*

Congregatio censuit, quod si habenti unum beneficium sufficiens, aliud sufficiens ab Episcopo fuerit collatum, habita pacifica possessione secundi, vacat primum sufficiens. 18. Jul. 1594.

Episcopus potest conferre secundum beneficium, si primum non sufficit ad sustentationem: sed si duo non sufficerent, non potest

potest conferre tertium absque dispensatione Apostolica. In collationibus autem beneficiorum, Episcopus nihil pro sigillo accipere potest. Notarius vero pro labore, charta & aliis, aureum unum non excedat.

Simplex beneficium est Archipresbyteratus, licet habeat aliquam Jurisdictionem, dummodo residentia non sit in eo necessaria.

Beneficia etiam curata aliis beneficiis annexa transeunt in simplicium naturam, dummodo accessorie sint unita, & illorum cura per Vicarium ab Ordinario positum exerceatur.

Plura beneficia non possunt obtineri, licet simplicia sint, sine dispensatione Papæ, intellige sub eodem tecto, ac requisitia residentiam.

1. Julii 1595. Congregatio Concilii censuit, qui dispensatus est ad beneficia, dummodo plura simul non sint, non posse obtinere plura, quam unum, quamvis illud ad vitam obtinentis honeste sustentandam non sufficeret.

21. Julii 1596. Congregatio Concilii censuit, Episcopum habenti unum simplex beneficium, quod non sufficiat ad ejus sustentationem, posse ad ejus simile conferre, sed non posse plura simplicia, usque ad ejus sustentationem sustentationem eidem conferre.

28. Febr. 1598. Congregatio Concilii censuit, obtinentem beneficium simplex ad sui sustentationem sufficiens, posse quidem institui ad aliud simplex beneficium itidem sufficiens in eadem Ecclesia, in qua primum existens, sed adepta pacifica possessione secundi vacare primum.

4. *Dummodo utrumque personalem residentiam non requiras.*) Illi qui obtinent duo vel plura beneficia cum legitima dispensatione ante Concilium Tridentinum obtenta, requisitia personalem residentiam, tenentur residere in eo, in quo major est necessitas: nec possunt alterutro privari: amittunt tamen distributiones quotidianas ejus beneficii, cui non inserviunt. Secus vero si esset dignitas cum Canonicatu & Parochiali, quia obstat extravagans *execrabilis*.

Congregatio Concilii censuit, non posse ab Ordinariis fieri unionem Parochialium Ecclesiarum, obstantibus Collegiis Sæcularium seu Regularium personarum, non obstante Decreto hujus Conc. *Sess. 24. cap. 15. de reformat.* & si factæ fuerint, nullas esse uniones.

5. *Cujuscumque tituli ac qualitatis existant.*) Non est molestandus is, qui ante Concilium obtinuit unum Canonicatum ab Ordinario, & unam Parochialem, dummodo resideat in Parochiali, ex Bulla Pii V.

Distributiones quotidianæ cujustibet Capellaniæ arguunt residentiam in choro, ideo hujusmodi Capellania incompatibilis est cum aliis beneficiis residentiam requirentibus.

Congregatio Concilii censuit, obtinenti canonicatum, cui post Concilium munus sit injunctum Pœnitentiarii, non posse in eadem Ecclesia una cum dicto Canonicatu obtinere dignitatem, in vim consuetudinis Ecclesiæ permittentis Canonicatum posse retinere Canonicatum cum dignitate. 27. Mart. 1594.

Qui in præsenti plures Canonicatus obtinet legitime, & cum auctoritate Sedis Apostolicæ ante Conc. Trident. confirmationem, Ecclesiam Parochialem, & Monasterium perpetuo commendatum vel ad vitam, non potest ex hoc Decreto cogi, ut alterutrum dimittat, quasi duas Parochiales obtineat; sed potest utramque retinere, cum Monasterium (quamvis curam habeat animarum) appellatione Parochialis hoc *cap.* non comprehendatur.

Hoc Decretum licet dicatur in præsenti ligare, incipit tamen Kal. Maji anni 1594.

6. *Qui in præsenti plures parochiales.*) Sub hoc *cap.* non comprehenduntur qui cum Parochiali obtinent dignitatem & Canonicatum habentes curam annexam.

Dignitas Ecclesiæ collegiatæ, cui a principio cura animarum injuncta est, aut illi principaliter imminet, & non accessorie, comprehenditur in hoc Decreto.

Qui unam habet Parochialem cum fructibus, & alteram cum nudo titulo, unam ex his tenetur, quam velit dimittere. Itemque habens duas Parochias, quarum altera est beneficio simplici, vel dignitari in perpetuum unita, alteram dimittere tenetur.

Cum eo, cui non est constitutum salarium, fuit dispensatum, ut plures possit retinere; quando timetur, ne Parochiales perveniant ad manus hæreticorum.

Habens unam Parochialem, & titulum alterius, cujus fructus omnes alteri sunt reservati, alteram dimittere tenetur.

Ordinarius potest Ecclesiam Parochialem habenti alteram Parochialem conferre, sed post adeptionem possessionis pacificæ secundæ vacabit prima.

Regula de Triennali non habet locum contra Decretum hujus *cap.* quia illa regula requirit titulum coloratum.

Unam Cathedralem ac aliam Parochialem habens: Item habens Episcopatum & Paro-

Parochialem, quam resignare non potest, quia est de jure patronatus, nihilominus unam dimittere tenetur ex illis duobus beneficiis.

In habentibus Parochias, & in quibus alii habent regressus vel accessus, dum cogantur resignare, danda est optio regressario, ut vel eredenti sibi Parochiam solvat eandem pensionem, vel patiatur resignare alteri cum suspensione regressus.

7. *Una tantum Parochiali.*) Episcopi Cremonensis petitio, ut quidam presbyter duas obtinens Parochiales, alteram centum ducatum, ex quibus solvit pensionem 50. alteram reservatis partuo omnibus fructibus posset utramque retinere, penitus est a Congregatione rejecta.

Petitio etiam de duabus Parochiis, quarum altera est litigiosa, ut possit quis utramque retinere, usque dum alterius lis terminetur rejecta est a Congregatione. Unde & petenti ut ex quatuor Parochiis, cum celleret duabus, & sibi unam reservaverit tit. S. Columbani, liceat tituluum retinere, responsum est ut titulum relinquat, nec eo accedat.

Habens legitime duas aut plures dignitates non curatas & Parochialem suam curatam, unam solam retinere potest.

Non tenetur quis alterum dimittere si habeat Parochialem & Canonicatum obtentum ante Concilium, sed tenetur residere in Parochiali, etiamsi in fundatione Canonicatus caveatur, quod illum obtinens sit ipso jure privatus, si per 30. dies absens fuerit.

Papa attenta personarum & locorum qualitate dispensat, ut unius ecclesiæ Parochialis & Canonicatus simul conferatur, si utrique inservire bene potest.

Licet alias resolutum fuerit in certo casu, quod habens ante Concilium duos Canonicatus, quibus singulis esset unita Parochialis, per hoc Decretum non teneretur ad alterius dimissionem: nihilominus pro absoluta resolutione contrarium est verius, videlicet quod alterum dimittere teneatur.

Habenti Parochiam cum datur Canonicatus Cathedralis, si duo illi menses sint elapsi non sua culpa, quibus debebat dimittere Parochialem, conceduntur ad dimittendum alii duo menses.

Dum hoc Decretum loquitur de beneficiorum pluralitate tollenda, scire oportet, quod ante Concilium non erat necessaria dispensatio pro retentione Parochiæ cum Canonicatu, & quod si jam habenti Parochialem Canonicatus conferatur, adepta possessione Canonicatus vacat Parochialis.

Habens Canonicatum & duo simplicia beneficia Ecclesiastica, quorum omnium annui reditus secundum communem æstimationem non excedunt scuta 125. non prohibetur a Concilio, quin ea omnia retinere possit. Et Concilium Tridentinum prohibens, quod habens Canonicatum possit acquirere Parochialem, & e contra, non cogit, ut quis dimittat alterum duorum jam acquisitorum legitime.

Residens in Prioratu, qui curam habet animarum, petivit potest Canonicatum & beneficium simplex, sed beneficio simplici per alium inservire debet.

Qui impetravit per novam provisionem, Narbonensem Archidiaconatum, & obtinebat alterum Archidiaconatum Aconitanum, cum non posset possidere Narbonensem ob potentiam intrusi, cum quo litigabat, petivit ne privetur Aconitano, sed hujus petitio ad S. D. N. fuit rejecta.

Nominatus a Rege Galliæ ad Episcopatum Mallunensem vacantem per obitum, petivit expediri una cum retentione duarum Monasteriorum, quæ in commendam obtinet, ut detur retentio, quia illæ commendæ in Gallia nullam nunc curam, nullamque jurisdictionem habent aut exercent; S. D. N. putavit compatibiles cum Episcopatu.

Juxta decisionem Congregationis alias editam, qua dictum fuit posse Canonicum ex consuetudine Ecclesiæ in eadem obtinere dignitatem, obtinens Canonicatum, cui post Concilium injunctum est munus Pœnitentiarii, non potest vigore dictæ consuetudinis obtinere etiam dignitatem in eadem Ecclesia: quia consuetudo stricte est interpretanda, & nemo potest esse triplex in eadem Ecclesia.

Habens Archipresbyteratum, si regressum habet ad Parochialem, quam obtinuit ante Conc. Trident. publicationem ex dispensatione tali, *quod si regressus ei contigisset, ipsam Parochialem cum Archipresbyteratu posset retinere*, si casus prædicti regressus postea evenerit, etiam post Concil. Trident. potest retinere, sed tenetur in Parochiali residere, & non perdit quicquam Archipresbyteratus, nisi distributiones quotidianas.

8. *Infra spatium sex mensium.*) Licet habens duas Parochiales infra sex menses alteram dimittere teneatur, favore tamen militiæ S. Joannis Hierosolymitani, sive aliquibus concessus annus, si habent Parochiales in Italia: & si extra, fuit datus secundus annus.

9. *Dimittere.*) Etiamsi illæ Parochiales sint de jure patronatus Laicorum, quamvis regressitæ, & etiamsi, qui habet regressum, nolit præstare consensum: quia tunc facta ei oblatione resignationis cum honesta pensione (si noluerint acceptare) resignatio fiet alteri, & regressus suspenditur usque ad cessum vel decessum resignatarii.

Habens autem Parochialem, quam ex hoc Decreto dimittere tenetur, si ea est obligata alteri ratione regressus, conveniendus est primo iste habens regressum, an ipse cum aliqua pensione resignanti relevanda, Parochialem velit. Quod si eam recipere recuset, alteri resignare debet cum suspensione regressus.

10. *Ipso jure vacare censentur.*) Qui non dimittit unam ex duabus Ecclesiis affignatis intra tempus a sacro Concilio assignatum, debet condignas pœnas subire & punitri, prout in eo statuitur.

Lib. 3. Decretal. de Prœbendis & dignitatibus. Cap. 28.

Cap. Quia nonnulli, sup. Sess. hujus c. 2.

DE multa providentia fuit in Lateranensi Concilio prohibitum, ut nullus diversas dignitates Ecclesiasticas, vel plures Ecclesias Parochiales reciperet, contra sacrorum Canonum instituta: alioquin recipiens sic acceptum amitteret, & largiendi potestate conferens privaretur. Quia vero propter præsumptiones & quorundam cupiditates, nullus hactenus, aut rarus de prædicto statuto fructus provenit; nos evidentius & expressius occurrere cupientes, præsenti decreto statuimus, ut quicunque receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso jure privatus, & si forte illud retinere contenderet, etiam alio spolietur. Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius libere conferat, cui merito videbitur conferendum; & si ultra sex menses conferre distulerit, non solum ad alios secundum Lateranensis Concilii statutum ejus collatio devolvatur, verum etiam tantum de suis cogatur proventibus in utilitatem Ecclesiæ cujus est illud beneficium, assignare, quantum a tempore vacationis ipsius constiterit esse præceptum. Hoc idem in personatibus esse decernimus observandum; addentes, ut in eadem Ecclesia nullus plures dignitates aut personatus habere præsumat, etiamsi curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen & literatas personas, quæ majoribus beneficiis sunt honorandæ, cum ratio postulaverit, per sedem Apostolicam poterit dispensari.

1. Decretal. de Cong. præbend. c. nulla.

REMISSIONES.

a Vide Dionys. Carthus. in *tract. de pluralitate benef.* Hojed. *eodem tract.* Rebuff. in *prax. benef. part. 1. tit. de Dispensat. ad plura beneficia.* Cened. ad *Decretal. collect.* 150. P. Paul. Comitol. *Responsa Moral. lib. 1. quæst.* 73. novissime P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœn. lib. 30. tract. 3. cap. 19. num.* 275. *cum seqq.* latissime Nicol. Garc. *de beneficiis part. 11. cap. 5. num. 260. cum seqq.* b Vide etiam Cavalcan. *decis. 17. ex n. 75.* p. 2. *Objecta de benefic. 2. p. cap. 1. ex n.* 24. Paul. Fuscum *de Visitat. lib. 2. cap. 7. num.* 8. Rotam novissi. per Farinac. *decis.* 624. *num. 2. in recollectis anno* 1622. & Rot. novissi. *decis.* 250. *in 2. p.* ejusdem Farinac.

b *Neminem oportere in duabus Ecclesiis conscribi.*) Sacra Cardinalium Congregatio censuit hoc non habere locum in pensionibus, cum Ordinarius possit conferre beneficium alicui habenti jam in pensionibus Ecclesiasticis sufficientem sustentationem, refert Garc. *d. cap. 5. n. 310. in fine, vers. Quarto*, & resolvunt Hojed. *p. 2. cap. 7.* P. Azor. *dict. pag. 2. lib. 8. cap. 10. quæst. 8. & cap. 12. q. 8.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. Gloss. 5. §. 3. n. 14. cum seqq.*

c Congregatio Concilii censuit, hoc decreto non comprehendi tertulas beneficiales, seu pia legata cum onere Missas, aliave divina officia celebrandi, quæ neque Ecclesiæ habent aliquam denominationem; conferri tamen consueverunt in titulum simplicis beneficii uni vel pluribus presbyteris ad præsentationem hæredum sive patronorum, & singula duorum aut trium aureorum valorem non excedunt. Quod decretum Congregationis Sanctissimus Dominus noster probavit, & placuit servari stylum Cancellariæ, ut unica collatione plura uni conferri possint in titulum simplicis beneficii, refert Garc. *d. cap. 5. num. 328.*

d *Singulis conferatur.*) Vide Garc. *d. cap. 5. num. 283.* ubi resolvit intelligi cum effectu, ut unum possit retinere, quia Ordinarius potest instituere præsentatum, vel conferre aliud beneficium incompatibile, vel

vel ratione residentiæ, vel ratione sufficientiæ, dummodo habita possessione pacifica secundi beneficii dimittatur primum.

An Coadjutoria cum futura successione inducat incompatibilitatem cum alio beneficio? Vide Ludit. Gonzal. Mendez. *lib. 4. diversi. juris argumentat. cap. 1. num. 8.* Gonzal. ad *regul. 8. Cancel. Gloss. 5. §. 9. a num. 62. & num. 122.* Nicol. Garc. *p. 4. c. 5. num. 122.*

4 *Honeste sustentandum non sufficiet, licet aliud minus aliud simplex, &c.*) Quod habens beneficium simplex sufficiens ad commodam sustentationem, & aliud consequatur, sit incompatibile cum primo, & peccet mortaliter, tenent Gloss. in *c. dudum, 2. de electione, verb. Institutatam, & verb. Retinere.* Sylvest. in *summ. verb. Beneficium, 4. num. 2.* Greg. Lop. *lib. 3. tit. 16. part. 1.* Ludov. Lopez. in *instruct. Conscient. tom. 1. cap. 25.* Zech. *de benefic. & pensionib. cap. 5. num. 4. vers. circa tertium.* Hojed. *p. 1. cap. 19. num. 1.* Salon. *2. 2. quæst. 63. artic. 1. concl. 3.* P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 2. c. 12. post princ. & lib. 5. cap. 19. vers. Consuetudo, quia quis in eadem Ecclesia, & p. 2. lib. 3. cap. 7. quæst. 4. & cap. 8. quæst. 6. & cap. 9. quæst. 3. & cap. 10. quæst. 4. & cap. 11. quæst. 23.* Fr. Emman. in *summ. tom. 1. c. 32. num. 2. & 3.* Flamin. *de Resign. lib. 3. quæst. 1. num. 133. & lib. 5. q. 6. num. 115. cum seq.* Veg. *p. 1. summa. cap. 36. cas. 25. cum duobus seq.* Lud. Beja *Resposs. casuum conscientiæ, p. 4. casu 20.* Petr. Ledesm. in *summ. p. 2. tract. 7. cap. 1. concl. 12. difficult. 5.* Zerol. in *prax. Episc. p. 2. verb. Incompatibilia, §. 2.* P. Valer. Reginald. *d. tract. 3. a n. 283.* Card. Thusc. *tom. 2. lit. B. concl. 61.*† Navar. *cons. 1. tit. de constitut. num. 39.*

5 *Sufficiens.*) Quod dicatur beneficium sufficiens, vide apud Gomez. *de expectat. num. 107.* Nav. *de Orat. Miscel. 62.* Prosp. de Augustin. in *addit. ad Quarant. in summa Bullarii, verb. Beneficiorum resignationes, causa 8.* Menoch. *de Arbitr. casu 216.* Hojed. *p. 1. cap. 19. a num. 22.* Flamin. *de Resignat. lib. 5. quæst. 6. num. 331. cum seq.* Zerol. *verb. Beneficium, §. 7. conclus. 8. princip.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. gloss. 25. num. 29.* Marc. Ant. Genuens. in *prax. Archiepisc. Curiæ Neap. cap. 64. num. 5.* P. Valer. Reginald. *d. tract. 3. num. 285.*

6 *Dummodo utrumque personalem residentiam non requirat.*) Vide Cortal. *de benef. p. 1. cap. 5. num. 2.* Hojed. *cap. 17. num. 30.* Zerol. *p. 1. verbo, Beneficium, §. 7.* P. Azor. *instit. Moral. p. 4. lib. 3. cap. 3. quæst. 6.* P. Valer. Regin. *d. tract. 3. num. 279.* Garc. *de Benef. part. 11. cap. 5. n. 260. & num. 175. sequentes* adducit factæ Cardin. Congreg. decisiones.

7 Prima est. Dispensatus legitime sine dubio Canonicatum, & Parochialem retinere potest: fuerunt tamen est, Ordinarium super hoc dispensandi facultatem non habere.

8 Secunda. Episcopus ex causa potest dispensare, ut quis possit obtinere duo beneficia disformia sub eodem tecto, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem provisi.

9 Tertia. An duo Canonicatus de jure in vim S. Concilii Tridentini Decretorum sint incompatibiles? Congregatio respondit esse incompatibiles, refert Garc. *d. cap. 5. num. 381.*

10 Quarta. An is, qui duos Canonicatus simul absque dispensatione Apostol. per triennium, & ultra detinet utroque ipso jure excedit in vim d. Decretorum Concilii Tridentini? Congreg. judicavit, si duos hujusmodi Canonicatus simul retinere pertexerit, utroque esse ipso jure privatum. An utriusque Canonicatus possessionem tueri, & defendere valeat possessor ex reg. de triennali? Congregatio respondit utique non posse: refert Garcia ubi proxime.

11 Quinta. Episcopus habenti unum simplex beneficium, quod non sufficiat ad ejus sustentationem, potest aliud simile conferre absque dispensatione Apostol. refert Lælii. Zechi. *de Repub. Ecclesiast. simil. de Beneficiatis, ad fin.* Nicol. Garc. *d. cap. 5. num. 310.*

12 Sexta Episcopus potest conferre secundum beneficium, si primum non sufficiat ad sustentationem; sed si duo sufficerint, non posse conferre tertium absque dispensatione Apostolica, refert Nicol. Garc. ubi proxime, & propter illud verbum *Aliud*, de quo in Concilio, dicit ita observari in Urbe. Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 64. num. 5.* De stylo tamen Curiæ, si duo non essent sufficientia ad commodam sustentationem, licere obtinere plura beneficia residentiam non requirentia, testantur Hojed. *part. 2. cap. 1. a num. 3.* Azeved. *cons. 21. num. 1.* Cened. ad *Decretal. collect. 130. n. 2.* Flam. *de Resig. lib. 5. quæst. 1. num. 121.* P. Azor. *instit. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 11. quæst. 8.* Perez. *de Lata de Anniversar. & Capellan. lib. 2. cap. 7. num. 12.* & videtur sentire Zech. *dict. cap. de Benefic. vers. Ad dignoscendum vero.* Zerol. *part. 1. verbo, Benefic. §. 7. concl. 2.* Quintanad. *Ecclesiast.*

siast. lib. 4. num. 119. Quod Episcopus non potest dispensare, ut quis habeat duo beneficia simplicia, quorum alterum sit sufficiens, nec, si non sint sufficientia, & requirant residentiam personalem, veluti duo quirant residentiam personalem, veluti duo Canonicatus, resolvunt Zerol. *dict. §. 7. Canonicatus*, resolvunt Zerol. *dict. §. 7. concl. 7.* Quintanad. *d. lib. 4. num. 131.* P. Azor. *d. part. 2. lib. 3. cap. 7. quæst. 4. & lib. 6. cap. 2. quæst. 6.* Pat. Valer. Reginald. *lib. 30. tract. 3. num. 281. prope finem.*

13 *Commendatæ.*) Vide supra *Sess. 7. cap. 4. & de impertinentibus de duarum Ecclesiarum commendatarum*, vide Hojed. *p. 1. cap. num. 13.*

14 Congregatio Concilii ita censuit: Non comprehenduntur in hoc Decreto, qui cum Parochiali obtinent Monasterium commendatum cum cura, refert Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. gloss. 3. §. 8. num. 65.*

15 Congregatio Concilii ita etiam censuit: habens Parochialem, & monasterium in Commendam ad vitam, cui cura imminet animarum, alteram dimittere non teneter, referunt Gonzal. ubi proxime, Zerol. in *praxi Episcop. p. 2. verb. Parochia, §. 5.* Nicol. Garlit. *de benef. part. 4. cap. 4. num. 15.*

16 *Illi vero, &c.*) Vide P. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 17. Collect. 570.* Nicol. Garlit. *p. 1. cap. 5. n. 219.*

17 *Cogantur.*) Vide P. Henric. in *sum. p. 2. lib. 14. c. 17. §. 5. in gloss. lit. C.*

18 Navar. in *Manuali, cap. 25. num. 129.* Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. canon. cap. 48. lit. D.* Feider. Scotum *cons. 6. num. 3. & 5. lib. 1. tom. 2.* Camil. Borell. *cons. 32. num. 6.*

19 *Quinquennales dispensationibus.*) Vide Spino. in *suo speculo testam. gloss. 3. princip. num. 75.*

20 *Infra spatium sex mensium.*) Vide Nicol. Garlit. *d. p. 1. cap. 5. num. 77.* ubi resolvit, hunc decreto non adversari, haud *Sess. 7. de reform. cap. 4.* quia hoc solum loquitur affirmative de obtinentibus, tunc plures parochiales, aut unam Cathedralem, & aliam parochialem ex dispensatione sua unione ad vitam, quibus injungit Concilium, quod una teneatis, alias infra sex menses dimittere, non tamen loqui de pluribus parochialibus beneficiis post Concil. obtentis, de quibus loquitur *de cap. 4.* intrepide resolvit.

21 *Ipso jure vacare censeantur.*) Quod accepto secundo beneficio vacat primum, & non potest vita contentia obtinere fructus primi beneficii, quamvis nulla detur sententia, nec fuit petitio, resolvit Pat. Henric. in *sum. l. 14. cap. 56. §. 2. in fin. in gloss. lit. O.*

22 An obtinens plura beneficia ex dispensatione Papæ, sine vana tamen rationabili fit rutus in foro conscientiæ? Vide Ludov. Lop. in *instruct. conscient. tom. 3. cap. 232. & seq.* Navar. *cons. 32. de constit. a num. 37.* Corduh. in *q. lib. 6. quæst. 20.* Conrad. in *Respons. casuum conscient. 3. 33. in addit.* Didac. Perez. ad *Philadelp. de irregul. c. 1. num. 13.* Veg. *p. 1. cap. 36. casu 30.* Fr. Emman. in *summ. tom. 1. cap. 32. num. 7. & 8.* Hojed. *p. 2. cap. fin. num. 38.* Tolet. *lib. 5. cap. 81.* Petr. Ledesm. in *sum. p. 2. tr. 7. cap. 1. circa 9. conclus. 11. &* P. Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 6. cap. 12. quæst. 7. 8. & 11. & lib. 5. cap. 3. quæst. 2.* P. Valer. Reginald. in *pract. for. fruit. lib. 30. n. 3. n. 289. vers. Sextum dubium.* P. Lessi. *de justit. lib. 2. cap. 34. n. 151. cum seq.*

CAPUT XVIII.

Dum contingit Ecclesias Parochiales vacare, fiat examen per concursum præmissis edictis; describuntur qualitates eorum, qui debebunt examinari. Si Ecclesia fuerit Jurispatronatus Ecclesiastici, & institutio pertineat ad Episcopum, quædam strictius erunt observanda, quam casu, quo Ecclesia fuerit Jurispatronatus laicorum &c. Attente hoc caput legendum & servandum ad amussim.

&c. EXpedit maxime animarum saluti, a dignis atque idoneis parochis gubernari. Id ut diligentius ac rectius perficiatur, statuit sancta Synodus, ut 1. cum Parochialis Ecclesiæ vacatio 2. etiamsi cura, vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum vel plures administretur, etiam in Ecclesiis patrimonialibus, seu receptivis nuncuparis, in quibus consuevit Episcopus 3. uni vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascripti examen teneri mandat, per obitum, 4. vel 5. resignationem, etiam in Curia, seu alter quo-

quomodocunque contigerit, ξ etiamsi ipsa Parochialis 3. Ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu privilegii in favorem S. Rom. Eccl. Cardinalium, seu 6. Abbatum, vel 7. Capitulorum; 8. debeat Episcopus statim, habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, 9. idoneum in ea vicarium, 10. cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione, constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur, 11. Porro Episcopus, 12. & qui jus patronatus habet, π, intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam 13. coram deputandis examinatoribus nominet. Liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cujusliber ætate, moribus, & sufficientia fieri diligens inquisitio. Et si Episcopo, aut Synodo provinciali pro regionis more videbitur magis expedire, 14. per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari. Transacto constituto tempore, [a] omnes qui descripti fuerint, (a) 15. examinentur σ ab Episcopo sive eo impedito, 16. ab ejus Vicario generali, atque ab aliis examinatoribus 17. non paucioribus, quam tribus † 18. quorum votis, si pares aut singulares fuerint, 19. accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur. Examinatores autem singulis annis 20. in diœcesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur; 21. qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. 22. Advenientеque vacatione cujusliber Ecclesiæ, 23. tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant, indeque succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat. Sint vero hi examinatores, * Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut jure Canonico, vel alii Clerici, seu Regulares, etiam ex Ordine mendicantium, aut etiam sæculares, qui ad id videbuntur magis idonei, jurentque omnes ad sancta Dei Evangelia, se quacunque humana affectione postposita, fideliter munus executuros, (b) τ υ &c. Caveantque ne quidquam prorsus occasione hujus examinis 24. nec ante, nec post accipiant, alioquin simoniæ vitium tam ipsi, quam alii dantes incurrant, a qua absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocunque etiam antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non solum coram Deo, sed etiam in Synodo Provinciali, si opus erit, rationem reddere teneantur: a qua, si quid contra officium eos fecisse compertum fuerit, graviter ejus arbitrio puniri possint, φ &c. Peracto deinde examine renuntientur, quotcunque ab his 25. χχ idonei judicati fuerint, 26. ætate, 27. moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, (c) 28. ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris † 29. magis idoneum judicaverit: * 30. atque illi, & non alteri, collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre. 31. Si vero juris patronatus Ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopum, & non alium pertineat, is 32. ξξ η quem patronus digniorem inter approbatos ab examinatoribus judicabit, Episcopo præsentati teneatur, ut ab eo instituatur. Cum vero institutio 33. ϑϑ ab alio, quam ab Episcopo, erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præsentet, ad quem institutio spectat 34. ιι &c.

[a] Inf. Sess. ult. de Ref. c. 5.

Quod

Quod si jus patronatus laicorum fuerit, debeat, qui a patrono præsentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra, examinari, & non, nisi idoneus repertus fuerit, admitti. In omnibusque supra dictis casibus 35. non cuiquam alteri, quam uni ex prædictis examinatis, & ab examinatoribus approbatis, juxta supradictam regulam, de Ecclesia provideatur, nec prædictorum examinatorum relationem, quo minus executionem habeat, μμ ulla devolutio, 36. aut appellatio, * etiam ad Sedem Apostolicam, sive ejusdem Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuntios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita, impediat, aut suspendat; alioquin Vicarius, quem Ecclesiæ vacanti antea Episcopus arbitrio suo ad tempus deputavit, vel forsan post a deputabit, ab ejus Ecclesiæ custodia, & administratione non amoveatur, donec aut eidem, aut alteri, qui probatus, & electus fuerit, ut supra, sit provisum, ρρ ξξ alias provisiones omnes, seu institutiones, præter supradictam formam † factæ, 37. subreptitiæ esse censeantur: non obstantibus huic Decreto exemptionibus, indultis, privilegiis, præventionibus, affectionibus, novis provisionibus, indultis concessis quibuscunque (d) Universitatibus, etiam ad certam summam, & aliis impedimentis quibuscunque. Si tamen adeo exigui reditus dictæ Parochialis fuerint, ut totius hujus examinationis operam non ferant; aut nemo sit, qui se examini quærat subjicere, aut ob apertas factiones seu difficultates, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facile graviores rixæ, ac tumultus possint excitari; 38. poterit Ordinarius, si pro sua conscientia cum deputatorum consilio ita expedire arbitrabitur, hac forma omissa, privatum aliud examen, cæteris tamen, ut supra, servatis, adhibere. Licebit etiam Synodo provinciali, si qua in supradictis circa examinationis formam addenda, remittendave esse censuerit, providere.

[d] Sess. 7. cap. 13.

DECLARATIONES.

1. *Cum Parochialis Ecclesiæ vacatio.*) Hoc Decretum non habet locum, quando contingit aliquam dignitatem vacare, cui Parochialis est unita accessorie.

Si fuerit Capellania pro conjunctoria in Parochiali sita, in ea conferenda servatur hoc Decretum. Sicut & tunc, cum ex antiquissima consuetudine hæ Parochiales solitæ essent commendari ad sex menses, & qui fuerint instituti fuerint, etiam ad præsentationem, non possint amoveri ad nutum.

2. *Etiamsi cura Ecclesiæ.*) Etiam hoc servatur in Ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis, in quibus exercetur cura animarum per Capellanos amovibiles ad nutum Capitulorum, vel per ipsomet Canonicos absque examinatione ab immemorabili tempore, quo non obstante, omnes renentur ad subjiciendam se examini Episcoporum.

In sacrationibus Ecclesiarum Parochialium, licet earum collatio pertineat ad Canonicos, edicta tamen, & examina ac electio personarum, quæ sunt magis idoneæ, propriæ ad Episcopos Ordinarios spectant, cui ratio autem Parochialium ab his facienda est possea, ad quos ante pertinebat conferre.

Episcopo resignantes proprias parochias, *insonæ dignam*, relinquunt judicio & provisione victoriosi Episcopi.

3. *Uni, vel pluribus curam animarum dare.*) Sed non intelligitur hoc de Canonicis Cathedralis vel Collegiatæ Ecclesiæ, quibus cura animarum incumbit, & per quos ipsa cura animarum exercetur.

4. *Vel resignationem.*) S. D. N. Greg. XIII. noluit licere Canonicis regularibus Congregationis Lateranensis, etiam de licentia sui Generalis, absque permissu Summi Pontificis affirmare curam animarum, etiam ad tempus, multoque minus beneficium curatum ad tempus.

Decretum Concilii Tridentini, quod dicit, vacationes omnes de Ecclesiis Parochialibus, etiam per resignationem examine p r concursum prævio ab Ordinario conferendas ei, quem aptiorem judicaverit, locum non habet in resignationibus factis in manibus Papæ in favorem certæ personæ, cum non possint dici proprie vacare.

&c.

ze. Itaque Concilium Tridentinum loquens de examine per concursum faciendo, non habet locum in vacatione parochialis per resignationem factam in manibus Papæ in favorem personæ, quam idem Pontifex admiserit, & mandavit examinari & expediri *in forma dignum*.

Et qui exhibuit Bullam parochiæ sibi resignatæ Episcopo Cathanensium, & rejectus est ab examine, de quo fidem exhibuit per testimonium asserit, jussum est eundem appellationem ad suffraganeum Ravennatensium deferre.

In provisionibus faciendis de beneficiis ex causa permutationis, non est necessarium hoc examen per concursum, potestque apponi clausula: *ut non obstantibus beneficialibus*, dummodo permutatio sit vera, & non fraudulenta, nec de simplici ad curatum, nec in valore sit magna inæqualitas, vel aliquid simile, alias fieri debet examen per concursum: *Infra §. In permutationibus*.

Ad literas Episcopi non probantis examen ejus presbyteri, cui resignatio facta est, quia præsumptio est pro presbytero, respondetur a R. vere edisse Domino Datario, ut Episcopus teste examinet, & si quid contra eum habet, quod indignum ac indoneum reddat, transmittat.

In concessione jurium in favorem ejus, qui prætendit habere jus, nec examen, nec exactus beneficiorum, aut valoris est necessaria, si vera ius fuerit.

5. *Ecclesia reservata*.) In beneficiis curatis reservatis Sedi Apostolicæ, & quibusvis aliis, ex antiqua consuetudine Ordinarii proponunt edicta concursus, & a Sede Apostolica provisio fit, & approbatur ab examinatoribus in Synodo Diœcesana deputatis, si providendus habet fidem approbationis suæ ab ordinario. De hoc est Bulla Pii V.

6. *Abbatum*.) Abbatis provisione curata beneficia cum vacaverint, Ordinarii edicta concursus proponere debent.

Quoties aliqua Ecclesiæ parochialis vacaverit, ad quam Abbas aliquis habet jus nominandi, quemcumque Abbas nominaverit, eum ad examen Ordinarius admittere debet: si autem Ecclesiæ vacabunt ad mortem resignantis; in quibus Abbas habet jus conferendi, ex, qui earum curationem suscipere volunt, Ordinarius probare debet, illo examinis genere, quod vocatur per concursum: neque Abbas eam ob causam illum examinis edictum proponere potest, neque illius officii partem ullam astringere: sed id totum pertinet ad Ordinarium, qui & ipse proponere debet edicta, & examinatores ex Concilio præfatos deputatos assistere, a quibus omnes ejusmodi concurrentes examinentur: quo examine concto ex his, quos vitæ integritas & doctrina commendabit, Ordinarius debet eligere magis idoneos, & postea Abbati distinguere, ut ex illis, cui maluerit, curam conferat.

Licet aliqui Patriarchæ habeant collationem parochialium existentium in aliqua Diœcesi, Ordinarius tamen illius Diœcesis edicta concursus proponere debet, & collatio postea legitima & approbata deber fieri a Patriarcha. Habens itaque jus conferendi aliquas Parochiales, quæ sunt in Diœcesi Episcopi suæ provinciæ, non potest eas conferre, nisi his, qui approbati & examinati fuerint ab examinatoribus deputatis per Episcopum ejus Diœcesis, in qua suæ sunt istæ Parochiales, & interim, dum dictæ Parochiales vacant, Episcopus illius Diœcesis in qua sunt, jus habet constituendi in eis Vicarium cum congrua (arbitrio suo) fructuum portionis assignatione, qui dictæ parochiæ inserviat, donec de rectore fuerit provisum: nec potest Patriarcha in aliena Diœcesi (licet ea sit Episcopi suæ Provinciæ) Capellanos ad animarum curationem constituere, nisi ad ejusdem Episcopi consensum, & examine ejus præcunte, quod per eum, aut ejus executionem faciendum est, & quamdiu prædictus Episcopus provincialis dicti Patriarchæ, Synodum Diœcesanam habebit, Patriarcha nihil potest aliter committere. Quamobrem Ecclesiarum Rectores, quorum electio ad ipsum Patriarcham spectat, aliique præterea, qui curam animarum in eis gerunt, vel Synodo non interfint, vel decretis Episcopi obtemperent, Nec potest idem Patriarcha aliquos Episcopos in Diœcesin Episcopi sui Provincialis inducere ad Ecclesias benedicendas vel consecrandas, vel ut sacrum extremæ Unctionis oleum conficiant, vel chrisma administrent, aut aliqua Pontificalia munia obeant atque exerceant, nisi de Episcopi, cujus ipsa Diœcesis est, consensu.

7. *Capitularem*.) Etiamsi ad illos collatio, institutio, seu præceptorio pertineat.

Quando collatio Parochialis ab immemorabili tempore pertinet ad Capitulum Cathedralis vel Collegiatæ Ecclesiæ, vel ad alium inferiorem; occurrente illius vacatione pertinet edictorum appositio ad solum Episcopum, si in ejus Diœcesi Parochialis sita est. Immo

Immo vero vacante Parochiali, si ejus collatio spectat ad Archidiaconum jus examinandi eligendique virum idoneum ac edictorum proponendorum ad Ordinarium spectat, non ad ipsum Archidiaconum.

Archidiaconus, cujus territorium est in una Diœcesi, parochiales Ecclesias conferre potest tantum illis, quos Episcopus ejusdem Diœcesis, (in qua territorium est) elegerit, magisque idoneos judicaverit ex his, qui ab examinatoribus in Diœcesana Synodo deputatis idonei renuntiati sunt.

Quoties autem vacaverit aliqua Ecclesia Parochialis, cujus collatio spectat ad Præpositum alicujus Collegiatæ, debet idem Præpositus curare, ut fiat edictum publicum, in quo sit adscriptus certus dies, & hujus tenoris, videlicet: quod *protestatur se in ipsa Eccl-sia conferenda Ordinarium Episcopum præsentire, ipsamque conferre illi, quem Episcopus idoneum elegerit ex iis, quos examinatores approbaverint, atque ideo se ei denunciare, ut edicta proponantur, & curet, ut examen fiat jus tempore*, infra hoc *cap. §. Porro Episcopus*.

8. *Debeat Episcopus statim*.) Hoc examen agere, edicta proponere, & alias provisiones facere, prout in hoc Decreto, spectat tantum ad Episcopum, & non ad alium inferiorem, vel Capitulum, non obstante etiam, quod ipse inferior ex immemorabili consuetudine haberet hujusmodi jus cumulative in loco suæ jurisdictionis (dummodo in ipsius Episcopi Diœcesi Parochialis postea sit) etiam Vicarium constituerit, & omnia alia facere, nisi inferior Ordinatio haberet jus congregandi Synodum.

9. *Idoneum in ea Vicarium*.) Hic Vicarius debet habere custodiam, & administrationem omnium bonorum Ecclesiæ, etiam illius, cujus institutio non ad Episcopum, sed ad inferiorem spectaret, non obstantibus his, quæ traduntur per Doct. in *cap. cum vos, de Offic. Ordin.*

Mercenarii quidam, ex antiquissima consuetudine ab Ordinario commendari solent ad sex menses facerdotibus per vicinos præsentaris: quibus elapsis nunquam vel raro facerdos ipse prorogationem vel novam provisionem requirit, sed vigore dictæ primæ expeditionis, ad Rectoris vel hominum libitum, in ipso munere jure persistit. At si vicini illi probarent legitime jus patronatus validum, prout Concil. requirit *Sess. 25. cap. 9.* permittendum esset illis præsentare instituendos, prævio tamen examine, ex hoc *cap.* ad denegandam expresse illis facultatem semel institutos amovendi ad eorum nutum.

Congregatio censuit, pro collatione & institutione harum Ecclesiarum curatarum, seu deputatione Vicarii, ut *Sess. 6. cap. 2. & sess. 7. cap. 7. & cap. 8. &c.* Cancellarium posse in singulas accipere mercedem suo labori convententem, quæ tamen pro scriptura, sigillo, & cæteris omnibus computatis unum aureum non excedat, & dummodo ipsi Cancellario salutium nullum pro officio suo exercendo præstium sit, & ex pecunia, quam accepit, nihil prorsus emolumenti collatores, aut institutores ullo modo directe vel indirecte, percipiant.

10. *Cum congrua*.) Duorum autorum (attentis certis circumstantiis) pro singulis mensibus visa fuit congrua portio fructuum portionis in assignatione, ut constitueretur. Et hoc ipsum potest, Sede vacante, Capitulum. Quod si pensionis assignatione gravamen imulerit, poterit unus Episcopus corrigere.

11. *Porro Episcopus*.) Hoc examen omnino ad Episcopum Ordinarium spectat, in cujus Diœcesi Parochialis est. Collatio autem sit ab eo, ad quem de jure spectabat, & si inferior haberet provisionis jus cum Ordinario, debet, habita notitia vacationis Parochialis, coram Notario declarare se velle dictam Parochialem conferre, & ideo rogare Episcopum, ut proponat edicta, & hac ratione tuebitur provisionis suæ jus. Supra hoc *cap. §. Archidiaconus, & §. Quoties autem*.

Congregatio Concilii censuit, Vicarios 28. April. perpetuos in Parochialibus Capitulo unitis 1594. non esse prævio concursu instituendos. Censuit quoque, Episcopum posse occurrente vacatione beneficii curati admittere ad concursum aliquem habentem beneficium curatum: sed si is obtinuerit illud per concursum, & sic vacaverit primum beneficium per adeptam possessionem pacificam alterius curati, posse Episcopus iterum ponere edicta novi concursus, pro beneficio illo vacante.

12. *Ex qui jus patronatus habet*.) Congregatio jam dudum censuit, hoc *cap.* non requirere examen per concursum ad Parochialem, quæ sit juris patronatus laicorum valide; ideo admittendum ad eam illum, qui intra tempus juris patronatus laicis præfixum, fuerit ab ipsis præsentatus, si a deputatis examinatoribus idoneus repertus fuerit.

13. *Coram deputandis examinatoribus nominet*.) Cum nominatio patrono Ecclesiæ facta

facta fuerit, potest Episcopus etiam alios idoneos ad concursum admittere.

12. Julii, 1574. Congregatio Concilii censuit, Episcopum posse occurrente vacatione beneficii curati, vocare & admittere ad concursum possidentem aliud beneficium curatum; sed non posse sine concursu, & beneficium, quod possidet, obtinuerit ille per concursum, & postquam vacaverit primum beneficium per adeptam possessionem pacificam alterius curati, poterit Episcopus iterum ponere edicta pro concursu.

14. *Per edictum etiam publicum vocentur, qui volunt examinari.*) Congregatio censuit, si unus tantum ad concursum comparuerit intra triennium, posse solum examinari & approbari.

6. Aug. 1593. Congregatio censuit illum, qui termino elapso comparuit, minime esse admittendum ad concursum Parochialis.

Item unico comparente non debet prorogari terminus, & proponi aliud edictum, sed ille, qui comparuerit, examini subjiciendus est, & si idoneus repertus fuerit, eidem beneficium est conferendum, nisi qui descripti sunt, excusent se legitimo impedimento detineri quo minus veniant ad concursum accedere, tunc enim poterit Episcopus legitime terminum prorogare.

Item, si Episcopus semel edictum proposuit per concursum, & ex multis examinatis nullus repertus sit idoneus, licet Concilium non videatur necessario requirere edictum per concursum, fuit tamen tutius judicatum, aliud edictum proponi, & si nemo comparuerit idoneus, tunc alicui, prævio examine, sine concursu beneficium conferetur.

A reprobatione examinatorum datur appellatio ad effectum devolutivum, sed non ad suspensivum: & qui transacto tempore compatuit, minime est audiendus aur admittendus ad concursum.

Urbinatensis, 4. Maji, 1592. Congregatio Concilii censuit, a reprobatione Examinatorum dari appellationem ad effectum devolutivum a die scientiæ.

7. Aug. 1600. Congregatio Concilii censuit, a reprobatione examinatorum, qui aliquem ex concurrentibus ad Parochialem Ecclesiam vacantem minus idoneum renuntiarunt, dari appellationem ad effectum devolutivum, non autem suspensivum.

26. Jan. 1602. Congregatio Concilii censuit, beneficia curam animarum habentia, quæ vere sint dignitates, non subjacere concursui.

Hoc decretum de concursu non habet locum in beneficiis, quæ Regularibus conferri consueverunt.

Examen concursus in Parochialibus est necessarium, etiam in illis locis, ubi sunt factiones & partialitates, ob quas timentur scandala in concursibus peragendis.

Doctor sive Licentiatus in Theologia, sive in jure Canonico, & in publica Universitate graduatus, non excusatur ab examine, quando petit provideri de aliqua Ecclesia Parochiali.

Omnis cura, & diligentia adhibenda est, ne Episcopi jurisdictionis Venetæ, in Parochialium vacationibus, non adhibeatur examen per concursum, sed curandum est, ut Decretum Concilii Tridentini, & motus proprii S. D. N. in hujusmodi omnia serventur.

Examen concursus non est necessarium in dignitate, quæ Parochialem perpetuo, sed accessorie unitam habet. Infra hoc cap. 5. *S. D. N.*

In Parochialibus vacantibus per resignationem, quam vocant in favorem, concursus fieri non debet, cum propsie non dicantur vacare. provisiones tamen istarum Ordinariis committantur, qui examinatis, non autem per concursum provisis, sive resignatariis, & idoneis repertis Parochialibus hujusmodi conferant.

In provisionibus a Sede Apostolica specialiter factis *in forma dignum*, non est necessaria, nec de jure debet fieri examinatio, quæ fit per concursum. Adeo ut familiaris **Papæ**, qui de ejusdem commissione examinatus & approbatus fuit Romæ, ab Ordinario debeat haberi tanquam si fuisset approbatus & examinatus ab ipsomet Ordinario.

Archiepiscopo Cæsar-Augustano, qui nuper ad examen recipere habentem titulum parochialis a Papa per obitum in curia, alias ab ipso Archiepiscopo approbatum in eadem Ecclesia: scriptum fuit, ut vel ipse cum examinatoribus examiner in *forma dignum*, vel committat Ordinario ceniori.

Resignans Parochialem cuidam, qui per multos annos in curia permansit, petit, ut examinaretur in curia, coram deputatis examinatoribus, & hoc istis partibus consulsum fuit.

Habens Parochiam, si per triennium servivit ab Ordinario approbatus, modo non fuerint examinatores in Synodo constituti, remittatur examinandus ad Ordinarium vicinorem, & simul ad ejusdem examinatores.

Congregatio Concilii censuit, in collatione Canonicatus, quamvis ei unita sit Parochialis, non oportere observari formam examinis per cor cursum.

S. D. N. ex sententia Congregationis Concilii declaravit examen, quod ex decreto hoc faciendum est per concursum in collatione Parochialium, non oportere fieri in provisione dignitatis nuncupatæ, licet ei sit unita Parochialis Ecclesia, dummodo hæc unita auctoritate Sedis Apostolicæ, ac perpetua & accessoria sit, supra hoc *cap. 5. Examen.*

Petentibus Jesuitis an Parochia Tolerana in monasterium erecta, & unita eorum Collegio regi possit a deputato ab ipsis, modo sit approbatus ab Ordinario, censuerunt Illustrissimi Cardinales posse.

13. *Examinentur ab Episcopis.*) Licet Episcopis Capellanos seu coadjutores ad exercendam curam animarum deputatos a Capitulo, seu a quocunque id auctoritatis habente, examinare, nec permittitur illis absque ejus approbatione curam exercere, vel Sacramenta administrare.

Hoc Decreto comprehenduntur Parochiales sæculares, quarum collatio spectat ad Abbates, & alios collatores inferiores.

16. *Ab ejus Vicario generali.*) Vicarius Sede Episcopali vacante, in locum examinatorum abientium, vel defunctorum, alios auctoritate propria sufficere potest, sed curare debet, ut elapso anno alii in locum demortuorum sufficiantur, seu eligantur in Synodo, alioquin pro legitimis non habebuntur, qui superexirunt.

In permutationibus Ecclesiarum Parochialium non requiritur examen: si tamen adsit aliqua inæqualitas numeri Parochianorum, vel permutantes non fuissent examinati, eo tempore, quo Parochiales adepti sunt, tunc eos examinandos esse declaratum fuit, sed absque concursu. Itemque si fiat permutatio cum beneficio simplici, erit necessarium examen, sed non per concursum, supra hoc *c. 5. In provisionib.*

17. *Non paucioribus quam tribus.*) Tres examinatores adhiberi omnino debent in Parochialibus etiam modici valoris, infra hoc *c. 5. Tres ex illis.*

Satisfit huic Decreto, si tertius examinator examinaverit, & sit præsens in approbatione, licet votum suum non applicaverit.

In examine per concursum examinatores ex prædictis deputatis in Synodo adsint, & idem numerus a Concilio præscriptus in omnibus examinibus, tam ad minores, quam ad majores Parochiales servandus est.

18. *Suorum votis.*) Licet Concilium non expresserit, an vota examinatorum palam, aut secrete fieri debeant: magis tamen expedit, ut examinatores palam inter se sua vota conferant, deinde Notario jubeant, ut in actis suis simpliciter scribat, Titium approbatum idoneum, ut Romæ fit, secus vero reprobatum.

19. *Accedere possit Episcopus.*) In hoc casu Episcopus tantum, vel ejus Vicarius habet votum decisivum.

Episcopus non potest admittere in Parochialibus in suis manibus resignatis consanguineos, familiares, tam suos quam resignantium, ex Bulla Pii V. anni ejus 3. Kal. April.

Congregatio Concilii censuit, si ex duobus concurrentibus ad Parochialem vacantem, & a tribus examinatoribus Synodalibus examinatis alter eorum ab omnibus tribus fuerit approbatus, alter vero ab uno approbatus, & a duobus reprobatus debere unice Episcopum tanquam magis idoneum eligere illum, qui omnia suffragia pro se tulisse proponitur, itaque in hunc modum ad electionem procedendum, atque approbato præsenti acta omnia ab ipso Episcopo esse exhibenda.

18. April, 1595.

20. *In Diœcesana Synodo.*) Eligendi sunt in illa Synodo examinatores, qui examinent promoveri volentes ad Parochiales: eligendi sunt & judices Ecclesiastici, quibus Ecclesiæ causæ ex Conc. Trid. Decreto committendæ sunt.

21. *Qui Synodo satisfaciant.*) Horum officium non expirat per mortem Epi.

Congregatio Concilii censuit, examinatores Synodales durare, donec alii in Synodo deputati fuerint, verum si anno elapso aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirare.

Saonensis 1. Feb. 1592.

22. *Advenientesque vacatione, &c.*) Datarius testatur Papam providere de beneficiis vacantibus in mensibus etiam non reservatis, Sede Episcopali vacante, licet de his nulla habeatur reservatio, vel in corpore juris, vel in extravagantibus, vel in regulis.

23. *Tres ex illis eligat Episcopus.*) Hoc servandum est tam in Ecclesiis tenuioris reditus, quam in Parochialibus modici valoris.

Concil. Trident. non statuit præcise, ut examinatores sint tres, sed quod non possint esse pauciores tribus. Itaque si tres sint tantum examinatores, vota non possunt esse paria, sed singularia, quando singuli singula approbant.

Congregatio Concilii censuit, licuisse Episcopo secundum ea, quæ præponuntur eligere ex duobus inhabilibus inhabilem,

Foroseminproutiensis 19. Aug. 1591.

quamvis unum duntaxat suffragium examinatorum tulerit, illum tamen amplius eruditi curabit Episcopus.

24. *Nec ante, nec post accipiant.*) Quacunque etiam immemorabili consuetudine non obstante.

6. Aug. 1593. Congregatio Concilii censuit, examinatores minime quidquam, etiam post examen accipere posse.

25. *Idonei judicati fuerint.*) An obtinentem beneficium curatum oporteat esse Diaconum, vel saltem Subdiaconum, cum intra annum debeat promoveri ad Sacerdotium? Congregatio censuit non oportere.

26. *Ætate.*) Episcopo Cremonensi postulanti an iis, qui a se scriptum Testimonium adferre volunt, quod sint idonea ætate administrandi Parochiales, date debeat in genere, an in specie, illi Parochiæ? responsum est examinandos esse in genere.

27. *Moribus, Doctrina.*) Præferendus minus doctus (modo idoneus & quando ejus mores sunt noti & approbati) doctiori, cujus vita ignoratur.

24. Maii, 1601. Congregatio Concilii censuit, relatione examinatorum renuntiantium unum ex approbatis idoneum quoad scientiam tantum, & quoad vitam, & mores approbationem rejicientium ad Vicarium Archiepiscopi, non esse satisfactum decreto *d. cap.* 18. *Sess.* 24. *vers. peraclo.*

28. *Ex iisque Episcopus eum eligat.*) Non prohibetur, quod si unus tantum compauerit in concursu, atque repertus fuerit idoneus, ei debeat Ecclesia conferri. Supra hoc *cap.* 5. *Item unico.*

29. *Magis idoneum.*) Etiam casu quo collatio pertineat ad Abbates, & alios inferiores collatores.

5. April. 1596. Congregatio Concilii censuit, examinatores Synodales debere examinare quotquot idoneos reperierint ad vacantem Parochialem Ecclesiam gubernandam, sed ad Episcopum, non autem ad eosdem examinatores pertinere, judicare, qui inter eos sit magis idoneus.

Conclusio 1599. Congregatio Concilii censuit, non pertinere ad examinatores, sed solum Episcopum judicare, quis ex concurrentibus ad Parochialem vacantem sit magis idoneus.

30. *Illi, & non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit.*) Constitutiones Sanctæ memoriæ Pii V. super collatione Parochialium Ecclesiarum 15. Kalend. April. 1566. S. D. N. Gregor. XIII. audita relatione Congreg. Conc. respondit, non habere locum, nisi in iis Diœcesibus, in quibus fuit coacta Synodus Diœcesana, & in ea juxta formam hujus c. fuerunt deputati examinatores.

31. *Si vero juris patronatus.*) Idem dicendum est & observandum in collatione & institutione Juris patronatus mixti, scilicet partim Laici, partim Ecclesiastici.

Non habet locum hoc Decretum contra institutionem & fundationem, nam servanda est lex in institutione & fundatione posita: attamen præsentatus est examinandus & approbandus ab Ordinario citra concursum, sive id repugnaret institutioni, sive fundationi.

Episcopus instituere debet in beneficio præsentatum ab Ecclesiæ Patrono, si dignior em elegerit ex approbatis ab examinatoribus.

Congregatio Concilii censuit, etiam in jure patronatus, quod pro duabus partibus pertinet ad Laicos, & pro una ad Ecclesiasticos, servandum esse concursum ex Decreto *cap.* 18. *Sess.* 24. Statuta pro. ut.

Congregatio Concilii censuit, beneficia curata juris patronatus Ecclesiastici esse conferenda prævio concursu, ad eumque omnes qui concurrunt, esse admittendos, tametsi a Patronis non fuerint nominati, ideoque appellationem præsentatorum ab ipsis Patronis Ecclesiasticis prætendentium alios ad concursum admitti non debere, concursum, dummodo alias legitime constitutus & habitus fuerit, impedire non potuisse. n. Sol. 1570.

Congregatio Concilii censuit Decretum *cap.* 18. *Sess.* 24. *de Reformatione vers. si vero juris patronatus*, non habere locum adversus Parochialis institutionem, vel fundationem vestigare præsentati idoneitatem, si præscripta fuerit, eam utique omnino esse observandam; cæterum jus patronatus debet hoc casu ab Ordinario examinari, & approbari citra concursum, quamvis lex fundationis repugnaret. Dic 6. Jul. 1588.

32. *Quem patronus dignioremin inter approbatos.*) Ad eundem Patronum Ecclesiæ spectabit (quando duo æque idonei ab examinatoribus fuerint judicati) eligere, utrum voluerit ex approbatis.

Si beneficium curatum Juris patronatus Ecclesiastici in mensibus Apostolicæ Sedi reservatis vacaverit, Episcopus ipse Ordinarius nulla habita ratione Patronorum, debet edicta concursus proponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere instituendum cum fide Ordinarii, sicut fit in aliis curatis, quæ non sunt de Jure patronatus.

Con-

28. April. 1594. 11. Jan. 1595. Congregatio Concilii censuit, si institutio ad Parochiales Ecclesias Juris patronatus Ecclesiastici facienda sit a summo Pontifice, jus eligendi dignioremex approbatis ab examinatoribus Synodalibus spectare ad Episcopum, sicuti pari modo electio spectat ad eundem Episcopum, quando ab eodem Pontifice collatio Parochialium facienda sit.

Civitatensis 26. Augusti. 1583. Congregatio Concilii censuit, ad patronum Parochialis Ecclesiæ, quæ juris patronatus Ecclesiastici sit, si institutio ad Episcopum pertineat, spectare, eligere dignioreminter probatos ab examinatoribus Synodalibus, si autem institutio non ad Episcopum, sed ad alium spectet, debere Episcopum eligere dignioremin, & hunc teneri ipsum Patronum præsentare.

33. *Ab alio quam ab Episcopo servetur.*) Etiamsi institutio esset facienda a Papa: quia tunc solus Episcopus eligit. Ita Congregatio censuit, & Sanctissimus voluit, quia Episcopus melius cognoscit personas.

Congregatio Conc. censuit, verba illa, *ab alio*, posita in *c.* 18. *Sess.* 24. *de Reform.* §. *cum vero &c.* intelligenda esse de inferiori collatore. Nullius 29. Jan. 1593.

Si institutio istarum Parochialium de Jure patronatus Ecclesiæ ad inferiores pertineat, licet ad exemptos, etiam Abbates, nihilominus Episcopus ordinarius debet edicta concursus proponere, & tunc inferior instituat magis idoneum approbatum ab Episcopo, quod si secus factum fuerit, collatio est nulla.

34. *Quod si Jus patronatus Laicorum.*) Speciale est in jure patronatus Laicorum, ut non requiratur concursus in collatione Ecclesiæ Parochialis, sed si ea sit Juris patronatus partim Ecclesiastici, partim Laici, servanda est forma examinis per concursum hic posita, sicut Concilium præscribit in conferenda Parochiali, quæ sit juris patronatus mere Ecclesiastici. Idem dicendum est, quando jus patronatus ex duabus partibus pertinet ad Laicum, & pro una tantum ad Ecclesiasticum.

Eveniente vacatione Parochialium de jurepatronatus Laicorum, quando plures sunt præsentati: requiritur examen per concursum inter ipsos præsentatos tantum, ut ex his, qui peracto examine idonei ab examinatoribus renuntiati sunt, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atque illum & non alterum instituat, juxta hoc Decretum.

Poterit & debebit Episcopus cogere provisos post Concilium de beneficio Juris patronatus ad ostendendum titulum provisionis, & eos, quos invenerit habere Parochiales hujusmodi sine approbatione, Ordinarius admittet ad novum examen, & ceteris idoneis repertis dabit confirmationem.

Rector semel deputatus non poterit ad nutum amoveri a Patronis, etiamsi allegarent se esse in possessione ita faciendi, & jurpatronatus esset alicujus Communitatis, sed perpetuo illius Ecclesiæ manebit. Hoc idem fuit declaratum in præsentatione Communitatis Campi Tosti, quæ allegabat antiquam consuetudinem amovendi Rectorem ad libitum.

Congregatio Concilii censuit, inter plures a Patrono ad Parochialem jurispatronatus laicorum cumulative præsentatos, observandam esse formam examinis per concursum. 29. Jun. 1600.

Congregatio Concilii censuit, in collatione Parochialium, quæ jure devolutivo conferuntur, servandam esse formam examinis per concursum, quia Patronus non læditur, & quia sublato obstaculo præsentationis, & jurispatroni illa vice excluſi, res cedit ad Ordinarii potestatem. 29. Jun. 1600.

Congregatio Concilii censuit, quod si plures fuerint præsentati super Parochiali de Jure patronatus Laicorum existente, requiratur examen per concursum inter eos præsentatos tantum, ut ex his, qui peracto examine idonei ab examinatoribus Synodalibus renuntiati fuerint, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atque illum, & non alterum instituat. Dic 16. Jan. 1595.

35. *Non cuiquam alteri quam uni ex prædictis examinatis.*) Jurisdictio & quasi possessio immemorabili tempore præscripta a Capitulo exercendi curam in civitate, per deputandos ad id Capellanos adjutores ad nutum amovibiles non possunt efficere, quo minus deputatos post Concilium liceat Episcopo hujusmodi examinate & probare.

36. *Aut appellatio.*) Datur nunc appellatio ex Bulla Pii V. quæ incipit, *In conferendis*, casu videlicet eo quo Episcopus minus habilem posthabitis magis idoneis post examen per concursum debitum elegerit. Etenim si, qui rejecti fuerint, à male electione hujusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens fuerit Metropolitanus aut exemptus, ad viciniorem Ordinarium, &c.

37. *Subreptitiæ esse censeantur.*) Examen omissum in Parochialibus per concursum vitiat collationes & provisiones Parochialium Ecclesiarum, factas post publicationem Concilii Tridentini, & prædictæ Parochiales

ita collatæ vacant, earumque collatio ad Sedem Apostolicam spectat.

32. *Deterit Ordinarius, si prosua conscientia, &c.*) Ex hoc verbo *Ordinarius*, intelligitur hoc decretum locum habere etiam in aliquibus inferioribus Prælatis: si quidem inferior Episcopo, sed qui omnimodam habet jurisdictionem Episcopalem, nec alicui subditur, sed est immediate Sedi Apostolicæ subjectus, nullius Diœcesis proprium territorium habens, si habet jus congregandi Synodum, & legitime constet illum congregasse & elegisse examinatores, poterit concursum instituere, examinare, ac Oeconomos, Vicarios deputare, denique omnia illa, quæ per hoc Decretum Episcopo præcipiuntur, præstare.

Episcopus vacante Parochiali, proposuit edicta ex hoc *cap.* & infra decem dies, quatuor comparuerunt, qui adscripti fuerunt, juxta formam Concilii, sed in die pro concursu & examine deputato, duo tantum ex illis quatuor comparuerunt, qui examini se subjecerunt, & idonei reperti sunt; dubitatum itaque fuit, an examen prædictum subsisteret, ex quo duo alii adscripti non fuerunt examinati, cum Concilium præcipiat, quod omnes adscripti examinentur? Congregatio censuit examen istud valide subsistere, quia verba Concilii intelliguntur, quatenus veniant ad examen, alias in potestate unius esset nolle venire, impedireque, ne ulterius procederetur, quod dici non debet.

Qui, cum non sit examinatus, obtinet Parochialem (in qua virtute hujus Concilii nullum jus habet,) si examini se subjecerit sub, audiendus est, & idoneus repertus, admittendus seu confirmandus.

5. Dec. 1594. Congregatio Concilii censuit, inferiorem Episcopo, qui omnimodam jurisdictionem habeat Episcopalem, nec alicui subditur, & sit immediate subjectus Sedi Apostolicæ, nullius Diœceseos proprium habeat territorium, habeatque jus congregandi Synodum, & legitime constet illam congregasse, & delegisse examinatores, utique posse concursum instituere, examinare, & approbare, & Oeconomos ac Vicarios deputare, omniaque alia agere, quæ *cap.* 18. *Sess.* 24. *de reform.* continentur.

Ex Bulla Pii V. Quæ incipit: In conferendis, *desumantur sequentia.*

COllationes, provisiones, & quasvis deputationes Parochialium Ecclesiarum ab Episcopis, Archiepiscopis, & a quibusvis aliis collationem tam Ordinariis, quam delegatis, & S. R. E. Cardinalibus, & Sedis Apostolicæ delegatis, vel Nuntiis præter & contra formam a Concil. Trident. traditam, præsertim in examine per concursum faciendo præscriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas & nullius valoris, vel momenti fore & esse, nullumque ipsis jus aut titulum etiam colloratum possidendi præbere volumus. Et Parochiales Ecclesias hujusmodi, ut prius quæ collationes istas vacabant, etiam nunc vacare, easque omnes pro tempore sic vacantes nostræ & Sedis Apostolicæ, & non aliorum, quibus jus conferendi (præterquam si sit Episcopus, vel Archiepiscopus, qui cutam dicti examinis jura Decretum Concilii Tridentini habere non debeat) competit, dispositioni reservamus.

Si Episcopus minus habilem, posthabitis magis idoneis, post examen per concursum habitum elegerit, posthac ii, qui fuerunt rejecti a mala electione hujusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens fuerit Metropolitanus, aut exemptus, ad viciniorem Ordinarium, uti Sedis Apostolicæ delegatum, aut alias ad dictam Sedem Apostolicam appellare, & prædictum ad novum examen coram ipso appellationis judice, & ejus examinatoribus provocare. Consilio vero de prioris eligentis irrationabili judicio, eoque revocato, Parochialis magis idoneo per eundem judicem appellationis auctoritate Apostolica (quatenus collatio ad Episcopum, a quo fuit appellatum, spectaret) conferatur, alias eidem magis idoneo per judicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum, ad quem collatio, provisio, vel institutio spectabit. Hæc tamen appellatio interposita interim non impediat aut suspendat, quo minus electio per Ordinarium primo loco facta debitæ executioni demandetur, & provisus ab eadem Ecclesia, causa appellationis hujusmodi pendente non amoveatur. Et si nulla sententia per judicem appellationis lata duxerit appellandum esse, tunc ad sedem Apostolicam appellabit, si quid secus in præmissis omnibus & singulis actum aut intentatum fuerit, irritum est & inane. *Hæc Bulla publicata Romæ Kalend. April.* 1567.

REMISSIONES.

* Vide Flam. *de Resignat. l.* 1. q. 7. n. 7. & *lib.* 8. q. 9. nn. 77. *cum seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glossa.* 6. *num.* 121. *cum seqq.* Laur. Nic. Garsi. *de Benefic. p.* 9. *cap.* 2. *a num.* 105. Fr. Petz. de Ledesm. *in sum. p.* 2. *tract.* 7. *a n.* 1. *conclus.* 7. *a principio, & præcipue, dissert.* 13. *tum seqq.* * & Farinac. *in præfenti*. Vide etiam Constitutionem Pii V. incip. in conferendis, cujus in proposito meminit Rot. noviss. *decis.* 672. & 674. & late explicatur in *decis.* 673. & 828. *in rotulellis a Farinac.* Azeved. in l. 1. *tit.* 16. *de lot Pretumeditas examinatores*, *lib.* 3. *recopil. num.* 4. Vide quoque *decis.* 325. *in* 2. *p. civil. Farin. in recentioribus*, *num.* 1. 6. & 8.

Decisiones illustriss. Cardinalium sacræ Congregationis adductæ a Doctoribus infra citatis.

* PRima est. Doctor, sive Licentiatus in Theologia, sive in jure Canonico, & publica Universitate graduatus non excusatur ab examine, quando petit provideri de aliqua Ecclesia Parochiali, referunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glossa.* 21. *num.* 90. Nicol. Garsi. *de Benefic. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 103. & resolvunt Lambertin. *de jure patron. p.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 11. *art.* 3. *num.* 5. Fusc. *de Visitat. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 10. Rebuff. *de privil. scholar. privil.* 80. *n.* 4. Flamin. *de Resignat. lib.* 8. q. 9. *n.* 85. *& seqq.* Zerol. *in praxi Episc. p.* 2. *verbo*, *Doctor.* §. 1. Marc. Ant. Genuens. *in praxi Archiepisc. Curiæ Neapol. c.* 65. *n.* 1. *ad finem*, P. Leff. *de Justit.* l. 2. *c.* 34. *n.* 82. Prosper de Augustino *in additis ad Quarant. in sum. Bullarii*, *verbo*, *Parochialium beneficiorum collat.* q. 1. plures ex antioribus refert Cened. *ad Decret. collect.* 15. *n.* 3.

* Secunda. Hoc decretum non habet locum in resignationibus factis in manibus Papæ in favorem, referunt Flamin. *de resignat. lib.* 1. q. 7. *n.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glossa.* 6. *n.* 121. *cum seqq.* ubi etiam resolvit, quod resignatarius provisus a Papa, vel mandatum de providendo in forma dignum obtinens, duntaxat examinari debet absque concursu, & approbari, si idoneus repertus fuerit ad curam animarum, sive resignatarius sit præsens in Curia, sive absens in partibus, de quo etiam vide Guttier. *Canon. l.* 2. *cap.* 11. *n.* 13. Zerol. *p.* 1. *verbo*, *Parochia* §. 2. *dub.* 5. & 6. Marc. Ant. Genuens. *d. cap.* 65. *num.* 1. & 2. Prosper. de Augustino ubi sup. q. 3. P. Leff. d. *lib.* 2. *c.* 34. *n.* 82.

* Tertia. In permutationibus, quæ sunt de beneficio simplici, & curato, licet non sit necessarius concursus, examen tamen necessarium est. In permutationibus tamen Ecclesiarum Parochialium non requiritur examen: si vero adsit magna inæqualitas numeri Parochianorum, vel permutantes non fuissent examinati eo tempore, quo Parochiales adepti sunt, tunc eos examinandos esse, sed absque concursu, refert Garsi. *d. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 165. & vide Flamin. *d.* q. 9. *n.* 93. Laël. Zech. *de Republ. Ecclesiast. cap.* 28. de Parocho *n.* 6. Genuens. *d. c.* 65. *n.* 2. Prosper. de Augustino ubi sup. q. 3.

* Quarta. Examen concursus non est necessarium in dignitate, quæ Parochialem perpetuo & accessorie unitam habet, refert Garsi. *d. p.* 9. *c.* 2. *num.* 193. Anastas. Germon. *de indultis Cardin.* §. *quibusvis num.* 7. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 273. *n.* 28. * & Joan. Aloys. Ricc. in sua *praxi curiæ Archiep. Neapol. decis.* 490.

* Quinta. Examen concursus non debet fieri in provisione dignitatis Abbatiæ, tametsi unita sit ei Parochialis Ecclesia, dummodo hæc unio auctoritate Sedis Apostolicæ ac perpetuo, & accessorie facta sit, referunt Garsi. *d. cap.* 2. *num.* 193. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 5. 9. 7. *num.* 13. & *glossa* 6. *num.* 162. Prosper. de Augustino ubi sup. q. 3. P. Leff. *d. c.* 34. *n.* 82.

* Sexta. In dignitatibus habentibus curam animarum in Ecclesiis Collegiatis, non est necessarium examen per concursum, quale requiritur in Parochialibus Ecclesiis, refert Garsi. *d. c.* 2. *n.* 195.

* Septima. Hoc decretum de concursu non habet locum in beneficiis Regularium, quæ Regularibus conferri consueverunt, referunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glossa* 6. *n.* 162. Garsi. *d. c.* 2. *n.* 197. & 198.

* Octava. In Triparitibus Regularibus habentibus curam animarum solitis commendari sæcularibus, non requiritur concursus, refert Garsi. *d. cap.* 2. *n.* 199.

* Nona. In Vicariis perpetuis Parochiarum unitarum non debet fieri concursus, sed solum ad nominationem, seu præsentationem illorum, quorum dignitati, vel Ecclesiæ Parochialis est unita, & annexa, deputandi, & instituendi sunt, refert Garsi. *d. c.* 2. *n.* 289.

* Decima. Hoc decretum habet locum etiam, quod Parochiales linquose sint, quando in illis Summus Pontifex voluerit collitigantem subrogare, vel jus demittendi in aliam transferre, nisi constet Sanctitatem suam voluisse dicto Decreto Concilii derogare, refert Nicol. Garsi *d. c.* 2. *n.* 190. vide tamen Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glossa* 6. *n.* 142.

* Undecima, in Parochialibus, quas quis acquirit per resignum, non est necessarium examen, quod intelligendum, si eam possederit, locus si eam nunquam possederit, refert Nicol. Garsi. *d. c.* 2. *n.* 168.

† Plures alias decisiones sacræ Congregationis scitu dignissimas refert Prosper.

Farinac. in *recollect.* ab eo circa illum textum a *fol.* 376. & aliquas etiam retulit Steph. Gratian. *tom.* 2. *discept. forens. c.* 211. *n.* 35. *& quatuor seqq.*

‡ *Vel per resignationem etiam in Curia.*) Intelligi de resignatione simplici, non vero de illa, quæ fit in favorem, resolvit Gonzal. *d. glos. 6. n.* 122. *& seqq.*

‡ *Etiamsi ipsa Parochialis Ecclesia reformata vel erecta fuerit.*) Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit. In beneficiis cujuslibet reservatis Sedi Apostolicæ & quibuslibet aliis, etiam ex antiqua consuetudine, Ordinarii proponant edicta concursus, & a Sede Apostolica provisio fiat, approbatio ab examinatoribus in Synodo Diœcesana deputatis, si habeat fidem approbationis ab Ordinario, referunt Anast. German. *de Indultis Card. §. Quibusdam, num.* 17. Flam. *de Resignat. lib.* 10. *quæst.* 7. *num.* 12. Gonzal. *d. glos. 6. num.* 113. Nicol. Garf. *d. cap.* 2. *n.* 214.

e Parvo Episcopus.) Quod hic etiam intelligatur Abbas, qui habet ordinariam jurisdictionem, refert decidisse sacram Cardinalium Congregationem Flores Var. *lib.* 3. *quæst.* 14. *num.* 21.

e Intra decem dies.) Quod etiam ultra alios decem dies possit prorogari, sed non ultra, ex Bulla Pii V. & Concil. Cusent. & Mediolan. Provinc. refert Zerrol. in *prax. Episc. part.* 1. *verb. Parochus, §.* 2. *dub.* 3.

y Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit: Si termino elapso alter superveniat, ut res integra sit, admittendus est, referunt Gonzal. ad *regul.* 8. *Cancell. glos.* 9. *§.* 1. *num.* 115. Nicol. Garfi. *d. cap.* 2. *num.* 206.

e Per edictum etiam publicum, &c.) Vide Ricci. *collectan.* 156. *in fin.* qui refert camerlam servandam ab inferioribus, quibus competeret jus conferendi aliqua beneficia curata, cujus etiam meminit Farinac. in *præsenti fol. mihi* 383. *super verbo Parvo Episcopus.*

e Ab Episcopo, sive eo impedito, ab ejus Vicario generali.) Quod per hæc verba non tolluntur, quin coram Vicario possit fieri examen, etiam Episcopo non impedito, sed possit esse ad denorandum convenire, quod ab ipso Episcopo cessante impedimento fiat examen, resolvit Garf. *d. c.* 2. *n.* 117.

† *Non paucioribus quam tribus.*) Vide Rotam novill. *decis.* 672. *num.* 4. *in recollectis a Farinacio.*

* *Sint vero hi examinatores.*) Vide Peregrin. *conf.* 3. *n.* 19. *vol.* 2.

e Caveantur, ne quidquam prorsus occasione hujus examinis nec ante, nec post accipiant.) Vide Zerrol. *d. verb. Parochus, §.* 2. *dub.* 11. P. Sanct. *de Relig. lib.* 4. *de Simonia, cap.* 49. *num.* 2. Nic. Garf. *d. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 368. *cum seq.* vide quæ tradunt Menoch. *de Præsumpt. lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 7. Anton. Gabr. *lib.* 1. *de Præsumpt. conclus.* 13. *num.* 6. *cum seq.* optime Farin. *cons.* 75. *num.* 3. *&* 4. bene Petr. Ledesm. *d. cap.* 1. *continf.* 7. *prope fin.*

Sacra Card. Congregatio ita censuit: Non posse Ordinarium statuere aliquod stipendium, etiam minimum, examinatoribus deputatis in Synodo, pro concursu Parochialium, & si Synodus Diœcesana facta statuerit, decretum esse irritum, & nullum, refert Garf. *d. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 374. Contrarium tamen in Ecclesiis Hispaniæ communi usu receptum esse testatur Petr. de Ledesm. *d. contl.* 7. *prope finem, vers. La difficultad. p.* 159.

e Peracto deinde examine, &c.) Sequuntur decisiones Illustriss. Card. Sacræ Congregat. adductæ a Nicol. Garf. in locis infra citatis.

¾ Prima. Examinatores peracto examine debent eos ex communi sententia renuntiare Episcopo, quos idoneos reperiunt, refert Nicol. Garf. *de Beneficiis, pag.* 9. *c.* 2. *num.* 103.

† Secunda. Non spectat ad examinatores, sed ad Episcopum, eligere ex approbatis magis idoneum, refert Garf. *d. c.* 2. *num.* 108.

u Tertia. Examinatores debent solum renuntiare duos vel tres, verbi gratia, examinatos idoneos, deinde Episcopus absque votorum calculo, sed suo judicio eligere debet dignioremi, refert Garfi. *d. cap.* 2. *num.* 109.

u u Quarta. An si pluribus examinatis aliqui ultra dimidium vocum fuerint consecuti, & sic approbati, & unus omnia suffragia prospera reportavit, Episcopus facta per examinatores relatione possit, postposito illo, in quem omnia suffragia confluxerunt, alium ex eis eligere, qui ultra dimidiam partem vocum habuerunt, cum omnes approbati dicantur? Respondit Congregatio posse, refert Garfi. *dec.* 2. *n.* 109.

u u Quinta. Licet Concilium non expresserit, an vota examinatorum palam, aut secrete fieri debeant, magis tamen expedit, ut examinatores palam inter se sua vota conferant, deinde Notario jubeant, ut in actis suis simpliciter scribat, Titium approbatum idoneum, Sejum vero reprobatum, refert Garfi. *d. c.* 2. *n.* 107.

27 *Quo-*

27 Quocumque ab his idonei judicati fuerint anno, mensibus, &c.) In dubio, spectare ad examinatores renuntiare, quis sit magis idoneus, dicit Zerrol. in *prax. Episc. p.* 1. *verb. Parochus, §.* 2. *in princ.* Et examinatores ab Episcopo, vel Vicario, quibus beneficia providenti incumbit, accersitos, teneri significare & subscribere, quis sit dignior, & quis dignior, sub peccato mortali tenent Barthol. Medin. in *summa lib.* 1. *cap.* 14. *§.* 32. Fr. Lud. Lopez. in *instruct. conscient. tom.* 1. *cap.* 120. Pet. Ledesm. in *summa tract.* 7. *cap.* 1. *concl.* 7. *diffic.* 13. † *Summa tract.* 7. *cap.* 1. *concl.* 7. *diffic.* 13. † Vide Rotam Rom. *decis.* 634. *num.* 1. & *seq. decis.* 635. *in principio in recollectis a Farinacio.*

ee Primo præferri graduatum in aliqua scientia dicit Capanus. *decis.* 277. *part.* 1. & Pute. *decis.* 200. *lib.* 3. (* quos refert, & sequitur Rota novill. *decis.* 677. *num.* 2. *in recollectis a Farinac.*) Secundo originarium civitatis. † Dec. Patil. & alii citati a Rota *decis.* 628. *in princ. & in d. decis.* 677. *num.* 1. *in fin. in recollectis a Farinac.* Bellator. *decis.* 591. & posse eligi dignum de gremio Ecclesiæ, posthabito dignore, juxta l. *in Ecclesiis, c. de Episc. & Clerie.* resolvit P. Valer. Regin. in *prax. fori panit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 200. Tertio præferri magis litteratum asserit Farinacius Rom. *decis.* 677. Quarto majori habilitate præditum, veluti prudentia, integritate, & maturitate, refert Farin. *decis.* 638. & præferri minus dignum, quando in eo concurrunt pietatis, misericordiæ, vel utilitatis publicæ argumenta, testatur P. Valer. Regin. *d. num.* 200. Quinto præferri minus doctum, modo idoneum, quando ejus mores sunt noti, & approbati, doctiori, cujus vita ignoratur, referunt Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. glos.* 2. *num.* 112. & Garf. *d. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 111. Et quod peccatum mortale committat, quando alter dignus eligitur, prætermisso digniore, tenent Sot. *lib.* 3. *de Just. quæst.* 6. *art.* 2. Covar. in *reg. peccatum, p.* 2. *§.* 7. *num.* 4. Petr. Navar. *lib.* 2. *de Restit. cap.* 2. *num.* 120. Valent. 2. 2. *disp.* 1. *quæst.* 7. *punct.* 2. *§.* 2. *quæritur.* P. Azor. *instit. Moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *quæst.* 1. P. Valer. Regin. *d. tract.* 3. *num.* 189. Sayr. *decis.* 22. *de panit.* Alex. Rauten. *decis.* 35. Aloys. Ricc. in *collect. decis. p.* 4. *collect.* 931. Stephan. Gratian. *decis.* 97. ubi resolvit, non teneri ad restitutionem, nisi quando beneficium debetur digniori ex aliquo statuto vel lege.

u An provisio Parochialis sit nulla, si examinatores relationem fecerint solum de litteratura, examen vero circa mores, ætatem, & reliqua, Episcopo relinquatur? Resolvit Congregatio censuisse teneri facere relationem circa mores, ætatem & reliqua. Nicol. Garf. *de Benefic. p.* 3. *cap.* 7. *num.* 11. *V. Ad tertium, & p.* 6. *cap.* 2. *num.* 238.

† *Episcopus cum eligat, quem caveris, &c.*) Vide Jo. Guttier. in *pract. cap.* 15. *ex num.* 11. *lib.* 2. Medicis *de acquir. ver. dominio glos.* 2. *p.* 3. *n.* 63. Cavalcan. *dec.* 11. *n.* 1. *p.* 3.

* *Magis idoneum judicaverit, &c.*) Vide omnino Rotam novill. *decis.* 672. *in recollectis a Farinacio, & dec.* 40. *in n.* 4. de qua per Farinac. *part.* 1. *civil.*

‡‡ *Si quem patronus dignorem inter approbatos ab examinatoribus judicabit, &c.*) Vide Nav. *cons.* 5. *de jurepatron.* Marc. Ant. in *prax. Archiepisc. Curiæ Neapol. cap.* 65. *num.* 3. Zerol. in *prax. Episc. p.* 2. *verbo, jurpatronatus, §.* 10. P. Azor. *inst. Moral. p.* 2. *lib.* 8. *c.* 21. *q.* 13. Alex. Rondenf. Pisana *decis.* 83. Aloys. Ricc. in *collect. decis. p.* 2. *collect.* 278.

u u Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit: Si Ecclesia Parochialis sit Jurispatronatus partim Ecclesiæ, partim laici, servanda est forma examinis per concursum hic posita, quam Concilium præfixit in conferenda Parochiali, quæ sit jurispatronatus mere Ecclesiastici: & idem dicendum est, quando jurpatronatus pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro una tantum ad Ecclesiasticum, referunt Gonz. ad *reg.* 8. *Cancell. glos.* 6. *num.* 135. Garfi. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 278.

§§ *Ab alio.*) Sacra Cardin. Congregatio censuit verba illa *ab alio* intelligenda esse de inferiori Collatore, refert Garf. *d. c.* 2. *num.* 275.

u Quod si jurpatronatus laicorum fuerit, &c.) Vide Flamin. *de Resign. l.* 8. *quæst.* 9. *num.* 111. Zerrol. in *praxi Episc. p.* 1. *verb. Parochus, §.* 7. *p.* 273. Lælii. Zechi. *de Republ. Ecclesiast. cap.* 28. *num.* 6. *p.* 325. † Steph. Grat. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 211. *ex num.* 30.

u u Sacra Cardinalium Congregatio ita censuit: Examen per concursum fieri non debet in vacatione Parochialium, quæ sunt jurispatronatus laicorum, sed sufficit, quod deputatus a patronis examinetur ab examinatoribus in diœcesana Synodo deputatis, & idoneus judicetur, prout statuit hic Conc. Trident. non possunt tamen patroni, quæ-

cum-

cumque consuetudine contraria non obstante, ad nutum amovere semel institutos, & Rectorem deputatum, referunt Flamin. *de Resign. lib. 2. quæst. 9. num. 111.* Zech. *d. cap. 28. de Parochis, num. 6.* Marc. Anton. Genuens. *d. cap. 65. num. 2.* P. Lessi. *de Justit. lib. 2. cap. 34. num. 58. & 81.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 6. num. 234.* Garsi. *d. p. 9. cap. 2. num. 253.*

xx Sacra Cardinalium Congregatio etiam ita censuit: Veniente vacatione Parochialium de jurepatronatus laicorum, quando plures sunt præsentati, requiritur examen per concursum inter ipsos præsentatos tantum; ut ex his, qui facto examine idonei ab examinatoribus renunciati fuerint, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atque illum & non alium instituat, juxta hoc Decretum, referunt Gonzal. *d. glos. 6. num. 138.* Garsi. *d. cap. 2. num. 256.*

per Vlla devolutio aut appellatio, &c.) Vide Azored. *ad l. 1. num. 4. tit. 16. lib. 3. novæ Recopil. pag. 376.* Gonzal. *ad reg. 8. Cantell. glos. 9. §. 1. in annot. contra nullit. num. 186. & 209. & d. glos. 6. num. 165. cum segg.* ubi quid in 2. instantia. * Vid. Nic. Garc. *de Benef. p. 9. cap. 2. num. 239.* Ricc. *in praxi curiæ Neapol. resol. 348.* Steph. Grat. *dec. 97. num. 17.*

†† *aliàs provisionem omnes*, &c.) Vide Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo, Parochiæ, S. pag. 270.* Comprehendere etiam provisiones Papæ dicit Garcia *d. c. 2. n. 366.*

‡‡ Sacra Card. Congregatio censuit, collationem Parochialis factam sine examine per concursum, esse nullam, & irritam, & præfatas Parochiales eo modo collatas vacare, earumque collationem ad Sedem Apostolicam spectare, refert Zerol. *d. verbo Parochia §. 2. dub. 2.*

† *Præter supradictam formam*.) Vide Steph. Grat. *tom. 2. discept. forens. cap. 211. num. 32. 33. & 34.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 32. Card. de Luca.*

CAPUT XIX.

Expectativis hactenus concessis uti nulli fas esto. Reservationes mentales, &c. nulli concedantur.

DEcernit sancta Synodus, 1. Mandata de providendo, & gratias, quæ expectativæ dicuntur, nemini amplius, β γ etiam 2. collegiis, (a) Universitatibus, Senatibus, & aliis singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio quovis colore concessi, nec hactenus concessis cuiquam uti licere. (b) δ Sed nec reservationes mentales, nec aliæ quæcumque gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias vel Monasteria alicui, etiam ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, concedantur, & hactenus concessa abrogata esse censeantur.

DECLARATIONES.

1. *Mandata quæ expectativæ dicuntur.*) Expectativæ sunt omnino sublatæ, etiamsi illæ factæ sint de consensu Ordinariorum.

Decretum hoc Expectativarum abrogatarum intelligi debet, ut sonat ad literam, & non debet extendi etiam ex identitate rationis.

Sua Sanctitas, ex sententia Congregationis censuit, primarias preces Cæsareæ Majestatis non comprehendi hoc Decreto anno Domini 1563. die Jan. 25. sic dictum est in una Cameracensi.

Ex hoc Decreto Expectativarum abrogatarum colligitur, non posse erigi ab Episcopo Canonicum supranumerarium ad futuram prædendam.

Congregatio Concilii censuit, exspectativas concessas a felicis recordationis Sisto 5. Pio V. & Gregorio XIIIo eum pauciss. sint (nempe, quia mandata sunt de providendo, videntur posse dici per obitum concedentis revocata) non debere a S. D. N. per regulam generalem, sed specialiter revocari, illas scilicet, quæ non fuerunt fortiæ effectum, neque super his lites penderent, S. D. N. Congregationis sententia audita, cum paucæ sint expectativæ concessæ, inclinavit nolle eas revocare.

2. *Collegiis*.) Neque ipsa Capitula Ecclesiarum possunt Canonicos supernumerarios creare super futura præbenda.

REMISSIONES.

a Vide Rebuff. in *praxi benefic. tit. de Rescriptis ad beneficia vacantia*, optime Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. §. 1. prodm. num.*

num. 57. cum multis sequentibus. Conrad. in *Paraphras. benefic. p. 4. cap. 5.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib. 30. tract. 3. a num. 266.*

β *Etiam Collegiis, Universitatibus*, &c.) Quod, si non expressisset, non comprehenderetur, resolvit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 17. num. 22.*

γ Sacra Card. Congr. ita censuit: expectativæ sunt omnino sublatæ, etsi illæ factæ sint de consensu Ordinariorum, refert Gonzal. *d. §. 1. prodm. num. 63.* ubi *num. 64.* resolvit ex hoc Decreto expectativarum abrogatarum colligi non posse erigi Canonicatum supranumerarium ad futuram præbendam.

δ *Sed nec reservationes mentales*, &c.) Quod mentalis reservatio erat, quando Papa reservabat beneficium, vel in specie, vel in genere, per Emilam, vel per breve, ut perlonæ gratæ provideret, quam non exprimebat, sed in mente retinebat, & sic in nullius personæ expressæ favorem facta fuerat reservatio, tunc enim dicebatur mentalis, quasi in mente retenta quoad provisionem personæ, resolvit Gonzal. *dict. §. 1. prodm. num. 67.*

CAPUT XX.

Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes in prima instantia coram Ordinariis locorum cognoscantur, & infra biennium terminentur, ex quo licebit ad alium judicem appellare, imo & ante in aliquo casu. Causas Matrimoniales & criminales solus Episcopus cognoscat, etiam casu quo controvertitur de hujusmodi causæ cognitione, &c. Legati de latere non procedant contra clericos aliasve personas Ecclesiasticas, nisi Episcopo prius requisito & negligente. Agitur de expensis aliorum, & mercede Notarii copiam aliorum dantis appellanti, &c.

1. * CAusæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, 2. in prima instantia a coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur: atque omnino, saltem 3. β infra biennium a die γ motæ litis (a) terminentur: δ altoquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum judices superiores, aliàs tamen competentes, adire, qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, & quamprimum terminari curent, nec antea aliis committantur, nec avocentur: ε neque appellationes ab eisdem interpositæ 4. per Superiores quoscumque recipiantur; eorumve commissio, aut inhibitio fiat, nisi a definitiva, vel 5. ζ a definitivæ vim habente, ϑ &c. & cujus gravamen per appellationem 6. a definitiva reparari nequeat. ξ Ab his excipiantur causæ, quæ (b) juxta canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ; vel quas ex urgenti, rationabilique causa judicaverit summus Romanus Pontifex per speciale reseriptum Signaturæ Sanctitatis suæ, ο manu propria subscribendum, * committere aut avocare. 7. π Ad hæc 8. causæ matrimoniales, † 9. & criminales, 10. non Decani, 11. Archidiaconi, 12. aut aliorum inferiorum judicio, * etiam visitando, sed Episcopi tantum examini, † & jurisdictioni relinquantur; etiamsi in præfert. inter Episcopum & decanum, 13. seu Archidiaconum, aut alios inferiores super causarum istarum cognitione lis aliqua in quacumque instantia pendeat, coram quo, si pars vere pauperrtatem probaverit, * non cogatur extra provinciam, nec in secunda, nec in tertia instantia in eadem causa Matrimoniali litigare; nisi pars altera & ρ alimenta, & expensas litis velit submministrare. Legati quoque etiam de latere, Nuntii, Gubernatores Ecclesiastici, aut alii quarumcumque facultatum vigore, non solum Episcopos in prædictis causis impedire, aut aliquo modo eorum jurisdictionem iis præripere, aut turbare non præsumant; sed nec etiam contra Clericos, aliasve personas Ec-

a Inf. sess. alt. de ref. cap. in fin.

a Inf. sess. alt. de ref. cap. in fin.

b c. 2. de rescript. & c. ult. de foro comp. lib. 6.

b c. nec ille quis. 17. dist. c. majores de baptis. Vide Papa in ep. ad Eutherium & Pelagium 2. in 1. 32. circa fin. cum sim.

Ecclesiasticas, nisi Episcopo prius requisito, & eoque negligente, procedant: alias eorum processus ordinationesve nullius momenti sint, atque ad damni satisfactionem partibus illati, teneantur. 7 Præterea, si quis in causis a jure permissis appellaverit, aut de aliquo gravamine conquestus fuerit; seu alias ob lapsum biennii, de quo supra, ad altum judicem recurrerit; teneatur acta omnia † coram Episcopo gesta, ad judicem appellationis 14. expensis suis transferre; eodem Episcopo prius admonito, ut, si quid ei pro causæ institutione videbitur, possit judici appellationis significare. Quod si appellatus compareat, cogatur tunc is quoque actorum, quæ translata sunt, expensas, pro portione sua, si illis uti voluerit, subire; nisi aliter ex loci consuetudine servetur, ut scilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Porro ipsam actorum copiam teneatur notarius, congrua mercede accepta, * appellanti quanto citius, & ad minus intra mensem exhibere. Qui Notarius si in differenda exhibitione fraudem fecerit; ab officii administratione arbitrio Ordinarii suspendatur, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem, & pauperes loci distribuendam, compellatur. Judex vero, si & ipse impedimenti hujus conscius, particepsve fuerit, aliterve obstiterit, hc appellanti integre acta intra tempus traderentur; ad eandem dupli pœnam, prout supra, teneatur: non obstantibus quoad omnia suprascripta, 15. privilegiis, indultis, concordiis, quæ suos tantum teneant auctores, & aliis quibuscumque consuetudinibus.

DECLARATIONES.

1. *Causæ omnes.*) Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum pertinentes, & Beneficiales in prima instantia, numquam per signaturam justitiæ aliis committuntur. Et si matrimoniales causæ fuerint, Episcopis vicinioribus: sed si vel de affectis, aut reservatis beneficiis agatur, tunc in Curia committuntur.

Prorsus per Sedem Apostolicam de beneficiis reservatis, possunt virtute Brevium in favorem litterarum, seu nomine Cameræ Apostolicæ ad accipiendam possessionem, coram Auditore ejusdem Cameræ directam citare, & ad judicium coram eodem auditore Cameræ vocare possessores talium beneficiorum, occupantes & detinentes ac si coram Ordinario super possessorio tantum causæ ventilarentur, & si sententia super eodem possessorio prolata fuerit, poterit pars adversa causam in Curia committere.

2. *In prima instantia.*) Congregatio censuit, hoc non procedere in conservatoris Universitatum, & aliarum, de quibus *cap. 6. Sess. 25.*

3. *Infra biennium.*) Hoc *cap.* quo cavetur causas omnes a locorum Ordinariis esse intra biennium terminandas, alioquin post id spatium liberum esse partibus, vel alteri illarum judices superiores adire, non habet locum, si non steterit per judicem, quo minus infra dictum tempus causam definiat, sed vel ob qualitatem causæ, vel partium cavillationes. Congregatio enim censuit, si per judicem non stetit, partes alios Superiores adire non posse.

4. *Per superiores.*) Quando legitime appellatur a sententia Episcopi, qui eam tulit etiam tanquam Sedis Apostol. delegatus, ex facultate Decretorum hujus Concilii, nihil est derogatum jurisdictioni Metropolitanorum, *c. Licet, de off. ord.*

5. *A diffinitivæ vim habente.*) Fuit resolutum sub die 4. August. 1588. quod quando fuit appellatum a diffinitivæ vim habente, cujus gravamen per appellationem a diffinitiva reparari nequeat, & gravamen fuerit justificatum, quod tunc Concilium disponat, an causa principalis remittenda sit Ordinario, sed id remanet in dispositione juris communis.

6. *A diffinitivæ reparari nequeat.*) Intelligitur etiam hoc de gravamine indebitæ carcerationis. Ideoque Ordinarius tenetur huic appellationi deferre, & sinere processum, interim tamen eo remanente in carceribus, donec judex appellationis causa cognita aliud fuerit.

Metropolitanus, quando ad eum appellatur, in causis concernentibus explicationem

nem Decretorum Conc. Trid. a cognitione earum abstinere debet.

6. Martii 1598. Congregatio Concilii censuit, gravamen indebitæ incarcerationis esse ex his, quæ per appellationem a diffinitiva reparari nequeunt, ideoque ab eo ante diffinitivam appellare licere ex decreto *cap.* 20. circa principium, & Ordinarium teneri huic appellationi deferre, & sinere processum transferri ad judicem appellationis: interim tamen reo remanente in carceribus, donec judex approbationis causa cognita aliud fuerit.

7. *Ad hæc causæ matrimoniales.*) Hoc Decretum non repugnat, quin Abbatibus habentibus jurisdictionem pleno jure spiritualem & temporalem, causæ matrimoniales & criminales commisti possint & debeant.

An hoc Decretum sustulerit etiam res judicatas, quæ innitebantur privilegiis ante Concilium ipsum obtentis? Congregatio die 9. April. 1587. in una Salernitana censuit affirmative, vid. sustulisse, quia sententia, quæ innititur privilegio, non dat plus roboris privilegiis, quam de se habeant, sed solum imponit finem litis.

Constitutiones editæ in Synodo Diœcesana Hispalensi non potuerunt executioni demandari, pendente judicio in Rota super earum nullitate, & prætensis attentatis. Hoc enim inhibuit Interpretum Congregatio; & quidem justis admodum ex causis, videlicet, quia regulariter nullitatis exceptio retardat executionem. Et præsertim, quando nullitas prætenditur provenire ex defectu jurisdictionis: quia donec pendet judicium attentatorum, non potest procedi in causa principali, suspendit enim causam tam petitorii, quam possessorii. Tertio, quia pendente appellatione nihil est innovandum, *text. in tit. de. lit. pend. nil inn. cap. non solum de appell. in 6. cap. appellatione interposita, in princ. 2. quæst. 6. Dict. l. 1. C. deben. possess.* ita fuit resolutum in Congregatione die 26. April. 1589.

Nullius 5. Jul. 1599. Congregatio Concilii censuit, Archipresbytero, qui nullius Diœceseos existat, & omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem habeat, dispensationes matrimoniales atque literas in forma significavit, pro suis subditis committendas esse.

8. *Causæ matrimoniales.*) Congregatio censuit, non sustulisse Concilium immemorabilem consuetudinem, & ideo, si Archipresbyter legitime probaverit se admittendum, hanc jurisdictionem exercere. Sed quasi possessio immemorabilis erit probanda coram eodem Episcopo, & interim Episcopus ipse, & quidem solus jurisdictionem exerceat.

9. *In criminales.*) Nisi essent in quasi possessione immemorabili, cui in hoc Concilium non derogavit, si hujusmodi quasi possessio probata fuerit tribus sententiis conformibus & continuis.

Congregatio Concilii censuit, causam et- 22. Martii iam criminalem adversus Clericum, quam- 1597. vis consentientem, non posse absque speciali commissione Papæ signata in prima instantia a D. A. C. cognosci, nisi Episcopus quoque consentiat.

Congregatio Concilii censuit, Decreto 22. Jan. ejusdem Concilii *cap.* 20. *vers. ad hæc, Sess.* 1598. 24. non esse sublatam immemorabilem consuetudinem, secundum quam inferiores Episcopo cognoverint causas matrimoniales & criminales; ideoque si hujusmodi immemorabilem consuetudinem tribus sententiis conformibus probaverint, non esse impediendos eam exercere.

Cæterum antequam hujusmodi probationem per tres sententias conformes ad præscriptum juris legitime præstiterint, Episcopum, intra cujus Diœceseos fines is inferior existit, debere hujusmodi jurisdictionem exercere.

Congregatio Concilii censuit, unicam 12. Febr. sententiam, quæ transitum fecerit in rem 1598. judicatam, ad effectum decisionis Congregationis Concilii tribus æquipollere.

10. *Non Decani.*) Hoc de sæcularibus voluit Congregatio intelligendum, non de Regularibus. Sed per hoc non prohibetur, quo minus Decani possint visitare subditos suos, aliaque obire munia.

Hoc Decretum non se extendit ad illos, qui nullius Diœceseos sunt, sicut nec ad Decanum & Capitulum ab Ordinarii jurisdictione exemptos, nec ad eos, quibus ex privilegio Apostolico, & consuetudine erram immemorabili causarum & controversiarum, contra & in ipsos, personasque ipsis subjectas ratione contractus, cognito comperit. Itaque Abbates, Præpositi, seu Archipresbyteri nullius Diœceseos, qui Ordinarii jurisdictione ab immemorabili tempore citra funguntur, non comprehenduntur hoc Decreto.

Congregatio Concilii censuit, jurisdi- 28. Martii ctionem criminalem, quam N. Archipre- 1598. sbytter prætendit sibi adesumptam esse, nisi probaret per tres sententias conformes, se ab immemorabili tempore eam jurisdictionem exercuisse: interim vero, quod hujusmodi probationem per tres sententias con-

conformes præstiterit, Archiepiscopum, intra cujus Diœceseos fines Archipresbyteratum existere proponitur, debere eam jurisdictionem exercere.

Quando inferiores Ordinarii volunt procedere in criminalibus, si legitime constet de immemorabili quasi possessione Archipresbyteri in cognoscendis decidendisque causis criminalibus suorum Clericorum, Decretum hoc non derogavit huic immemorabili quasi possessioni, unde in ea Archipresbyter conservandus est. Supra hoc *cap.* §. *Causæ matrimon.*

11. *Archidiaconi.*) Hoc Decretum non impedit, ut Archidiaconus, cui competerent omnes oblationes, quæ ex benedictionibus nubentium percipiuntur, hujusmodi jurisdictiones exerceat, dummodo actus benedictionis relinquatur his, quibus ex Decret. Concil. *sess.* 24. *cap.* 1. *de reformat. matrim.* competit. Infra hoc *cap.* §. *Si autem.*

12. *Aut aliorum inferiorum judicio.*) Non comprehenduntur inferiores Prælati, qui sunt nullius Diœceseos. *Hoc sæpe resolutum est.*

Facta visitatione, & servatis de jure servandis non potest cogi unus suam innocentiam, & ex eadem causa coram Episcopo denuo purgare, nec debite punitus, ab eodem denuo potest puniri.

13. *Seu Archidiaconum.*) Hoc procedit in Archidiaconis & Decanis, qui sunt in Diœcesi Episcoporum; non autem in illis, qui nullius Diœceseos, & sic voluit Congregatio.

Quod Decani & cæteri hic nominati, non possunt cognoscere causas matrimoniales, hoc etiam procedit, si essent exempti.

Si autem isti Decani, Archidiaconi, & cæteri hic expressi, haberent aliquod emolumentum in benedictione annulorum pro Matrimoniis, vel aliis similibus, Concilium nihil eis præjudicavit: oportet tamen remanere salvam dispositionem *cap.* 1. *supr. eadem sess. de reform. matrim.* Paulo supra hoc *cap.* §. *Archidiaconi.*

14. *Expensis suis transferre.*) Non contrariatur *cap.* 3. *supr. Sess.* 3. nam ibi non loquitur de Notario, hic vero de Notario.

15. *Privilegiis.*) Nota Concilium dumtaxat privilegiis & consuetudinibus Ecclesiarum derogare voluisse, ne illarum prætexto excludatur Episcopus, volens visitare, corrigere & emendare.

REMISSIONES.

* * Pro ornatu hujus textus vide late tradita a Farinacio in *declaration. Sacræ Congregat. ab eo recollectis a fol.* 395. *in imprissis Lugduni* & quæ notant Aloys. Ricc. *decis.* 403. *& sequent. & in prax. var. resolut.* 123. & 130. Don Garsia Mastrilli, *decis.* 236. *ex num.* 4. *pag.* 3.

a *Coram Ordinariis.*) De inferioribus etiam habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem intelligi resolvunt Nav. *cons.* 2. *num.* 4. *sub tit. de foro comp.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 36. *art.* 4. Farinac. *p.* 4. *decis.* 100. Flamin. *de resign. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 19. ubi *num.* 22. resolvit, quod sub verbo Ordinarii comprehenditur etiam Vicarius Episcopi, de quo etiam P. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 5. & 17. Guttier. *de Matrim. cap.* 68. *num.* 14.

b *Infra biennium.*) Vide Monald. *cons. decis.* 94. Aloys. Ricc. in *collectaneis decis. part.* 4. *collect.* 1355. *in fine.* Zerol. *prax. Episc. p.* 1. *verb. Instantia*, *vers. Quarto*, *& vers. Sexto*, tenet hoc tantum fabire in Curia Romana, ubi lis sive instantia nunquam extinguitur, nisi per sententiam.

† Vide Paz. in *prax. tom.* 1. *in princ. annot.* 2. *ex num.* 9. *cum segq. & tom.* 2. *prælud. ult.* Trevisan. *decis.* 72. *num.* 14. *lib.* 2.

7 *Mota lites.*) Quando dicatur lis mota? Vide Rebuff. in *l. litis nomen* 36. *ff.* 206. *ff. de verbor. signific.* Cabed. *p.* 2. *decis.* 15. *num.* 11.

8 *Alioquin post id spatium, &c.*) Quod consensus prorogandi jurisdictionem tollitur litigantibus in prima instantia, resolvit Soarez de Paz. in *prax tom.* 2. *prælud. ult. num.* 18. *cum segq.*

c *Neque appellationes, &c.*) Vide Zerol. in *praxi Episcop. p.* 1. *verb. Appellatio*, § 1. *p.* 29. Soarez de Paz. in *praxi tom.* 1. *p.* 5. *in proœm. num.* 25. ubi *num.* 26. dicit hoc decretum procedere tam in interlocutoriis latis tam a judice ordinario quam a delegato, tam in prima instantia quam in secunda, quia non est correctorium juris communis, sed potius declaratorium.

* Vide etiam in *praxi tom.* 2. *p.* 2. *cap. uni. num.* 108. & *p.* 3. *cap. uni. num.* 14. Greg. Tholosan. *de appellation. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 21. Stephan. Gratian. *decis.* 97. 12 *num.* 1. & 14.

d *Vel a diffinitiva vim habente.*) Quod sententia, per quam denegatur appellanti, sit interlocutoria, habens vim diffinitivæ asserit Valasc. *cons.* 47. Idem de præcepto de solvendo tenetur Rot. Lucens. *decis.* 80. Et de sententia, qua judex pronuntiavit aliquem non esse minorem, vel non habere restitutionem, & quod ab ea possit appellari, affirmant Gamma *decis.* 159. *num.* 2. Vivi. *decis.* 302. Et quod possit appellari a sententia rejectionis probationem, admittunt Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 77. *num.* 11. *cum segq.* Surd. *decis.* 56. Et a sententia delationis juramenti alteri parti per judicem factæ, non diffitentur Mynsing. *cent.* 1. *observ.* 39. Lancelot. *de Attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 10. *num.* 190. Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. glossi.* 9. §. 1. *in annot. num.* 195. Et quod possit appellari a sententia missionis in possessionem, tenet Steph. Gratian. *decis.* 60. Et ab omissa condemnatione expensarum, firmant Gam. *decis.* 65. Guid. Papia *decis.* 42. Et quod possit etiam appellari a sententia sequestrationis mulieris, resolvit Ann. *alleg.* 82. & a sententia pronuntiantis, executionem esse revocandam, probat Amatis *decis.* 19. Et a sententia absolutionis instantiæ dicunt Crescent. *decis.* 6. Cabed. 2. Arefto 32. *in fine.* Et a sententia legitimationis personarum, Capell. Tholos. *decis.* 38. Et a sententia admissionis articulorum amplectuntur Gonzal. *d.* 8. 1. *in annot. num.* 191. Steph. Gratian. *d. cap.* 74. *num.* 25. Et ab incidentibus in causa suspicionis officialium, probat Vincent. de Franch. *decis.* 408.

e An ab interlocutoria, in qua judex declarat se competentem, detur appellatio? Negant Gam. *decis.* 159. & 362. Marc. Anton. de Amatis *decis.* 26. Cabed. *part.* 1. *decis.* 156. procedit Ordin. Regia Lusitanorum *lib.* 3. *tit.* 20. §. 9. *ibi*, *Porem no caso*, quæ loquitur de exceptionibus incompetentiæ de judicio seculari ad seculare? Affirmant Guid. Pap. *decis.* 10. Mynsing. *cent.* 3. *observ.* 35. Aloys. Ricci. in *Collect. decis. p.* 4. *Collect.* 1306. *in princ. pio*, Thom. Valasc. *tom.* 1. *Allegat. juris allegat.* 33. *num.* 5. ubi resolvit, quod in causa Remissionis provocantis ad Ordines non expeditur provocatio a judice, qui super ea judicavit per gravamen, sed per appellationem, procedat Ordin. Regia Lusitanorum, *lib.* 2. *tit.* 1. §. 28. *ibi*, *Posso que no caso per que seam remedios.*

f *Et cujus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat.*) Casus damni irreparabilis vide apud Joseph. Ludov. Perusina *decis.* 83. *per totam.* Ann. *allegat.* 82. Surd. *decis.* 56. Zerol. in *praxi Episc. p.* 1. *verbo*, *Appellatio*, § 6. Quarant. in *summa Bullarii*, *verbo*, *Archiepiscopi auctoritas*, *vers.* 18. *auctoritas*, *num.* 20. Ignat. del Villar. in *Stylus resposs. lib.* 1. *responsi.* 14. *num.* 6. latissime Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. glossi.* 9. §. 1. *in annot. num.* 189. *cum multis segq.* Steph. Grat. *discept. forens. cap.* 77. § Ricc. *decis.* 553. *num.* 4. Vide text. in *l.* 2. *ff. de appel. recip. l.* 3. *regni Castellæ tit.* 23. *pareis.* 3.

1 Quod idem resolvendum sit, & procedat hic text. quamvis tale gravamen possit reparari, sed magna cum difficultate, aut præjudicio partis, asserunt Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. glossi.* 9. §. 1. *num.* 177. Bernard. Grevæ. ad *pragm. Cameræ Imp. lib.* 1. *concl.* 129. *num.* 6. Aloys. Ricci, *Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 93. * & *decis.* 505. *num.* 2.

2 Quod captura afferat damnum irreparabile, & a sententia interlocutoria, ut quis in carcerem conjiciatur, potest appellari, affirmant Soar. & Donat. a Fin. *tom.* 2. *Commun. opin. lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 2. Maynard. *decis.* 25. *lib.* 2. Aloys. Ricci. in *Colle. decis. p.* 3. *Collect.* 642. *vers. Primo*, Cald. Pereira in *l. Si curatorem*, *verbo*, *per quod num.* 31. D. Barbos. in *l.* 2. *ff. Solute Matrim. in princip. p.* 2. *num.* 33. Prosp. de Augustino in *addit. ad Quarant. in summa Bullarii verbo*, *Archiepiscopi auctoritas*, *vers.* 18. *Auctoritas*, *num.* 20. *lit. ll. pag.* 64. & 71. ubi refert sacram Cardinalium Congreg. in hæc verba censuisse: Sanctissimus D. N. audita relatione Congregationis Concilii, declaravit ita esse intelligendum, & ideo ab hujusmodi gravamine appellari posse, & Ordinarium teneri processum transferre ad judicem appellationis, interim tamen reo manente in carceribus, donec judex appellationis causa cognita aliud juserit.

3 Quod rotura afferat damnum irreparabile, tenent Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 69. §. 1. Hippol. in *l.* 1. *ff. de quæst. num.* 34. Clar. *lib.* 5. §. *finali*, *quæst.* 61. *num.* 27. Azeved. *lib.* 3. *num.* 6. *tit.* 12. *lib.* 4. *novæ Recopil.* Carau. *Resp.* 229. Aloys. Ricci. *d. Collect.* 642. *vers. Secundo*, & *Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 13. Zerol. *dict. verbo*, *Appellatio*, § 9. ubi resolvit, quod quando omnia rite & recte processerunt, ut quia datæ fuerunt, & repulsa concessa, cum essent petita, & publicatus processus, & auditus reus in omnibus suis juribus cum ejus procuratore & advocato, & judicia non sunt evacuata per defensiones, & alia requisita acta sunt, & videtur potius

potius appellari ad dilatandum, & ad differendum sceleris punitiones, tunc non debet admitti appellatio a comminata tortura.

μ Quod a sententia Excommunicationis per Decretum interlocutorium prolata detur appellatio, quia continet damnum irreparabile, resolvunt Duenh. Reg. 32. fallent. 2. Rebuff. ad leges Galliæ, tit. de Frivolis appell. in Rub. sub gloss. 1. in fine vers. Fallit, quando gravamen. Gonzal. d. §. 1. in Annot. num. 179.

ν Quod sententia de compromisso faciendo, vel non, continet gravamen irreparabile, docet Montald. Cons. decis. 39. p. 2. Et de Decreto condemnationis ad triremes idem resolvit Vinc. de Franch. dec. 139.

ξ *Ab his excipiuntur causæ, &c.*) Quid in beneficiis reservatis ratione manus appositionis, an possit cognosci in Curia in prima instantia? Sacra Cardin. Congreg. decrevit, quod sic, teste Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 52. num. 36. & sequenti. † Vide text. in cap. nec licuit 17. dist. & in cap. majores, de Baptis. & Martam tract 209. per totum.

Auditores Cameræ causas obligarine Camerali firmatas in partibus existentes avocare posse, etiamsi extra Curiam contraxerint, & licet pendeant coram Ordinariis, resolvunt Lanc. de Attentatis, lite pendente, limit. 15. num. 8. & cap. 20. limit. 26. Flores Vari. quæst. lib. 1. quæst. 12. num. 48. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 118. in fine.

ο *Manu propria subscribendum.*) Vide Marchelan. in praxi commiss. 6. commiss. num. 52.

π *Ad hæc causæ matrimoniales, &c.*) Vide Gottlet. pract. lib. 3. quæst. 26. num. 1. Soarez de Pax. tom. 2. prælud. 1. num. 8. ubi etiam resolvit hoc Decretum non procedere in judicibus Ordinum Militarium, ad quos etiam pertinet cognitio causarum gravissimarum.

† Vide Mich. Agiam. de exhibend. anxil. fundamento 13. p. 513. Salzed. ad Bernard. Diaz in prax. can. cap. 3. lit. A. Bobadill. lib. 2. sue politicæ cap. 17. num. 32. Tiber. Decian. cons. 98. n. 3. & 6. vol. 2.

* *Aut aliorum inferiorum judicis.*) Vide Prosp. Farinac. decis. 100. per totum vol. 1. crim. Rotam novill. decis. 713. in recoll. a Farinac.

† *Episcopi tantum examine.*) Vide Menoch. cons. 69. n. 10.

* *Paupertatem probaverit.*) Vide Martam. d. tract 209. n. 7.

ρ *Et alimenta & expensas litis velit subministrare.*) Vide Crescent. dec. 233. Aloys. Ricc. in Collect. decis. 70. 4. Collect. 853. in mod.

σ *Eoque negligente.*) An propter negligentiam Episcopi devolvatur jurisdictio ad Archiepiscopum? Affirmant Affict. in cap. Imperialem, §. præterea, num. 33. de prohibita feudi alien. per Feder. Prosp. de Augustin. in addit. ad Quarant. in summa Bullarii, verbo, Archiepiscopi auctoritas, vers. 19. auctoritas, in fin. lit. M.

τ *Præterea si quis in casibus a jure permissis, &c.*) Vide Steph. Gratian. discept. forens. cap. 121. num. 15. ubi 2 num. 18. cum multis seqq. dicit, quod hæc Concilii dispositio habet locum etiam in actis factis in partibus coram judice delegato. Et procedere in quocumque judice censuit Rot. in una Majorig. Officii Pœnitentiariæ 1591. coram Illustriss. Blanchetto, refert Aloys. Ricci. in Collect. decis. p. 4. Collect. 1356. * Vide etiam Manticam decis. 2. ex num. 1.

† *Acta omnia, &c.*) Vide Pax. in praxi tom. 2. p. 5. cap. uni. num. 7. & 14. Petr. Greg. Tholosan. de appellation. lib. 6. cap. 7. num. 3. Rotam Romanam in decis. 69. num. 3. in recollectis a Farinac. & decis. 307. 657. & 812. Aloys. Ricc. decis. 510. num. 3. vers. Cæterum. Leonin. decis. 106. num. 4. Farinac. decis. 114. volum. 2. crim. & etiam decis. 116. 123. 143. 144. 161. & in decis. 178. 188. & decis. 200. & Giurbam. in decis. 29. num. 1. & seq.

* *Notarius congruæ mercedis accepta, &c.*) Vide Pax. in d. §. 5. p. cap. uni. num. 24. Greg. Tholosan. d. cap. 7. num. 3. & cap. 9. ex num. 2. & quæ dicta sunt sup. in sess. 23. cap. 3. de reform.

υ *Et aliis quibuscumque consuetudinibus.*) Sacram Card. Congreg. censuisse immemorabiles sub hoc Decreto non comprehendi, resolvit Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 33. num. 5. † & Farin. in præsenti, & Seraphin. decis. 583. num. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 402. num. 5. & 6. & Garc. de benefic. 3. p. cap. 2. num. 194.

Vide annot. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 33. *Card. de Luca.*

CA-

CAPUT XXI.

Declaratur ex certis verbis suprapositis non immutari solitam rationem tractandi negotia in generalibus Conciliis.

CUpiens sancta Synodus, ut ex decretis ab ea editis nulla unquam futuris temporibus dubitandi occasio oriatur, verba illa posita in decreto, publicato Sessione prima, sub beatissimo Domino nostro Pio IV. (a) videlicet: Quæ proponentibus Legatis, ac Præsidentibus, ad horum temporum levandas calamitates, sedandas de religione controversias, coercendas linguas dolosas, depravatorum morum abusus corrigendos, Ecclesiæ veram & Christianam pacem conciliandam apta & idonea ipsi sanctæ Synodo videbuntur; explicando declarat, mentis suæ non fuisse, ut in prædictis verbis solita ratio tractandi negotia in generalibus Conciliis ulla ex parte immutaretur; neque novi quidquam, præter id, quod a sacris Canonibus, vel generalium Synodorum forma hactenus statutum est, cuiquam adderetur, vel detraheretur.

a Sup. sess. 22.

Indictio futuræ Sessionis.

Insuper eadem sacrosancta Synodus proximam futuram Sessionem feria quinta post Conceptionem Beatæ Mariæ Virginis, quæ erit dies nona mensis Decembris, proxime venturi, iisdemque aliis ad eam pertinentibus. Si vero opportunum videbitur, & tempus patietur, poterit etiam de nonnullis dogmatibus tractari, prout suo tempore in Congregationibus proponentur.

Abbreviata est dies Sessionis.

SESSIO VIGESIMAQUINTA,

Quæ est nona, & ultima

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Cœpta die 3. absoluta die 4. Decemb. M. D. LXIII.

Decretum de Purgatorio.

a 87 CUm Catholica Ecclesia, Spiritu sancto edocta, ex sacris literis, & antiqua Patrum traditione, in sacris Conciliis, & novissime in hac œcumenica Synodo docuerit, (a) Purgatorium esse, animasque ibi detentas, fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio juvari; præcipit sancta Synodus Episcopis, ut fanam de Purgatorio doctrinam, a sanctis Patribus, & sacris Conciliis traditam, a Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & ubique prædicari, diligenter studeant. Apud rudem vero plebem difficiliores, ac subtiliores quæstiones, quæque ad ædificationem non faciunt, & ex quibus plerumque nulla fit pietatis

a 1. Cor. 3.

Aa ac-

potius appellari ad dilatandum, & ad differendum sceleris punitiones, tunc non debet admitti appellatio a comminata tortura.

μ Quod a sententia Excommunicationis per Decretum interlocutorium prolata detur appellatio, quia continet damnum irreparabile, resolvunt Duenh. Reg. 32. fallent. 2. Rebuff. ad leges Galliæ, tit. de Frivolis appell. in Rub. sub gloss. 1. in fine vers. Fallit, quando gravamen. Gonzal. d. §. 1. in Annot. num. 179.

ν Quod sententia de compromisso faciendo, vel non, continet gravamen irreparabile, docet Montald. Cons. decis. 39. p. 2. Et de Decreto condemnationis ad triremes idem resolvit Vinc. de Franch. dec. 139.

ξ *Ab his excipiuntur causæ, &c.*) Quid in beneficiis reservatis ratione manus appositionis, an possit cognosci in Curia in prima instantia? Sacra Cardin. Congreg. decrevit, quod sic, teste Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 52. num. 36. & sequenti. † Vide text. in cap. nec licuit 17. dist. & in cap. majores, de Baptis. & Martam tract 209. per totum.

Auditores Cameræ causas obligarine Camerali firmatas in partibus existentes avocare posse, etiamsi extra Curiam contraxerint, & licet pendeant coram Ordinariis, resolvunt Lanc. de Attentatis, lite pendente, limit. 15. num. 8. & cap. 20. limit. 26. Flores Vari. quæst. lib. 1. quæst. 12. num. 48. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 118. in fine.

ο *Manu propria subscribendum.*) Vide Marchelan. in praxi commiss. 6. commiss. num. 52.

π *Ad hæc causæ matrimoniales, &c.*) Vide Gottlet. pract. lib. 3. quæst. 26. num. 1. Soarez de Pax. tom. 2. prælud. 1. num. 8. ubi etiam resolvit hoc Decretum non procedere in judicibus Ordinum Militarium, ad quos etiam pertinet cognitio causarum gravissimarum.

† Vide Mich. Agiam. de exhibend. anxil. fundamento 13. p. 513. Salzed. ad Bernard. Diaz in prax. can. cap. 3. lit. A. Bobadill. lib. 2. sue politicæ cap. 17. num. 32. Tiber. Decian. cons. 98. n. 3. & 6. vol. 2.

* *Aut aliorum inferiorum judicis.*) Vide Prosp. Farinac. decis. 100. per totum vol. 1. crim. Rotam novill. decis. 713. in recoll. a Farinac.

† *Episcopi tantum examine.*) Vide Menoch. cons. 69. n. 10.

* *Paupertatem probaverit.*) Vide Martam. d. tract 209. n. 7.

ρ *Et alimenta & expensas litis velit subministrare.*) Vide Crescent. dec. 233. Aloys. Ricc. in Collect. decis. 70. 4. Collect. 853. in mod.

σ *Eoque negligente.*) An propter negligentiam Episcopi devolvatur jurisdictio ad Archiepiscopum? Affirmant Affict. in cap. Imperialem, §. præterea, num. 33. de prohibita feudi alien. per Feder. Prosp. de Augustin. in addit. ad Quarant. in summa Bullarii, verbo, Archiepiscopi auctoritas, vers. 19. auctoritas, in fin. lit. M.

τ *Præterea si quis in casibus a jure permissis, &c.*) Vide Steph. Gratian. discept. forens. cap. 121. num. 15. ubi 2 num. 18. cum multis seqq. dicit, quod hæc Concilii dispositio habet locum etiam in actis factis in partibus coram judice delegato. Et procedere in quocumque judice censuit Rot. in una Majorig. Officii Pœnitentiariæ 1591. coram Illustriss. Blanchetto, refert Aloys. Ricci. in Collect. decis. p. 4. Collect. 1356. * Vide etiam Manticam decis. 2. ex num. 1.

† *Acta omnia, &c.*) Vide Pax. in praxi tom. 2. p. 5. cap. uni. num. 7. & 14. Petr. Greg. Tholosan. de appellation. lib. 6. cap. 7. num. 3. Rotam Romanam in decis. 69. num. 3. in recollectis a Farinac. & decis. 307. 657. & 812. Aloys. Ricc. decis. 510. num. 3. vers. Cæterum. Leonin. decis. 106. num. 4. Farinac. decis. 114. volum. 2. crim. & etiam decis. 116. 123. 143. 144. 161. & in decis. 178. 188. & decis. 200. & Giurbam. in decis. 29. num. 1. & seq.

* *Notarius congruæ mercedis accepta, &c.*) Vide Pax. in d. §. 5. p. cap. uni. num. 24. Greg. Tholosan. d. cap. 7. num. 3. & cap. 9. ex num. 2. & quæ dicta sunt sup. in sess. 23. cap. 3. de reform.

υ *Et aliis quibuscumque consuetudinibus.*) Sacram Card. Congreg. censuisse immemorabiles sub hoc Decreto non comprehendi, resolvit Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 33. num. 5. † & Farin. in præsenti, & Seraphin. decis. 583. num. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 402. num. 5. & 6. & Garc. de benefic. 3. p. cap. 2. num. 194.

Vide annot. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 33. *Card. de Luca.*

CA-

CAPUT XXI.

Declaratur ex certis verbis suprapositis non immutari solitam rationem tractandi negotia in generalibus Conciliis.

CUpiens sancta Synodus, ut ex decretis ab ea editis nulla unquam futuris temporibus dubitandi occasio oriatur, verba illa posita in decreto, publicato Sessione prima, sub beatissimo Domino nostro Pio IV. (a) videlicet: Quæ proponentibus Legatis, ac Præsidentibus, ad horum temporum levandas calamitates, sedandas de religione controversias, coercendas linguas dolosas, depravatorum morum abusus corrigendos, Ecclesiæ veram & Christianam pacem conciliandam apta & idonea ipsi sanctæ Synodo videbuntur; explicando declarat, mentis suæ non fuisse, ut in prædictis verbis solita ratio tractandi negotia in generalibus Conciliis ulla ex parte immutaretur; neque novi quidquam, præter id, quod a sacris Canonibus, vel generalium Synodorum forma hactenus statutum est, cuiquam adderetur, vel detraheretur.

a Sup. sess. 22.

Indictio futuræ Sessionis.

Insuper eadem sacrosancta Synodus proximam futuram Sessionem feria quinta post Conceptionem Beatæ Mariæ Virginis, quæ erit dies nona mensis Decembris, proxime venturi, iisdemque aliis ad eam pertinentibus. Si vero opportunum videbitur, & tempus patietur, poterit etiam de nonnullis dogmatibus tractari, prout suo tempore in Congregationibus proponentur.

Abbreviata est dies Sessionis.

SESSIO VIGESIMAQUINTA,

Quæ est nona, & ultima

SUB PIO IV. PONTIFICE MAXIMO,

Cœpta die 3. absoluta die 4. Decemb. M. D. LXIII.

Decretum de Purgatorio.

a 87 CUm Catholica Ecclesia, Spiritu sancto edocta, ex sacris literis, & antiqua Patrum traditione, in sacris Conciliis, & novissime in hac œcumenica Synodo docuerit, (a) Purgatorium esse, animasque ibi detentas, fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio juvari; præcipit sancta Synodus Episcopis, ut fanam de Purgatorio doctrinam, a sanctis Patribus, & sacris Conciliis traditam, a Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & ubique prædicari, diligenter studeant. Apud rudem vero plebem difficiliores, ac subtiliores quæstiones, quæque ad ædificationem non faciunt, & ex quibus plerumque nulla fit pietatis

a 1. Cor. 3.

Aa ac-

accessio, a popularibus concionibus secludantur. Incerta item, vel quæ specie falsi laborant, evulgari, ac tractari non permittant. Ea vero, quæ ad curiositatem quamdam, aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt; tumquam scandala, & fidelium offendicula prohibeant. Curent autem Episcopi, ut fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, Eleemosynæ, aliaque pietatis opera, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri consueverunt, secundum Ecclesiæ institutа pie, & devote fiant, & quæ pro illis ex testatorum fundationibus, * vel alia ratione debentur; non perfunctorie, sed a sacerdotibus, & Ecclesiæ ministris, & aliis, qui hoc præstare tenentur, diligenter & accurate persolvantur.

REMISSIONES.

a Vide Valverd. Bellarm. & Lensen. in suis tract. de Purgatorio. Castr. adversus hæreses, ver. o, Purgatorium, P. Sot. de Institut. Sacerd. lect. 1. de Purgatoris, Theod. Pelitan. de Purgat. Cordub. lib. 1. quæst. 9. de Indulgent. Gregor. de Valentia, tom. 4. disp. 11. de locis seu receptaculis animarum post mortem, quæst. 11. puncto 1. Nicol. Diaz. en el tratado del juyzio final, c. p. 6. §. 2. P. Soarez tom. 4. disp. 45. sect. 1. optime el Doctor Martim. Carrillo en la explicacion de la Bulla de los defuntos, in princ. Ft. Emman. quæst. Regul. tom. 3. q. 44. art. 1. P. Ægid. de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 11.

β De loco Purgatorii, vide Valent. dict. quæst. 1. puncto 2. P. Soarez dict. disp. 41. sect. 2. D. Martin. Carrillo ubi supra p. 1. cap. 2. P. Ægid. d. disp. 11. dub. 2. num. 17. cum seq.

γ Quas pœnas animæ in Purgatorio patiantur; explicant Petr. Soarez lect. 2. de Purgat. Angles p. 1. Florum Theolog. qu. 4. de Purgat. diffic. 3. Joan. Lensen. de fidelium animarum Purgat. lib. 1. cap. 2. Vivald. in Candel. aureo, p. 1. de Purgat. num. 8. Card. Bellarm. lib. 2. de Purgat. cap. 16. cum quatuor seqq. P. Valent. dict. disp. 11. quæst. 1. punct. 2. P. Soarez tom. 4. disp. 46. sect. 1. & 2. P. Ægid. dict. disp. 11. dub. 3. num. 19. cum sequentibus, D. Martin. Carrillo ubi supra p. 1. cap. 3.

* Ex quæ pro illis ex testatorum fundationibus.) Vide Didac. Covar. in cap. 2. num. 5. & in cap. hæredes num. 1. & 4. de testam. & lib. 3. variar. resolut. cap. 6. & quos retulimus supra Sessio. 22. cap. 8.

De Invocatione, & veneratione, & Reliquiis Sanctorum, & sacris imaginibus.

a MAndat sancta Synodus omnibus Episcopis, & cæteris docendi munus, curamque sustinentibus, ut juxta Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ usum, a primævis Christianæ religionis temporibus receptum, sanctorumque Patrum consensionem, & sacrorum Conciliorum decreta, imprimis de Sanctorum intercessione, invocatione, Reliquiarum honore, & legitimo imaginum usu, fideles diligenter instruant, β docentes eos, Sanctos una cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre; bonum, atque utile esse suppliciter eos invocare; & ob beneficia impetranda a Deo per filium ejus JESUM Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor, & Salvator est, ad eorum orationes, opem, auxiliumque confugere: illos vero, qui negant Sanctos, æterna felicitate in cœlo fruentes, invocandos esse; aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare; vel eorum, ut pro nobis etiam singulis orent, invocationem esse idololatriam; vel pugnare cum verbo Dei, adversarique honori unius mediatoris Dei, & hominum Jesu Christi; vel stultum esse, in cœlo regnantibus voce, vel mente supplicare, impie sentire. Sanctorum quoque Martyrum, & aliorum cum Christo viventium sancta corpora, quæ viva membra fuerunt Christi, (a) & templum Spiritus sancti, ab ipso ad æternam vitam suscitanda, & glorificanda, a fidelibus veneranda esse: per quæ multa beneficia a Deo hominibus præstantur: ita ut affirmantes, Sanctorum Reliquiis veneretionem, atque honorem non deberi; vel eas aliaque sacra monumenta a fidelibus inutiliter honorari; atque eorum opis impetrandæ causa Sanctorum γ memorias frustra frequentari; omnino damnandos esse, (b) prout jam pridem eos damnavit, & nunc etiam damnat Ecclesia. Imagines porro Christi, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum, in templis præsertim habendas, & retinendas, eisque debitum honorem, & veneretionem impertiendam, non quod credatur inesse aliqua in iis Divinitas, † vel virtus, propter quam sint colendæ; vel quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda; veluti olim fiebat a Gentibus, quæ in idolis (c) spem suam collocabant; sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad (d) prototypa, quæ illæ repræsentant: ita ut per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & sanctos, quorum illæ similitudinem gerunt, veneremur, * id quod Conciliorum, præsertim vero secundæ Nicenæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores est sancitum.

Illud vero diligenter doceant Episcopi, per historias mysterium nostræ redemptionis, picturis, vel aliis similitudinibus expressas, eruditi, & confirmari populum in articulis fidei commemorandis, & assidue recolendis: tum vero ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi; non solum, quia admonetur populus beneficiorum, & munerum, quæ a Christo sibi collata sunt, sed etiam, quia Dei per Sanctos miracula & salutaria exempla oculis fidelium subjiciuntur; ut pro iis Deo gratias agant, ad Sanctorumque imitationem vitam moresque suos componant, excitenturque ad adorandum, ac diligendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut senserit, anathema sit. In has autem sanctas & salutares observationes, si qui abusus irrepserint, eos prorsus aboleri sancta Synodus vehementer cupit, ita ut nullæ falsi dogmatis imagines, & rudibus periculosi erroris occasionem præbentes, statuantur. Quod si aliquando historias, & narrationes sacræ Scripturæ, cum id indoctæ plebi expediet, exprimi, & figurari contigerit; doceatur populus, non propterea divinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici, vel coloribus, aut figuris exprimi possit. Omnis porro superstitio in Sanctorum invocatione, Reliquiarum veneratione, & imaginum sacro usu tollatur, omnis turpis quæstus eliminetur, omnis denique lascivia vitetur, ita ut procaci venustate imagines non pingantur, nec ornentur, & Sanctorum celebratione, ac Reliquiarum visitatione homines ad comessationes, atque ebrietates non abutantur; quasi festi dies in honorem Sanctorum per luxum, ac lasciviam agantur. Postremo, tanta circa hæc diligentia, & cura ab Episcopis adhibeatur, ut nihil inordinatum, aut præpostere, & tumultuarie accommodatum, nihil profanum, nihilque inhonestum appareat, (e) cum domum Dei deceat sanctitudo. Hæc ut fidelius observentur, statuit sancta Synodus, nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia etiam quomodolibet exempta, β ullam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit, nulla etiam admittenda esse nova miracula, γ nec novas Reliquias recipiendas, nisi eodem

a 1. Cor. 3.

b Concil. Nic. 2.

c Ps. 134. d.

d Concil. Nic. 2. act. 3.

e Psal. 92. 2. c. decr. de Immun. Eccl. in 6.

recognoscente & approbante Episcopo, qui simul atque de iis aliquid compertum habuerit, ζ adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciat, quæ veritati, & pietati consentanea judicaverit. Quod si aliquis dubius, aut difficilis abusus sit extirpandus, vel omnino aliqua de iis rebus gravior quæstio incidat; Episcopus antequam controversiam dirimat, Metropolitani, & comprovincialium Episcoporum, in Concilio Provinciali sententiam exspecter; ita tamen, ut nihil, inconsulto Sanctissimo Romano Pontifice, novum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur.

REMISSIONES.

α Vetustissimum esse in Ecclesia Dei, & a sanctis Patribus comprobatum usum sanctarum imaginum pictarum, earumdemque adoratio pluribus testimoniis confirmatur: & resolvuntur Sim. Majol. in *tract. de sacris imaginibus*. Alphons. a Castro *lib. 8. adversus hæreses, verb. Imago*. Sebast. Medices in *summa omnium hæresum, p. 1. verb. Imago*. Guillelm. Daran. in *rationali divin. offic. lib. 1. cap. 3.* Simanch. *de Cathol. institt. cap. 33. a princ.* Barthol. a Medi. *p. 3. instr. de Confessore, cap. 14. §. 1. post med.* Card. Bellarm. in *disp. fidei Cathol. controv. 7. lib. 2.* Azeved. *lib. 3. a princ. tit. 1. lib. 1. novæ Recop.* Fusc. *de Visitat. lib. 1. cap. 9.* Fr. Hieron. Roman. *lib. 4. de Republ. Christianæ, cap. 7. fol. 199.* Navar. in *Manual. cap. 11. num. 21. vers. 7. & cap. 27. num. 196.* Sarm. *lib. 2. Selectar. cap. 14. num. 2.* Valent. 2. 2. *disp. 6. quæst. 1. punct. 6.* P. Soarez in 3. *part. D. Thom. quæst. 25. art. 3. disp. 54. per septem sectiones*. Valquez *de Adorat. imag. lib. 3. disp. 3. num. 78.* P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 9. cap. 6. col. 855. cum seqq. & cap. 8. col. 864.* Et Emmanuel *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 55. art. 1.*

* Vide etiam Majol. *de sacris imaginib. 3ro 21o. maxime centur. 13. ex cap. 14. & centur. 7. cap. 2. & 4.* & relatos a nostro Petro Cened. in *collectan. 22. ad sextum, & in collectan. 52. ad decretales ex num. 1.*

β *Decentes eos Sanctos una cum Christo regnantes*.) Vide Navar. in *tract. de Orat. nosab. 1. num. 21.* D. Cyprian. *epist. 57.* & ibi laram additionem Jacobi Pamelii *num. 14.*

γ *Memoriæ frustra frequentari*.) De peregrinatione ad Sanctorum memorias, vide Fr. Joseph. de Siguenza in *vita D. Hieronymi lib. 4. cap. 9. per. mihi 451.*

† *Inesse in eis aliqua divinitas, &c.*) Vide Majolum dicta *centur. 7. n. 2.* Contad. Brun. *de caremon. Ecclesiast. lib. 6. cap. 7. fol. mihi 206.*

* *Quorum illæ similitudinem gerunt, venerentur*.) Vide B. Augustin. in *tom. 9. operum suorum, l. ubi. de visitatione infirmorum*. Azeved. late in *L. 3. tit. 1. lib. 1. novæ Recopil.*

δ *Ullam insolitam ponere, vel prorsus curare imaginem*.) Vide late Thom. Sanchez in *præcept. Decal. lib. 2. cap. 43. num. 6.* ubi *num. 7.* cum Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 9.* in fine resolvit, nec in aliati domus privatæ licere eam imaginem Sancti non canonizati tenere, si sola in eo sit, & cum lampade, & *num. 10.* asserit solas reliquias Sancti canonizati posse Episcopum approbare, ut publice veneratæ.

ε *Nec novas reliquias recipiendas*.) Sacra Cardinalium Congregatio sic censuit: Sanctorum reliquiæ antiquæ habendæ sunt in illa veneratione, qua hactenus fuerunt, si vero sint novæ, Episcopus servet hoc Decretum.

ζ *Adhibitis in consilium Theologis*.) Vide P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 9. cap. 8. coll. 866.*

De Regularibus, & Monialibus.

EAdem sacrosancta Synodus reformationem prosequens, ea, quæ sequuntur, statuenda esse censuit.

CAPUT I.

Secundum tenorem & rigorem suæ regulæ indispensabiliter vivant Regulares, idque observari curent Superiores valde strictè.

QUoniam non ignorat sancta Synodus, quantum ex Monasteriis pie institutis, & recte administratis, in Ecclesia Dei splendoris, atque utilitatis oriatur; necessarium esse censuit, quo facilius, ac maturius, ubi collapla est, vetus & regularis disciplina instauretur, & constantius, ubi conservata est, perseveret, præcipere, prout hoc Decreto præcipit: α ut omnes Regulares, tam viri, quam mulieres, ad Regulæ, quam professi sunt, præscriptum vitam instituant, & componant; atque inprimis, 1. quæ ad hæc professionis perfectionem (*a*) ut obedientiæ, paupertatis, & castitatis, ac si quæ alia sunt alicujus Regulæ, & Ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum respective essentiam, necnon ad communem vitam, victum, & vestitum conservanda pertinentia, fideliter observent. β Omnisque cura & diligentia a Superioribus adhibeatur tam in Capitulis generalibus, & provincialibus, quam in eorum visitationibus, quæ suis temporibus facere non prætermittant, ut ab illis non recedatur: (*b*) cum compertum sit, γ ab eis non posse ea, quæ ad substantiam Regularis vitæ pertinent, relaxari. Si enim illa, quæ bases sunt, & (*c*) fundamenta totius Regularis disciplinæ, exacte non fuerint conservata, totum corruat ædificium, necesse est.

α Clem. exivi. ¶. cum igitur, in princip. & verb. fign.

b c. cum ad monasterium, in fin. de statu monach.

c c. cum Paulus, 1. §. 2.

DECLARATIONES.

1. *Quæ ad suæ professionis perfectionem*.) Censuit tamen Congregatio, quod Ordinarius permittere debet tertiarias Moniales S. Francisci sub obedientia Fratrum Minorum, quemadmodum ante fuerunt, & providere, ut professionem trium solemnium votorum quampimum emittant, ex instituto religionis S. Francisci, cui sunt additæ: si tamen non emiserunt, eas cogere non debet, ut habitum mutent, vel ut velo nigro utantur, si illarum Ordo id non requirat. Postremo infra septa monasterii illas claudere debet. Infra *Sess. 25. de Reform. Regul. cap. 5. §. Clausuram*.

REMISSIONES.

α *Ut omnes Regulares, &c.*) Vide opti. *Conc. Trid. cum Gall.*

me Nav. in *cap. Nullum 14. q. 2. num. 24. & 32. & in cap. Statutum 19. q. 3. num. 66.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 37. art. 3. & tom. 3. q. 29. art. 14.* P. Ribaden. *in libro, quem in lucem edidit, pro defensione Societatis JESU cap. 18.*

β *Omnisque cura & diligentia a superioribus, &c.*) Vide Fr. Emman. *tom. 2. quæst. 4. art. 2.* Et quomodo Prælati in reformatione debeant se habere, vide *q. 73. art. 4.*

γ *Ab eis non posse ea quæ ad substantiam regularis vitæ pertinent, relaxari*.) Vide Fr. Emman. *tom. 1. quæst. 26. art. 1.* P. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 390. & 396. vers. Octavum.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 34. Card. de Luca.*

CAPUT II.

Proprietatis vitium a Monasteriis extruditur: cuncta collata legata convenienter distribuuntur. Proprietarius biennio esto elinguis in Capitulo & de eo taceatur.

1. α * NEmini igitur Regularium, tam virorum, quam mulierum, liceat β &c. bona immobilia, vel mobilia, cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita (*a*) tamquam propria, † aut etiam nomine conventus, 2. possidere, vel tenere, sed statim ea 3. Superiori tradantur, 4. conventuique incorporentur. * 5. Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, † etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam. 6. Administratio autem bonorum Monasteriorum, seu conventuum ad solos officiales eorumdem, 7. ad nutum Superiorum amovibiles, pertineat. Mobilium vero usum ita Superiores permittant, ut eorum suppellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat; 8. nihilque superflui in ea sit: 9. nihil etiam, quod necessarium, eis denegetur. * ζ Quod si quis

α c.2. & c. cum ad Monasterium, de stat. reg.

aliter quidquam tenere deprehensus, aut convictus fuerit, 10. is biennio activa & passiva voce privatus sit, atque etiam juxta suæ Regulæ, & Ordinis constitutiones puniatur.

DECLARATIONES.

1. *Nemini igitur Regularium.*) Regulares tam fœminæ, quam masculi, non possunt tenere propria, sed omnia dare debent suis superioribus, per quos provideatur primo, ut subveniatur necessitatibus earum, vel eorum, quibus munera destinata fuerunt.

2. *Possidere vel tenere.*) Monialis tamquam proprium possidere nihil possunt, etiam de eo, quod suis manibus laborando acquirunt, vel eis a parentibus donatur, etiam hoc posito quod Monasterium esset pauperrimum.

3. *Superioribus tradantur.*) Moniales & Regulares cæteri res etiam parvi momenti sibi donatas, aut alias acquisitas, ut proprias, retinere non possunt, sed Superiori relinquendæ sunt.

4. *Conventui incorporentur.*) Quicquid singulæ moniales, quorumque titulo, acquisierint, totum ad Abbatissæ manus deferri oportet: quæ in primis ex hujusmodi acquisitionibus subveniat arbitrio suo necessitatibus illius monialis, cujus opera, vel contemplatione fuerunt datæ: quod vero reliquum erit convertat in communem usum totius Monasterii, curabit ut victus monialium quotidianus communis sit, & in coctura, & in usu.

In causa D. Aldonzæ de Toledo, quæ vito mortuo, facta est monialis S. Francisci, sibique permittente filio reservavit circiter 200. aureos ad usum suum, quia contra Concilium est moniales habere aliquid proprium, visum est dandam eam pecuniam Priorissæ, quæ providebit necessitati ipsius Aldonzæ.

Si quis affert munera vel eleemosynam, vel aliquid, quod Sectarum Virginum manibus elaborandum sit, det Abbatissæ, vel illis, quæ ab ea præpositæ sunt, modo præsente earum procuratore, neque alii det, neque cum ea quisquam præterea alloquatur.

5. *Nec deinceps liceat superioribus.*) Nisi soli Papæ, qui solet monachis concedere vim testandi, dummodo consensus superioris ad illud accedat, & de modica quantitate disponatur.

Ex dispositione inferiorum Summi Pontificis, non licet Regularibus possidere vel tenere agros, annuos reditus, aliaque bona immobilia superflua, obstante hoc Decreto.

6. *Administratio autem bonorum.*) Electio Officialium, qui administrarunt jura Monasteriorum bona, ad Monasterii spectat Superiores: & ideo licet Episcopus sit eis Superior, ipsi tamen possunt eligere officiales, non autem id facere Episcopus.

Officiales electi pro administratione bonorum Monasterii, a Superioribus ejusdem, possunt (prout magis expedire videbitur) reditus ipsorum Monasteriorum in loco convenienti, etiam extra Monasterium conservare, & de eisdem ministrare pro tempore necessitatis ipsis monialibus.

Moniales deputatæ in Officiales reditum Monasterii a suis Superioribus illos administrare possunt sine ullo peccato.

7. *Ad usum Superiorum immobilia pertinent.*) Et autem solum sunt, qui distributionem bonorum habent, nam alios amovere non possunt ad nutum.

Moniales ergo illæ, quæ a Capitulo sui Monasterii in officiales hujusmodi eligi fuerint, propter administrationem bonorum immobilium dicti Monasterii, si dicto Monasterio visum fuerit, amoveri possunt.

Licet administrantes bona temporalia Monasteriorum & Officiales possint amoveri ad nutum Superiorum ex hoc Decreto, in eo tamen non comprehenduntur officiales, qui bona temporalia non administrant, sed hoc relinquitur dispositioni juris communis, & statutorum suæ religionis.

Civitates sunt nonnullæ, quibus a Sede Apostolica concessa fuit administratio bonorum temporalium ex custodia clausæ, & facultate, hac adhibita moderatione (ut *debent*, videlicet, *& quoad temporalia, & clausuram tantum*) electi ergo a civitate, gubernent Monasteria monialium, cum interventu tamen, & consensu Superiorum dictorum Monasteriorum, & quidem tot ex ipsis laici sint ætatis saltem 40. annorum, & præterea talis gubernationis non possint loqui cum monialibus aut earum Monasteria ingredi, nisi cum necessitas sui officii id postulaverit, & tunc quoque nonnisi in præsentia Superiorum ipsarum monialium.

8. *Nihilque superflui in ea sit.*) Superiorum arbitrio, & præfinitioni stare debent regulares, quoad mobilium superfluitatem, vel convenientiam: nisi de excessu arbitrii constiterit, habita videlicet ratione personæ, officii, & regularis status pauperta-

tisque, quam professi sunt, & cæterarum iridem qualitatum.

9. *Nihil etiam, quod sit necessarium.*) Superiore quamtumvis requisito, necessaria suis regularibus negante, vel subtrahente, licet ipsis clam, vel eo invito, illa sibi comparare seu retinere, etiamsi eadem necessaria negentur, quia monasterii faculates non suppetunt, si prædicta necessitas sit ad individui sustentationem.

Superiores hoc caput declarate & interpretari non possunt.

Si moniales victui, & vitæ suæ aliter consulere non possint, nisi sustentaremur artificio operum, quæ manibus elaborantur ac efficiuntur, non prohibentur earum rerum emptiones, & venditiones facere, modo stricta earum & honesta clausura servetur, prout illarum institura, & Concil. Trid. Decreta postulant. Infra *cap.* 3. §. *In prædictis.*

Præsupposito quod Superiores Regularium non possint eis concedere licentiam possidendi immobilia superflua, juxta novissimam decisionem Congregationis, per talem licentiam regulares ipsa immobilia vel mobilia superflua possidentes, a culpa, vel a pœna non excusantur. Nec credendum est Superioribus asserentibus se posse concedere licentiam possidendi mobilia aut immobilia superflua.

10. *Biennio activa & passiva voce privetur sit.*) In omnibus actibus Capitularibus, non tamen in electionibus hoc intelligitur.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 57. *art.* 2. & *quæst.* 47. *art.* 5. & *quæst.* 125. *art.* 4. & *tom.* 3. *quæst.* 29. *art.* 8. n. 10. & 12. Aloys. Ricc. in *Collect. decis. part.* 1. *Collect.* 310. Late Fr. Joan. de la Cruz *de statu religiosi, lib.* 1. *cap.* 3. P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib.* 18. *num.* 397. *cum sequent.*

b Vide etiam Franc. Vivi. *decis.* 314. *num.* 12. *lib.* 2. Camil. Borrel. *cons.* 7. *per totum* maxime *num.* 57. Ricc. in *praxi var. resolut. cap.* 194.

c *Bona immobilia, vel mobilia.*) Sacra Cardin. Congregatio ita censuit: Regulares tam fœminæ, quam masculi, non possunt tenere propria, sed omnia dare debent suis Superioribus; a quibus primo subveniendum est necessitatibus earum, vel eorum, quibus munera destinata fuerunt. Itaque monialibus non licet possidere propria, & si quid legatum, relictum, datum, donatumve fuerit, vel earum labore, vel industria partum, tradi debet Abbatissæ, quæ ex eo primum monialis ipsius, cujus causa id quæsitum est, necessitati providebit, reliquum conferre debet in usum Monasterii, referunt Navar. in *Comment.* 2. *de Regularib. num.* 38. & *in tract. de Redditib. Eccles. quæst.* 1. *num.* 84. P. Azor. *instit. Moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 19. *quæst.* 2. *prope finem.*

7 An liceat Monialibus fœminis nutu, & consensu Superiorum retinere & possidere reditus, sive census certos ad vitam sibi a parentibus, propinquis, vel amicis affignatos ad suæ vitæ usus necessarios? Vide Sylvester. in *summa verbo, Religio* 6. *num.* 7. *vers. Tertium*, Cord. *tract. Casuum conscientiæ, quæst.* 34. Pett. Navar. *de Restit. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *a num.* 166. Barthol. Humald. *l.* 14. *gloss.* 2. *tit.* 7. *part.* 1. Navat. *Comment. de Regul. num.* 14. P. Azor. *d.* §. 1. *lib.* 12. *cap.* 9. *quæst.* 2. Latissime Fr. Joan. de la Cruz *de statu religi. lib.* 1. *cap.* 3. *dubit.* 2. ubi resolvit religiosos habentes census, & reditus annuos, non peccare & allerit Concilii prohibitionem habere tantum locum in reditibus, ut propriis, & irrevocabilibus per Prælatos, & sine eorum licentia distrahendis: dicit etiam Clem. VIII. in Motu, qui incipit Religiosæ Congregationis, edito 3. Kal. Jul. anni 1594. multa vetare religiosis utriusque sexus excepris Militaribus, circa largitionem munerum.

d An Monachus factus Episcopus habeat bonorum, seu fructuum dominium, & proprietatem? Negant D. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 11. *ad* 4. & *quæst.* 185. *art.* 2. Navar. *de Redditib. Ecclesiast. p.* 1. *de fens. monita* 11. & 13. P. Molin. *de Justit. tract.* 2. *disp.* 140. *ad finem*. Pett. Ledesm. in *summa* 3. 2. *tract.* 10. *ad* 4. & *tract.* 32. *cap.* 3. *del estado de los Obispos, concl.* 25. *verso digo lo tercero*. P. Lessi. *de Justit. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 29. & *cap.* 40. *num.* 113. Ribad. *d. cap.* 18. ubi solos asserit Papam in effectu dispensare cum Religioso Episcopo, ut sit Dominus, & habeat proprietatem reditum. Et quod possit dispensari cum monacho in sensu diviso, id est, faciendo de monachio non monachum, & extrahendo eum a Religione, favet Valent. *d. tom.* 3. *disp.* 10. *quæst.* 4. *p.* 2. P. Vasquez *disput.* 163. *num.* 104. P. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 6. P. Lessi *d. cap.* 41. *a num.* 4. P. Valer. Regin. in

praxi fori pœnit. lib. 18. num. 397. vers. neque vero. Motta lib. 2. cap. 2. §. 7. num. 10. asserentes text. in cap. Cum ad monasterium, in fine, de statu Monach. intelligi in sensu compositio, id est, cum monacho manente monacho.

a Quod professio facta cum conditione, pacto, seu modo de retinendo, seu habendo proprio, non valeat, sed vitietur, ex tali adjectione, utpote contra substantiam illius, resolvunt Abb. in cap. fin. num. 7. de Condition. apposit. & in cap. fin. num. 6. Qui clerici vel voventes, Bern. Reg. 521. Garc. Reg. 320. num. 2. Menoch. lib. 3. de successiv. creat. §. 27. num. 177. Spin. in Speculo testam. gloss. 12. num. 12. Caval. comm. contra commun. quæst. 85. Fr. Ludov. Lop. in instr. Conscient. tom. 2. p. 2. cap. 42. circa finem. P. Lelli. de Justit. lib. 2. cap. 41. num. 63. Joan. Ramirez. de Confirmat. D. Jacobi, cap. 11. a num. 18. P. Azor. d. p. 1. lib. 12. cap. 5. quæst. 2. asserentes etiam, text. in d. cap. fin. Qui Clerici, vel Monachi, intelligi de retentione, seu reservatione bonorum ad usum professantis in domo propria pro suis necessitatibus, tanquam obedientiarii, & ex voluntate Prælatis.

† Tanquam propriæ.) Vide Hondedeum in cons. 78. n. 12. vol. 2.

* Conventuique incorporentur.) Vide Panorm. in cap. ne religiosi, num. 3. de regular. Trevisan. decis. 41. num. 6. lib. 3. decis. 30. rod. lib. post Zabarel. cons. 6. num. 2. Menoch. cons. 322. ex num. 59. Honded. cons. 76. num. 12. vol. 2.

† Aliqui regulari concedere, &c.) Vide Navar. cons. 20. ex num. 2. lib. 3. de regularib. Roram noviss. decis. 216. num. 12. p. 2. diversf. Honded. d. cons. 78. num. 44. vol. 2.

* Nihil etiam, quod sit necessarium eis denegetur, &c.) Juxta illud Apostoli ad Tim. 1. cap. 6. & Lucæ ultimum 4. Bottel. d. cons. 17. n. 64.

ζ Quod si quis aliter, &c.) Vide Nav. in cap. non dicatis 12. quæst. 2. notab. 1. num. 35. 41. 48. cum seqq. & in cap. Nullum 18. quæst. 2. num. 3. cum seqq. Lud. Beja Resp. casuum consc. p. 3. casu 36. fol. 380. & p. 4. casu 17. fol. 418. & casu 32. fol. 458.

Vide annotat. ad hoc caput in appendice sub discursu 34. Card. de Luca.

CAPUT III.

Omnia monasteria, præter monasteria Minorum de Observantia & Capucinorum, possunt possidere bona immobilia. Plures non recipiantur in monasteriis, quam honeste sustentari possint ex reditibus aut Eleemosynis.

a COncedit sancta Synodus omnibus monasteriis, & domibus tam virorum, quam mulierum, & mendicantium, (a) exceptis domibus fratrum Sancti Francisci, † Capucinorum, & eorum, 1. β qui Minorum de Observantia vocantur, etiam quibus aut ex constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum, ut deinceps 2. bona immobilia * eis possidere liceat. † Quod si aliqua loca ex prædictis ɣ quibus auctoritate Apostolica similia bona possidere permissum erat, eis spoliata sint, eadem omnia illis restituenda esse decernit, (b) 3. In prædictis autem monasteriis, & domibus tam virorum, quam mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, 4. δ ita tantum numerus constituatur, ac in posterum conservetur, qui vel ex reditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commode possit sustentari, 5. ε nec de cætero similia loca erigantur sine Episcopi, in cujus diœcesi erigenda sunt, licentia prius obtenta.

a Conc. Arel. 2. 3. Conc. Mogunt. can. 15. 16. & 18. adducitur a Gratian. can. 1. dist. 18. Nicol. de Tudeschis, Abb. cons. 18. lib. 1. Felin. in cap. Cum ad monasterium, de stat. Monach. num. 11. Ias. de Ravenna, Clerico, Mantic. & Ioan. Andr. de hac, & aliis citatis per Gratian. d. can. 1. dist. 18. n. 6.

DECLARATIONES.

Congregatio Concilii censuit, posse Episcopum compellere regulares ad publicas processiones accedere recusantes, facultate sibi tributa Decreto Conc. c. 13. *Sess.* 25. *de regul.* & controversias præcedentiæ omnes omni appellatione componere, ad præscriptum dicti c. 13. observata tamen quoad Regulares & confraternitates, constitutione sanctæ mem. Greg. XIII. de hac re edita. Nullius 20. Mart. 1572.

1. Qui

1. *Qui minorum de observantia vocantur.*) Hi possunt perquirere & colligere quæcunque eleemosynas exceptis pecuniis. In hac autem exceptione Fratrum minorum de observantia, non comprehenduntur moniales S. Claræ.

Hispalen. 26. Mart. 1592.

Congregatio Concilii censuit, in exemptione Fratrum Minorum de observantia, quæ habent in Decret. *cap.* 3. *Sess.* 25. *de Regul.* exceptis domibus non comprehendi Moniales S. Claræ.

2. *Bona immobilia.*) Executio hujus Decreti competit Episcopis, & regularibus respective, *Pius V. in Bulla publicata 4. Kal. Jun.* 1566.

3. *In prædictis autem.*) Monialibus, quæ non habent aliunde, unde commode se sustentare valeant, licet artificio & manibus propriis victum sibi quærere, dummodo honesta & stuta earum claustra servent, prout a Concil. Trid. decretum est, & visum est Congregationi, Sup. hujus *sess.* c. 2. §. *in monialibus.*

4. *Ita tantum numerus.*) Ordinarii monialiumque Superiores nullatenus permittere debent, ut plures in illarum Monasteriis recipiantur, quam ex propriis monasterii reditibus vel consuetis eleemosynis possint sustentari.

In constituendo ergo numero monialium observari debet hujus Capituli Decretum. De dotibus autem nihil certi cum eis statutum est; sed prout qualitas personarum & temporum postulabit, est faciendum: nec quod datur a moniali Monasterium ingredienti, dotis nomine proprie vocari debet, sed dicendum est, quod id tribuatur pro alimentis ac necessaria sustentatione personæ, quæ monasterium ingressa est.

5. *Nec de cætero similia loca erigantur.*) Monachi non possunt Monasteria ædificare in Parochia, in qua ex non habent, sine cognitione & licentia Papæ, ex Decreto Congregationis.

Licet nova monasteria erigi sine consensu Episcopi non possint, fabricæ tamen eorum jam cœptæ sine licentia perfici possunt.

REMISSIONES.

a Vide Navar. in *Tract. de Orat. cap.* 22. n. 82. Fr. Emman. 9. *Regul. tom.* 3. *quæst.* 29. *art.* 14. Pi Azor. *instit. Moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 23. *quæst.* 8. Fr. Joan. de la Cruz *de stat. Relig. lib.* 1. *cap.* 4. * Vide etiam tradita per Roram *novissi. dec.* 730. *in recollectis a Farin.* Honded. *cons.* 76. num. 24. & 33. vol. 2. Lud. Molinam *Theol. de justit. & jure tom.* 1. *disput.* 139. *colum.* 1. Jo. Steph. Duranti in *suis quæst. notatis utriusque juris quæst.* 6. Grilenzonius *cons.* 1. *num.* 11. & 16. Navar. *de Regular. commentar.* 2. num. 50. & 54. Menoch. *cons.* 1014. *anno* 13. & Mantic. *decis.* 225.

† *Fratrum sancti Francisci,*) Vide Hond. *cons.* 78. n. 23. & 26. *vol.* 2.

β *Qui minorum de Observantia vocantur.*) Sacra Cardinal. Congreg. ita censuit: In hac autem exceptione fratrum Minorum de observantia non comprehenduntur moniales S. Claræ.

* *Ut deinceps bona immobilia,* &c.) Vide Castill. Botrel. *cons.* 19. *per totum* & *præcipue num.* 37.

† *Eis possidere liceat,* &c.) Vide Honded. *dict. cons.* 76. *num.* 3. 7. 8. 22. 29. & *sequent.*

γ *Is tantum numerus constituatur, ac in posterum conservetur, qui vel ex reditibus,* &c.) Vide *cap.* 1. §. *fine, de statu Regular. lib.* 6. Navar. in *tract. de Redditib. Eccles. q.* 1. *monitu* 62. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 48. *art.* 1. Zerol. in *praxi Episcop. p.* 1. *verbo, Moniales,* §. 6. *p.* 255. Pal. Azor. *instit. Moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *quæst.* 1. Quarant. in *Summa Bullarii verbo, Monasteria monialium p.* 359.

δ Utrum cum expletus est numerus personarum religiosarum, quæ ali possunt ex annuis reditibus monasterii, possit aliqua sufficienter dotata cum sua dote super illum numerum admitti? Affirmant Navar. *d. monitu* 62. P. Sotr. *de Relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 17. P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœn. lib.* 23. *n.* 149. resolventes textum in præsenti cum similibus intelligendum esse prohibere, ne quando plures fœminas monasterium alere non potest quam in eo jam sint, non admittantur aliæ sine dote expensis monasterii alendæ.

ε *Nec de cætero similia loca erigantur tam mulierum, quam virorum sine Episcopi, in cujus diœcesi erigenda sunt, licentia prius obtenta.*) Vide Fr. Emman. *tom.* 1. *quæst.* 23. *art.* 7. & *tom.* 2. *q.* 40. *art.* 3. Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. l.* 2. *cap.* 8. Zerol. in *praxi Episcop. p.* 1. *verbo, Monachi,* §. 1. & 2. ubi dicit, sacram Card. Congreg. censuisse in hæc verba: Monachi non possunt ædificare monasteria in Parochia, in qua id non habent fine cognitione, & licentia Papæ.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 35. *Card. de Luca.*

CA-

CAPUT IV.

Regularis subjiciens se obsequio alicujus alterius loci aut personæ prætextu pii operis, sine Superioris licentia, puniendus est; sicut & a conventu recedens ad superiores, nisi ab eis fuerit appellatus: Regulares studiose vivant, in communitate.

a c. quanto. de off. ord. Clem. ne in agris. §. quia vero. de statu monach.

a PRohiber sancta Synodus, ne quis Regularis, sine sui Superioris licentia, prædicationis, vel lectionis aut cujusvis pii operis prætextu, (a) subjiciat se obsequio alicujus Prælati, Principis, vel Universitatis, vel Communitatis, aut alterius cujuscunque personæ, seu loci, neque ei aliquod privilegium, aut facultas ab aliis super eis obtenta, suffragetur. Quod si contra fecerit, tanquam inobediens, arbitrio Superioris puniatur. β γ Nec liceat Regularibus a suis conventibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos, accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui vero sine prædicto mandato, in scriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinariis locorum, 1. tanquam desertor sui instituti puniatur. Illi autem, qui studiorum causa ad Universitates mittuntur, in conventibus tantum habitent: alioqui ab Ordinariis contra eos procedatur.

DECLARATIONES.

1. *Tanquam desertor sui instituti puniatur.*) Sunt igitur tales puniendi, sed non sunt ideo excommunicati per Concilium Tridentinum.

REMISSIONES.

a Vide P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib.* 18. c. 28. n. 40. *cum sequentib.* Fr. Jo. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 1. *cap.* 6. *de voto Obedientiæ.*

β *Nec liceat Regularibus a suis conventibus recedere, &c.*) Vide Navar. *Comment. 2. de Regularib. n.* 61. *& Comment.* 3. *n.* 50. Fr. Emman. *tom.* 1. *quæst.* 30. *art.* 3. *& 4. & tom.* 2. *quæst.* 53. *art.* 10. Sayr. *in Clavi Regia lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 37. *cum seqq.* P. Azor. *instit. Moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 11. *quæst.* 7. *vers. Cæterum, & quæst.* 8. resolvit tuto religiosum e monasterio fugere posse, cum in eum plus æquo superior sæviverit, si certo, & evidenter constiterit de superioris sævitia.

γ Apud Religiosos adire superiorem ob justum gravamen ad conquerendum de illo, habere vim appellationis, neque id verare Concilium in præsenti, docet Navar. in *cap. Non dicatis*, 12. *quæst.* 1. *num.* 61. quamvis prædictus accessus ob hanc causam ad superiorem fieret sine licentia, & consensu sui superioris, resolvit Fr. Emman. *tom.* 1. *quæst.* 30. *art.* 3. asserens opinionem D. Basnes in 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. procedere posse casu, quo non constaret de injustitia gravaminis: qui etiam Fr. Emman. *d. tom.* 1. *quæst.* 29. *art.* 1. refert per sacram Congreg. Illustr. Card. esse interpositum decretum anno Dom. 1587. ut appellatio hoc ordine prosequatur a Guardiano ad Provincialem, a Provinciali ad Generalem, & a Generali ad Protectorem, a Protectore ad sacram Congreg. refert etiam Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 4.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendix sub discursu* 36. *Card. de Luca.*

CAPUT V.

Admonentur Episcopi, ut procurent observari clausuram monasteriorum, adhibito etiam brachio seculari, si necesse fuerit. Qui ingredi vel exire licite monasteria, aut egredi. Monasteria monialium exposita malorum hominum prædæ sunt intra urbes transferenda.

a BOnifacii (a) Octavi constitutionem, quæ incipit, *periculoso*, renovans sancta Synodus, 1. universis Episcopis sub obtestatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, ut in omnibus monasteriis sibi subjectis, ordinaria, in aliis vero Sedis Apostolicæ auctoritate 2. clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari maxime procurent; inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacunque appellatione postposita, compescentes, invocato etiam ad hoc, † si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Quod auxilium, ut præbeatur, omnes Christianos Principes hortatur sancta Synodus, & sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus sæcularibus injungit. (b)

b Conc. Cabilon. 2. c. 57. 62. & 63.

§ Nemini autem Sanctimonialium liceat 3. post professionem exire a monasterio etiam ad breve tempus, quocunque prætextu, γ &c. nisi ex aliqua legitima causa, 4. ζ u ab Episcopo approbanda: indultis quibuscunque & privilegiis non obstantibus, (c) 5. ingredi autem intra septa monasterii nemini liceat, ι cujuscunque generis aut conditionis, κ &c. sexus, ξ vel ætatis fuerint, 6. fine Episcopi, vel Superioris * λ licentia, in scriptis obtenta, ν sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda. (d) 7. ξ Dare autem tantum Episcopus, σ τ vel Superior licentiam debet in casibus necessariis, neque alius ullo modo possit, etiam vigore cujuscunque 8. facultatis, vel indulti hactenus concessi, sed in posterum concedendi. υ Et quia monasteria Sanctimonialium 9. extra mœnia urbis, vel oppidi constituta, 10. malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus 11. sine ulla sæpe custodia sunt exposita, curent Episcopi, & alii Superiores, si ita videbitur expedire, ut sanctimonialeæ ex iis 12. ad nova, vel antiqua monasteria intra urbes, vel oppida frequentia reducantur, invocato etiam auxilio, si opus fuerit, brachii secularis. Impedientes vero, vel non obedientes per censuras Ecclesiasticas parere compellant.

c Conc. Mattisco. 2. c. 2. Concil. Arelat. 4. 7.

d c. definimus, 18. q. 2.

DECLARATIONES.

1. *Universis.*) Episcopi, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi & Episcopi in virtute sanctæ obedientiæ debent publicare in suis civitatibus, & Diœcesibus Bullam Pii V. de clausura monialium & efficere, ut in omnibus Monasteriis clausura servetur, juxta formam Bullæ ejusdem.

Episcopus debet providere de iis, quæ faciunt ad clausuram monialium, & aliis earum necessitatibus. Unde & monasteria regularibus subjecta potest visitare in his omnibus, quæ ad clausuram pertinent.

Consuit Congregatio, Episcopum Diœcesis in Monasteriis alteri Episcopo subjectis, ex Concil. Trid. jus visitandi habere quoad clausuram, & eandem potestatem quoad alia, quam habet in monasteriis regularibus sibi subjectis.

2. *Clausuram Sanctimonialium.*) Moniales Tertiariæ, quæ tria vota substantialia solemniter emiserunt, cogendæ omnino sunt ad observandam clausuram. In aliis autem Tertiariis, quæ dicta vota non emiserunt, servanda est præcise Bulla Pii V. edita Anno 1566. 4. *Kal. Junii*. Sicque declarandum est Breve alias a Pio IV. scriptum Nuntio Hispaniarum pro Tertiariis Hispanis, quæ ea vota non emiserunt, quatenus in eo concessit, ut permanerent prout antea vixerunt. Intelligitur tamen hæc permissio juxta præscriptum dictæ Bullæ, quæ & generaliter in omnibus Tertiariis loquitur, ubicunque degentibus, dummodo observetur, nulla habita amplius ratione jussionis factæ ab eodem Pio V. ut ipsis Tertiariis solemniter non professis certus terminus præfigatur ad profitendum, quo elapso si non fuerint professæ, ad domos parentum propinquorumque revertentur. Cum enim nulla super hac jussione fuerit promulgata Bulla, sed aliquæ tantum literæ, parum a Congregatione Concilii, partim a nonnullis professoribus regularium, pro quibusdam particularibus harum Tertiariarum Monasteriis scriptæ fuerint, ob id rectius est ad præceptum dictæ Bullæ jamdiu editæ & passim observatæ redire.

Moniales licet prætendant se subesse suæ propriæ Provinciali Ordinarius tamen eas coercere debet, totiesquotiès judicaverit expedire, in iis præsertim, quæ spectant ad clausuram. Concilio etiam alloquendi moniales exemptas, potius ab Episcopo, quam ab alio conceditur.

Bulla

Bulla Sanctissimi Domini nostri, de Tertiariis, prohibet puellis, quod non possint suscipere habitum in Monasterio non clauso: si vero sit clausum, possint.

Monachæ Tertiariæ seu de pœnitentia dictæ, quæ tria substantialia vota solemniter emiserunt, ad præcisam clausuram perpetuo servandam, per censuras & aliarum pœnarum impositionem, & sæcularis brachii invocationem, omnibusque aliis juris & facti remediis omnino cogendæ sunt & compellendæ. In aliis vero, a quibus hæc tria vota non sunt emissa, servandum est præscriptum Bullæ Pii V. editæ 4. *Kal. Junii*, *Pontificatus sui anno* 1. quæ sic incipit: *Cum pastoralis officii*, ubi vult Tertiarias non professas ab Ordinario & earum superioribus admonendas & inducendas ut profiteantur & post professionem clausuræ se subjiciant: quod si recusaverint, & inventæ fuerint scandalose vivere, esse severissime puniendas. In eadem Bulla Pontifex impetrat volentibus vivere sine professione & clausura, ut in futurum nullam personam aliam in suum Ordinem, religionem aut Congregationem recipiant.

Congregatio censuit, comprehendi sub constitutione sanctæ mem. Pii V. *de clausura monalium sub dat. Romæ* 1566. 4. *Kal. Junii*, *anno primo*, quandam religiosam domum *de panpere victu* nuncuparam, quæ essitiatis simplex votum emittunt, non autem votum clausuræ & obedientiæ. Propterea Monialibus, nolentibus emittere professionem, vel optantibus extra clausuram vivere, omnino interdictum fuit, & prohibitum perpetuo, ut in futurum nullam aliam prorsus in suum Ordinem Congregationemve recipiant. Supra hoc *cap. 5. Monachæ*.

Censuit Congregatio ob causam concedere, ut monialis possit exire a Monasterio in Ecclesiam exteriorem ipsius Monasterii, ut exercitati possit, ubi sunt reliquiæ. Hac eadem de causa a Sede Apostolica fuit semel concessum, ut in domum parentum accedere possit saltem semel per mensem.

3. Post Professionem exire.) Monialibus a monasterio exire non licet, etiam cum causa probabili, nisi adsit communis consensus superioris regularis & Episcopi illius.

4. Ab Episcopo approbandæ.) Moniales subjectæ potestati regularium, si sine Bulla & licentia Ordinarii egressæ fuerint, per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia, debent ipsæ & ipsarum Superiores (de quorum licentia e Monasterio fuerunt egressæ) ab eodem Ordinario puniri: non obstantibus quibuscunque privilegiis.

Exeundi a Monasteriis justam causam hanc moniales non habent, ut curam nepotum suorum gerant, etiamsi nullum alium propinquum habeant nepotes.

Ex causa Sedes Apostol. concessit quibuldam monialibus, ut transirent ad aliud monasterium alterius ordinis, de consensu tamen Superiorum,

5. Ingredi autem intra septa.) S. D. N. Gregor. XIII. audita relatione Congregationis approbavit declarationem alias factam a sanctæ memoriæ Pio V. ut licet mulieribus ingredi prima claustra monasteriorum, quando contingit viros & mulieres in publicis processionibus ire per ea ad Ecclesiam, vel in eis divina celebrare, & non aliter.

Cadavera eorum, qui cupiunt in Monasteriis monialium sepulturæ tradi, respondit S. D. N. Gregorius, poni debere in exteriori Ecclesia, non autem intra clausuram.

Præsupposita declaratione Congregationis alias edita, quod si aliquorum est consuetudo accedendi ad Monasteria Monialium regulibus subjecta, sine licentia Episcopi, ea debet observari: Dubitatur, an eodem modo attendenda sit consuetudo post Concilium introducta, ut Ordinarii concedant licentiam ingressus ad monasteria regularibus subjecta privative ad ipsos superiores regulares? Congregatio censuit, si consuetudo sit introducta post Concilium, quod ea debeat observari. Et data, quod a Sapientioribus regularibus hujusmodi licentiæ ingressus concedi debeant privative ad Ordinarios, an possint tamen Ordinarii aliquam super ipsarum licentiarum concessione superintendentiam habere, & qualem? Congregatio censuit, quod etiam sit servanda consuetudo. Si autem ex aliqua causa expedire judicaret ipsas licentias improbare, ex toto non poterit, verum posset aliquem particularem accedentem impedire, si probabiliter sic expedire videretur.

Ingredi intra septa Monasterii, nec religiosis ipsis licet, etiam ut satisfaciant testantium voluntati, qui in Monasteriis monialium voluerunt quolibet anno anniversarium celebrari, nam hoc casu satisfaciendum est, celebrando anniversarium in exteriori Ecclesia.

Puella introduci potest intra claustra monasterii monialium, ad hoc, ut educetur ibi, etiam absque licentia Ordinarii, quoad Monasteria regularibus subjecta, obtenta tamen licentiis ab ipsa Congregatione causa præsupposita, non autem ex sola licentia Superiorum regularium, nec etiam de licentia Ordinarii & Superiorum. Illa autem, quæ habitum regularem suscipere vult, & ibi permanere, potest ibidem commorari per aliquot dies, ut magis perspicere possit, quid agere debeat.

Nobili fœminæ, cujus progenitores Monasterium monialium fundarunt, concessum fuit ex magna causa, ut etiam cum duabus aliis Matronis, bis in anno in illud ingredi possit, dummodo in eo non pernoctet.

Viduis & mulieribus nobilibus, quæ volunt ingredi Monasteria, ut in eis perpetuo vivant, resento sæculari habitu, a Sede Apostolica permittitur, dummodo ingrediantur de consensu Abbatissæ, & majoris partis monialium, & licentia in scriptis a Superiore habita, modestioque habitu incedant, legemque communem clausuræ observent: quod si semel egrediantur, in ea monasteria iterum ingredi non permittantur. Permidum etiam quandoque fuit mulieribus habentibus virum absentem, ad tempus in Monasteriis monialium permanere.

Licet Episcopo vel Superiori in Monasteriis sibi subjectis dare licentiam recipiendi puellas in Monasteriis, & ibi commorandi, ut recte in moribus instruantur, licet nosint religionis habitum suscipere cum certis tamen conditionibus, non obstante Concilii Tridentini hoc *cap.* Nec vero Concilium Tridentinum prohibet, quin puellæ in Monasteriis monialium, educationis gratia, recipi possint. Quod si forte ratio aliqua vel statutum religionis alicuius monasterii aliter prohiberet, recipiendæ non essent ullo pacto.

Possunt ordinarii jure proprio puellas, de quibus controvertitur, in Monasteriis collocare ad tempus, donec lites finiantur. Attamen puellæ, quæ educationis gratia degunt in Monasteriis, debent ibi manere sine ancillis, nec inde exire, (nisi velint pernitus amplius non admitti) & obligatæ sunt ad clausuram, & ad cætera, sicut ipsæ monniales. Idem statutum est de puellis, quæ propter tenues facultates, vel inopiam domi suæ toto ali nequeunt, siquidem illæ, etiam victu a propinquis suppeditato, sunt in Monasteriis collocandæ. Cæterum puellæ, quæ sunt in Monasteriis monialium educationis gratia, debent restitui patri, quandocunque eas petierit.

Puellis, quæ in Monasteriis educationis gratia sunt, licentiæ dari debent, inde recta ad balnea curandæ valetudinis suæ gratia exeundi, iisdemque permitti debet, ut in idem Monasterium recire possint, si tamen recta a balneis se recipere voluerunt.

Puellæ, quæ de licentia Superioris monasterii, de eo exierunt curandæ valetudinis causa, rursus in eo admitti debent, modo ab earundem Superiore licentiam in scriptis impetrent, & Abbatissæ ac reliquarum monialium accedat consensus. Et in eo vestitu in monasterio manebunt, qui virginali modestiæ ac pudori conveniat, nullamque secum famulam ducant, & dum ibi erunt, servare debent clausuræ eandem legem, quam moniales servant, neque ibi permanere permitti debent ultra ætatis suæ annum 25. quo ex loco si semel exierint, nullam postea reintrandi habeant facultatem.

Episcopus potestatem facit puellæ redeundi & commorandi in Monasterio, in quo alias commorabatur causa educationis, si ex eo exivit morbi sui curandi causa, modo id fecerit de ejus licentia, sed serventur omnes conditiones, quæ alias in literis hujusmodi præscriptæ fuerunt.

In monasteriis monialium tolerari debent puellæ, quæ delectæ sunt ex hospitalibus & aliis piis locis, donec offeratur facultas eas nubendi, quæ licet inserviant Monasteriis monialium, non possunt tamen privatim euiquam moniali inservire. Et hæ puellæ, cum producuntur in publicum, omnes processionaliter incedere debent, nec comites illis moniales adjungantur, & confecta processione ad Monasterium revertantur, & quamdiu ibi sunt, clausuram servare teneantur, & reliquam vivendi rationem, prout ipsæ moniales, & nullas secum habere ancillas, nec singulæ inde possunt exire, nisi postea nunquam in idem Monasterium redituræ.

Recte curavit D. Episc. Abulensis, ne Abbatissa & moniales quædam Bernardinæ ancillas sæculares in habitu sæculari agentes, & exire quandocunque vellent ex monasterio prætexta servitii præfumentes, haberent.

Puellæ, quæ propinquis & facultatibus destitutæ sunt, & ideo sine dote in Monasterium adduci non possunt, si misericordiæ causa admissæ fuerunt, tolerari debent in Monasteriis, modo supra dictis legibus obediant, in futurum autem nullæ talis conditionis admittantur.

Neophytæ possunt in Monasteriis monialium manere, si Ordinarii & Abbatissa monialium earumque Superioris consensus accesserit, ipsæque solæ maneant in Monasteriis, neque inde exeant, nisi in

Mona-

Monasterium amplius postea non redituræ, reliquisque in rebus omnibus, præsertim in iis, quæ ad clausuram pertinent, leges servent monialibus præscriptas. Viduæ autem, quæ viris mortuis honestatis causa se contulerunt in Monasterium, modo sint bonæ existimationis & famæ, legibusque supradictis monialium pareant, tolerari debent: de cætero tamen nullæ hujusmodi recipi debent, nisi moniales fieri velint. At vero mulier sæcularis, quæ jam est intra septa Monasterii, expellenda est, si isthuc sine licentia Sedis Apostolicæ ingressa est, & contra majoris partis monialium intentionem.

Viduæ nobiles, quibus permittitur ingredi Monasterium monialium, his conditionibus uti debent, ut nullas secum ducant ancillas, & eo animo ingrediantur, ut nolint inde amplius exire, & dum apud moniales sunt, his clausuræ finibus & legibus teneantur, quibus ipsæ moniales.

Non potest Episc. licentiam dare viduæ Monasterium ingredi volenti, in habitu laicali permanere, etiamsi ibi usque ad finem vitæ suæ permanere, nec amplius exire vellet, quia in illis nulla adest causa necessaria.

Mulier conjugata, si sit in Monasterio monialium, & constitit quod si inde exierit, versabitur in periculo mortis, in Monasterio relinqui debet, sed sine ancillis & ullo famulatu extraneo, teneturque clausuram & alia, prout ipsæ moniales, servare.

Mulier, quæ venit in suspitionem adulterii apud maritum, & ob id timet, ne ab eo vis aliqua inferatur, permitti debet, ut ingrediatur monasterium monialium, si modo constitutiones monasterii non repugnent, & accedat consensus Abbatissæ, & monialium, & ministri Provincialis, aut alterius earum superioris: sed ingrediatur sine ancillis, & servet clausuram, & reliqua, prout ipsæ moniales. Et causa ingressus cessante debet inde exire, & si semel exierit, nunquam postea in idem monasterium ingredi possit. Insuper mulieres, quæ sunt in discordia cum maritis, & eorum sævitiam timent, si sunt extra culpam, quamdiu justam timendi causam habuerint, debent, si sunt in monasteriis, tolerari.

Causa infirmitatis monialium, aliquando Sede Apostolica concessit, ut secum retinere possint famulam sæcularem cum eisdem legibus clausuræ & habitus, quibus supra. Ordinarius tamen hanc facultatem concedere non potest, & de facto concessa revocatur.

Illustribus puellis quæ in monasteriis cum supradictis conditionibus educari permittuntur a Sede Apostolica, ab eadem etiam fuit aliquando dispensatum, ut famulum sæcularem haberent cum eisdem legibus.

De virgine uxore N. civis Panormitani, quæ separata est a viro in monasterio, scribatur Archiepiscopo Panormitano, ut si ens ibi subit vitæ discrimen, patiatur esse in Monasterio, modo quantum ad clausuram attinet, serveť clausuram monialium.

Petitio Comitissæ Pigaotiæ, ut propter fluxum sanguinis possit a marito separari, & cum tribus filiabus puellis in monasterio monialium habitare, rejecta est.

Nobiles & gradu superiores matronæ, quæ sunt in monasterio admissæ, omnes ancillas emittere debent, nec possunt e monasterio exire, nisi in id non redituræ, & dum in eo manent, servare debent clausuram & reliqua, sicut ipsæ moniales. Itemque de litæ Comitissæ Sancti Severini, quæ interea, dum filius adolescat, voluit ingredi monasterium Neapoli. Responsum est ut ingrediatur, nec inde exeat, nisi non amplius ingredi voluerit, & quamdiu ibi erit; quod ad clausuram attinet, observet regulam monialium.

Non licet Episcopo licentiam dare matri, sororibus & consanguineis, monialium ingredi causa visitandi filiam vel sorores, quæ aliqua gravi infirmitate teneantur, etiam non sine mortis periculo, nisi minus, quando filiæ aut aliæ professionem emittunt, vel habitum suscipiunt religionis.

Congregatio Concilii censuit, non esse permittendum, quampiam mulierem, tametsi Regia dignitate insignitam, vel ex Regia stirpe profectam, fundatricemve, Monasteria Religionis fratrum minorum S. Francisci de Paula intrare.

Sæculares omnes ab ingressu monasteriorum monialium prorsus prohibendi sunt, & monialibus expresse præcipi debet, ne in monasterium ullos sæculares admittant: deinde excommunicationis pœna sæcularibus ipso facto incurrenda, si ausi fuerint ea monasteria introire, denuntianda est. Nihilominus causa evidentis utilitatis monialium licentia concedenda est ab Ordinario, procuratoribus earum in monasteria ingredi, modo ætas & morum gravitas ea sit, quæ eos commendet.

Ordinarius non debet permittere mulieres, quæ inhoneste vixerint, in sæculum virginum monasteriis personare, & præsertim si non consuevit monasterium illud

tales feminas admittere, & prædictæ mulieres nullam a Superiore monasterii inscriptis licentiam impetraverunt, neque Abbatissæ, neque reliquæ moniales consenserunt, neque post ingressum monasterii clausuram servaverunt, neque aliquam vivendi rationem, quam moniales servant.

Quandoque fuit ex gratia a Sede Apostolica concessum, ut aliquæ mulieres famel ingrediantur septa Monasterii Carthusiensis, cum licentia tamen Superiorum, causa visitandi quandam Capellam. Quoad accessum autem ad colloquium cum monialibus ad crates, servanda est consuetudo extam in monasteriis subjectis regularibus, alias nemo ex consuetudine possit accedere sine licentia Episcopi.

Licentia ingrediendi cohibenda est a regularibus, quando monasteria ipsis regularibus, non autem Episcopis sunt subjecta. Item potestas accipiendi & dimittendi faculrates, ad eos pariter spectare dicitur, qui monasteria habent.

28. April. 1594. Congregatio Concilii censuit, Episcopum non posse impedire a Regularibus, quo minus ingrediantur septa Monasterii ipsis Regularibus subjecti, ad effectum videndi si clausura servata fuerit, nec ne.

19. Jun. 1597. Congregatio Conc. censuit, licentias ingrediendi intra septa Monasteriorum monialium Regularibus sæcularibus, ex vera tantum necessitate concedendas, spectare duntaxat ad ipsos superiores Regulares.

27. Julii 1597. Congregatio Concilii censuit, Episcopum posse moniales Regularibus subjectas in iis, quæ clausuram concernunt, toties visitare, quoties vere cognoverit expedire.

28. Jun. 1597. 8. *Sine Episcopi vel superioris licentia.*) Cum aliquibus valde conjunctis, vel aliis præcipuis personis, quæ necessitatibus monialium subveniunt, non potest Superior dispensare, ut viliterit monales in loco per Superiorem deputato intra septa monasterii, prout Congregatio censuit: quinimo debet cogere dictas moniales ad præcise servandum Decretum Concil. Trident. & Bullam Pii V. de clausura monialium.

27. Julii 1597. Congregatio Concilii censuit, facultatem concedendi licentiam accedendi ad colloquium cum monialibus Regularib. a subjectis, spectare ad ipsos superiores Regulares, nisi esset consuetudo legitime præscripta, ut hujusmodi licentia etiam quoad Monasteria, quæ Regularibus subsunt, ab Episcopo tantum, vel ab Episcopo & superiori Regulari conjunctim obtineretur, tunc enim consuetudinem esse observandam.

7. *Dare autem tantum Episcopus.*) Nulla est licentia danda introeundi ad tempus septa monasterii monialium, nisi in casibus necessitatis, quorum aliqui explicati fuerunt edicto Vicarii urbis Romæ.

Episcopus concedere debet licentiam in casibus necessariis mulieribus honestis, penitentibus tamen, quæ curam habent de Monasteriis Convertitarum.

Tollantur Ecclesiæ, quæ sunt intra clausura monasterii ex Decreto Concil. Trident. & aliis collocentur.

Regulares adeuntes monasteria monialium sine licentia Episcopi, incidant in pœnam excommunicationis, quam Episcopus edicto proposuit. Sic Congregatio censuit, 9. Apr. 1587. Si tamen Regulares illi haberent ex privilegio, quod non possent excommunicari, non erunt excommunicati, sed debebunt puniri a suis superioribus alia pœna. Et regulares sic excommunicati non possunt absolvi a suis superioribus, sed ab Episcopo, qui sibi hanc facultatem reservavit.

9. *Facultatis vel indulsi.*) Mulieres cujuscunque sint status aut conditionis prætextu confessionalium, aut aliarum literarum Apostolicarum, ingredientes domos & monasteria Carthusiensium & aliorum regularium ordinum, etiam mendicantium, excommunicationem ipso facto incurrunt, cujus absolutio Romano Pontifici reservatur, excepto mortis articulo. Pius V. in constitutione regularium personarum publicata 25. Octobr. 1566.

9. *Extra mœnia urbis vel oppidi constituta.*) Monasteria monialium extra mœnia urbis, & oppidi (etiam posito, quod ea sint exempta & immediate Sedi Apost. subjecta) possunt Ordinarii tanquam Sedis Apostolicæ delegati, intra urbis mœnia transferre juxta hoc Decretum.

Quando vero ex permissu Sedis Apost. transferuntur moniales de loco ad locum, translatio debet fieri in aurora, ut nonnisi a paucis conspiciantur. Deducantur autem a personis graviis & honestis, ac proximioribus seu conjunctis.

10. *Malorum hominum præda.*) Moniales, quæ habent monasteria exposita excursioni Piratarum, & aliorum malorum hominum, in monasterio urbano ejusdem ordinis collocari debent: non sint tamen in plusa urbana monasteria distribuendæ, dum propinum ædificatur, quia hoc non convenit statutis ejusdem monasterii.

11. *Sine ulla sæpe custodia sunt exposita.*) Non habet locum hoc decretum in illis monasteriis, quæ longe distant ab urbibus, vel

vel oppidis & a frequentissimo pago circumcirca custodiuntur.

12. *Ad nova vel antiqua monasteria.*) Translatio monasterii monialium, cui imminet scandalum, est facienda ad aliud ejusdem ordinis monasterium, nec redditus monasterii translati sunt isti monasterio applicandi, sed uniendi sunt monasterio, in quod fuit translatum, licet non possit de Seminario providere. Translatio monialium de uno loco ad alium ejusdem ordinis est facienda propter supervenientiam aeris pestilentis. Monachae Collegii Nolani propter pestilentem quendam aquae defluxum ex vicino monte, petierunt transitum ad aliud monasterium sub eadem regula; & fuit scriptum Episcopo Nolano, ut si ita est, benigne concederet.

Quando restaurantur monasteria, si hoc expedire probatur, permittum est, ut novitiae monales ad alium locum transferantur, donec perficiatur opus.

13. *Reducantur.*) Unio monasteriorum monialium facienda est, cum legitima causa subest, accedente ad id Papae auctoritate.

In Sexto tit. de statu Regularium.

PEriculoso & detestabili quarundam monialium statui, (quae honestatis laxatis habenis, & monachali modestia sexusque verecundia impudenter abjectis, extra sua monasteria nonnunquam per habitacula saecularium personarum discurrunt, & frequenter intra eadem monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem voluntate spontanea devoverunt, gravem offensam, religionis opprobrium & scandalum plurimorum) providere salubriter cupientes, praesenti constitutione perpetuo irrefragabiliter valitura, sanximus, universas & singulas moniales praesentes atque futuras, cujuscunque Religionis sint vel Ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de caetero permanere clausura: ita quod nulli earum Religionem incitae vel expressae professae, sit vel esse valeat quacunque ratione vel causa, (nisi forte tanto, & tali morbo evidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis absque gravi periculo seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas: nullique aliq. aetatis honestae personae, nec etiam honestae, (nisi rationibus & manifesta causa existat, ac de illius ad quem pertinuerit, speciali licentia) ingressus vel accessus pateat ad eisdem: ut sic a publicis & mundanis conspectibus separatae, omnino servire Deo valeant liberius, & (lasciviendi opportunitate sublata) eidem corda sua & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire. Sane ut hoc salutare statutum commodius valeat observari, districtius inhibemus, ne in monasteriis Ordinum non mendicantium aliquae recipiantur de caetero in sorores; nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis sive proventibus, absque penuria sustentari: si secus actum fuerit, irritum decernentes.

Verum quando Abbatissa vel Priorissa cujusvis monasterii pro feudo, quod monasterium ipsum tenet ab aliquo Principe seu domino temporali, sibi debebit homagium, vel fidelitatis sacramentum praestare, (nisi quod per procuratorem aliud praestet, possit efficere apud eum) de monasterio cum honesta & decenti societate exire poterit eo casu licenter, homagio facto quam primum commode poterit, seu fidelitatis praestito sacramento, ad ipsum monasterium e vestigio revertura: quod si in fraudem residentiae sive moræ claustralis, nihil fiat omnino.

Porro ne moniales causam seu occasionem habeant evagandi, Principes saeculares ac alios dominos temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiae JESU Christi eisdem in remissionem peccaminum nihilominus suadentes, quod Abbatissas ipsas & Priorissas ac monniales quascunque monasteriorum suorum curam, administrationem, negotiave gerentes, quibuscunque nominibus censeantur, per procuratores in suis tribunalibus seu curiis litigare permittant: ac pro constituendis procuratoribus, (qui adroati in aliquibus patriibus nuncupantur) seu aliis hujusmodi eaidem oporteat evagare. Si qui vero contra praesumpserint, exhortationi hujusmodi rationabili atque sanctae obtemperare nolentes, cum sit jus contrarium quod mulieres, (praesertim religiosae) per seipsas litigare cogantur, & a via decisi honestatis, & periculum animarum inducat, ad hoc per suos Ordinarios Ecclesiasticos censura Ecclesiastica compellantur, Episcopis autem & aliis Praelatis superioribus & inferioribus quibuscunque injungimus, quod & ipsi causas seu negotia, quae praefatae moniales habebunt, agete coram ipsis aut in curiis eorundem, sive sint homagia, fidelitatis sacramenta, lites, vel quicquid aliud, ipsa per procuratores earum fieri faciant & tractari.

Et

Et quoniam parum esset condere jura, nisi essent, qui ea executioni debite demandarent, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis universis districte in virtute sanctae obedientiae, sub obtestatione divini judicii, & interminatione maledictionis aeternae praecipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in civitate ac dioecesi propria in monasteriis monialium sibi ordinario jure subjectis, sua; in iis vero, quae ad Romanam immediate spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicae auctoritate, Abbates vero, & alii tam exempti quam non exempti, Praelati Ecclesiarum, monasteriorum, & Ordinum quorumcunque in monasteriis hujusmodi sibi subjectis de clausura convenienti, ubi non est, ipsorum monasteriorum expensis, & fidelium Eleemosynis, quas ad hoc procurent, diligentius facienda, & de ipsis monialibus includendis, quam primum commode poterunt, providere procurent, si divinae ac nostrae indignationis locorum, quoad alia nullam sibi credant jurisdictionem vel potestatem aliquatenus attributam.

REMISSIONES.

a Vide Navar. in *Man. cap. 27. n. 108. & in cap. Non dicatis, 12. quaest. 1. n. 51. & num. 72. & in comment. 4. de Regularib. num. 39.* P. Azor. *instit. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 8. a princ.* Zerol. in *praxi Episcop. part. 1. verbo, Moniales, §. 3. pag. 234. & §. 16.* Fr. Emman. *quaest. Regul. tom. 2. quaest. 2. art. 7.* Aloysl. Ricc. in *collect. decis. p. 4. collect. 820.* * Guilenzon. *cons. 64.* Guttier. in *3. can. lib. 1. cap. 14.*

† *Invocato etiam ad hoc.*) Vide Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. can. c. 251. nova edition. ex num. 5.*

b *Nemini autem Sanctimonialium liceat, &c.*) Vide Navar. in *cap. Statuimus 39. quaest. 3. num. 47.* Guttier. *Canon. lib. 3. q. 14. a num. 1.* Paul. Fusc. *de Vitiat. lib. 2. cap. 18. a num. 17.* Cened. ad *Sextum collect. 31.* F. Azor. *instit. Moral. p. 1. l. 12. cap. 8. quaest. 3.* Late Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 2. num 593.*

‡ *Nisi ex aliqua legitima causa.*) Summus Pontifex Pius V. per suam Extravag. incip. Cura Pastoralis statuit, ut nulla alia ex causa vel occasione, nisi magni incendii, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ, Monniales e monasterio exire possint, late refert Jo. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 4.*

c An vero liceat Monialibus exire a monasterio ob alias causas praeter jam dictas? Vide Navar. *Comment. 4. de Regularib. n. 48. & in c. Statuimus, 19. §. 3. num. 49.* Guttier. *Canon. lib. 1. cap. 14. a num. 7.* Cened. ad *Sextum coll. 31. num. 2.* P. Azor. *d. cap. 8. q. 2. vers. Tertio.* Zerol. in *praxi Episcop. p. 1. verbo, Moniales, §. 16. vers. Secundo dubitatur.* Fr. Joan. de la Cruz *d. dub. 4. vers. An vero liceat*, ubi resolvit, illud esse licitum in causis similibus, v. gr. in casu hostium invadentium monasterium, in casu aquaeductus, aut ruinae domus, & aliorum similium, incendio, & in aliis infirmitatibus contagiosis, & nocivis communitati monialium: & in *vers. Secunda conclusio* ait, quod satis pia & probabilis est sententia Navar. in *d. c. Statuimus, num. 49.* extendens dictum Decretum Pii V. ad infirmitatem soli monialis nocivam: cui exeundo a monasterio remedium adhibetur, si alias periculum vitae, aut gravis & diuturnae infirmitatis probabiliter timetur. * Stephanus Quarant. *in Summa Bullarii, verb. Monasteria monialium, pag. mihi 350.*

d An sit causa legitima ingrediendi, ut quia mater, aut soror, aut consanguinei ingredi vellent visere filiam aut sororem gravi morbo laborantem? Negative facram Cardin. Congreg. censuisse testantur Zerol. *dict. verbo, Moniales, §. 8. vers. Secundo.* Fr. Emman. *tom. 1. quaest. 64. a num. 11.* Fr. Joan. de la Cruz *d. cap. 5. dub. 2. concl. 3. num. 3.*

e *Ab Episcopo approbanda.*) An approbano causae ad exeundum pro monialibus Religiosis subjectis debeat fieri per suum Generalem, vel Provincialem? Sacram Card. Congregr. censuisse, non tantum licentiam suorum superiorum, sed etiam Episcopi requiri, affirmat Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. quaest. 49. art. 6.* Sed in Hispania, cum exeunt Monniales, solam superiorum licentiam esse necessariam testatur Fr. Jo. de la Cruz *d. cap. 5. dub. 3.*

f An moniales possint transire de uno monasterio ad aliud, vel causa novae fundationis, vel correctionis, vel reformationis, vel praefectionis? Affirmat auctoritate Episcopi Navar. *cons. 57. n. 6. de Regul. & cons. 5. num. 3. & 6. de statu Monach.* Sacr. tamen Congregat. censuisse, in his recurrendum esse ad sedem Apostolicam refert

Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo, Monialet, §. 16.

5 Ingredi autem intra septa monasterii nemini liceat.) Quæ personæ ingredi nefint, vide apud Motum prop. Greg. XIII. pag. mihi 709. & Concil. Brachat 4. act. 5. de Monialibus. Avilas ad cap. 1. Pract. v. fol. 30. num. 29. Lalli. Zech. de Casibus reservatis casu 10. in principio. Paul. Fusc. de Visitat. l. 2. c. 18. a num. 24. Fr. Emman. tom. 1. quæst. 48. art. 1. cum segq. & quæst. 47. art. 4. cum segq. P. Azor. instit. Moral. p. 1. lib. 13. c. 8. quæst. 6. Fr. Joan. de la Cruz de statu Religios. lib. 1. cap. 5. dub. 2. † Vide etiam Thom. Cerdan. de Tolleda in suo tract. visita de la carcel. cap. 3. n. 9. in fin.

6 Conjunctoque generis & conditionis.) Summus Pontif. Greg. XIII. Bul. 40. & 41. revocat licentias personarum, cujusvis status et etiam Ductissarum, Comitissarum, & Marchionissarum, quarum prætextu Monasteria intrare consbantur, & sub excommunicatione sibi reservata præcipit illis, ne illarum licentiarum prætextu monasteria monialium, vel earum loca intrare audeant; nisi in casibus necessariis, & cum licentia superioris in scriptis juxta hunc textum, & Abbatissis, Præsidentibus, Conventibus, atque aliis superioribus præcipit sub excommunicatione Papæ reservata, necnon privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne prætextu illarum licentiarum, quemquam dicta monasteria, vel loca ingredi faciant, aut permittant, refert Fr. Joan. de la Cruz d. dub. 2. vers. Prima Conclusio.

7 Sexus.) Sacra Card. Congreg. ita censuit: Mulieres, quæ sunt in discordia cum maritis, & eorum sævitiam timent, si extra culpam sunt, quamdiu justam causam timendi habuerint, debent, si sunt in monasteriis, tolerari, in posterum vero hujusmodi mulieres non debent recipi, refert Zerol. in praxi Episc. part. 1. verbo, Monialet, §. 12.

8 Item Sacra Cardin. Congreg. sic censuit: Si mulier aliqua venerit in suspicionem mariti, quod timet, ne ab eo aliqua vis ei inferatur, debet permitti, ut possit ingredi monasterium Monialium, si modo constitutiones monasterii non repugnent, & accedat consensus Superiorum. Abbatissæ & Monialium, & causa cessante ingressus, debet inde exire, & si semel exierit, nunquam postea in idem monasterium ingredi poterit, & tenetur ad claustram sicut aliæ moniales, & stare sine ancillis, &c. referunt Zerol. ubi supra, verbo, moniale, §. 12. & Fr. Jo. de la Cruz. d. cap. 5. nu. 2. concl. 3. in fine.

9 Quæ conditiones requiruntur, ut puellæ educationis causa possint recipi in monasteriis Monialium, vide apud Steph. Quarant. in Summa Bullarii, verb. Monasteria monialium, pag. 346. Fr. Joan. de la Cruz d. dub. 2. prope finem, decem & septem decisiones sacræ Congreg. circa receptionem puellarum, & aliarum mulierum, quod educationem, & mansionem in Monasteriis, recenset Fr. Emman. tom. 1. quæst. 48. art. 10. optime Zerol. d. p. 1. verbo, Monialis, §. 10. ubi asserit Sacram Card. Congreg. censuisse, quod puellæ educationis gratia, licet sacro vestitu indutæ non sint, non prohibentur in monasteriis Monialium remanere cum sequentibus conditionibus. 1. Sit, quod ancillis. 2. Ut si semel egrederentur, non amplius possint illuc reverti. 3. Teneatur ad claustram observandam, quemadmodum ipsæ moniales. 4. Quod recipiantur cum licentia in scriptis superiorum. 5. Et de consensu Abbatissæ. 6. Quod si ob ægritudinem curandam, & licentia tamen superiorum, ut supra de consensu Abbatissæ, & monialium exierint a Monasterio, rursus in eo admitti debent cum licentia superioris, & de consensu Abbatissæ & monialium. 7. Quod utatur eo vestimento, quod virginali modestiæ & pudori conveniat. 8. Quod non sint super numerum præfixum. 9. Quod quolibet semestri eis anticipata solvatur pottio pro alimentis. 10. Quod sit locus separatus a loco, ubi degunt aliæ moniales professæ, & novitiæ pro dormitione, & laboratio. Puellas causa educationis recipi non posse minores septennio, & majores vigesimo quinto dicit per sacram Cardin. Congreg. decisam Zerol. d. p. 1. verbo, Monialet, §. 11.

† An liceat mulieribus intrare monasteria Religiosorum? Negat Fr. Joan. de la Cruz d. cap. 5. dub. 1. conclus. 1. ubi refert Summum Pontif. Pium V. excommunicare cum reservatione mulieres monasteria Religiosorum intrantes, prætexta aliquarum licentiarum, quas ibi revocat, & asserit confirmare Gregor. XIII. imponendo excommunicationem latæ sententiæ dictum ingressum sub prætextu dictarum licentiarum permittentibus, probatque sub dictis decretis non comprehendi Imperatrices, Reginas, Infantes, & ancillas, quas secum deserunt, & concl. 3. refert; omnibus mulieribus libere concedi cum aliis Catholicis personis licentiam accedendi ad Monasteria, & loca Regularium, atque eorum claustra, quando in eis Missa, & alia divina officia celebrantur, ac quando processiones fiunt, & quando fidelium exequiæ ibi sepeliuntur, atque etiam pro eis suffragia fiunt.

‡ Vel ætatis fuerint.) Quod infans discretione carens admittatur ad claustrum Monialium, retolvunt P. Henriq. in sum. p. 2. lib. 13. cap. 42. §. 3. in gl. lit. S. Navar. Comment. 4. de Regul. num. 59. P. Paulus Comitol. Respons. Moral. lib. 6. quæst. 19. ad fin. & quæst. 22. P. Azor. in instit. Moral. part. 1. lib. 13. cap. 8. quæst. 5. Fr. Joan. de la Cruz. d. cap. 5. dub. 2. concl. 3. ubi resolvit, quod Concilium excludens omnes cujusvis ætatis, loquitur de habentibus usum rationis, & de illis, qui ad peccatum movere possunt: ut sunt fatui, qui licet intrando non peccent, peccant tamen Moniales eos admittentes, & citat Navar. in cap. Statuimus, 19. §. 3. n. 59.

* Vel superioris.) Quod Concilium loquatur de illis superioribus, qui habent jurisdictionem ordinariam, non privatam, affirmat Vinc. Grilenzonius in conf. 46. ex n. 9. & 18. cum seq.

† Licentia in scriptis obtenta.) An necessaria sit licentia in scriptis pro casibus, communiter occurrentibus, ut pro ingressu Medici, Confessoris, Visitatoris, Artificis, & aliorum, quorum repentina opera passim sunt necessaria? Negat Fr. Joan. de la Cruz a concl. 3. notat. 3.

* Et sub excommunicationis pœna.) Quod possint judices Ecclesiastici omnibus magistratibus sæcularibus injungere pœnam excommunicationis, ut præbeant auxilium brachii sæcularis, resolvunt plures Doctores, quos citavi supra sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 8. num. 8.

† Dare autem tantum Episcopi, &c.) An hoc Decretum includat Episcopos ingredientes Monasteria sibi non subdita sine licentia superiorum in scriptis? Affirmant Navar. Comment. 4. de Regularibus, p. 14. num. 59. ad med. vers. 4. Steph. Grat. discept. forens. cap. 393. n. 5. & 20.

* Vel superior.) An provisor a Capitulo nominatus sit superior ad licentia concedendam respectu Monialium Episcopo subditarum? Affirmat Jo. de la Cruz dict. cap. 5. dub. 2. concl. 3. not. 1.

* Quod validum sit statutum Episcopi excommunicans accedentes ad Monasteria exempta Monialium subdita Regularibus, qui non subsunt jurisdictioni Episcoporum, existentia intra suam diœcesim, resolvit post Gemini in cap. 1. §. & quoniam, num. 2. de statu Regul. lib. 6. optime Steph. Grat. discept. forens. cap. 393. num. 23. cum sequentibus, & asserit comprehendere tam subditum, quam non subditum, ex eo, quod Episcopus imponens pœnam eunti ad Monasterium, illud ire est delinquere, & sic delictum est factum in loco non exempto, licet sit consummatum in loco exempto; quod Ordinarius poterit punire, vide Jason. cons. 83. incip. in casu præsenti col. 2. ad med. vers. circa 2. dub. n. 3. lib. 3. Roland. cons. 33. n. 16. lib. 1.

u Et quia Monasteria Sanctimonialium extra mania urbis, &c.) Vide Zerol. in praxi Episc. part. 1. verbo, Monialet, §. 17. ubi dicit Sacram Cardinal. Congreg. censuisse, illam translationem faciendam esse ad aliud Monasterium ejusdem Ordinis, & hoc quando immineret scandalum, vel propter superiminentem aeris pestilentis cautam, quæ monasterii translatio debet fieri simul cum inrroitibus, & reditibus, quos illud habebat.

Vide annot. ad hoc caput in appendice sub discursu 36. Card. de Luca.

CAPUT VI.

Omnes superiores eligibiles eligantur collatione suffragiorum secretorum: Absentium vota non suppleantur: aliter eligi se permittens existat inhabilis ad omnia officia in religione obtinenda, & electio irrita, &c.

1. a IN electione Superiorum quorumcumque, Abbatum temporalium, & aliorum Officialium, ac Generalium, & Abbatissarum, atque aliarum Præpositarum, quo omnia recte & sine ulla fraude fiant, in primis sancta Synodus districte præcipit, omnes supradictos eligi debere per vota secreta, ita ut singulorum eligentium 2. nomina nunquam publicentur. Nec in posterum liceat, Provinciales, aut Abbates, Priores, 3. aut alios quoscunque Titulares ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces & suffragia absentium supplere. Si vero contra hujus Decreti

constitutionem aliquis electus fuerit; electio irrita sit; & is, qui ad hunc effectum se in Provincialem, Abbatem, aut Priorem creari permiserit, deinceps ad omnia officia in religione obtinenda inhabilis existat, facultatesque super his concessæ eo ipso abrogatæ censeantur; &c, si in posterum aliæ concedantur, tanquam subreptitiæ habeantur.

DECLARATIONES.

1. *In electione Superiorum quorumcunque.*) Congregatio censuit, electionem esse nullam: quando aliqui ex electoribus unam schedulam recipiunt, unico nomine scriptam, & nomen electi notum scribæ vel alteri, reponunt in capsula. Similiter, quando accipiunt de manu scribæ duas schedulas & unam, quam voluerint, reponunt, alteram scindunt. Et scriba poterit revelare talem, qui habuit tantum unam schedulam, vel talem, qui habuit duas. Monendus est autem sic electus, non legitime se electum fuisse. Et si fuisset conscius fraudis, esset puniendus & admonendus, ut petat a Sanctissimo confirmationem.

Et Abbatissarum.) In electione Abbatissæ, de qua hic, Episcopus potest cum suo Vicario vel Secretario, vel alio ab ipso sumpto vota singularum monialium ore tenus expressa audire.

In electione Abbatissarum vota ore tenus accipi possunt a Superioribus, cum duobus testibus.

Ubi sunt tres vocales, quorum unus potest eligi in discretum, & per consequens necesse est, ut alter aliorum duorum, qui remanent, det alteri vocem suam, & ita electio non potest esse secreta, dubitatum fuit, an possit fieri electio discreta, quæ non sit contra hujus decreti formam? Congregatio censuit posse, si ita status religionis permittit, &c.

Si electi fuerint in Superioribus aliqui, ut puta quatuor, qui vota omnium recipiant, electio reputabitur Canonica & secreta, c. *Quæpropter de electione.*

Electio Abbatissæ, facta per vota non secreta, per ignorantiam hujus Decreti, non valet regulariter ac de more, nec Episcopus potest dispensare, ut valeat, S.D.N. tamen dispensat, consideratis circumstantiis.

2. *Nomina nunquam publicentur.*) Ita stricte hoc Decretum est intelligendum, ut si post electionem factam in Bullis confirmationis, seu patentibus, exprimerentur nomina eligentium, electio esset nulla.

3. *Aut alios quoscunque titulares.*) Omnes Titulares, quamvis principaliter ad effectum electionis faciendæ constituti sint, sunt tamen prohibiti sua ferre suffragia in electione superiorum: non tamen ii, qui titulares perpetuo sunt, habentes veros titulos suarum Ecclesiarum, a quarum possessione vi excluduntur, ut sunt Priores Angliæ, Ungariæ, Hierosolymæ. Procuratores vero legitime constituti cum generali mandato ad eligendum non excluduntur, dummodo non habeant mandatum de certa persona eligenda, tunc enim votum non esset secretum.

Congregatio Concilii censuit, omnes Titulares, quamvis pluraliter ad effectum electionis constituti non sint, prohibitos esse decreto *cap. 6. Sess. 25. de reg.* ferre suffragia in electione superiorum. Non tamen eos, qui Titulares perpetui sint, habentes veros titulos suarum Ecclesiarum, a quarum possessione vi excluduntur, ut sunt Priores Angliæ, Ungariæ, Hierosolymitani.

Item ex Decreto *dict. cap. 6.* non esse prohibitum superioribus Ordinum, quibus id ex regula conceditur, ut aliquem fratrem idoneum sui loco delegent, seu mittant ad Capituli generalis celebrationem, ut suo nomine electionem faciat, si ex institutis & decretis Religionis suæ, fieri superioribus absentibus & legitime impeditis, mittere alium ad Capitulum generale, qui suo loco & nomine in electione suffragium ferat.

REMISSIONES.

a Vide Navar. *conf. 4. sub tit. de Electione & conf. 83. de Regularib.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 51. num. 6. & 7.* Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, Abbatissa, §. 6. pag. 28.* P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 13. cap. 10. quæst. 2.* Aloys. Ricc. in *collect. decis. part. 4. collect. 751.* Quarant. in *summa Bullarii verb. Abbatissa*, ubi refert constitutionem Gregor. XIII. Romæ publicatam die 4. Januar. 1585. incip. Exposuit debitum, quæ in fine sic ait: Districtius inhibentes omnibus, & singulis dictorum Monasteriorum conventibus, superioribus, & personis aliquam Abbatissam, aut aliam Præfectam perpetuam, seu ad vitam, sed triennalem saltem tantum eligere & præficere ullo modo audeant, vel præsumant, & administratione Monasterii per triennium a die finitæ administrationis inchoandum abstineant, quo elapso iterum eligi possunt.

* *Abbatum.*) Vide Franc. Vivium *decis. 314. lib. 2.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 37. Card. de Luca.*

CAPUT VII.

Quadragenaria, aut saltem trigenaria eligatur in Abbatissam aut Priorissam, quæ uni tantum præsit Monasterio, cujus clausura Episcopus non ingrediatur ad votorum receptionem.

a Concil. Carthag. 3. Conc. Agath. c. 29. c. sanctimoniales, 20. q. 1.

1. a ABbatissa, (*a*) & Priorissa, & quocunque alio nomine Præfecta, vel Præposita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. 2. Quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem Monasterio, ex alio ejusdem Ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præest, videatur; ex iis, (*b*) quæ in eodem Monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem recte vixerint, Episcopo, vel alio Superiore consentiente, eligatur. (*c*) Duobus vero Monasteriis nulla præficiatur. Et, si qua 3. duo vel plura β quocunque modo obtinet, cogatur uno excepto, intra sex menses cætera resignare. Post id vero tempus, nisi resignaverit, omnia ipso jure vacent. 4. Is vero, qui electioni præest, 4. Episcopus, sive alius Superior, clausuræ Monasterii 5. non ingrediatur; sed ante cancellorum fenestellam 6. vota singularum audiat, vel accipiat. In reliquis serventur singulorum Ordinum, vel Monasteriorum constitutiones.

b c. indemnita ib. de Elect. in 6.

c Conc. Agat. c. 17. c. unum, 21. q. 1. Concil. Cabil. c. 12.

DECLARATIONES.

1. *Abbatissa.*) Licet per quinquennium Abbatissa non permanserit in religione, dum tamen excedat 30. annos, si id facit ad requisitionem suarum monialium de licentia secundæ dignitatis Ecclesiæ Cathedralis, & earum Superioris regularis (dummodo laudabiliter anno superiori se gesserit) debet confirmari per biennium in officio. Quod si confirmationi dictæ Abbatissæ deesset consensus Superioris regularium propter absentiam, servatis iis, quæ hoc *cap.* præscribuntur, ad dictam confirmationem procedendum est.

2. *Quod si his qualitatibus non reperiatur.*) Quando in Monasterio non sunt moniales, quæ habeant qualitates requisitas a Concilio, ut in Abbatissam eligi possint, non est necessaria facultas Apostolica, ut egredi possit illa, quæ ex alio Monasterio est electa, caute tamen deducenda est ad Monasterium, cui est præficienda.

3. *Duo vel plura.*) Congregatio censuit, id procedere in Monasteriis Canonicorum regularium, etiam ubi consuetudo immemorabilis est in contrarium, quæ reformanda est.

Episcopus benedicere debet Abbatissam, si intra annum a die, quo ad illud Monasterium fuit electa, petiit ab Episcopo benedici, & si fit solitum illis Abbatissis benedici, Episcopus benedicit Abbatissam, & consecrat moniales exemptas, & ad ea observanda compellit, si procrastinent.

4. *Episcopus sive alius Superior.*) Hic actus accipiendi vota in electione Abbatissæ delegari potest.

5. *Non ingrediatur.*) Consecratio & benedictio monialium fieri potest in Ecclesia exteriori, adhibitis iis monialibus tantum, quæ earum necessariæ.

6. *Vota singulatim audiat.*) Superior, qui electioni Abbatissarum præest, potest una cum Vicario vel Secretario, vel alio ab Episcopo assumpto, vota singularum monialium, ore tenus expressa audire.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 15. art. 3.* Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo Abbatiss. §. 1. pag. 26.* P. Azor. *instit. Moral. p. 1. lib. 13. cap. 10. a principio.* P. Valer. Regin. in *praxi fori pæn. lib. 30. tract. 3. num. 166. in print.* Nic. Garz. *de Beneficiis, part. 7. cap. 4. n. 42. & 71.*

* Vide etiam Sainzed. ad *Bern. Diaz. in prax. canon. cap.* 22. *num.* 25. Vivi. *dec.* 314. *num.* 16. *lib.* 2. Vincent. *de Anna alleg.* 51. *ex num.* 7.

§ *Quocunque modo obtineat.*) Vide Flamin. *de Resignationib. lib.* 1. *q.* 18. *n.* 40.

† *Is vero, qui electioni præest Episcopus*, &c.) Vide Navar. in *cap. Statuimus*, 19. *quæst.* 3. *num.* 59. Fr. Joan. de la Cruz. *de statu relig. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 2. *concl.* 3. *versab. propè fin.* ubi refolvit, hoc limitandum esse, nisi Prælati prudenter judicent, non posse fieri canonice dictam electionem, ipsis non intrantibus, ob inquietudinem monialium, & suspicionem suborationis votorum inter ipsas suborat, aut ob alias justas causas à sapientibus prudenter arbitrandas, & ibi possunt vota recipere.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 57. *Card. de Luca.*

CAPUT VIII.

Monasteria non habentia Ordinarios regulares visitatores, & non subdita Episcopis, singulis triennii fese in Congregationes unus vel diversæ provinciæ redigant, & deputati ibidem reforment reformanda, ac visitent: negligentia omittentium id facere, digna est, cui annectatur subjectio respectu Episcopi illius Diœcesis.

a MOnasteria omnia, quæ generalibus Capitulis, aut Episcopis non subsunt, nec suos habent Ordinarios regulares visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolicæ protectione, ac directione regi consueverunt, teneantur infra annum a fine præsentis Concilii, & deinde quolibet triennio 1. fese in Congregationes redigere, juxta formam Constitutionis Innocentii III. in (*a*) Concilio generali, quæ incipit: In singulis; ibique certas regulares personas deputare, quæ de modo, & ordine, de prædictis Congregationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis deliberent, & statuant. Quod si in his negligentes fuerint, 2. liceat Metropolitano, in cujus Provincia prædicta Monasteria sunt, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, eos pro prædictis causis convocare. Quod si infra limites unius Provinciæ non sit sufficiens talium Monasteriorum numerus ad erigendam congregationem, possint duarum, vel trium Provinciarum Monasteria unam facere Congregationem. Ipsis autem Congregationibus constituris, illarum generalia Capitula, & ab illis electi Præsides, vel Visitatores eandem habeant auctoritatem in suæ Congregationis Monasteria, ac regulares in eis commorantes, quam alii Præsides, ac Visitatores in cæteris habent Ordinibus: teneanturque suæ Congregationis Monasteria frequenter visitare; & illorum reformationi incumbere, & ea observare, quæ in sacris Canonibus, & in hoc sacro Concilio sunt decreta. Quod si etiam, Metropolitano instante, prædicta exequi non curaverint; Episcopis, in quorum Diœcesibus loca prædicta sita sunt, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis subdantur.

a c. In singulis, de statu monach. Decret. lib. 3.

DECLARATIONES.

1. *Sese in Congregationes redigere.*) Dubitatum fuit a quibusdam, quis numerus requireretur ad legitime convocandum? Congregatio censuit, quod major pars requiratur ad congregandum, quia universitas consistit tantum in duabus partibus.

Rursus ex sententia Congregationis possunt legitime congregati requirere, & monere, non autem compellere quacunque Monasteria Provinciæ. De Monasteriis vero extra Provinciam, si in ea non sit sufficiens numerus Monasteriorum, idem censuit Congregatio.

Ulimo, si Monasteria sint intra limites, censuit, posse deliberare, & definire quæcunque negotia videbuntur, quia potestas est penes Congregationem illam.

2. *Liceat Metropolitano.*) An convocare Monasteria ad Congregationem faciendam, de qua hoc *cap.* pertineat ad Prælatos tantum, an vero ipsis renuentibus ad ipsos Capitulares, ita ut dispositio Concilii non intret, nisi dara utrorumque negligentia? Congregatio censuit, die 5. Febr. negative, quia Episcopus procedit in sæcularibus, in regularibus vero potestas congregandi spectat ad caput, quia sunt mortui mundo, & Concilium hoc vult, quod Metropolitanus sive Episcopus, in cujus Diœcesi sunt ea Monasteria, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, &c.

Innoc. III. in Concil. Lateranensi cap. 12. & *lib.* 3. *Decretal. De statu monachorum.*

IN singulis regnis sive provinciis fiat de triennio in triennium, salvo jure Diœcesanorum Pontificum, commune Capitulum Abbatum atque Priorum, Abbates proprios non habentium, qui non consuevetunt tale Capitulum celebrare, ad quod universi conveniant, præpedritionem Canonicam non habentes, apud unum de Monasteriis ad hoc aptum, hoc adhibito moderamine, ut nullus eorum plus quam sex evectiones, & octo personas adducat. Advocent autem charitative in hujus novitatis primordiis duos Cisterciensis Ordinis Abbates vicinos, ad præstandum sibi consilium & auxilium opportunum, cum sint in hujusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati. Qui ablique contradictione duos sibi de ipsis associent, quos viderint expedire. Ac ipsi quatuor præsint Capitulo universo, ita quod ex hoc nullus eorum auctoritatem prælationis assumat. Unde cum expedierit, provida possint deliberatione mutari. Hujusmodi vero Capitulum aliquod certis diebus continue juxta morem Cisterciensis Ordinis celebretur, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione Ordinis & observantia Regulari: & quod statutum fuerit, illis quatuor approbantibus ab omnibus inviolabiliter observetur, omni excusatione & contradictione ac appellatione remotis; proviso nihilominus, ubi loquenti termino debeat Capitulum celebrari: & qui convenerint, vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter simul omnes communes expensas: ita quod si non omnes poterunt in eisdem, saltem plures simul in diversis domibus commorentur. Ordinentur etiam in eodem Capitulo religiosæ ac circumspectæ personæ, quæ singulas Abbatias ejusdem regni sive provinciæ, non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præscriptam, vice auctoritate studeant visitare, corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere: ita quod si rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovendum, denuntient Episcopo proprio, ut illum amoveat procures; quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referant ad Apostolicæ Sedis examen. Hoc ipsum regulares Canonicos secundum Ordinem suum volumus & præcipimus observare. Si vero in hac novitate quidquam difficultatis emerserit, quod per prædictas personas æquicat expediri, ad Apostolicæ Sedis judicium absque scandalo referatur, cæteris irrefragabiliter observatis, quæ concordi fuerint deliberatione provisa.

Porro diœcesani Episcopi monasteria sibi subjecta ita studeant reformare, ut cum ad ea prædicti visitatores accesserint, plus in illis inveniant quod commendatione, quam quod correctione sit dignum; attentissime præcaventes, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggraventur. Quia hic volumus superiorum jura servari, ut inferiorum nollimus injurias sustinere. Ad hoc strictè præcipimus tam diœcesanis Episcopis, quam personis, quæ præerunt Capitulis celebrandis, ut per censuram Ecclesiasticam appellatione remota, compescant advocatos, patronos, vicedominos, rectores & consules, magnates & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria præsumant offendere in personis ac rebus. Et si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem compellere non omittant, ut libertas & quietius omnipotenti Deo valeant famulari.

REMISSIONES.

x Vide Navar. *Comment. 3. Regular. num. 3. vers. 6. & in cap. Statuimus*, 19. *q.* 3. *num.* 22. *vers.* 41.

CAPUT IX.

Monasteria monialium immediate subjecta Sedi Apostolicæ gubernentur ab Episcopis; alia autem a deputatis in Capitulis generalibus vel aliis Regularibus.

MOnasteria Sanctimonialium, sanctæ Sedi Apostolicæ immediate subjecta, ita sub nomine Capitulorum sancti Petri, vel sancti Joannis, vel alias quomodocunque nuncupentur, 1. ab Episcopis, tanquam dictæ

Sedis delegatis, (a) 2. gubernentur, non obstantibus quibuscunque. Quæ vero a deputatis in Capitulis generalibus 3. vel ab aliis Regularibus reguntur; sub eorum cura, & custodia relinquantur. *

a c. cognoscimus, 18. q. 2.

DECLARATIONES.

1. *Ab Episcopis.*) Moniales Sancti Spiritus in Saxonia gubernandæ sunt ab Episcopis.

2. *Gubernentur.*) Spirituali gubernio, non autem temporali.

Per hoc Decretum nulla jurisdictio concessa est Episcopis in Monasteria Sedi Apostolicæ immediate subjecta, nisi in concernentibus spiritualia, in temporalibus vero nihil agere possunt. Magistratus seculares non debent regere Monasteria monialium, quæ sunt immunia privilegio, vel indulto Apostolico, sed sunt sub jurisdictione Ordinarii, in iis duntaxat rebus, quæ ad veram rationem spiritualem pertinent, in reliquis vero non possunt se intromittere.

Episcopus, qui est in quasi possessione visitandi moniales aliquot, potest in dicta possessione perseverare, salvum tamen manet jus dictis monialibus in petitorio.

Episcopus visitans Monasterium tanquam Abbas, non tanquam Episcopus, non acquirit possessionem visitandi Episcopo.

3. *Vel ab aliis regularibus regantur.*) Ex sententia Congregationis Concilii nullam auctoritatem vel jurisdictionem possunt sibi Ordinarii vendicare ex Decretis Concilii Tridentini in Confessarios monialium, quæ subjecta sint Regularibus. Infra c. 10. §. *Prater.*

REMISSIONES.

* Declarationes aliquot Sacræ Congregationis in proposito refert Joan. Gallemart *in præsenti fol. 537. & seq.*

CAPUT X.

Mensibus singulis confiteantur & communicent Sanctimoniales, quibus dare potest Episcopus Confessarium extraordinarium, ut ea peccata detegant, si confiteri sacramentaliter voluerint bis aut ter in anno, &c.

ATtendant diligenter Episcopi, & cæteri Superiores Monasteriorum Sanctimonialium, ut in constitutionibus earum a admoneantur Sanctimoniales, (a) ut β saltem semel singulis mensibus Confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant; ut eo se salutari præsidio muniant ad omnes oppugnationes Dæmonis fortiter superandas. 1. γ Præter Ordinarium autem Confessorem alius extraordinarius 2. ab Episcopo, & aliis Superioribus bis aut ter in anno offeratur; 3. qui omnium Confessiones audire debeat. δ Quod vero sanctissimum Christi corpus intra chorum, vel septa Monasterii, & non in publica Ecclesia conservetur, prohibet sancta Synodus; non obstante quocunque indulto, aut privilegio.

a Can. 13. quæst. 1. fin. de cons. dist. 1.

DECLARATIONES.

1. *Præter Ordinarium Confessorem.*) Confessores hujusmodi in Monasteriis monialium, quæ sunt sub cura Regularium, non sunt examinandi ab Episcopo.

Ex facultate tamen hujus Decreti Episcopus potest dare confessorem monialibus subjectis Regularibus, quæ nulla ratione indulto possunt, ut suis Regularibus confessionibus peccata confiteantur.

2. *Ab Episcopo.*) Hunc confessarium poterit Episcopus dare Monasteriis etiam non subjectis, & quem maluerit, vel Regularem sc. alicujus Ordinis, vel etiam sæcularem.

Episcopus non habet jurisdictionem in moniales, quæ privilegio vel indulto Papæ sunt immunes, nisi in iis, quæ ad clausuram & ad spiritualium rerum curam pertinent.

3. *Qui omnium Confessiones audire debeat.*) Est in arbitrio tamen cujuscunque monialis, ut extraordinario confiteatur, si voluerit confiteri, quoniam est materia favorabilis.

Sanctissimum Christi Corpus.) Eucharistia non in choro monialium reservetur, sed in choro exteriori, non obstante quacunque consuetudine contraria.

REMISSIONES.

a *Admoneantur.*) Non esse obligatorium præceptum resolvit P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 73. in fine.*

β *Ut saltem semel singulis mensibus, &c.*) Vide Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo, Moniales, §. 7. pag. 255.* Fr. Emman. *qu. Regul. tom. 1. q. 26. art. 1.*

γ *Præter Ordinarium, &c.*) Vide Navar. *cons. 19. num. 5. de Pœnit. & Remiss.* Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ fol. 185.* & sufficere, si examinatus sit a suo superiori ad audiendas Confessiones Monialium, resolvit P. Azor. *institut. Moral. p. 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 2. vers. Quares an Confessarii.*

δ *Quod vero sanctissimum Christi, &c.*) Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 47. art. 4. p. mihi 415.*

CAPUT XI.

Ubicunque imminet cura personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de Monasteriorum familia, visitet Episcopus, & Sacramentorum ministros, etiam ad nutum amovibiles deputet, exceptis Monasteriis Abbatum, Generalium, aut Capitum Ordinum, &c.

1. a IN Monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, 2. quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, personæ, tam regulares, quam sæculares, hujusmodi curam exercentes, subsint immediate in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent 3. jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, * in cujus b Cap. qui religiosi, 21. q. 2. Diœcesi sunt sita. (a) Nec ibi aliqui, etiam 4. ad nutum amovibiles, 5. deputentur, nisi de ejusdem consensu, 6. ac prævio examine per eum, aut ejus Vicarium faciendo, excepto Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, & exceptis etiam iis Monasteriis, seu locis, in quibus 7. Abbates, † Generales, aut Capita Ordinum * sedem Ordinariam principalem habent: 8. atque aliis Monasteriis, † seu domibus, in quibus Abbates, aut alii Regularium superiores jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent: salvo tamen eorum Episcoporum jure, qui majorem in prædicta loca, vel personas jurisdictionem exercent.

DECLARATIONES.

1. *In Monasteriis.*) S. D. N. Pius V. dixit (quicquid Concilium videatur dispositisse in hoc Decreto) exceptandas eas Ecclesias, in quibus regentes habent spiritualem & temporalem jurisdictionem. Voluit tamen ut in omnibus Ecclesiis Parochialibus, in quibus cura animarum etiam laicorum exercetur, habeant Ordinarii facultatem, eas Ecclesias, & personas in iisdem curam exercentes visitandi & corrigendi, in his duntaxat, quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem spectant, ita ut ab hoc Decreto nullus sentiatur exemptus. Cistercien. 9. April. 1592.

Congregatio Concilii censuit, jurisdictionem tributam Episcopo Decreto Conc. c. 11. *Sess. 25. de Regul.* in personas exercentes curam animarum, & administrationem Sacramentorum, in Monasteriis Regularium, quibus incumbit animarum cura, competere etiam Præpositis jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.

Item eam jurisdictionem esse cumulativam cum ea, quæ competit superioribus Regularibus; cæterum si Præpositi Decreta hac in re a superioribus Regularium Decretis discrepent, prævalere utique & observanda esse Decreta Præpositi.

2. *Quibus imminet animarum cura.*) Non intendit hoc Decretum privilegiis derogare, nisi in his tantum, quæ ad curam animarum, & actualem Sacramentorum administrationem pertinent, atque concernunt.

3. *Jurisdictioni, visitationi, &c.*) Episcopus habet jus visitandi Parochian suam in sua Diœcesi, in iis, quæ spectant ad curam animarum, licet dicta Parochia sit sub cura Canonicorum Regularium, Vicariumque ex ipsis Canonicis Regularibus ab eorum Superioribus nominatum, & prævio examine per Episcopum ipsum, vel ejus Vicarium faciendo idoneum, & approbatum, ad nutum tamen hujus Superioris amovibilem, deputare de-

debet, non obstantibus quibuscumque Equites Hierosolymitani, quarenus beneficia curata non obtinent, ab Ordinariis visitari non possunt.

2. Martii 1595. Congregatio Concilii censuit, Episcopum posse ex *cap. 7. sess. 7.* visitare Ecclesias Parochiales unitas Monasterio Canonicorum Regularium, tametsi generalis in eo sedem ordinariam principalem habeat.

18. Martii 1598. Congregatio Concilii censuit, exercentes curam animarum in Parochialibus Hierosolymitanæ Religionis, teneri accedere ad Congregationes, quæ jussu Episcopi ad casus conscientiæ differendos habentur.

4. *Ad nutum amovibiles deputent.*) Non in omnibus Monasteriis, tam illis scilicet quibus a primæva eorum institutione cura animarum imminet, quam iis, quibus postea annexa fuit, possunt ab Ordinariis perpetui Vicarii deputari, sed tantum a Superioribus eorum, prævio tamen examine ipsorum Ordinariorum, juxta præscriptum hujus Decreti.

9. Febr. 1595. Congregatio Concilii censuit, nominationem Vicariorum sæcularium amovibilium in beneficiis curatis unitis spectare ad Episcopos: Vicariorum vero Regularium in vim certæ constitutionis a Pio V. emanatæ spectare ad eos, in quorum Ecclesiis unitis ipsi Vicarii ponentur, illosque non esse prævio concursu, sed tantum examine, & approbatione Episcoporum deputandos. & quando dicti Regulares in Vicarios deputabuntur, ipsos teneri cum alio Regulari cohabitare.

5. *Deputentur.*) Perentibus Jesuitis, An Parochia Tolerana in Monasterium erecta, & unita eorum Collegio, gubernari possit a deputato ab ipsis, modo sit approbatus ab Ordinario, censuerunt posse, sicut etiam monachi possunt, si ad id approbarentur.

6. *De prævio examine.*) Hoc Decretum habet etiam locum in Capitulis Ecclesiarum, in quibus exercetur cura animarum, licet sint in possessione prædicta deputandi Capellanos amovibiles, aut per seipsos curam animarum vellent exercere, absque examine per Ordinarium, aut ejus Vicarium faciendo, sed electio spectat ad Rectorem, sive Abbatem, approbatio ad Episcopum, de cujus consensu Vicarius amovibilis est deputandus.

Prævio examine.) Etiamsi essent in possessione immemorabili aliter faciendi.

7. *Abbatis, Generales, aut Capita Ordinum.*) In Monasterio, in quo Generalis alicujus religionis regularium Sedem ordinariam principalem habet, licet personæ sæculates sint in eodem monasterio, curam animarum exercentes, quantum ad curam ipsam, & administrationem Sacramentorum spectat, nullam visitationis suæ jurisdictionem habent Episcopi Ordinarii Diœcesis illius, in qua monasterium est fundatum.

Congregatio Concilii censuit, ea verba *Abbates, Generales*, posita in *cap. 11. Sess. 25. de Regul.* esse conjunctim intelligenda, ita ut ea exceptio loquatur de Abbatibus, qui iidem sint generales.

Congregatio Concilii censuit, Episcopos non posse visitare Ecclesias Parochiales, in quibus Abbates jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochiam & Parochianos exercent, nisi Episcopus majorem in illis locis, & personis jurisdictionem exerceat.

8. *Atque aliis Monasteriis seu domibus.*) Habet locum hoc Decretum etiam in Ecclesiis sæcularibus illius oppidi seu loci, in quo Abbates, & alii Regulares Superiores eandem jurisdictionem habent.

Parochiales unitas Monasteriis, quæ habent jurisdictionem Ordinarii, visitare possunt & personas, tantum quoad ea, quæ ad curam animarum pertinent. In his quoque Parochialibus possunt visitari a Superioribus Regularibus Capellani ad nutum amovibiles, dummodo approbati sint ab Ordinariis.

Congregatio Concilii censuit, exceptionem positam in *cap. 11. Sess. 25. de Regul. vers. & exceptis*, procedere quoad regulares Ecclesias, in quibus duo Abbates Regulares commorantur, & quæ dependent a Monasteriis, in quibus duo Abbates generales aut capita ordinum sedem ordinariam principalem habent, etiamsi in illis Ecclesiis Regularibus dependentibus non vigeat regularis observantia, ideoque Episcopum ab hujusmodi Ecclesiarum visitatione debere omnino abstinere.

Ordinarius non habet jus visitandi capita Ordinum, licet annexam habeant curam animarum, nec membra provincia capitii.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 36. art. 4.* † & quæ refert Farinac. *super hoc decretum.*

* *Correctioni Episcopi; &c.*) Decretum hoc & similia loquentia de Episcopis, locum etiam habere in Præpasito, Congregatio Concilii censuit, ut testatur Rota Rom. *decis. 798. num. 4. in recollect. a Farinac.*

† *Abbates, &c.*) Vide Mich. Axiam *de exhibend. auxil. fundamento 5. §. mihi 3.*

* *Aut Capita ordinum, &c.*) Vide Farinac. *in annot. hujus decreti.*

† *Atque aliis Monasteriis.*) Vide Franciscc. Vivium *decis. 314. num. 5. & 6. lib. 2.*

* *Monialium, &c.*) Vide Ricc. *in praxi var. resol. cap. 283. num. 2.*

Quia circa hujus & aliorum quorundem Capitum materias nonnulla a S. D. N. Gregorio XV. fel. record. constituta sunt; de quibus veri & magna in parte falsi rumores perverberunt; ac præsertim quia Declaratio per ipsummet Pontificem eidem Constitutioni postmodum adhibita, hactenus multos latuit: opportunum visum est hic apponere Pontificiam illam Constitutionem, & Declarationem. Ita habet.

S. D. N. D. GREGORII PAPÆ XV.

CONSTITUTIO

De Exemptorum privilegiis circa animarum curam, & Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium Monasteria & Prædicationem Verbi DEI.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INscrutabili Dei providentia Universalis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, præsidentes, pastoralis nostræ solicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam præsipue incumbere, ut a dignis, & probatis tantum Sacerdotibus sancte administrentur Ecclesiastica Sacramenta: atque ut Virginum Deo sacrarum Monasteria diligentissime custodiantur, & viri assumantur idonei ad prædicationis officium salubriter exequendum. Sane Tridentinæ Synodi decretis provide cautum est, nullum Presbyterum, etiam regularem, posse Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: Necnon ut in Monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia personæ: tam regulares, quam sæculares ejusmodi curam exercentes, subsint immediate in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi sunt sita. Itemque ut Episcopi universi sub obtestatione Divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ in omnibus Monasteriis sibi subjectis Ordinaria, in aliis vero Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram (sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari maxime procurent; inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quascumque appellatione postposita, compescentes. Atque ut regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, in Ecclesiis vero, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autem Episcopo, nulli, etiam in suorum Ordinum Ecclesiis prædicare præsumant. Verum quia experientia compertum est, Ecclesiasticæ regiminis rationes postulare, ut Decretis ejusmodi aliquid adjungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuo valitura Constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, ut deinceps tam regulares, quam sæculares quomodolibet exempti, sive animarum curam personarum sæcularium Monasteriis, seu domibus regularibus, aut quibuvis aliis Ecclesiis, vel beneficiis sive regularibus, sive sæcularibus incumbentem exercent: sive alias Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent prævia Episcopi licentia, & approbatione; sive quomodo in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant: in his, quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, ramquam Sedis Apostolicæ delegati, plene in omnibus subjaceantur. Ad hæc tam regulares, quam sæculares hujusmodi nullis privilegiis, aut exemptionibus suesi se posse, quominus, si de-

si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subjectarum, ab Episcopo loci, similiter tamquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant. Confessores vero sive sæculares, quomodocumque exempti, tam ordinarii, quam extraordinarii ad Confessiones monialium, etiam regularibus subjectarum audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed & Administrantes bona ad ejusmodi Monasteria Sanctimonialium, ut præfertur, etiam regularibus subjectarum, pertinentia, sive regulares exiterint, sive sæculares quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam superioribus regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad id que juris remediis cogi, & compelli queant. Liceatque Episcopo, ex rationabili causa Superiores regulares admonere, ut ejusmodi Confessores atque Administratores amoveant, iisque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem præfatos Confessores, & administratores amovendi, quoties & quando opus esse judicaverit. Ac similiter possit Episcopus, una cum Superioribus regularibus, quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum earumdem Monasteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; absque ulla tamen ipsorum Monasteriorum impensa. Ac demum habeat Episcopus, tamquam dictæ Sedis delegatus, auctoritatem exercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tam sæculares, quam regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut qui suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint. Ita ut Episcopi in suprascriptis casibus, & in prænominatas personas, in præmissis omnibus & singulis, aut circa ea, quoquo modo delinquentes, quoties & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, uti ejusdem Sedis delegati, procedere, omnemque jurisdictionem exercere libere & licite valeant. Decernentes sic per quoscumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatii Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militarium, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuris alterius instituti, etiam necessario, & in individuo exprimendi, Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tam sæcularium, quam regularium locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis; Conservatorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minime teneantur; & quibuslvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuslvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus Decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, quibus quoad ea, quæ eisdem præsentibus adversantur, illis alias in suo robore permanturis, specialiter & expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca deferri, ut ea tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valvas Lateranenses & Principis Apostolorum de urbe Basilicarum, atque Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ publicari, & affigi, & per aliquod temporis spatium dimitti, eisque detractis, earum exempla eo in loco relinqui. Ac volumus, ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Prælati, seu Personæ in dignitate Ecclesiastica constituræ munitis, in judicio, & extra illud, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostenderentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, declarationis, Decretorum, derogationis, mandati & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis M. DC. XXII. Nonis Februarii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

V. Dat.

S. de Ursinis.

Registrata in Secretaria Brevium.

Declarationes aliquot sacræ Congregationis Concilii Tridentini, super constitutione S. D. N. Gregorii Papæ XV. de exemptorum privilegiis, &c.

POsita Constitutione sanctissimi Domini nostri de exemptorum privilegiis, &c. dubitatur

Primo, an liceat Episcopis visitare alias regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum sæcularium non incumbit, aut loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi audiuntur confessiones personarum sæcularium?

Secundo, an Episcopi possint Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel alias illorum privilegia restringere, ac moderati in Sacramentis administrandis?

Tertio, an facultas Episcopi per constitutionem attributa in exemptos tam sæculares, quam regulares, intelligatur etiam tributa in personas illius Diœcesis?

Quarto, an eadem facultas competat inferioribus Prælatis proprium territorium ac jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus?

Ultimo, an per eandem constitutionem in illis verbis, *possit Episcopus una cum Superioribus Regularium quarumcumque Abbatissarum, &c. electionibus per se, vel per alium interesse ac præsidere*, jus Abbatissas confirmandi Episcopis attributum censeatur?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit constitutionem S. D. N. de exemptorum privilegiis nequaquam subjicere Regulares exemptos, quibus cura personarum sæcularium non incumbit, Episcoporum jurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis, personis sæcularibus administrandis, iidem regulares delinquunt, ac propterea

Ad primum dubium respondit, Episcopis non licere in vi hujus constitutionis visitare altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit cura animarum personarum sæcularium; nec loca ubi in iisdem Ecclesiis asservatur sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi Confessiones personarum sæcularium audiuntur.

Ad secundum, hac in parte constitutionem S. D. N. nihil novi juris induxisse, nec ullam novam auctoritatem Episcopis in regulares attribuisse, ideoque in vi ipsius constitutionis non posse Episcopos regularibus præscribere, ut certis tantum in locis ac temporibus aut certarum personarum confessiones audiant: Vel alias illorum privilegia in Sacramentis administrandis restringere aut moderari.

Ad tertium censuit ejusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius Diœcesis.

Ad quartum non competere.

Ad ultimum jus confirmandi Abbatissas minime fuisse Episcopis per constitutionem attributum.

Quæ cum S. D. N. relata fuissent, ejus Sanctitas sacræ Congregationis sententiam in omnibus approbavit.

R. Cardinalis Ubaldinus.

Prosper Jajnanus Sacræ Congr. Secr.

CA-

CAPUT XII.

Confirmentur Regulares saecularibus in observatione censurarum Episcopalium & dierum festorum, qui servantur per diœcesim.

a c. de lit. 23. dist.

1. a Censuræ & interdicta, (a) nedum a Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata; 2. mandante Episcopo, ß a Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, atque serventur. 3. Dies etiam festi, quos in diœcesi sua servandos idem Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus, 4. serventur.

DECLARATIONES.

a Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur.) Improbatur vero, imo, contra Bullam in cœna Domini, quod possint publicare monitiones, sive bullas sine expressa licentia Ordinarii.

Extant Perusii quam plurima collegia, quæ collegia artes vocantur, & inter cætera repetuntur collegia Macellariorum, Aromatariorum & Pultariorum, & ista tria collegia per plures annos vendidetunt plus offerenti facultatem vendendi diebus festis, & sic ille solus, qui plus offerebat, vendebat, nempe unus pro quolibet exercitio seu collegio, & illud pretium semper converserunt in luminaria, & collationes hominibus dictorum collegiorum, dum eunt ad dicta luminaria, & hoc habent ex antiquissima consuetudine: verum cum tractetur de vendendo mereces diebus festis, & sic de non sanctificando dies festos, quæritur fuit, an sapiat aliquid peccati vel tolerari possit? Congregatio censuit tolerari posse, cum talis consuetudo non sit nutritiva peccati, sed inducta propter necessitatem, & ideo excusatur: atque ita tenent communiter Summistæ.

a Censuræ, & interdicta.) Interdicta non solum generalia, sed etiam Capitularia & unius hominis, Regulares publicare & servare debent.

2. Mandante Episcopo.) Sub hoc Decreto non comprehenduntur, qui nullius Diœcesis sunt.

3. Dies etiam festi.) Dies festi, quod clerus, & populus, ex more & instituto alicujus Ecclesiæ observant, Regulares etiam eorumdem ritu tales dies festos observent, licet ex observantione dictorum dierum festorum ritus prædictorum in suis officiis observandis minatus remanere non possit.

Congregatio Concilii censuit, licere diebus festis dare operam rebus ad victum necessariis, ac tempore pestilentiæ, præsertim tempore vindemiarum ac messium, ac recollectionis fructuum; vel ubi necessitas urgeat, aut suadeat pietas.

An in die festi ab Episcopo constituti & a Regularibus servandi ex Decreto Concil. *cap. 12. Sess. 25. de Regul.* permanere debeat regularium ritus in eorum Ecclesiis, quoad Epistolas, Euangelia, & similia?

Congregatio Concilii censuit, debere permanere, sed in sacris Concionibus, & in lectionibus servari ab ipsis debere illa Euangelia, & Epistolas, quibus clerus sæcularis utitur pro more, & instituto illius Ecclesiæ.

4. Serventur.) Eorum Regularium ritu permanente illis diebus, quoad lectiones, Epistolas, Euangelia, & similia. In sacris vero lectionibus & concionibus, servari debent ab ipsis illa Euangelia & Epistolæ, quibus Clerus sæcularis utitur ex more & instituto illius Ecclesiæ.

Pro parte Episcopi Salmantinensis Ecclesiæ a Sacra Rituum Congregatione quæsitum fuit, an cæremoniale Episcoporum super editum, tollat immemorabiles Ecclesiarum consuetudines?

Eadem sacra Rituum Congregatio respondit ut alias, sæpe cæremoniale præceptum tollere abusus, non autem immemorabiles Ecclesiarum consuetudines, maxime si consuetudo immemorabilis legitime præscripta sit. Et ita censuit, & declaravit die 10. Jan. 1604.

REMISSIONES.

a Vide P. Henriquez in *summa* 5. 2. *lib.* 13. *cap.* 42. §. 3. *in fine.* Fr. Emman. in *addit. ad Bullam Cruciatæ*, *fol. mihi* 291. Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 2. *cap.* 7. *dub.* 2. optime agit colendissimus Præceptor meus D. Antonius Hovemus ad *cap. Cum & plantare*, §. *Quod si temperit*, ß 2. *de Privil.* ubi in hæc verba: Major dubitandi ratio est, an per Conc. *Sess.* 25. *de Regul. cap.* 12. & *cap.* 22. revocata sint privilegia Regularibus concessa ad celebrandum tempore interdicti, & admittendos laicos ad Divina eodem tempore? Partem affirmativam constanter tuentur Navar. in *Manual. cap.* 27. *num.* 190. & latius ex professo *Cons.* 7. *de Privil. in novis*, cujus sententiam verissimam esse contendit Nic. Garcia. *de Benef. p.* 3. *cap.* 2. *a num.* 278. & consultos ab Episcopo Abulensi respondisse Illustrissimos Cardinales, testatur idem Garcia. *p.* 5. *cap.* 8. *num.* 87. *vers. ad* 8. ubi proposita quæstione prædicta in hæc verba respondentur, Privilegia si ante Concilium concessa fuerunt, utique revocata existunt. Contrariam sententiam negativam, quod Trident. Decreto speciali Regularium privilegia, ut pro suis festis, vel aliis certis diebus non servent interdicta, non sint revocata, tuentur P. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 42. §. 1. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 24. & 25. Fr. Emman. in 3. *cap.* 13. *num.* 24. & 25. Fr. Emman. in *Bullam Cruciatæ*, §. 3. *num.* 15. & *in addit. num.* 23. & 39. & *quæst. Regul. com. dit. quæst.* 112. *art.* 1. Fr. Joan. de la Cruz 2. *quæst.* 112. *art.* 1. Fr. Joan. de la Cruz 2. *quæst. 7. dub.* 2. *concl.* 2. Hæc sapientissimus D. Præceptor.

a Vide etiam Fr. Michael. Agiam. *de exhibendis auxiliis fundamenta* 5. *pag.* 23. Seraph. *decis.* 960.

ß *A Regularibus.*) Vide Fr. Emman. 9. *Reg. com.* 3. §. 108. *art.* 2. *in fine.*

CAPUT XIII.

Controversias de præcedentia e vestigio componat. Exempti omnes ad supplicationes publicas accedere compellantur, exceptis quibusdam.

1. a Controversias omnes de præcedentia, quæ persæpe cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, 2. tam sæculares quam regulares, cum 3. in processionibus publicis, tum in iis, quæ fiunt in tumultuariis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella, & aliis similibus, ß Episcopus, 4. amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscumque, 5. y componat. † δ Exempti autem omnes, 6. e tam clerici sæculares, quam regulares, quicumque etiam monachi, 7. ad publicas processiones vocati 8. accedere ζ compellantur; iis tantum exceptis, • qui in strictiori clausura perpetuo vivunt.

DECLARATIONES.

1. Controversias omnes.) Controversias omnes pendentes dirimere Episcopus hodie potest, finitas autem innovare non potest ex Bulla Pii V. in favorem Regularium edita.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum ex *cap.* 13. *vers.* 25. *de Regul.* controversias super præcedentia in processionibus, & aliis similibus ortas inter personas Ecclesiasticas, tam sæculares quam Regulares componere. 14. Febr. 1594.

Congregatio Concilii sæpius declaravit in Concilio Provincialibus attendendum esse in præeminentia Episcoporum tempus ordinationis, non autem dignitatem Ecclesiarum, vel earum ordinem, & præeminentiam. 19. April. 1596.

Item Commendatarios Monasteriorum, sive Abbatiarum in Concilio Provincialibus inter Abbates esse recipiendos, eisque Canonicos Cathedralis esse præferendos, quando capitulariter procedunt, sed extra hunc casum Abbates titulares, vel habentes usum mitræ debere præcedere Commendatarios, post hos locum obtinere dignitates, & post dignitates collocandos esse Procuratores Ecclesiarum Cathedralium.

2. Tam regulares, quam sæculares.) Nullæ immunitates Religioni Hierosolymitanæ concessæ obstant, quo minus ejus sacerdotes inservientes Ecclesiis, vocati debeant ad processiones, ac nisi accedant, etiam compelli.

Ubi ex consuetudine contra *cap. Sanctimus de major. & obed.* Canonici Diœcesi antiquiores præferuntur Presbyteris junioribus, nisi potest Ordinarius auctoritate hujus Decreti immutare. Et Decretum hoc, in quo decernatur omnes tam clericos sæculares, quam regulares & monachos ad publicas processiones vocatos venire debere, locum non habet, in iis, qui perpetuo in strictiori clausura vivunt, ex quibus sunt Canonici Regulares sanctæ Crucis Coimbricensium, Carthusienses, & Camaldulenses.

Congregatio Concilii censuit, Regulares quamvis exemptos, teneri accedere ad omnes & quascumque processiones publicas, & con-

& consuetas, vel indictas pro bono publico vel honore.

Congregatio Concilii censuit, si Monachi, seu Regulares fere ultra medium milliare a Civitate distent, non esse utique compellendos ab Episcopo accedere ad processiones, non obstante Decreto c. 15. *Sess. 25. de Regul.* Cestantis. 5. Maji, 1592.

3. *In processionibus publicis.*) Ad Episcopum pertinet cum consensu Capituli constituere atque edicere, quo & qua processiones dirigi, quasve ad Ecclesias nominatim perduci debeant. Et Regulares, qui non accedunt ad processiones ab ipso Episcopo indictas, ab ipso puniri possunt per censuras & pœnas arbitrarias, & alia juris remedia.

Ordinarius potest præcipere Regularibus in sua diœcesi commorantibus, ut eant ad processiones publicas, ut puta in festo Corporis Christi, in Litaniis & Jubilæis publicis faciendis, in plebibus, in quibus ipsi habent Monasteria, dummodo processiones sint ejus generis, quod Bulla S. D. N. mendicantibus concessa comprehendantur, & dummodo Regulares non sint ex illis conventibus *Collegia* nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur. Hæc Bulla incipit, *Etsi mendicantium*, Pii V. publicata 27. Kalend. Junii 1567. Excipit autem dicta Bulla illos conventus, in quibus fratres sub arctiori clausura degunt, ita ut nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant, sed tantum studiis & lectionibus vacent.

4. *Amota omni appellatione.*) Intelligo ad effectum suspensivum, sed cum convenit, a sententia Episcopi bene appellari potest ad effectum devolutivum.

5. *Componas.*) Id est Brevi manu, summarie, ac de plano, sine strepitu & figura judicii expediat universa.

6. *Tam Clerici.*) Non comprehenduntur, qui sunt nullius Diœcesis, neque laicorum confraternitates, quos tamen Episcopus potest vocare, non autem compellere.

Non comprehenduntur etiam Sacerdotes nullum officium aut beneficium Ecclesiasticum in civitate aut diœcesi obtinentes. Et, si monachi fere ultra medium milliare a civitate absint, non erunt compellendi ad processiones quascumque publicas pro bono publico vel honore.

Congregatio Concilii censuit, Sacerdotes nullum officium, aut beneficium Ecclesiasticum in civitate vel Diœcesi obtinentes, seu habentes non esse ab Episcopo compellendos ad ullas processiones accedere. 9. Maji, 1597.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum posse compellere Canonicos, & alios presbyteros, beneficia vel officia Ecclesiastica obtinentes, ut accedant ad omnes & quascumque processiones publicas, vel indictas pro bono publico, vel honore. 27. Jul. 1596.

7. *Ad publicas processiones vocati.*) Vocantur ad quascumque processiones publicas & consuetas, vel indictas pro bono publico, vel honore, non tamen compellendi sunt ipsi Regulares exempti, (de quibus loquimur) accedere ad Ecclesias extra propria Monasteria pro celebratione orationis quadraginta horarum: sed Congregatio probavit illos, cum tori populo dicta oratio indicitur, in propriis Ecclesiis hujusmodi orationi insistere posse.

8. *Accedere compellantur.*) Etiamsi sint Sacerdotes Hierosolymitani.

Sacerdotes inferiorum Ecclesiis Religionis equitum Hierosolymitanorum, compelli possunt ab Ordinario, ut ad processiones publicas accedant. Supra hoc *cap. 5. Tam Regulares.*

Congregatio Concilii censuit, Regulares degentes in Monasteriis, quæ per dimidium milliare distant a civitate, non teneri nec ab Episcopo compellendos esse accedere ad processiones. 11. Jul. 1601.

An antiquitas monialium a tempore ingressus & suscepti habitus regularium, an vero emissæ professionis computari debeat? Congregatio censuit attendendum esse tempus professionis.

Exemptis in processionibus locum assignandum, quem habere volent.

REMISSIONES.

a Vide Menoch. *Cons.* 126. *a num.* 2. *cum seqq.* & per Gregor. XIII. edita fuit declaratio circa præcedentiam fratrum Mendicantium, & confraternitatum laicorum in processionibus, ut patet ex ejus Constitut. Romæ publicata die decimo septimo Junii anno 1585. incip. Expositi pastoralis officii, quam refert Stephan. Quarant. in *Summa Bullarii verbo, præcedentia, pag.* 396. * Vide etiam Mich. Agiam *de exhibend. anxil. fundum.* 5. *pag.* 23. Felin. Lancelot. Chassan. & Paulum Fuscum relatos a Petro Cenedo in *collectan.* 45. *ad decretum num.* 3. Tiber. Decian. *cons.* 67. *vol.* 2. Gamma in *dec.* 1. *n.* 7. & tradita per Farinac. in *declarat. Congregat. Cardin. circa hoc decretum.* Martam *de Jurisdict.* 4. *p. casu* 113. *num.* 30. Franc. Salgado *de Reg. protect. tom.* 1. *pag.* 2. *cap.* 9. *per totum, maxime a num.* 5.

b *Episcopus amota omni appellatione.*) Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *qu.* 37. *art.* 3.* Salgado supra *num.* 9.

c *Componat.*) Quod in præcedentiis, & processionibus debeat attendi consuetudo loci, asserunt Medices Marchiæ *decis.* 24. Seraphin. *decis.* 335. & *decis.* 683. Aloys. Ricc. in *Collect. decis. p.* 4. *Collect.* 1569.

† *Componat.*) Vide *decis* 88. Interpretum Concilii in recollectis a Farinacio 4. *part.* & Franc. Salgado *d. cap.* 9. *a num.* 25.

d *Exempti autem omnes, &c.*) Vide Zerol. in *praxi Episc. p.* 1. *verb. Processiones*, § 2. Fr. Emman. *tom.* 3. *quæst.* 36. *art.* 1. Aloys. Ricc. *Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 90. late Stephan. Grat. *decis.* 232. Balb. *decis.* 339. *p.* 2.* Hugolin. *de offic. & potest. Episcop. cap.* 20. § 2. *num.* 4.

e *Tam Clerici sæculares, quam Regulares.*) Sacra Card. Congreg. censuit, Clericos omnes diœcesanos, quantumvis exemptos, si beneficia etiam simplicia in diœcesi obtineant, teneri, & compelli posse ab Episcopo, ut accedant ad processiones, refert Aloys. Ricci in *Collect. decis. p.* 4. *Collect.* 882. *in principio.* An procedat in clericis nondum beneficiatis, sed tantum obtinentibus officium in Ecclesiis? Affirmant Balb. *decis.* 320. *p.* 2.

f *Compellantur.*) An possint compelli Monachi ab Episcopo, & censuris distringi, ut vadant ad publicas processiones? Pluries per sacram Cardin. Congreg. fuisse decisum, non posse compelli, refert Quarant. *d. verbo, Præcedentia in fine*, & resolvunt P. Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 35. *num.* 23. Fr. Emman. in *summ. tom.* 1. *cap.* 74. *num.* 4. in Curia Episcopali Papiæ decisum fuisse, posse censuris compelli, testatur Macera *decis.* 35. *dub.* 2. falsum pœnis pecuniariis, asserit Steph. Gratian. *decis.* 232. *num.* 13. Et quod pariter compelli possint confraternitates laicorum, dicit decisum Papiæ Macerat. ejusdem Curiæ *decis.* 66. & vide Sayr. *decis.* 5. *de Officio Ordin.* ubi resolvit, quod hujusmodi confraternitates, quoad temporalia non subsunt Episcopo, secus vero quoad spiritualia. * Quod etiam voluit Marta *de jurisdict.* 4. *p. casu* 113. *num.* 20.

Nota ex Farinacio hic, quod Regulares, qui non accedunt ad processiones ab ipso Episcopo indictas, possunt ab ipso puniri per censuras & pœnas arbitrarias & alia juris remedia, & patet ex *decis.* 1. & 24. decisionum interpretum Concilii Trid. ab eod. Farin. *recollect. 4. p.*

Nota etiam, quod sacra Congregatio declaratione 380. decrevit, sacerdotes etiam servientes in Ecclesiis Equitum Hierosolymitanorum, posse similiter compelli ab Ordinario, ut interfint iis processionibus, ut refert Cenedo in suis 55. *canonicis quæst.* 26. *num.* 17. cujus in propolito meminit Franc. Salgado *de Regia protectione p.* 2. *in cap.* 9. *num.* 103.

g *Qui in strictiori clausura.*) Vide Stephan. Gratian. *decis.* 235. Et quod non procedat etiam in Regularibus, qui absunt a civitate ultra dimidium milliare affirmat Aloys. Ricc. *Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 131.* & est decisio 24. Interpretum Concilii in recollect. a Farinac. & notat Ricc. *collect.* 503. post Maynard. *decis.* 43. *lib.* 4. & idipsum tradit Hugolin. *d. cap.* 20. *in* § 2. *num.* 5. & 6.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 38. *Card. de Luca.*

CAPUT XIV.

De supplicio Religiosi publice delinquentis.

1. a REgularis, non subditus Episcopo, qui intra claustra monasterii degit, & 2. extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit; Episcopo instante, a suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, 3. severe puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat: (a) sin minus a suo Superiore officio privetur, β & delinquens ab Episcopo puniri possit. a c. fin. § fi vero, de stat. mon.

DECLARATIONES.

1. *Regularis, non subditus Episcopo.*) Declaratio hujus Decreti extenditur ad Cruciatam, & Inquisitores, ut non possint extrahere regulares absque Superiorum consensu.

2. *Et extra ea ita notorie deliquerit.*) Quando extra claustra regularis delinquit notorie, dubitatum fuit an detinendus sit in carceribus Episcopi, donec processus in curia Episcopali conficiatur, eoque

compilato instante Superiore remittendus sit una cum processu puniendus, an potius non expectata compilatione processus, statim remittendus sit ad Superiorem una cum his probationibus, quæ habentur? Congregatio respondit, statim remittendum esse, etiam posito quod Superior nullam instantiam faceret.

Regulares degentes de licentia suorum Superiorum in domo ad erectionem Monasterii destinata, comprehenduntur sub dispositione Conc. Trid. hic & *cap. 3. Sess. 6.* adeo ut ab Episcopo, si deliquerint, puniri & corrigi possint? Congregatio censuit comprehendi, si in ea domo non vi get regularis observantia, vide *Sess. 7. & 8.*

3. *Severe puniatur.*) In posterum nemo Regularium ejiciatur e Monasterio, etiamsi sit incorrigibilis, sed peccantes a Superioribus ignominia carceris castigentur, & actus etiam (si opus fuerit) pro modo delictorum puniantur.

Intimetur per cursorem, ut nullus officialis Cameræ Pœnitentiariæ, Contradictarum, Cancellariæ, aut cujusvis tribunalis (sub pœna privationis officiorum) audeat ponere manus in supplicatione regularium vicarum, & mulierum, etiam cum litteris justificationis, nisi sit a protectore subscripta.

An regulares possint civiliter coram Episcopo, a creditoribus suis conveniri? Et fuit responsum, quod possint conveniri, si non sint sub regulari observantia, *cap. cognovimus*. At si sint sub regulari observantia, non possunt convenire coram Episcopo, quia habent proprium Superiorem, & nihil habent cum iis commune Episcopi, propter exemptionem, itaque coram Conservatoribus in casibus præmissis supra *sess. 14. cap. 5.* possunt conveniri, & ita censuit Congregatio, die 19. Julii 1573.

REMISSIONES.

a Vide Navar. *Comment. 2. de Regular. num. 63.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. qu. 2. art. 6. & quæst. 63. art. 1.* * & Seraph. *dec.* 980. Vide etiam Mich. Agiam *de exim. auxil. fundam. 5. fol. mihi* 241. Trevisan. *decis. 36. num. 4. lib. 1.*

b Ita delinquens ab Episcopo puniri posse.) Quod non per censuras docet P. Sanchez *de Matrim. lib. 7. disp. 33. num. 23.*

CAPUT XV.

Professio tamen valide emittitur anno decimo sexto ætatis expleto.

1. a &c. IN quacumque Religione (*a*) tam virorum, quam mulierum 2. professio non fiat *b* ante 3. decimum sextum annum expletum; nec qui minore tempore quam a [illegible] &c. 4. per annum, post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur, (*b*) 5. *c* Professio autem, antea facta, sit nulla; nullamque inducat obligationem ad alicujus Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis observationem; 6. aut ad alios quoscumque effectus.

DECLARATIONES.

1. *In quacumque religione.*) Hoc decreto, & 19. *infra* 5. *Quicumque regularis*, non comprehenduntur omnes regulares militares: sic etiam Rota decidit in una Triasforensis pensionis, coram Reverendo Seraphino 11. Dec. 1570. etenim non teniunt in odiosis.

2. *Professio non fiat ante 16. annum.*) An professus tacite, jam dudum sit vere professus, sicut qui expresse post annum professus, & tacita professio sit per hoc *cap.* sublata? Congregatio censuit esse vere professum, si modo cætera adsint, quæ jus requirit ad inducendam tacitam professionem, & respondit hanc non esse exclusam per dictum Decretum, servato tamen ibi tempore præfixo.

Moniales, quæ ejus Ordinis sunt, qui requirit professionem, si tacitam professionem emiserint, etsi palam & expresse id faciendum non fuit, cogendæ non sunt, ut expresse profiteantur. Etenim singula Monasteria liberum habent tacite vel expresse profitendi.

Congregatio Concilii censuit, Oratricem Nonas asserentem habitum per eam gestum, distinctum fuisse distinctione parenti ab habitu professis fieri solito, minime tacitam emisisse professionem. 9. Sept. 1595.

3. *Decimum sextum annum expletum.*) Non relevat, quod moniales seu regulares fuissent deceptæ circa ætatem ad nullæ ad pro-

fessionem. Corrigitur hic *caput primum de Regularibus in 6.* ut in minore 14. annis, &c.

4. *Per annum.*) Continuum fecisse in probatione intra claustra, non autem interpolatum: nec Privilegium aliquod suffragatur, cum censeatur tubatum, *infra cap. 22.*

27. Nov. 1597. Congregatio Concilii censuit, annum probationis ad emittendum professionem in Religione debere esse continuum, non autem interpolatum.

An vero qui vovit ingredi religionem, & in ea perseverare, si ingressus intra annum probationis recedens reverteretur ad sæculum, sit liber a voto ex mente hujus Decreti Concilii, cum non possit renuntiari anno probationis, sicut de jure communi? Congregatio declaravit, hoc Decretum Concilii nihil dispositisse de voto, cum professio non sit valida ante expletum probationis annum.

Quia autem Canones permittunt, ut quis post ratum matrimonium religionem ingredi possit, dubitabatur quid fieret, si unam religionem ingressus, de illa transeat ad aliam, aut plures, & ita tempus professionis differatur? an scilicet talis compelli possit ad tempus hoc breviandum, maxime cum ille transitus ex una ad aliam religionem fieri videatur in fraudem ejus, qui in sæculo remansit? Congregatio anni 1598. respondit, non posse compelli.

Puella ex illegitimo & damnato coitu nata nullo Concilii decreto habitum religionis sumere, in eoque profiteri prohibetur.

Hoc anno probationis durante si novitia, (curandæ valetudinis causa) de licentia superiorum e Monasterio exierit, & postea reverteretur, eodem tempore professionem emitter, perinde ac si numquam egressa fuisset.

24. Aug. 1597. Congregatio Concilii censuit, moniales nullo pacto ad professionem admittendas, nisi per annum post susceptum habitum in probatione steterint, quemadmodum diserte verbis cavetur decreto 15. *Sess. 25. de Reg.* neque ullam rationem habendam contrariæ consuetudinis etiam immemorabilis, utpote fabulæ, *Decret. cap. 22. Sess. 25.*

Iidem moniales virgines, quas solas consecrare fas est, ante 25. annum completum non esse consecrandas.

5. *Professio ante facta sit nulla.*) Professio facta a Moniali ante 16. annum expletum debet ab Ordinario nulla declarari.

Sed quid si ex instituto alicujus regulæ professio non fiat ante 18. annum complet-

12. Sept. 1594. tum, (ut sunt de S. Francisco de Paula) an sit eorum professio nulla, si jam emiserint post tempus Concilii? fed ante tempus in eorum regula statutum? Si quidem ex verbis regulæ non annullatur talis actus professionis, sed tantum imponitur pœna eum rejiciendi, & eget confirmatione superioris? Censuit Congregatio professionem tenere, *arg. cap. Ad aures de Regular.*

Lucensis 6. Aug. 1593. Congregatio Concilii censuit, ex professione, sive tacite sive expresse intra annum probationis emissa, non obligari aliquem, neque in specie, neque in genere Religioni.

Congregatio Concilii censuit, eum qui emisit professionem intra annum, nec deinde emisit tacitam, non esse obligatum ad religionem, neque in genere, neque in specie.

6. *Aut ad alios quoscumque effectus.*) Si mulier 12. annis major ingrediatur Monasterium, & intra duos menses habitum susceperit, expleto 16. anno & lapso anno probationis, professionem emittat juxta hoc Decretum, interea vero expectet, donec annus probationis labatur, & professio sic emittatur.

Qui emisit professionem intra annum probationis, non est obligatus, neque ad Religionem in genere, neque in specie, nec etiam in foro conscientiæ illi indicta est obligatio.

Congregatio alias respondit, tacitam professionem induci per annum & diem computandum a die post decimum sextum annum expletum ejus, qui Monasterium ingressus est.

Item Congregatio censuit, tacitam professionem in his Decret. 15. & 16. non esse exclusam, servato tamen tempore ibi præfixo, & concurrentibus aliis ad tacitam professionem requisitis. Supra *hoc cap. in initio.*

In religione sancti Basilii approbata in sui initio licebat expressa professio trium votorum, sed tempore, quo (de cujus initio non est memoria) regulari observantia collabente, ejus Monasteria commendata fuerunt, desiit emitti confusa professio, quia nec erat caput aliquod religionis. Dubitatur itaque an illi, qui hujusmodi religionis habitum de manibus Commendatarii, vel Prioris, vel expresse, professione suscepta per aliquot annos gessarunt, tacite professi intelligantur quoad regulam sancti Basilii? Congregatio censuit tacite professos.

Congregatio coram Cardinali Alciato

distinxit, caput hoc de Militaribus religionibus non loqui, quia in odiosis non veniunt Hierosolymitani. Sylv. *verb. relig. n.* 4. Supra hoc *cap.* §. *in quacumque.*

3. Jun. 1569. Congregatio Concilii censuit, etiam milites Hierosolymitanos hodie debere, antequam professionem emittant, per annum in probatione manere, postquam eorum constitutiones, quoad hoc, ad Tridentini Concilii Decreta sunt relatæ, & a sede Apostolica confirmatæ.

Licet Hierosolymitani milites dicantur regulares, idque juxta Abb. *Rub. de regul.* tamen non comprehenduntur sub hoc *cap.* unde & in his non requiritur ætas præscripta per Concilium.

Post professionem quilibet regularis etiam extra clausura degens, si moriatur cum habitu, jure omnia bona sua mobilia & immobilia acquirit Ordini, in quo professus est & visa quadam Bulla Pii V. paulo post Rota decreverat in favorem militiarum, quod ipsi per Concilii verba non comprehenderentur. At novissime mense Julii 1592. censuit Congregatio, milites Hierosolymitanos e novo ipsorum statuto inhærente hoc Decreto comprehendi.

Post professionem vero quilibet regularis etiam extra clausura degens, sive moriatur cum habitu, sive sine, cuncta bona sua mobilia & immobilia acquirit ordini, in quo professus est: Vide Bullam Pii V.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 2. *art.* 7. *& tom.* 3. *quæst.* 13. *art.* 4. *& quæst.* 15. *art.* 1. 2. 7. 8. P. Azor. *instit. Moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib.* 18. *n.* 385. *cum seq.* Petr. de Ledesm. in *summa part.* 2. *tract. del estado de los Relig. cap.* 7. * Vide etiam Navar. *conf.* 5. *num.* 4. *lib.* 1. *de kis, quæ vi metusve causa fiunt.* Honded. *cons.* 78. *num.* 22. *vol.* 2. Molin. Theolog. *tom.* 1. *de justit. & jur. quæst.* 139. *col.* 6. *fol. mihi* 542. Didac. de la Mota *de confirmat. Ordin. S. Jacobi lib.* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 5. & §. 12. *num.* 9. & Rotam novis. *decis.* 591. *p.* 2. *divers.*

β An per Concilium in præsenti subtractæ sint tacitæ professiones? Affirmant aliquas tantum, non omnes esse abrogatas, Fr. Emman. *tom.* 3. *quæst.* 17. *art.* 1. P. Azor. *d. c.* 4. §. 6.

γ An Milites in emittenda professione comprehendantur sub hoc Decreto? Affirmant Navar. *conf.* 5. *sub tit. de his quæ vi*, Fr. Emman. in *summa tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 2. *concl.* 1. Steph. Graz. *discept. forens. cap.* 367. *num.* 27. Negant Rot. novissi. *part.* 1. *decis.* 191. Ft. Lud. Beja *Responsi. casuum conscient. part.* 4. *casu* 28. *per totum*, Ianc Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancell. glos.* 2. *a num.* 61. P. Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 44. *num.* 8. Flamin. *de Resignat. lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 117. *cum sequentibus*, ubi num. 120. dixit Milites Hierosolymitanos comprehendi sub hoc Decreto ex novo ipsorum statuto, huic Decreto adhærente.

† Stephan. Gratian. *discept.* 457. *ex num.* 31. Ricc. *collect.* 216.

δ *Ante decimum sextum annum completum.*) Vide Zerol. in *praxi Episcop. p.* 1. *verbo, moniales*, §. 2. *pag.* 233. P. Azor. *instit. Moral. p.* 1. *l.* 12. *cap.* 2. *col.* 1169. & *l.* 13. *cap.* 9. *col.* 1316. P. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 24. *num.* 22. Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. l.* 1. *cap.* 8. *dub.* 2. & 4. Petr. Ledesm. in *summa cap.* 2. *tract. del estado de los Religiosos, en commun. cap.* 7. Neque hoc casu malitiam supplere ætatem asserit Aloys. Ricc. *Curiæ Archiep. Neap. decis.* 122. * Vide Guttier. *l.* 2. *canon. quæst. cap.* 1. *num.* 107. Joan. Steph. Durant. Theologus. *quæst. juris. notatiss. quæst.* 5. & ibi Jacob Ferret ejus additionator, Rotam novis. *decis.* 375. *num.* 7. de qua per Farinacium in *p.* 1. *civil.*

ε *Quam per annum.*) An continuus debeat esse? Affirmant Navar. *conf.* 52. *sub tit. de Regular. num.* 2. P. Henriquez in *summ. l.* 13. *cap.* 40. §. 2. *in medio*, Flamin. *de Resign. l.* 2. *quæst.* 13. *num.* 11. † Honded. *d. cons.* 78. *num.* 17. Cabedo *lib.* 2. *divers. juris, decis. cap.* 15. *num.* 2. 3. & 4. Jac. Ferret, ad *Steph. Durant*, *quæstionum juris notatissimar. quæst.* 3. Rota novis. *decis.* 175. *a num.* 1. *per Farin. p.* 1. *civil.*

ζ Quod potest compleri extra monasterium cum licentia, resolvunt Navar. *dict. conf.* 52. *num.* 4. & *conf.* 51. *num.* 3. *de Regul. & conf.* 20. *de Clericis non resid. num.* 3. Flam. *de quæst.* 13. *num.* 12. Fr. Emman. *tom.* 3. *quæst.* 15. *art.* 8. Fr. Beja *Resp. casuum conf. p.* 4. *casu fin. in ultimis verbis.*

η Quod anus probationis possit impleri ab eo, qui nondum expleverit annum decimum sextum, ut vi talis probationis possit probatus admitti ad professionem expleto 16. anno, tenent Navar. *conf.* 52. *de Regul. num.* 1. P. Azor. *instit. Moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *quæst.* 9. P. Valer. Reginald. *d. lib.* 18. *num.* 385. *prope finem.*

δ An novitius etiam de consensu Prælati, & conventus, possit renuntiare anno integro probationis? Negant Navar. *cons.* 3. *sub tit. de Reg.* Beja *d. casu fin. vers. Tertio*, ubi a princip. probat professionem novitii ante annum probationis factam in mortis articulo esse validam, teneri tamen novitium, si convaluerit, & ex ea infirmitate non decesserit, complere postea integrum probationis annum, & professionem de novo emittere, vide Fr. Emman. *tom.* 4. *q.* 15. *art.* 6. Per. de Ledesm. *d. cap.* 7. *conc.* 2. *diffic.* 1.

ι *Professio autem antea facta sit nulla.*) Vide Bejam. *dict. p.* 4. *casu* 7. Fr. Emman. *tom.* 3. *quæst.* 17. *art.* 3. & vide ad quid P. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 24. *num.* 6. & *lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 45. *cum seqq.* Et quod allegans se non esse professum, probare debeat, decid. 1 Rot. *diversf. decis.* 210. *part.* 2. Nec in dubio professionem præsumi affirmat Putc. *decis.* 108. *lib.* 1. Professio vero an possit per testes probari? Vide apud Vincent. de Franch. *decis.* 481. † Honded. *cons.* 78. *num.* 36. Stephan. Durandi *quæst. jur. quæst.* 5.

* *Aut ad alius quoscumque effectus.*) Vide Tiev. in *decis.* 13. *lib.* 1.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 39. *Card. de Luca.*

CAPUT XVI.

Renuntiatio aut obligatio quæcumque fiat intra duos menses proximos ante professionem, alioquin est nulla. Novitii inventi habiles sine mora admittantur ad professionem, aut e monasteriis ejiciantur. Nihil innovatur in pio instituto clericorum Societatis Jesu. Ne illaqueentur novitii aut novitiæ, &c.

α β γ 1. NUlla quoque δ renuntiatio, 2. aut obligatio ε antea facta, etiam cum juramento, vel in favorem cujuscumque causæ piæ, valeat, 3. nisi ζ cum licentia ϑ Episcopi, sive ejus Vicarii, fiat 4. intra duos menses * proximos ante professionem; ac 5. non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione: aliter vero facta, etiamsi cum hujus favoris expressa renuntiatione, etiam jurata, ϑ sit irrita, 6. & nullius effectus. (a) ι Finito tempore novitiatus, 7. Superiores novitios, 8. quos habiles invenerint, 9. ad profitendum admittant, aut e monasterio eos ejiciant. † Per hæc tamen sancta Synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere, κ quin Religio Clericorum Societatis Jesu, juxta pium eorum institutum a sancta Sede Apostolica approbatum, Domino & ejus Ecclesiæ inservire possint. λ * Sed neque ante professionem, excepto victu, & vestitu, novitii, vel novitiæ illius temporis, quo in probatione est, quocumque prætextu, a parentibus, vel propinquis, aut curatoribus ejus monasterio 10. aliquid ex bonis ejusdem tribuatur; 11. ne hac occasione discedere nequeat, quod toram, vel majorem partem substantiæ suæ monasterium possideat; nec facile, si discesserit, id recuperare possit: quin potius præcipit sancta Synodus 12. sub anathematis pœna dantibus & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat; & 13. ut abeuntibus ante professionem μ * omnia restituantur, quæ sua erant. Quod ut recte fiat, Episcopus etiam per ν censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.

a c. cum causam in fin. de elect.

DECLARATIONES.

1. *Nulla quoque renuntiatio.*) Hoc caput non habet locum in puellis, quæ educationis gratia manent in monasteriis, neque procedit hoc *cap.* in testamento aut ultima voluntate, vel eleemosynis.

2. *Aut obligatio antea facta.*) Vox *antea* respicit tempus quod secutum est ipsum ingressum. Ideoque invalida est donatio facta ante susceptionem habitus, non autem illa quæ a tempore susceptionis præcesserit duos menses, qui sunt ante professionem.

Quoad Decretum Concilii respondit Congregatio, se non comprehendisse quoddam depositum illarum pecuniarum, quæ dotis seu eleemosynæ nomine Monasterio

dantur, sive deponuntur in publico Bancio, sive penes alium, qui eas Monasterio dare debeat post Professionem emittam.

Improbatur pariter cautio Bancatia in eventu restitutionis, ac etiam in inventionem mutuò colorati, quod parentes novitiarum in dotem destinatam, sub nomine mutui singuli, Monasterio numerarent: etenim omnibus istis modis lex Concilii circumveniretur.

Quod si renuntiatio ante susceptum habitum facta fuerit, vel ante ingressum Religionis, (quamvis renuntians foret acceptatus) Concilium non habet locum, loquitur enim de sumentibus habitum, vel intrantibus religionem. Sed si donatio vel renuntiatio facta fuerit intuitu Religionis ingrediendæ; tunc tamquam facta in fraudem hujus canonis, videtur subesse huic dispositioni ex sententia Congregationis.

22. Jan. 1598. Congregatio Concilii censuit, Decretum *cap. 16. in principio*, non vendicare sibi locum in testamentis, atque aliis ultimis voluntatibus.

18. Martii 1592. Congregatio Concilii censuit, Decretum Concilii *cap. 16. Sess. 25. de Regularibus*, non vendicare sibi locum in donationibus, vel renuntiationibus ante habitus susceptionem, etiam animo & proposito religionem ingrediendi factis.

3. Martii 1594. Congregatio Concilii censuit, Decretum Concil. Trident. *cap. 16. Sess. 25. de Regul.* non habere locum in donationibus, & renuntiationibus factis ante susceptionem habitus.

3. *Nisi cum licentia Episcopi.*) Hæc licentia omissa, & professione sequuta, nulla est renuntiatio.

4. *Intra duos menses proximos.*) Renuntiatio a novitio facienda intra duos menses ultimos, antequam professio emittatur, fieri debet. Hæc verba verificantur, etiamsi ultra plures menses anni probationis professio fuerit prorogata. Neque enim Renuntiatio facta cum licentia Episcopi sive ejus Vicarii, intra duos menses proximos, tempore quo professio emitti legitime potuisset, confebitur invalida, ex eo quod actualis professio per aliquot menses dilata fuit.

17. Oct. 1594. Congregatio Concilii censuit, renuntiationem factam cum licentia Episcopi, sive ejus Vicarii intra duos menses proximos tempore, quo professio emitti legitime potuisset, non censeri invalidam ex eo, quod ipsa actualis professio per aliquot menses dilata fuerit.

25. Jan. 1601. Congregatio Concilii censuit, Decretum *cap. 16. Sess. 25. de Regul. in princ.* vendicare sibi locum etiam in his, quæ excedunt annum 16. & illa verba, ante facta, quæ ibidem habentur, non referri ad ætatem renuntiantis, sed ad duos menses proximos ante professionem.

5. *Non alias intelligatur.*) Si renuntians, tempore renuntiationis compleret 16. annum, renuntiatio esset valida; dummodo facta sit cum licentia Episcopi, seu Vicarii, juxta hoc Decretum intra duos menses proximos ante professionem.

6. *Ex nullius effectus.*) Idem dicendum est, si renuntians esset tacite professus, licet renuntiasset duobus mensibus, ut hic, ante professionem expressam.

7. *Superiores novitiis, &c.*) Hæc verba telpiciunt tantum ad habiles, non autem ad inhabiles. Et ita ex licentia S. D. N. explicante hunc textum Illustrissimo Cardinali Caravellanensi, censuit Congregatio sub die 19. Julii 1570. quod dictum tempus novitiatus est arbitrarium.

8. *Quos habiles invenerint.*) Si inhabilitas ex infirmitate proveniat, poterit prorogari tempus, donec duret probabilis spes recuperandæ sanitatis.

9. *Ad profitendum admittant.*) Fuit dubitatum, an monialis, quæ emiserit professionem, & deinde probabiliter dubitum se non fuisse baptizatam, de novo ad cautelam baptizata fuit, debeat de novo emittere professionem? & dato quod sic, an debeat expectare per annum? Fuit relolutum sub die 10. Dec. 1588. professionem ligare, verum debere eam ad majorem cautelam iterum emittere professionem, expectato alio anno, & fuit allegatus Abbas in *cap. 1. & 2. pertib. non bapterzet.*

10. *Neque aliquid ex bonis ejusdem tribuantur.*) Ne quidem eo casu, quo aliquid tribueretur non ex puellæ bonis propriis, sed ex illorum bonis, qui sunt parentes vel consanguinei.

Cum dubitatur, an puella sit legitime professa, & an donatio facta monasterio fuerit libera & valida: Episcopus debet eam amovere a monasterio in loco tuto, & neutri parti suspecto collocare, ibique eam diligenter interrogare.

11. *Nec hac occasione discedere nequeat.*) Quod si discesserit intra tempus probationis & dos soluta esset, erit restituenda hæredibus una cum fructibus, si quos Monasterium percepisset, deducto tamen victu & vestitu, non tamen pacto, quo talia diceret, antequam habitum in Monasterio susciperet: *etiamsi pactum esset irritum, & si esset*

si esset immmorabilis consuetudo restituendi. Debetur dos promissa monasterio pro Monali defuncta professa, non obstantibus alimentis persolutis eidem Monali, dum ipsa viveret & pacto, quod semper essent eis persolvenda dicta alimenta, donec solveretur dos.

12. *Sub anathematis pœna dantibus.*) Non incurritur ipso facto, & absolutio non est reservata Papæ.

Puellæ, quæ sunt in Monasteriis, finito tempore Novitiatus, sunt ad professionem admittendæ, si habiles inveniantur; si vero non, ejiciantur e monasterio.

Professus in una Religione ad aliam translatus, etiam ad laxiorem, auctoritate tamen Apostolica, non potest renuntiare anno probationis, ut in hoc Decreto: nec illa renuntiatione per superiorem facta, ad ipsam professionem intra annum potest recipi, sed iterum debet profiteri juxta formam hic traditam.

31. Maji 1597. Congregatio Concilii censuit, tempus anni ad emittendam professionem a Concilio Tridentino præfixum, posse arbitrio superioris Regularis prorogari.

13. *Et ut abominatio ante professionem omnio restituantur.*) Etiam cum fructibus, si qui sint, deductis tamen alimentis a Monasterio præstitis. Supra hoc *cap. §. ut hac occasione.*

Si Novitius sit sui juris & non habeat parentes, non potest in ingressu Religionis præter victum aliquid donare Religioni, amore Dei, ut Congregatio respondit, ex verbis expressis hujus Decreti. Ad dubium autem an idem possit in ipsomet ingressu donare suppetum, & omnia bona sua Religioni, ut fiebat olim, dummodo in illis cælibus non sit posita pœna excommunicationis? respondit similiter Congregatio, omnes hujusmodi donationes, quæ fiunt ab iis, qui ut Novitii sunt, ingrediuntur animo profitendi legitimo tempore, comprehendi hoc Decreto.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 47. art. 2. P. Azor. instit. Moral. p. 1. l. 12. c. 2. col. 1. 69. P. Molin. de justit. tract. 2. disp. 139. 9. Antequam.* P. Leff. *eod. tract. l. 2. c. 41. dub. 4. n. 40.* P. Valer. Regio. *in praxi fori pœnit. l. 18. num. 197.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 2. collect. 454.* Cæval. *Communium contra Communes q. 806. num. 13. cum seq.* latissime Alvar. Valasc. *de Partitione 5 cap. 16. num. 12. cum seqq.* Lusit. Benedict. Ægid. *in Repet. lib. unic. C. de Sacrosanct. Eccles. p. 4. §. 2. per totum.*

b Hoc Decretum non procedere in Testamentis, donatione causa mortis, & codicillis, resolvunt Nav. *Comment. 2. de Reg. num. 30.* Gasp. Thesaur. *decis. 56. l. 2.* Henriquez *decis. 21.* P. Azor. *l. 9. c. 1. l. 12. cap. 2. quæst. 14.* Fr. Emman. *tom. 3. quæst. 16. art. 1.* Aloys. Ricc. *in coll. decis. col. 384.* P. Leff. *de justit. l. 2. cap. 41. num. 40.* Valasc. *d. cap. 16. a num. 13.* Lus. Ægid. *d. §. 2. num. 21. cum seq. & num. seq.*

7 *Renuntiatis.*) Procedere in renuntiatione beneficii, etiam ante ingressum, in ruitu religionis facta, nisi paulo ante professionem, quando scilicet ad illam est receptus a fratribus, & omnia sunt parata, ita ut moraliter loquendo professio indubitanter sequi debeat, resolvunt Fr. Emman. *tom. 1. q. 32. art. 2.* Flam. *de Resig. l. 3. q. 3. n. 3. cum seqq.* P. Azor. *instit. Moral. p. 2. l. 7. c. 20. q. 6.* † Renuntiatio autem facta a novitio profiteri nolente in religione, si efficiatur postea Episcopus, an revocetur? Affirmat Aloys. Ricc. in *sua praxi variar. resolutt. cap. 132.*

Utrum dos data puellæ pro ingressu religionis, si moritur ante professionem, acquiratur monasterio, vel a proximioribus vendicari possit, quæri solet: & ad favorem proximiorum consulti responderunt post Calderin. Menoch. *cons. 396. num. 3.* Honded. *cons. 24.* & Ricc. in *prax. var. resolutt. cap. 132. ex num. 1.*

8 *Antea facta.*) Utrum renuntiatio seu donatio bonorum facta ab existente adhuc in sæculo, præsertim de inuitu ingressus Religionis, stante dispositione hujus *cap.* valida sit? Negat P. Leff. *de just. l. 2. c. 41. n. 40. vers. Secundo.* Affirmant hoc Decretum non habere locum in renuntiatione facta ante susceptionem habitus, Quarant. *in Summ. Bullarii, verbo, Monasteria & conventus, pag. 370. vers. Dubium illud.* Sreph. Gratian. *decis. 37. num. 2.* Alvar. Valasc. *d. cap. 16. num. 22. cum seq.* Benedict. Ægid. *in Repet. d. l. 1. p. 4. §. 2. num. 22. ad finem.*

* Vide Gasp. Ant. Thesaur. *lib. 2. quæst. forens. q. 56. n. 2.*

1 Utrum Testamentum ante ingressum Religionis factum sequuta professione rumpatur? & an ante professionem possit expresse revocari? Vide Graf. §. *Testamentum, quæst. 54. num. 2.* Fachin. *lib. 6. Controv. cap. 14. & 15.* Carol. Tapi ad *auth. ingressi, verbo, Ideoque nec de bis, a num. 47.* C. de *Sacrosanct. Eccles.* Menoch. de

Success. creat. l. 2. §. 20. num. 20. & de Success. progress. lib. 1. §. 1. num. 52. Guttier. in *cap. Quamvis pactum, verbo, Dum nuptui tradebatur, num. 4.* & Can. *lib. 2. cap. 1.* Molin. *l. 2. de Primog. cap. 9. a num. 38.* Matienl. *l. 1. glos. 3. num. 4. l. 5. novæ Recop.* Cor. *ad Gom. l. 3. Tauri num. 13.* Spin. *de Test. in gl. Rub. p. 6. num. 5.* P. Molin. *de Just. tract. 2. disp. 139. & disp. 604. n. 3.* Cæv. *Comm. cas. 12 Comm. quæst. 61. & 222.* P. Azor. *Instit. Moral. p. 1. l. 12. cap. 8.* Cast. *quæst. l. 1. de Usufr. cap. 65. num. 6. & l. 3. cap. 12. num. 30.* plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decr. coll. 30. num. 3.* & ex nostris Lusit. Gam. *decis. 316. num. 5. & 6. & decis. 373. num. 5.* Cost. in *cap. si pater, verb. Testatorem, n. 8. & 10.* Calv. Pereira in *l. si curatorem, verb. Sine curatore, num. 59. & de Nomin. quæst. 6. num. 5. & cum seqq. & de postr. elig. cap. 3. num. 17.* Valasc. *de Partitionibus, cap. 16. num. 14.* Fr. Emman. *qu. Regul. tom. 3. quæst. 9. art. 3.*

‡ *Cum licentia.*) Quod debeat intervenire ante actum, vel in ipso actu, affirmant juxta Bart. doctrinam in *l. si quis mihi bona, §. fussum ff. de acq. hæred.* Tiraq. *de jure mar. gloss. 6. num. 3. cum seqq.* Chassan. *in consuet. Burg. Rub. 4. §. 2. gloss. Sant Venete, fol. 130. & §. 7. gloss. Sicca, fol. 360.* Cened. *tract. & Canon. quæst. lib. 1. quæst. 30. num. 38.*

† *Episcopi.*) Non sufficere superioris, tenet Fr. Emman. *tom. 2. quæst. 47. art. 14.*

* *Intra duos menses.*) P. Molina *q. 139. col. 6. in fin. pag. mihi 542.* Emman. Rodric. *in summa cap. 90. tom. 1.*

& *Sit irrita, & nullius effectus.*) Vide Navar. *cons. 7. & 8. de donation.* P. Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 12. cap. 18. vers. 52.*

‖ *Finito tempore.*) An Professio possit differri? vide Navar. *cons. 29. de regul.* & vide quid *cons. 30.* Fr. Emman. *tom. 3. quæst. 15. art. 10. in fin. & q. 17. art. 5.*

¶ *Aut e monasterio eos ejiciant.*) Vide Honded. *cons. 78. num. 49. 65. & seqq. vol. 2.*

a *Quin religio Clericorum societatis Jesu.*) Vide Jos. Lud. Perus. *decis. 77.* Et quod sint veri Religiosi, tuentur P. Azor. *instit. Moral. p. 1. l. 13. cap. 7. col. 1302.* Fr. Emman. *tom. 1. quæst. 56. art. 1.* & vide quid *tom. 2. quæst. 47. art. 16.* Fr. Joan. de la Cruz *de Statu Relig. lib. 1. cap. 2. cauct. 5. vers. Ex dictis.*

b *Sed neque ante professionem.*) Vide Fr. Emman. *tom. 2. quæst. 47. art. 5. & quæst. 48. art. 5.* Valasc. *de partit. cap. 16. num. 52.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 363. num. 18. & 19.* * Vide eriam Somm. *de justit. & jure lib. 6. quæst. 6. art. 2. ad quartum.* Paul. Fuscum *de visitat. lib. 2. cap. 13. & 54. & in singulari 32. lit. C.* Pair. Molinam *dict. quæst. 139. col. 6. & seq.* Rodriquez *dict. quæst. 47. num. 8.* Cævallos in *quæst. 439. num. 6. cum sequent.*

c *Omnia restituantur.*) Vide Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verb. Mandatum, §. 3. & 4. 2. ed. verb. vers. 1. p. 73.* † Tiraq. *decis. 97. per tot. lib. 1.*

1 *Censuras Ecclesiasticas, &c.*) Quid & hoc non fuisset expressum? Vide Pat. Sanchez *de Matrimon. lib. 7. disp. 33. num. 23.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 40. Card. de Luca.*

CAPUT XVII.

Virgines volentes habitum religionis assumere, sint majores duodecim annis, & examinentur ab Ordinario, sicut & ante emissionem professionis. Proinde Præfecta Monasterii tertiorem faciat Episcopum ante mensem finiti novitiatus.

1. a LIbertati professionis Virginum DEO dicandarum prospiciens sancta Synodus, statuit, atque decernit, ut, si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, 2. major duodecim annis sit, 3. non ante eum suscipiat, β nec postea ipsi, vel alia 4. professionem emittat, 5. quam exploraverit Episcopus, * vel eo absente, vel impedito, ejus Vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus, 6. Virginis voluntatem diligenter, 7. an coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat, & si voluntas ejus pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requisitas juxta monasterii illius, & Ordinis regulam, necnon monasterium fuerit idoneum, 8. libere ei profiteri liceat. 9. Cujus professionis tempus ne Episcopus ignoret, 10. teneatur Præfecta monasterio eum ante mensem certiorem facere, quod si Præfecta certiorem Episcopum non fecerit, quamdiu Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit.

Virgines, a quibus facienda est professio, si clausura monialium facta sit, examinandæ sunt ab Ordinario intra Monasterium ad cancellos seu crates ipsarum monialium, & clausura facta, Ordinarius obtinere debet a Monasterio ingressum.

Episcopo N. scriptum est, ne extra cancellos monialium examinaret puellas facere volentes professionem, vel si haberet causam justam, vel certam suspicionem, examen faceret in Ecclesia Monasterii, vel in Ecclesia alia.

5. *Quam exploraverit Episcopus.*) Congregatio censuit, Virginum, quæ ab Ordinario examinandæ habitum Religionis susceperunt, antequam profiteantur, voluntatem iterum penitus explorandam. Quo igitur tempore professionem facere volunt, etsi nullo ab Ordinario adhibito examine habitum susceperunt, tamen ab ipsis examinentur.

Quam exploraverit Episcopus.) Per hoc decretum Episcopi debent illas bis examinare, primo ante susceptionem habitus, deinde ante professionem, virgines, quibus est facienda professio, si clausura monialium facta sit, examinandæ sunt ab Ordinario intra monasterium ad cancellos seu crates ipsarum monialium, & clausura facta, Ordinarius abstinere debet a monasterii ingressu.

6. *Exploraverit virginis voluntatem.*) Per hæc verba Congregatio rescripsit aliquam puellam non debere admitti ante 12. annum ad habitum suscipiendum, cujus causa requiritur voluntatis puellæ exploratio: non est autem voluntas Congregationis neque Concilii, ut ante illam ætatem puella admittatur.

Virginis voluntatem.) Per hæc verba Congregatio rescripsit aliquam puellam non debere admitti ante duodecimum annum ad habitum suscipiendum, quia cum requiratur voluntatis exploratio, non est ejus voluntas, neque consilium ante illam ætatem.

Congregatio censuit, Ordinarium non debere explorare voluntatem puellæ, quæ habitum recipit in Monasterio ad petitionem illius, qui vult illam in uxorem ducere, sed expectandum esse tempus faciendæ professionis, & tunc, si sit suspicio, quod instigetur a Monialibus, pro suo officio curabit inde educi in exteriorem Ecclesiam Monasterii, vel in alium propinquiorem & commodiorem (prout magis convenire judicabit) ubi voluntatem ejus explorare possit. Quod si nulla sit suspicio, & nullam

DECLARATIONES.

1. *Libertati professionis.*) Virgines antequam ingrediantur Monasterium, adducantur ad matronas honestas, nec sanguine illis conjunctas, nec aliquo modo suspectas, ubi remotis omnibus earum propinquis, examinentur ab Episcopo earum voluntates. Omnimoda enim libertas requiritur in Monasticæ vitæ delectu, pro qua libertate obtenta est causa cujusdam Dominæ ad annullandam ejus professionem metu reverentiali factam, anno 1586. mense Februarii.

Ex puella, cujus deliberatio in dubium revocatur, Ordinarius diligentissime quærere debet, an Deo religiose inservire, atque inter moniales, apud quas est, professionem emittere, an vero nubere velit: & hoc fieri debet necessariis interrogationibus, & quicquid respondet, describi debet a publico Notario, præsentibus testibus idoneis: quæ quidem puella, si ob aliquam causam probabilem videtur Ordinario non esse examinanda ad monasterii crates, examinari debet in Ecclesia ejusdem Monasterii, vel alio religioso loco, qui uptior & commodior videbitur. Infra hoc *cap. §. Episcopo N.*

2. *Major 12. annis sit.*) Congregatio censuit, non esse dispensandum, ut puellæ, quæ duodecimum annum non complevernnt, possint habitum in Monasterio suscipere.

3. *Non ante eum suscipiat.*) Utrumque spectat ad Episcopum, tam ante susceptionem habitus, quam ante professionis emissionem explorare voluntatem puellæ, non obstante quod Monasterium sit Regularibus subjectum, vel alias exemptum a Jurisdictione Episcopi.

4. *Professionem emittat.*) Non admittitur puella ad professionem ante annum decimum sextum expletum. Quod si puella in 12. ætatis anno matrimonio conjuncta, & Religionem ingressa sit, cupiendus est sponsus per quatuor annos expectare, usque dum illa profiteatur, nec permitti potest transire ad vota, ubi illa per annum in dicta Religione permanserit, prout responsum fuit a sacra Congregatione anno 1580.

nullam aliam justam causam subesse apparebit, tunc non alio in loco, quam ad crates ferreas Monasterii voluntatem puellæ explorabit.

Burgensis 21. Sept. 1591.

Congregatio Concilii censuit, explorationem voluntatis puellarum profiteri volentium ad præceptum Decreti c. 12. *Sess.* 25. *de Regularib.* utroque tempore ; scilicet ingressus, & professionis faciendam, ad Archiepiscopum pertinere, quamvis Monasterium ab ejus jurisdictione exemptum existat.

7. *An exacta, an secluſa sit.*) Congregatio censuit, quod inclusa per vim in Monasterium, debet inde educi, & si quid damni ob eam causam passa est, curari debet ; ut indemnitati ejus provideatur, eorum impensis, qui talem vim intulerunt, qui debent etiam severe castigari. Sed si puella monialis esse velit, deliberii ejus corpus est facienda, licet pater ejus contradicat.

8. *Libere ei profiteri liceat.*) Puellis, quæ simplicem laccum habitum in aliquo Monialium Monasterio, debet ab Ordinario certus dierum numerus 12. vel 20. præfigi, intra quem deliberent, utrum velint professionem emittere vel non ; si nolucrint, remitti poterunt ad domos consanguineorum vel affinium.

Omnis puella, præsertim tamen ea quæ inconsulto Episcopo habitum suscepit Religionis, antequam profiteatur, ab Episcopo examinanda est diligenter.

9. *Cujus professionis tempus, ne Episcopus ignores.*) Postquam Episcopus hac de re & ingressuræ voluntate certior factus fuerit, intra 25. dies examen hoc perficere tenetur, quibus exactis amplius in eo se non intromittat. Sic fusa Congregatio.

Si Monialis, aut novitia neget se esse professam, Ordinarius audire potest eam, etiam extra Monasterium.

10. *Teneatur præsidia Monasterii.*) Si Superior Monialium alicui puellæ habitum dederit, priusquam ab Ordinario examinata fuerit, contra Decreta Concilii facit. Item si moniales professionem fecerint, antequam eæmum ab Ordinario examinentur, contra Concil. Trident. faciunt. Prior casus si evenerit, tenetur Ordinarius explorare voluntatem earum, quæ habitum tantum susceperunt, antequam in Religione profiteantur. Ab illis autem sacris Virginibus, a quibus non solum habitus est susceptus, sed jam professio facta est, etiamsi examinatæ non fuerint, nihil Ordinarius præsentatus debet suscipere, sed permittat eas in suo statu permanere, prout Concil. Trident. statuit; in Abbatissas tamen animadvertere potest, debentque per eundem Ordinarium moniales, earumque superiores admoneri, ne illis Virginibus dent sacrum habitum, & nihilominus patiantur in religione profiteri, nisi prius voluntas earum perspecta sit, & explorata ab eodem Ordinario. Contra facientes ergo poterit idem Ordinarius coercere, non solum pœnis a Concil. Trident. statutis & præscriptis, sed etiam Ecclesiasticis censuris, & aliis juris remediis, non obstantibus quibuscunque privilegiis.

Sumptus a Monialibus in professione, & velo sumendo faciendi taxentur ab Ordinario, & definiantur rebus necessariis, pecunia vero reservata ad earum vestitum in ingressu detur Abbatissæ.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Jo. de la Cruz, *de statu relig. lib.* 1. *c.* 8. *in fine.*

β *Nec possea ipsa vel alia professionem emittere.*) Vide Zerol. in *praxi Episcop. part.* 1. *verb. Moniales, pag.* 232. *& pag.* 238. *col. Ad* 14. P. Azor. *Instit. Moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 1. *col.* 160. Ex Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 122. *art.* 2. novissime P. Sanch. in *præcepta Decalogi lib.* 14. *c.* 18. *num.* 12. *cum seqq.*

* *Quam explaraverit Episcopus.*) Vide Honded. in *cons.* 78. *n.* 14. 49. *&* 52. *vol.* 2. Menoch. *cons.* 396. *in n.* 22.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 39. *Card. de Luca.*

CAPUT XVIII.

Anathematizantur quicunque cogentes puellam, viduam, aut quamcunque mulierem ad ingrediendum Monasterium, emittendam professionem, & ad id favorem dantes, & quoquomodo eidem actui consentientes. Excipiuntur casus juris.

ANathemati sancta Synodus subjicit omnes, & singulas personas, cujuscunque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quam laicos, sæculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocunque 1. β &c. coe-

coegerint aliquam Virginem vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem invitam, (*a*) prærerquam in casibus in jure expressis, ad ingrediendum Monasterium, 2 vel ad suscipiendum habitum cujuscunque Religionis, vel ad emittendam professionem, quique consilium, auxilium, vel favorem dederint ; quique scientes eam non sponte ingredi Monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquo modo eidem actui, vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. (*b*) ζ Simili quoque anathemati subjicit eos, qui sanctam Virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo fine justa causa impedierint. Eaque omnia, & singula, quæ ante professionem, vel in ipsa professione fieri oportet, serventur non solum in Monasteriis subjectis Episcopo, sed & in aliis quibuscunque. (*c*) Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ Pœnitentes, aut Convertitæ appellantur, in quibus constitutiones earum serventur.

a c. de lapsis, c. Episcop. 15. quæst. 6. c. Imprudentes, c. Si homo, 27. q. 1.

1 Concil. Tolet. 1. cap. 10. c. puritas, 30. q. 2. c. ult. 32. q. 2.

2 Concil. Toled. 4. c. 50. in fin.

DECLARATIONES.

1. *Cogerint aliquam Virginem.*) Si Pater naturalem filiam ea lege instituerit hæredem, ut in Monasterium ingrediatur, & nisi ingrediatur, instituit, ac fundat Monasterium, filiæ vero naturali relinqui pro alimentis aureos 25. videretur quidem, quod filia esset ad ingressum religionis coacta, & quod forum haberet ille præsens textus. Contrarium tamen verius est, quia textus hic loquitur per verbum *cogeris*, & sic intelligitur de hac vi inclusiva, quæ non est in casu prædicto, in quo non potest considerari alia causa, quam inductiva. Ista quoque filia, etsi erat naturalis, nihil tamen de hæreditate paterna monasterio instruendo deputata poterit ideo prætendere, quia mens testatoris videtur fuisse, ut haberet monasterium hæredem. Et ita censuit Congregatio sub die 18. Julii 1573.

REMISSIONES.

a Vide P. Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 19. §. 4. *vers. Secundo.* P. Soar. *tom.* 5. *de Censur. disput.* 23. *sect.* 5. *n.* 8. P. Azor. *Instit. Moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 5. *col.* 1160. P. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 38. *num.* 375. Ilustrissimus Pat. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 4. *cap.* 4. *per totum.* Ex Emman. *tom.* 3. *quæst.* 14. *art.* 3. *& quæst.* 17. *art.* 18. Fr. Jo. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 4. *vers.* Nota. Zerol. in *praxi Episc. part.* 1. *verb. Moniales, vers. Ad* 22. *pag. mihi* 261. Pet. de Ledesm. *in summ. p.* 2. *tract. del estado de los Religiosos, t.* 5. *concl.* 3.

β *Cogerint.*) Vide Pat. Azor. *instit. Moral. p.* 1. *l.* 13. *c.* 9. 4. *vers. Præterea.*

γ An cogens mulierem monasterium ingredi excommunicetur ingressu non sequuto? Negat Sayr. *decis.* 56. *sub tit. de sentent. excommunicat.*

δ An patentes, qui cogunt filios Religiosorum vitam suscipere, vel qui eos ab eo vitæ genere prohibent, incidant in excommunicationem latam in hoc *cap.* Negat P. Azor. *Instit. Moral. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 21. 9. 15.

ε *Vel ad suscipiendum.*) An cogentes fœminam ad monasterii ingressum, non ut professetur, nec ut habitum sumat, sed ut ibi sæculari habitu tertento educetur, donec ætatis apta matrimonio sit, pœnas contentas hic incurrant ? Affirmant Naval. *cons.* 56. *sub tit. de sentent. excomm. in* 1. *edit. & consil.* 6. *tit. de Regul. in* 2. *edit.* P. Soar. *tom.* 5. *disp.* 23. *sect.* 5. *num.* 8. P. Sanch. *d. cap.* 4. *n.* 12. Zerol. in *praxi Episc. part.* 2. *verb. Moniales, vers.* 13. *pag.* 74.

ζ *Simili quoque.*) Vide Cened. ad *Decret. collect.* 49. *num.* 2. *& ad Decret. col.* 1565. *n.* 3. Sayr. in *clavi Regia lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 27. *cum seqq.*

CAPUT XIX.

Modus procedendi in causa, qua quis prætendit se per vim, aut ante ætatem debitam professum fuisse. Quod si habitum antea susceptum dimiserit, puniatur tanquam Apostata, & nullo Religionis fruetur privilegio. Laxior Religio non quæratur, nec occulte habitus Religionis feratur.

a c. puellæ 30. 9. 1. c. com vi- rum de reg.

a β 1. QUicunque Regularis prætendat, (*a*) se per vim & δ

& ♪ metum ingressum esse religionem, aut etiam dicat, ante ætatem debitam professum fuisse; † aut quid simile, 2. velit quæ habitum dimittere quacunque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum; non audiatur, 3. ª nisi intra quinquennium tantum a die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit ζ coram Superiore suo, & Ordinario. (*b*) Quod si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcunque causam admittatur; sed ad Monasterium redire cogatur, & tanquam Apostata puniatur: interim vero nullo privilegio suæ Religionis juvetur. Nemo etiam Regularis cujuscunque facultatis vigore 4. ª transferatur ad laxiorem Religionem, nec detur licentia cuiquam Regulari ♪ occulte ferendi habitum suæ Religionis.

b Concil. Arel. 2. c. 21. Conc. Arel. 2. c. 25.

DECLARATIONES.

1. *Quicunque Regularis.*) Milites S. Joannis Hierosolymitani in hoc Decreto comprehenduntur.

2. *Habitum dimittere.*) De iis, qui exire volunt, committitur Ordinario loci, simul cum Superiore Monasterii, ubi emiserunt professionem.

3. *Nisi intra quinquennium.*) Non dentur protogationes Regularibus, qui manserunt in Religione per quinquennium, ut omnino non audiantur ante Concilii confirmationem, nisi juxta formam Concilii Trid. & fiat formularium expeditionis.

Felicis recordationis Gregor. XIII. ex sententia Congregationis Concilii declaravit eos, qui per vim & metum se Religionem professos prætenderent, nisi intra quinquennium reclamaverint, eo elapso non esse audiendos, tametsi allegarent vim & metum semper duravisse.

Quidam vir Hispanus propter publicum uxoris suæ adulterium illam dimisit, & ipse in partibus longinquis sub Ordinarii obedientia ex Brevi Pauli IV. vitam Eremiticam per multos annos duxit, qui tandem ingressus est Religionem S. Basilii, ubi per quinquennium demoratus est, ibique professus: sed ante dictæ Religionis ingressum, semel adulterium commisit, & demum examinata fuit ejus vita a Prælatis Religionis prædictæ, cui clare omnia sua peccata confessus est. Quibus auditis Prælatus eum habitu privare voluit, impetrans ut aut ad uxorem rediret, aut aliud remedium peteret: Congregatio autem censuit, scribendum esse Ordinario loci dictæ uxoris, qui (prout juris est) in isto casu procedat. Tangitur hæc quæstio per Abb. in *cap. Constitutus, & cap. Veniens de conjug.*

Congregatio Concilii censuit, Regularem deducentem intra quinquennium nullitatem professionis, teneri eam probare conjunctam coram proprio superiori Regulari illius Monasterii, in quo professionem emisit, & coram Ordinario illius loci, ubi existit Monasterium, in quo professus est.

Felicis recordationis Gregor. XIII. ex sententia Congregationis Concilii declaravit eos, qui per vim, & metum se Religionem professos prætenderent, nisi intra quinquennium reclamaverint, eo lapso non esse audiendos, tametsi allegarent vim & metum semper duravisse.

Congregatio Concilii censuit, in causa nullitatis professionis, quæ infra biennium ab Ordinario, & superiore regulari non terminantur, esse locum Decreto Conc. *cap. 19. sess. 25. in princ. vers. atque omnino.*

4. *Transferatur ad laxiorem Religionem.*) Si quis sit translatus ad laxiorem familiam, etiam ejusdem Religionis, debet se conformare bonæ regulæ & modo vivendi illius Monasterii, ad quod translatus est.

Transitus ad parem vel arctiorem Religionem non fiat, nisi cognita causa transleuntis, & vitæ ac morum ratione perspecta, idque ex approbatione Capituli.

REMISSIONES.

ª Vide Zerol. in *praxi Episc. p. 2. verb. Professio*, §. 2. *vers. Verum*. Navar. *comment. 4. de Regularib. num. 73. & 77.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. quæst. 17. art. 17.* Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. cap. 8. dub. 4. vers. Secunda conclusio.* P. Leff. *de Just. l. 2. cap. 41. dub. 7. num. 61.* Intelligo me P. Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 37.* Vide etiam late tradita a Vincent. Grilenz. *in cons. 74.* & Riccio in *sua prax. var. resol. cap. 316.*

♪ *Quicunque.*) Quod quæcunque etiam, resolvit Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verb. Moniales, vers. Ad secundum respondetur, pag. mihi 231.* ***

ζ *Regularis.*) Quod etiam Ordinum Militarium, tenet Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 8. num. 61.*

† *Ex metum.*) An professio ob metum reverentialem patentium facta valeat? Negat Sayr. *dec. 91. de Regular.* quem refert Aloys. Rice. *in collect. decis. part. 4. collect. 932. prope finem.*

† *Ante ætatem debitam professum fuisse.*) Vide Navar. *de Regular. comment. 4. n. 73.* & Honded. *cons. 78. n. 51. vol. 2.*

ª *Nisi intra quinquennium.*) Vide Flam. *de Resignat. lib. 13. quæst. 5. num. 45. cum seqq.* Zerol. *d. part. 1. verb. Professio*, §. 1. *pag. 289.* Fr. Emman. *tom. 3. quæst. 17. art. 16.* Pat. Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 12. cap. 4. col. 1177.* Spin. in *Speculo Testamentar. 12. principi. num. 62. cum seq.* Fr. Lud. Beja *Respons. casuum consient. p. 4. casu 18.* Flores Var. *lib. 3. quæst. 23. num. 68.* ubi resolvit, hoc Decretum non procedere, quando illud quinquennium semper cucurrisset tempore inhabili, utpote vel durante pupillari ætate, aut durante metu; & ejus causa, aut vero durante aliqua causa nullitatis irremissibilis alicujus inhabilitatis personalis.

ζ *Coram Superiore suo & Ordinario.*) Vide Fr. Emman. *tom. 1. quæst. 36. art. 3. pag. mihi 348.* Ludov. Bejam *Respons. casuum consient. p. 4. casu 18. fol. 424. versa.*

ª *Transferatur ad laxiorem Religionem.*) Vide Navar. *cons. 56. sub tit. de Regular. numer. 3.* Pat. Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 12. cap. 14. quæst. 12. vers. In Concil. Trident.* Fat. Valer. Reginald. *in praxi fori panit. lib. 18. cap. 19. num. 412. cum seqq.* Aloys. Rice. *in collect. dec. p. 3. collect. 521.* late Fr. Joan. de la Cruz *de statu relig. lib. 1. cap. 7. dub. 3.* Sayr. *dec. 55. de Regularib.* ubi resolvit, quod non obstante hoc Decreto Concilii Tridentini & jure communi, Generalis, & Superior Religionis ad laxiorem etiam religionem de justa causa transitum concedere potest, cum mens, & intentio Concilii non fuerit, jurisdictas tollere facultates, hæc Sayr. *dicto loco.*

ª Sup. sect. 21. de reform. c. 1.

ª Occulte ferendi habitum suæ Religionis.) Vide Fr. Emman. *tom. 2. quæst. 76. art. 3.* P. Soar. *tom. 3. disp. 23. sect. 4. num. 34.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori pæn. lib. 18. num. 406.* Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. cap. 7. dub. 4. & cap. 2. dub. 4.* resolvit, Episcopum monachum tenere portare habitum suæ Religionis, & peccare mortaliter, si deferat habitum suæ Religionis, non tamen manere excommunicatum tanquam apostatam, docet Petr. de Ledesm. *in Summa part. 2. tract. 32. cap. 3. prope finem.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 41. Card. de Luca.*

CAPUT XX.

Abbates qui sunt Ordinum capita, & alii prædictorum Ordinum Superiores in prædicta monasteria jurisdictionem exercere consueti eam omnino exerceant, visitent loca prædicta, quorum Superiores a Capitulis generalibus, vel Visitatoribus instituantur.

ª ABbates, qui sunt Ordinum Capita, ac cæteri prædictorum Ordinum Superiores, ♪ Episcopis non subjecti, quibus est in alia inferiora monasteria, Prioratusve legitima jurisdictio, eadem illa sibi subdita monasteria, & Prioratus suo quisque loco, atque ordine ex officio visitent, etiamsi commendata existant. 1. Quæ cum Ordinum suorum Capitibus subsint, declarat sancta Synodus, in iis, (*a*) quæ alias de visitatione monasteriorum commendatorum definita sunt, non esse comprehensa: teneanturque, quicunque prædictorum Ordinum monasteriis præsunt, prædictos Visitatores recipere, & illorum ordinationes exequi. Ipsa quoque monasteria, quæ sunt Ordinum Capita, juxta sanctæ Sedis Apostolicæ, & cujusque Ordinis constitutiones visitentur. Et quamdiu durabunt hujusmodi commendæ, Priores claustrales, aut in Prioratibus, con-

conventum habentibus, Superiores, qui correctiones, & spirituale regimen exercent, a Capitulis generalibus, vel ipsorum Ordinum Visitatoribus institutantur. γ In cæteris omnibus præfatorum Ordinum 2. privilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca & jura concernunt, firma sint, & illæsa.

DECLARATIONES.

1. *Quæ cum Ordinum suorum Capitibus subsunt.*) Prioratus, quæ suis Capitibus subsunt, etiam qui sunt Ordinis Hierosolymitani, ab Episcopis visitari non possunt.

2. *Privilegia & facultates.*) Hodie ex Bulla Pii V. in favorem Mendicantium edita, moniales omnes pleno jure Episcopo non subsunt, cùm Regulares sint exempti & liberati a Superioritate, dominio, & jurisdictione Episcoporum, juxta ipsorum Regularium privilegia Apostolica. Hæc vero Bulla fuit tandem reducta ad viam juris communis, & terminos Concilii Tridentini per Gregorium XIII.

REMISSIONES.

α Vide P. Azor. *inst. Moral. part. 2. lib. 12. cap. 18. vers. Sexto.*

β *Episcopis non subjecti.*) An Episcopi possint visitare Ecclesias Ordinum Militarium exigendo rationem a Rectoribus & ab Oeconomis, visitando Confratrias & Eremitas? Negat Fr. Emman. *tom. 1. quæst. 36. art. 3.*

γ *In cæteris omnibus præfatorum Ordinum privilegiis, &c.*) Vide Fr. Emman. *tom. 1. 3. 17. art. 9.*

CAPUT XXI.

Monasteria collapsa restituantur, personæ nonnisi Regulares iis præficiantur. Quidam Commendatarii tenentur solemniter profiteri infra sex menses, aut Commendis cedere, &c.

a Conc. Lit. sub Leone X. Sess. 9. in Bulla de Reformat. Curiæ.

CUm pleraque monasteria, (*a*) etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præposituræ ex mala eorum, quibus commissa fuerunt, administratione, non levia passa fuerint tam in spiritualibus, quam in temporalibus detrimenta: cupit sancta Synodus ea ad congruam monasticæ vitæ disciplinam omnino revocare. Verum adeo dura, difficilisque est præsentium temporum conditio, ut nec statim omnibus, nec commune ubique, quod optaret, remedium possit adhiberi: ut tamen nihil prætermittat, unde prædictis salubriter aliquando provideri possit; primum quidem confidit, Sanctiss. Romanum Pontificem pro sua pietate & prudentia curaturum, quantum hæc tempora ferre posse viderit, ut iis, quæ nunc commendata reperiuntur, & quæ suos conventus habent, 1. Regulares personæ, α ejusdem Ordinis expresse professæ, & quæ gregi præire, & præesse possint, præficiantur. (*b*) β Quæ vero in posterum vacabunt, γ nonnisi Regularibus spectatæ virtutis, & sanctimoniæ conferantur. Quoad ea vero monasteria, quæ Capita sunt, ac Primates Ordinum, sive Abbatiæ, sive Prioratus, filiæ illorum Capitum nuncupantur; teneantur illi, qui in præsenti ea in commendam obtinent, nisi sit eis de regulari successore provisum, δ 2. infra sex menses religionem illorum Ordinum propriam solemniter professi, aut iis cedere: alias commendæ prædictæ ipso jure vacare censeantur. Ne autem in prædictis omnibus, & singulis fraus aliqua adhiberi possit; mandat sancta Synodus, ut in provisionibus dictorum monasteriorum qualitas singulorum nominatim exprimatur; aliterque facta provisio subreptitia esse censeatur: nullaque subsequenti possessione, etiam triennali, adjuvetur.

DECLARATIONES.

1. *Regulares personæ, ejusdem Ordinis expresse professæ.*) Quærebatur, an ubi Monasteria commendata habent certum numerum professorum, & novitiorum, quibus desicientibus, in loca præmortuorum ad portiones perpetuas vacantes alii subrogantur, jus admittendi novitios ad loca præfata, & ad alias portiones perpetuo instituendi pertineat ad Priores & Monachos ex hoc Decreto, vel ad Commendatarios, quibus talium monasteriorum regimen & administratio in spiritualibus & temporalibus plenarie committi solet? Congregatio Concilii, die 14. Augusti 1580. censuit, tale jus ita demum pertinere ad Commendatarios, si monasteria non existant sub aliqua Congregatione, habente Regulares superiores, & contrario Commendatariorum excluditur.

Hoc decretum restringitur ad ea monasteria, quæ membra sub se habent, non autem ad ea, quæ (licet Capita Ordinum dicantur) sine membris tamen sunt.

6. Junii 1600.

Congregatio Concilii censuit, si beneficium hujusmodi sit sæculare, nihil subesse difficultatis, ut Michael non teneatur habitum Religionis suscipere & profiteri: quod si a principio fuerit Regulare, & postea immutaverit statum, concurrentibus his, quæ a jure communi requiruntur ad inducendam hujusmodi mutationem, isidem cogi oratorem non posse, ut habitum Religionis assumat, in eaque profiteatur. Quod si beneficium sit regulare, taleque nunc permaneat, collationem oratori, qui sæcularis est, tanquam de sæculari factam viribus cetere.

2. *Infra sex menses religionem.*) Prioratus ob non susceptionem habitus & professionem non emissam intra tres menses adimendas, & potior ipse redarguendus.

REMISSIONES.

α *Ejusdem Ordinis expresse.*) Quod extranei, id est, alterius religionis alumni non possint assumi ad Præsentationes illius Religionis, ubi non sunt professi, nisi id auctoritate Apostol. concedatur, vel consuetudine introductum sit, ut ex certo alio gremio eligendo assumatur, resolvit Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 52. art. 8.*

β *Quæ vero in posterum, &c.*) Vide Flamin. *de Resign. lib. 2. q. 5. n. 2.*

γ *Nonnisi Regularibus.*) Hæc verba efficax consultiva, docet Stephan. Grat. *discept. forens. cap. 225. num. 12.* * Vide Hieron. Carvallos in *jure comment. quæst. 282. a num. 3.*

δ *Infra sex menses religionem, &c.*) Vide Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. Glossa 8. num. 88.* Et quod Reges Hispaniæ sint administratores Ordinum Militarium, & non Magistri, & non faciant professionem, asserit Fr. Emman. *tom. 2. quæst. 122. art. 3.*

CAPUT XXII.

Superiora decreta omnino observentur, & quidem statim ut potuerint observari.

α HÆc omnia & singula in superioribus decretis contenta, observari sancta Synodus præcipit in omnibus cœnobiis, ac monasteriis, Collegiis, ac domibus quorumcunque monachorum, ac Regularium, necnon quarumcunque Sanctimonialium Virginum, ac Viduarum, etiamsi illæ sub gubernio militarium, etiam Hierosolymitanæ, vivant, & quocunque nomine appellentur, sub quacunque regula, vel constitutionibus, & sub custodia, vel gubernatione, vel quavis subjectione, aut annexione, vel dependentia cujuscunque Ordinis, mendicantium, vel non mendicantium, vel aliorum Regularium monachorum, aut Canonicorum quorumcunque; β non obstantibus eorum omnium, & singulorum privilegiis, sub quibuscunque formulis verborum conceptis, 1. ac Matre magnum appellatis, etiam in fundatione obtentis, necnon constitutionibus, & regulis etiam juraris, atque etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus. Si qui vero Regulares tam viri, quam mulieres sunt, qui sub arctiori regula vel statutis vivunt, excepta facultate habendi bona stabilia in communi, eos ab eorum instituto, & observantia sancta Synodus amovere non intendit. Et quia sancta Synodus desiderat, ut omnia, & singula supradicta quam primum executioni demandendum

dentur ; præcipit omnibus Episcopis , in monasteriis sibi subjectis , & in omnibus aliis , ipsis in superioribus decretis specialiter commissis , atque omnibus Abbatibus , & Generalibus , & aliis superioribus Ordinum suprædictorum , ut statim prædicta exequantur . Et si quid executioni mandatum non sit , Episcoporum negligentiam Concilia provincialia suppleant , & corrigant . Regularium vero Capitula Provincialia , & Generalia , & in defectum Capitulorum Generalium Concilia provincialia , per deputationem aliquorum ejusdem Ordinis provideant. Hortatur etiam sancta Synodus omnes Reges , Principes , Resp. & Magistratus & in virtute sanctæ obedientiæ præcipit , ut velint prædictis Episcopis , Abbatibus , ac Generalibus , & cæteris Præfectis in superius contentæ reformationis executione fuum auxilium , & auctoritatem interponere , quoties fuerint requisiti ; ut sine ullo impedimento præmissa recte exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

DECLARATIONES.

1. *Ac mare magnum appellatis* .) Omnia privilegia Sedis Apostolicæ etiam Maris magni, quatenus sunt contraria Concilio Tridentino , sunt sublata , & ad terminos Concilii redacta . Pius IV. in constitutione edita anno 6. Pontificatus sui .

Per hanc derogationem Maris magni non possunt Regulares , cujuscunque ordinis illi sint , in calibus Episcopis reservatis absolvere , prout etiam annotatum est c. 2. *Sess.* 14. *de servandis in doctrina illius Sacramenti* .

Decreta hujus Concilii nihil derogant privilegiis Religiosorum , nisi quatenus Concilio ipsi sunt contraria .

REMISSIONES.

a Vide Fr. Emm. q. *Regul. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 6. *& tom.* 2. *q.* 108. *art.* 2. *in fine* , *& q.* 122. *art.* 1. *& tom.* 3. *q.* 123. *art.* 5. *& in expl. Bullæ Cruciatæ* , *§.* 5. *dub.* 3. *fol.* 33.

§ Non obstantibus .) Vide Fr. Emman. *d. tom.* 2. *q.* 73. *art.* 3.

DECRETUM DE REFORMATIONE.

CAPUT I.

Episcopi exemplo bono sint omnibus hominibus , abstineant ab immodica elargitione bonorum temporalium : similiter & Cardinales .

a OPtandum est , ut ii , qui Episcopale ministerium suscipiunt , quæ suæ sint partes , agnoscant ; ac se non ad propria commoda , non ad divitias , aut luxum , sed ad labores , & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant , * (*a*) nec enim dubitandum est , & fideles reliquos ad religionem , innocentiamque facilius inflammandos , si præpositos suos viderint non ea , quæ mundi sunt , sed animarum salutem , ac cœlestem patriam , cogitantes . Hæc cum ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam præcipua esse sancta Synodus animadvertat , admonet Episcopos omnes , ut secum ea sæpe meditantes , factis etiam ipsis , ac vitæ actionibus , quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus , se muneri suo conformes ostendant : imprimis vero ita mores suos omnes componant , ut reliqui ab eis frugalitatis , modestiæ , continentiæ , ac quæ nos tantopere commendat Deus , † (*b*) sanctæ humilitatis exempla petere possint. § Quapropter , exemplo Patrum nostrorum in Concilio (*c*) Carthaginensi , non solum jubet , ut Episcopi modesta supellectili , & mensa , ac frugali victu contenti sint ; verum etiam in reliquo vitæ genere , ac tota ejus domo cavenant , ne quid appareat , quod a sancto hoc instituto sit alienum ; quodque non simplicitatem , Dei zelum , ac vanitatum contemptum præ se ferat. (*d*) Omnino vero eis interdicit , ne ex redi-

reditibus Ecclesiæ consanguineos , familiaresve suos augere studeant : cum (*e*) Canones prohibeant , ne res Ecclesiasticas , † quæ Dei sunt , § consanguineis donent ; sed , si pauperes sint , iis , ut pauperibus distribuant : eas autem non distrahant , nec dissipent illorum causa : immo , quam maxime potest , eos sancta Synodus monet , † ζ ut omnem humanum hunc ergo fratres , nepotes , propinquosque carnis affectum , unde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat , penitus deponant . Quæ vero de Episcopis dicta sunt , eadem non solum in quibuscunque beneficia Ecclesiastica , tam sæcularia , quam regularia obtinentibus , pro gradus sui conditione observari , (*f*) sed & ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit ; quorum consilio apud Sanctissimum Romanum Pontificem , cum universalis Ecclesiæ administratio nitatur , nefas videri potest , non iis etiam virtutum insignibus , ac vivendi disciplina eos fulgere , quæ merito omnium in se oculos convertant .

REMISSIONES.

a Vide P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnitent. lib.* 20. *num.* 69. *vers. Secundum* . P. Ledesm. in *Summ. p.* 2. *tract.* 3. *cap.* 3. *del estado de los Obispos , consid.* 24. *dub.* 2.

* *Vocatos esse intelligant* .) Vide supra *Sess.* 22. *cap.* 1. *in principio de reform. cap. magnæ , de voto.*

† *Quæ nos tantopere commendat Deus* , *&c.*) Ut in *Psalm.* 101. *& Ecclesiast.* 3. 35. *& 66. & Matth. cap.* 10. *& 18. cum simil.*

§ *Quapropter exemplo Patrum nostrorum , &c.*) Vide P. Azor. *Instit. Moral. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 8. *§.* 6. *vers. At enim contra hos. p.* 837.

† *Quæ Dei sunt.*) Vide Innocent. in *c. Cum super , n.* 3. *de causa possess. & propr.* Tiraq. *de Consult. limit.* 16. *num.* 3. Navar. *comment.* 2. *de Regul. n.* 3.

ζ *Consanguineis donent* .) Vide Cæval. *commun. contra commun.* q. 382. *num.* 63. Fr. *Lenc. Trid. cum Gall.*

a Canon. Apost. 39. & 25. dist. 26. cap. est probanda.

b Conc. Later. sub Leone X. Sess. 9. de ref. Curiæ.

Ludov. Bejam. *Responsi. casuum conscient. d.* 2. *cap.* 24. *fol.* 246. Pat. Paul. Comit. *Responsi. Moral. lib.* 1. *q.* 70. *n.* 20. Cald. Pereira *de potestate elig. cap.* 13. *n.* 13. * Vide etiam Sarmiento *de reditt. Eccles. q.* 8. *n.* 15. Guttier. *lib.* 2. *pract. q.* 114. *n.* 16. Cavalcan. *decis.* 29. *n.* 38. & 57. *p.* 2. Ab intestato autem consanguineos proximiores , & non Episcopum , vel Ecclesiam eis hodie succedere debere , affirmant relatis Cened. *collect.* 32. *ad Decretales ex n.* 1. quibus accedunt alii congesti per Azeved. in *l. fin. tit.* 8. *lib.* 5. *novæ recopil.* maxime *n.* 4. Didac. Covat. in *cap. in officiis , de testam. n.* 9. *vers. Sed & quantum* . Navarr. Didac. Perez. Gregor. Lopez & alii relati , & sequuti a Salzedo ad *Rem. Diaz in prax. canon. cap.* 132. *in fin. A.* Ludov. Molin. *de Hispan. primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 54. Didacus Spin. olim Præceptor meus Salmantinus in *suo speculo testam. in glos.* 13. *rubricæ num.* 3. *ac etiam Palaci. rubr.* Jul. Clar. Avendanus, Matienc. Gutt. Barbos. & alii relati & sequuti per Hier. Cæval. in *d. q.* 388. *ex n.* 36. 38. & 42. quibus accedunt Bellon. *cons.* 3. *num.* 8. & Joan. Roland. *cons.* 11. *num.* 62. *vol.* 4. Mezes *de majorat.* 2. *p. quæst.* 1. *num.* 54.

c An Prælati possint bona Ecclesiæ suis consanguineis in Emphyteusim concedere? Vide Concil. Brachar. 4. *can.* 3. *cap.* 28. Menoch. *cons.* 75. *n.* 1. & 4. *cum seqq.* Surd. *de Alim. tit.* 3. *privil.* 92. *num.* 2. Flam. *de Resignat. lib.* 9. *q.* 27. *num.* 124. P. Azor. *Instit. Moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 2. Cardoso in *praxi judicum* , *verb. Emphyteusis* , *num.* 21. Cald. *d. cap.* 13. *num.* 2. 8. & 11.

† *Ut omnem humanum* , *&c.*) Vide Navar. *de Spolii. Cler.* §. 19. *n.* 2.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 42. *Card. de Luca* .

CAPUT II.

Professio fidei emittenda est ab omnibus gradum aliquem hic nominatum adepturis , aut beneficium Ecclesiasticum obtenturis , ipsis universitatibus , verbi divini interpretibus , ac Doctoribus .

a COgit temporum calamitas , & invalescentium hæreseum malitia ,

ut nihil sit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, & Catholicæ fidei præsidium videatur posse pertinere. Præcipit igitur sancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus aliis, qui de jure, vel consuetudine in Concilio Provinciali interesse debent, ut in ipsa prima Synodo Provinciali, post finem præsentis Concilii habenda, ea omnia, & singula, quæ ab hac sancta Synodo definita, & statuta sunt, palam recipiant; nec non veram obedientiam summo Romano Pontifici spondeant, & profiteantur, simulque hæreses omnes a sacris Canonibus, & Generalibus Conciliis, præsertimque ab hac eadem Synodo damnatas, (*a*) publice detestentur, & anathematizent. Idemque in posterum quicunque in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcoposque promovendi, in prima Synodo Provinciali, in qua ipsi interfuerint, omnino observent. Quod si quis ex supradictis omnibus, quod absit, renuerit, Episcopi comprovinciales statim summum Romanum Pontificem admonere sub pœna divinæ indignationis teneantur; interimque ab ejusdem communione abstineant. Cæteri vero omnes, sive in præsenti, sive in futurum beneficia Ecclesiastica habituri, & qui in Synodo Dioecesana convenire debent, idem, ut supra, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, faciant, & observent: alias secundum formam sacrorum Canonum puniantur. Adhæc, omnes ii, ad quos universitatum, & 1. studiorum generalium cura, visitatio & reformatio pertinet, diligenter curent, ut ab eisdem Universitatibus Canones, & decreta hujus sanctæ Synodi integre recipiantur, ad eorumque normam Magistri, Doctores, & alii in eisdem Universitatibus ea, quæ (*b*) Catholicæ fidei sunt, & docueant, & interpretentur, seque ad hoc institutum initio cujuslibet anni solemni juramento obstringant: sed & si aliqua alia in prædictis Universitatibus correctione, & reformatione digna fuerint, ab eisdem, ad quos spectat, pro religionis, & disciplinæ Ecclesiasticæ augmento emendentur, & statuantur. Quæ vero Universitates immediate summi Romani Pontificis protectioni, & visitationi subjectæ; has sua Beatitudo per suos delegatos eadem, qua supra, ratione, &, prout ei utilius visum fuerit, salubriter visitari, & reformari curabit.

a c. sicut & c. excommunicamus, in 2. de hæret. c. 2. in fide de tom. Trid. cum fuer.

1. *Studiorum generalium cura.*) Decretum est, ut fiat Bulla, per quam in omnibus Gymnasiis lectores omnes jubeantur profiteri Catholicam fidem, juxta tenores a Bulla præscriptum, & eos, qui doctoratus insignibus ornandi sunt, non prius debere ornari, quam observata sit eorum fides & vita Catholica, de quibus omnibus fiat processus *in forma gratis* per promotores in Collegio, antequam approbentur ad assumptionem gradus.

Episcopus debet auctoritate propria curare, ut professio fidei juxta formam Bullæ Pii IV. fiat ab his, qui Gymnasiis Dioecesis sue gradum Doctoratus depositunt, in reliquis aliis prædicta Bulla servetur.

Irriti sunt Doctoratus, in quibus adhuc non fuit professio fidei juxta Bullam Pii IV. jam dictam.

Idem Pius IV. per aliam Bullam, ad hanc fidei professionem teneri voluit omnes Doctores, Magistros, Regentes, & alios quoscunque ac cujuscunque artis & facultatis professores; sive clericos, sive laici sint, vel cujuscunque Ordinis Regulares, qui docuerint, vel promoveri voluerint. Unde Ordinarii eorum locorum, ubi studia vigent, negligentes a Doctoribus hanc fidei professionem exigere, puniendi sunt. Siquidem ad emittendam hanc fidei professionem tenentur omnes docentes artes liberales, qui antequam ad docendum admittantur, possunt, arbitrio Episcopi prohiberi, donec de eorum moribus informationem susceperit. Idem dicendum est de his, quibus per aliquam Universitatem testimonium conceditur, & hoc non solum Bullæ Pii IV. sed etiam Concilii Tridentini Decreto conforme est.

b Docent & interpretentur.) Vide Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 11. art. 3.* P. Henrico *lib. 7. de Indulgent. cap. 29. §. 4.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib. 20. num. 35. in fine*, ubi resolvit, in Bulla edita in confirmationem Concilii Trident. a Pio IV. non esse sermonem de interpretationibus, quæ in scholis fiunt docendo.

Congregatio censuit, Bullam Pii IV. de emittenda fidei professione editam, locum etiam habere in docentibus prima principia Grammaticæ, Arithmeticæ, Musicæ, & aliarum artium, licet publicam scholam non faceremt. Informationem quoque & processum summarium, quantum Episcopo sufficere videbitur, fieri necessum est.

Quoad pœnas vero in eadem Bulla contentas, Congregatio censuit in locis, in quibus non sunt Gymnasia publica, dictam Bullam non videri eas Ordinariis imposuisse, si patiantur aliquem quoquo modo docere literas, prius quam fidei professionem faciat.

Item per eandem Bullam de supradictis omnibus debet fieri summarius processus circa Religionem fidemque Catholicam illorum, quantum Episcopo sufficere videbitur.

DECLARATIONES.

REMISSIONES.

a Vide Par. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. lib. 13. num. 163. & 164. vers. Unde.* Per schedulam Regalem Regis Philippi II. latam apud Madritum mense Julii, Anno Domini 1563. commendari Episcopis & Prælatis hujus Concilii publicationem, ut ipsum observent, & exequantur, & Correctoribus præcipi, ut ad id sum favorem, & auxilium impartiantur, referunt Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 63. art. 19.* Bobadil. *in sua Politic. l. 2. cap. 18. num. 194.*

Sessio XXV. Cap. III. de Reformatione. 419

CAPUT III.

Excommunicationis gladius non est temere stringendus; sed mature, ac ubi executio realis ac personalis fieri nequit. Legatur bene ac servetur hujus Capituli tenor.

a c. dilecto de sentent. excom. l. 1 & c. multa in princ. 2. q. 1. c. visit. in fin. 16. q. 2. c. corripiantur. 24. q. 3.

§. 1. QUamvis (*a*) excommunicationis gladius nervus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris; 2. sobrie tamen, magnaque circumspectione exercendus est: cum experientia doceat, si temere, aut levibus ex rebus * incutiatur, magis contemni, quam formidari; & perniciem potius parere, quam salutem. 3. § Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis, 4. ad finem revelationis, † ut ajunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, 5. a nemine prorsus, 6. ¥ prætorquam ab Episcopo, decernantur, & tunc non alias, quam ex re non vulgari, causaque diligenter, * (*b*) ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ ejus animum moveat, nec ad eas concedendas cujusvis sæcularis, etiam Magistratus, auctoritate adducatur; sed totum hoc in ejus arbitrio 7. & conscientia sit positum: quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse judicaverit. In causis vero judicialibus † mandatur omnibus judicibus Ecclesiasticis, cujuscunque dignitatis existant, & ut quandocunque executio realis, vel personalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam definiendo a censuris Ecclesiasticis, seu interdicto, sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscunque et-

b c. Episcopi, c. nemo. Episcoporum, & c. nullus sacerdotum, 11. q. 1. c. sacro de sent. Excommunic. Conc. Arelat. 3. c. 2.

iam laicos, 9. per mulctas pecuniarias, 10. quæ locis piis, ibi existentibus, eo ipso quod exactæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, * per suos proprios, aut alienos executores faciendam, sive etiam per privationem beneficiorum aliaque juris remedia procedere, & causas definire. Quod si executio realis, vel personalis adversus reos hac ratione fieri non poterit; sitque erga judicem contumacia, (*c*) tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio suo, præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, ubi executio realis vel personalis, ut supra, fieri poterit, erit a censuris abstinendum; sed si dictæ executioni facile locus esse non possit; licebit judici hoc spirituali gladio † in delinquentes uti; si tamen delicti qualitas, præcedente saltem bina monitione, etiam per edictum, id postulet. ‡ Nefas autem sit sæculari cuilibet Magistratui * prohibere Ecclesiastico judici, ne quem excommunicet, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, sub prætextu, quod contenta in præsenti decreto non sint observata, cum non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. (*d*) 12. excommunicatus vero quicunque, si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad Sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur; sed, si obdurato animo, censuris annexus, in illis + per annum insorduerit, etiam contra eum, tanquam de hæresi suspectum, procedi possit.

(*c*) c. fi quis de excess. in fin. 17. q. 2.

(*d*) c. negotium seqq. 11. q. 3. c. nulli, cum seq. c. cum clericis, & c. fi contumax de sent. Excom.

DECLARATIONES.

1. *Quamvis excommunicationis gladius.*) Episcopus in fulminandis excommunicationibus se gerere debet, sicut a Concilio Tridentino statuitur, nec potest procedere, ut Apostolicæ Sedis delegatus, nisi in casibus a jure expressis.

2. *Sobrie tamen.*) Gladius excommunicationis maxima cum circumspectione est exercendus, ne despectus Ecclesiasticæ disciplinæ oriatur.

Cum ordinarius tanquam delegatus quasdam aliquid sub pœna excommunicationis (quod in defectum vel alias acquiri potest) potest appellari etiam quoad effectum suspensivum, ita ut excommunicatio posita lata, sit nulla. Congregatio enim respondit debere ipsum tanquam delegatum abstinere ab hujusmodi præceptis, cum additione pœnæ excommunicationis, quæ nonnisi subsidium est exercenda, ab ea cui (si cui communetur) dari unique appellationem.

3. *Quapropter excommunicationes illæ.*) Vicarius Generalis, & ad id facultatem habens ab Episcopo, potest sine prævia cognitione facta ab ipsomet Episcopo, excommunicationem ad finem revelationis pro rebus deperditis decernere, dum tamen *ipse Vicarius* cognitionem adhibeat, & quamvis nonnulli Illustriss. DD. dubitarent ex illis verbis, *a nemine prorsus, præterquam ab Episcopo*, quia tavative alios excludunt. Congregatio tamen sub die 18. Februarii, 1585. primum firmavit resolutionem.

4. *Ad finem revelationis.*) Excommunicationes, quæ ad finem revelationis fieri solent, concedi non possunt a Commendatore Abbatiæ, hominibus sibi subjectis, quæ dicitur esse nullius diœcesis, nec usque a vicini Episcopi jurisdictione ejusdem Abbatiæ, cum ea vere Sedi Apostolicæ subjecta, sit nullius diœcesis. Dicitur propterea, si quibus hoc remedium opus erit, confugiendum esse ea ad ipsam Sedem Apostolicam, a qua hujusmodi generis excommunicationes impetrent. Infra hoc *cap.* §. *A nemine*, & §. *Episcopus non potest.*

5. *A nemine prorsus.*) Vicarius tamen generalis potest has excommunicationes decernere adhibita causæ cognitione. At reliqui omnes Prælati etiam nullius Diœcesis (etiamsi in suis territoriis jurisdictionem quasi Episcopalem habeant, etiam privative quoad Episcopum) Episcopis inferiores, qui ante Concilium hujusmodi excommunicationes concedebant, vel ex jure proprio, vel ex privilegio, vel etiam ex immemorabili consuetudine, hodie non possunt, sed tantum Episcopi. Ideo eos, qui sunt nullius Diœceseos, & quicunque alicui Episcopo non sunt subjecti, sed

sed immediate Sedi Apostolicæ, ipsam sanctam Sedem pro his excommunicationibus adire oportet. Supra hoc c. §. *ad finem.*

Et hæc potestas competit Vicario Capitulari Sede vacante, ut resolutum fuit die 14. Augusti 1586. quia ad Capitulum transeunt ea, quæ sunt jurisdictioni necessaria, ut est excommunicatio.

Episcopus non potest concedere excommunicationes, quæ ad finem revelationis (ut ajunt) fieri solent, hominibus beneficii quod sit nullius Diœceseos, minusque potest concedi ab obtentore dictum beneficium; sed eis confugiendum est ad Sedem Apostolicam, si quando his excommunicationibus opus habebunt. Sic Congregatio ex sententia Pii IV. die 6. Octobris 1579. Supra hoc c. §. *ad finem.*

Monitoria pro rebus deperditis ab Episcopis solis sunt decernenda, & in feriores Ordinarii, etiam exempti, & immediate Sedi Apostolicæ subjecti ac nullius Diœceseos, ea concedere non possunt, sed ad Sedem Apostolicam pro eis est recurrendum, cum nec Episcopis vicinioribus ea concedere permittatur. Hoc sæpe declaratum supra hoc *cap.*

Congreg. Concilii censuit, Abbati alii inferiori, quamvis nullius Diœceseos existat, & jurisdictionem quasi Episcopalem obtineat, post Concilium non licere excommunicationes, quæ pro rebus deperditis, vel subtractis fieri solent, decernere, sed debere ejus subditos ad eas obtinendas sedem Apostolicam adire: idemque esse observandum, si hujusmodi inferior intra fines alicujus Diœceseos existens jurisdictionem quasi Episcopalem privative ad Episcopum habeat, sique privilegio sedis Apostolicæ immediate subjectus, nam jus hujusmodi excommunicationes decernendi in ejus subditos, neque ad ipsum, neque ad Episcopum pertinere, sed adire sedem Apostolicam oportere. Quod si inferior jurisdictionem quidem quasi Episcopalem in certa parte Diœceseos habuerit, sed appellationes ab eo ad Episcopum devolventur, hanc facultatem in illius subditos ad Episcopum etiam pertinere, nisi ubi ea jurisdictio esset inferiori per privilegium quæsita, ex tenore privilegii aliud resultaret.

Taurin. 17. Aug. 1591.

Congreg. Concil. censuit, si juxta *cap.* 3. *Sess.* 25. *de Reform.* literis monitorialibus ad finem revelationis, quæ etiam pro rebus subtractis ferri possunt, relaxatis, propalatum aliquid revelans fuerit, posse actorem contra eos, qui aliquo indicio laboraverunt, sive causa fuerit civilis, sive criminalis, ju-

Conc. Trid. cum Gall.

dicium experiri; in eoque se legitime probaverit obtinere, & si executorum judicati neque realem, neque personalem habere voluerit, tunc enim, & non prius licere judici spirituali gladio excommunicationis, si causæ qualitas id expostulaverit, in eos condemnatos uti.

6. *Præterquam ab Episcopo.*) Vicario etiam licet, sed ex speciali mandato, & non alias: non autem Commendatario, neque ab Episcopis in beneficiis commendatis, si nullius Diœceseos erunt. *Et hoc valde sæpe.*

An possit Episcopus delegare Vicariis foraneis facultatem concedendi literas monitoriales pro rebus deperditis, vel subtractis, non obstante Decreto *cap.* 3. *Sess.* 25. dum tamen expresse, & in specie hujusmodi facultas tribuatur?

Congregatio sibi certo persuader, per Episcopum id non, nisi personis circumspectis & gravibus, quorum noverit prudentiam & judicium, esse committum.

7. *Et confidentia sit postrum.*) Episcopus non debet facultatem concedendi literas monitorias pro rebus perditis committere quibusvis foraneis personis, sed eis dumtaxat, quæ graves, honestæ & cæteris bonis qualitatibus sint præditæ.

In causis vero judicialibus.) Excommunicatio lata a Judice Ecclesiastico, priusquam legitime constet de impedimento vel perturbationibus, propter quas non potest devenire propria auctoritate ad executionem realem vel personalem, est valida, & qui tali excommunicatione ligatus existit, indiget absolutione; debent tamen Ordinarii curare, ut in excommunicationibus proferendis observetur decretum a Concil. Trid. *hoc cap.*

8. *Quandocunque executio realis.*) Excommunicatio lata a judice Ecclesiastico, priusquam legitime constet de impedimento vel perturbationibus, ob quas non potest devenire propria auctoritate, ad executionem realem vel personalem est valida, & qui tali excommunicatione ligatus existit, indiget absolutione. Debent tamen Ordinarii curare, ut in excommunicationibus proferendis observentur Decretra Conc. Trid.

9. *Per mulctas pecuniarias.*) In mulctis, quæ ex ordinatione Concilii Tridentini sunt applicandæ locis piis, idem Concilium Tridentinum est observandum.

10. *Quæ locis piis.*) Pœnæ fori Ecclesiastici piis locis sunt applicandæ, nec valet consuetudo contraria, per quam pars pœnarum applicatur Vicario, vel Cameræ Episcopali, etiam in minima parte.

11. *Quod si executio realis.*) Si sint duo in solidum obligati pro eodem debito, & contra unum tantum devenirì potest ad executionem realem vel personalem, non debet taxari censura (etiam ad instantiam creditoris) contra eum, circa quem non potest devenirì ad executionem realem aut personalem. Ita Congregatio die 12. Dec. 1585.

Ult. Jan. 1600.

Congregatio Concilii censuit, si sint duo in solidum obligati in forma Cameræ pro eodem debito, & contra unum tantum possit devenirì ad executionem realem, vel personalem, non posse contra alterum, contra quem non potest fieri exequutio realis vel personalis, ad instantiam creditoris in subsidium relaxari censuras.

12. *Excommunicatus vero.*) Excommunicatus tanquam contumax a contumacia, si coram Ordinario compareat, & sit paratus stare juri, debet per eumdem absolvi.

An si judex deficientibus cæteris remediis velit excommunicare Canonicos ex hoc *cap.* 1. necessarium sit, ut ex actis constet, realem & personalem executionem fieri non posse, an vero sufficiat hæc constare extra judicium? Congregatio censuit debere ex actis constare: sed si non sic possit constare, respondit quod sufficiat probari per nuntii relationem, alias exequi non posse.

REMISSIONES.

* Vide Quarant. in *summa Bullar. verbo, Concilium provinciale, vers. Trigesimo sextum fine*, Sayr. in *Clavi regia, lib. 9. cap. 15. num. 20.*

* *Ant le vibus ex rebus.*) Vide Ft. Mich. Aglan. *de exhib. an sit. fundam. 11. p. 45. & seq.* Farinac. in *prax. crim. q. 97. n. 98.*

‡ *Quapropter excommunicationes illæ quæ monitionibus præmissis, &c.*) Ad materiam literarum monitorialium generaliter ad finem revelationis sub excommunicationis pœna vide Joan. de Nevizan. in *sua Sylva nup. lib. 3. verbo, Monitoriæ*, Navar. in *Enchir. cap. Inter verba 11. quæst. 3. concl. 6.* Carol. 66. Franc. Marc. *decis.* 852. & 853. Achil. de Grassis, *dec. 6. de Sent. excomm.* Zerol. in *praxi Episcop. part. 1. verbo, Excommunicatio, pag. mihi* 134. Gutter. *Canon. lib. 11. cap. 1.* P. Henriq. in *Summ. lib. 5. de Excomm. cap. 18.* Ft. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 39. art. 1.* & Prosper. de Augustino in *addit. ad Lantranchin in Summa Bullarii, verbo excommunicatio ad finem revelationis, pag. 232. & verbo Archiepisc. auctoritas, vers. 19. Auditoria ai in fine, pag. mihi 77.* resolvit, quod si Episcopus monitiones excommunicationum, quæ fiunt ad finem revelationis, denegaret, licet patti appellare ad Metropolitanum, quamvis reiideat in ejus auditorio eas concedere. Ut prædictarum literarum monitorialium concessio obtineatur, quod debent quinque concurrere, allevate Dictiones infra citati, primum esse, quod nominatim contra testes non concedantur ratione fomæ, nisi prævia diligentia de exequendo realiter, vel personaliter; quamvis line Canonica monitione non procedatur ad excommunicationem, dicit Franc. Marc. *decis.* 851. & 853. *p. 2. per text. in cap. constitutionem, de Sentent. excomm. lib. 6.* Secundum esse, quod res, pro qua hujusmodi literæ concedantur, non sit minimi, aut exigui momenti, refert Franc. Marc. *decis.* 803. *p. 2.* & Aloys. Ricc. *Curia Archiepisc. Neapol. dec. 90.* Tertium esse, quod contineant clausulam justificativam, alias sunt invalidæ, decidit Sayr. *decis. p. de Confess. & decis. 3. de Clerico excommunicato ministr.* Quartum esse quod Adversarius non sit certus, aliquin via ordinaria esset expediendum, testatur Alexan. Raud. *decis. 60.* Quintum esse, quod dentur hæ literæ monitoriales in subsidium, id est, deficiente alia probatione, resolvit Sayr. *lib. 4. de Confess.*

† *Ad finem revelationis, &c.*) Vide Maur. Bargium *de modo proced. ex abusu, centur. 11. quæst. 8. num. 233.* & alios relatos per Ric. *collect. 120. part. 1. & mihi 1422. pag. 4.*

? *Præterquam ab Episcopo.*) Vide Zerol. in *praxi Episcop. part. 1. verbo, Vicarius, vers. 17. p. 338.* Quid in Vicariis Episcoporum? Vide P. Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 29. n. 16.*

* *Cautaque diligenter, &c.*) Vide tam in *cap. Episcopi, in cap. nemo Episcoporum, & cap. nullus sacerdotum 11. quæst. 3. in cap. Sacro. de sent. excomm.* Covar. Dec. Thom. & alios relatos per Salzed. ad Bern. Diaz in *praxi can. cap. 38. lit. B. & in cap. 76. lit. C.*

† *In causis vero judicialibus, &c.*) Vide Gutter. *de juram. confirm. 1. p. cap. 17. n. 9.* Seguran in *director. judicum cap. 1. §. 13. n. 14.* Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. n. 151. n. 1.* Pax. in *prax. tom. 2. cap. uni. num. 7. & 8.* Bobadillam in *tom. 1. suæ Politicæ lib. 2. cap. 17. num. 369.* Jac. Bertram *cons. 3. num. 30. & in cons. 4.*

* *Personarum par distributionem, &c.*) Vide Covar. *1. lib. variar. cap. 2. n. 9.* Salzed. ad Bern. Diaz *supr. in cap. 122. lit. A.* & Bobadillam, *d. cap. 17. n. 193.* Azved. in *l. 5. tit. 1. lib. 2. nova recopil. n. 77.*

† *Hæ sententiæ gladii, &c.*) Vide Azeved. in *lib. 3. tit. 2. n. 3. lib. 1. nova recop.* Bobadil. *d. lib. 2. cap. 1. per totum.*

‡ *Nefas autem sit, &c.*) An per hoc Decretum videantur prohibitæ cuitivæ appellationes? Negant: ffarth. Hurtad. *lib. 13. Gloss. 4. tit. 13. p. 2.* Vivald. in *Candelab. p. 2. in Explicat. Bullæ Cœnæ Domini casu 16. a n. 114.* Latissime Azeved. *lib. 2. vers. Item & decimo quarto tit. 6. l. 1. Recopil.*

* *Sæculari cuilibet magistratui, &c.*) Vide Cenedo in *collect. an. 17. ad decretales n. 2.* post Vivald. Azeved. & alios, & Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. can. cap. 102. lit. A.* Bobadil. *d. lib. 2. cap. 18. n. 139.*

‖ *Per annum insordescat.*) Vide Covar. in *cap. Alma mater. p. 1. §. 7. n. 10.* Mandos. in *Annal. cas. 4. n. 90. & in praxi tit. de Ingress. cap. 5.* Dœuth. Reg. 133. *vers. Quarto amplius.* Robuff. in *Repet. cap. Postulasti, de Clericis excomm. ministr. 4. num. 108. & in praxi tit. declarat. nova provis. verbo, Teque absolvente num. 10.* Maran. *de Ordine judic. p. 6. cap. de contumacia, num. 35.* Simanch. *de Catholic. institt. cap. 14. a num. 2. & cap. 27. num. 4.* Paul. Fusc. *de Visit. lib. 1. cap. 29. num. 2.* Perez. *l. 1. vers. Et Excommunicatus perstiterit tit. 5. & l. 9. in Gloss. verbo, est minori def. cumulando, n. 19. l. 8. Ordin.* Humad. *lib. 32. Gloss. 2. a principio tit. 19. p. 1.* Salzed. in *praxi cap. 116. a num. 4.* Azeved. ad *lib. 1. tit. 14. l. 4. nova recop.* Zerol. in *praxi Episcop. p. 1. verbo, Clericus, pag. 78. ad fin.* Ft. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 103. art. 5. in fine.* (Jo. Gutt. in *quæst. can. lib. 1. cap. 12. num. 20.* Cened. plures referens *collect. 15. ad decretum.*) Gonzal. ad *Reg. 8. Cancel. gl. 15. num. 103. cum seq.* Steph. Grat. *discept. forens. cap. 119. n. 2. cum seq.* qui duo posteriores resolvunt, quod si quis fuerit excommunicatus propter debitum civile, ob non solutionem alicujus rei, non habebit locum hujusmodi privatio propter insordescentiam.

CAPUT IV.

Episcopi, Abbates, & Generales Ordinum possunt pro sua conscientia statuere omne, quod magis expedire judicaverint circa Missarum numerosarum recitationem.

* COntingit sæpe in quibusdam Ecclesiis vel 1. tam magnum

Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis impositum esse, ut illis pro singulis diebus, a testatoribus præscriptis, nequeat satisfieri; vel Elecmosynam hujusmodi pro illis celebrandis adeo tenuem esse, ut non facile inveniatur, qui velit huic se muneri subjicere; unde depereunt piæ testantium voluntates; & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur. Sancta Synodus, cupiens hæc ad pios usus relicta, quo plenius, & utilius potest impleri, facultatem dat Episcopis, ut in Synodo diœcesana, ‖ item que Abbatibus, & Generalibus Ordinum, ut in suis Capitulis Generalibus, re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in prædictis Ecclesiis, quas hac provisione indigere cognoverint, 2. statuere circa hæc, quidquid magis ad Dei honorem & cultum, atque Ecclesiarum utilitatem viderint expedire; ita tamen, ut eorum semper defunctorum 3. commemoratio 4. fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios usus reliquerunt.

DECLARATIONES.

Congregat. Concilii censuit, ex decreto Concilii, *cap. 4. Sess. 25.* non licere Episcopo reducere onera missarum beneficio in fundatione appolita. 3. Mart. 1597.

Congreg. Conc. censuit, reditus pia testantium voluntate pro missarum celebratione aliisque piis usibus relictos, posse ab Episcopo in distributiones quotidianas, neque in alium usum quamvis pium, ullo modo converti. 28. Jan. 1600.

1. *Tam magnum Missarum.*) Caput hoc intelligendum est de Missis tantum, & non de aliis suffragiis.

Hoc decretum habet locum etiam in reductione Officiorum pro defunctis.

Improbata fuit certa taxa Elecmosynarum, pro missis a testatoribus pia scriptis. Non intelligitur hoc capitulum de Missis in fundatione impositis, sed de relictis.

2. *Statuere circa hæc, quidquid, &c.*) Congregatio censuit Episcopum in Synodo Dio-

cessaria posse constitutiones facere absque consensu & approbatione cleri; debere tamen eum requirere consilium Capituli, licet illud non teneatur sequi, nisi in quibusdam casibus a jure expressis de Synodo.

3. *Ut eorum semper defunctorum.*) Hæc dictio *semper* non refertur neque ad tempus, neque ad diem, sed intelligi debet *semper singulis Missis*, quas jure reductionis celebrari contigerit.

4. *Commemoratio fiat.*) Hic satisfit per intentionem applicationis Missarum per preces, quæ offeruntur in secundo memento, & per collectas fieri possunt. Religiosi, qui ob paupertatem Sacerdotum Missarum oneri satisfacere nequeunt in suis Capitulis provincialibus, prout magis expedire judicaverint, providere poterunt.

REMISSIONES.

a Vide Concil. Brachar. *act. 4. cap. 26. in fine*, Seraph. *dec. 611.* Fr. Emman. *in summ. 1. cap. 232. n. 13.*

β Itemque Abbatibus & Generalibus Ordinum.) Optime Zerol. *in praxi Episc. p. 1. Verbo, Missa §. 3. pag. 228.* Fr. Emman. *5. Regul. tom. 1. quæst. 43. art. 13.*

CAPUT V.

Rebus bene constitutis, & certum onus annexum habentibus nihil omnino detrahatur.

RAtio postulat, ut illis, quæ bene constituta sunt, contrariis Ordinationibus non detrahatur: quando igitur ex beneficiorum quorumcunque 1. erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus, 2. qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta, in beneficiorum collatione, seu in *a* quacunque alia dispositione, 3. eis non derogetur, *β* Idem in præbendis Theologalibus, Magistralibus, Doctoralibus, aut Præsbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus, quandocunque ita constituta fuerint, observetur, ut eorum qualitatibus, vel Ordinibus nihil in ulla provisione detrahatur: & aliter facta provisio surreptitia censeatur.

DECLARATIONES.

1. *Erectione seu fundatione.*) Habent Capellam, non tenetur promoveri ad Sacerdotium, dummodo in fundatione cautum non sit, ut Capellanus per seipsum Missas celebret: attamen interea debet curare, ut per alium Missæ in illa Capella celebrentur, nec eis satisfactum oneri, si Missæ in alis Ecclesiarum celebratæ.

2. *Qualitates aliquæ requiruntur.*) Congregatio censuit, non licere Episcopo post Concilium, etiam accedente Patronorum consensu, derogare qualitatibus in beneficii fundatione appositis: ideoque si beneficium in fundatione certam ætatem requirat, non posse Episcopum illud ei conferre, qui nequaquam fuerit hujusmodi ætatis.

Capellæ non intelliguntur habere onus celebrandi Missam, nisi ex fundatione cautum sit, *ut per seipsum, &c.*

3. *Eis non derogetur.*) Ne quidem de consensu patronorum, quorum circa hoc nulla est potestas, sed omnino observari debet fundatio. Itaque sublata est facultas, de qua Doctores in *cap. cum accessissent, de Const. ubi Abbas, num. 5.*

REMISSIONES.

a Quacunque alia dispositione.) Quod valet conditio posita in fundatione beneficii, quod tale beneficium conferatur consanguineis, resolvunt Hojed. *de benefic. p. 1. cap. 23. num. 132. & cap. 14. num. 107.* Lambertin. *de jure patron. p. 1. lib. 1. quæst. 9. princip. a num. 109. & lib. 1. p. 2. art. 2. quæst. 2. princip. a num. 1.* Sebast. Medices *de acquir. rerum domin. Gloss. 1. p. 3. n. 35.* Azevedo *l. 1. 14. num. 13. tit. 3. lib. 1. novæ Recopil. & lib. 5. num. 2. tit. 6. eod. lib.* Rota novis. dec. 194. *num. 1.* de qua per Farin. *2. p. civil.* Vide etiam tradita per Azevedo *in l. 9. tit. 6. lib. 1. novæ recopi. num. 6.* Gutier. *cons. 1. num. 1. 11. 17. & 19.* ubi qua stante hoc decreto Episcopus non potest dispensare cum præservato, nec pro una vice, alterando qualitates a testatore requisitas adhuc cum consensu patroni, quod etiam Azevedo *dict. in lib. 5. num. 2.* nisi consensus præstaretur a fundatore.

β Idem in præbendis.) Vide Gonzal. *ad Reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 2. num. 19.* & vide quæ *Gloss. 29. num. 3.*

CA-

CAPUT VI.

Præscribitur modus, quem observare debet Episcopus visitans Capitula exempta, ac personas, cum deputatis duobus ex parte Capituli, tam in criminibus ex incontinentia, quam aliter.

1. *a* STatuit sancta Synodus, ut in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis Decretum sub fel. rec. Paulo III. (*a*) quod incipit, 2. Capitula Cathedralium, observetur, non solum, 3. *β* quando Episcopus visitaverit, sed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicujus, 4. contra aliquem ex contentis, 5. in dicto Decreto procedat, ita tamen, ut, cum extra visitationem processerit, infrascripta omnia locum habeant; videlicet 6. *γ δ* ut Capitulum initio cujuslibet anni 7. eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio, * & assensu Episcopus, 8. vel ejus Vicarius, tam 9. in formando processum, quam in cæteris omnibus actibus usque ad finem causæ inclusive, 10. coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in ejus domo, 11. aut consueto tribunali, procedere teneatur. *ε* Unum autem tantum sit utriusque votum, postquæ alter Episcopo accedere. Quod si ambo ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel definitiva sententia fuerint; tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant; & si in electione tertii etiam discordent, ad viciniorem Episcopum electio devolvatur; & juxta eam partem, cum qua tertius convenient, articulus, in quo erat discordia, terminetur: alias processus, & inde secuta nulla sint, nullosque producant juris effectus. (*b*) 12. In criminibus tamen 13. ex incontinentia provenientibus, de qua in Decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis, depositionem, aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, ne judicium eludatur, & ideo opus sit personali detentione, † (*c*) possit initio solus Episcopus 15. ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere: servato tamen in reliquis ordine præmisso. In omnibus autem casibus ea ratio habeatur, ut juxta qualitatem delicti * ac personarum, delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur. (*d*) Episcopus præterea ubique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est; eisque in choro & in Capitulo, 16. in Processionibus, & aliis actibus publicis sit 17. prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & 18. præcipua omnium rerum agendarum auctoritas. 19. Quod si aliquid Canonicis ad deliberandum proponant; nec de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur; (*e*) 20. Episcopi ipsi 21. Capitulum convocent, 22. vota exquirant, & juxta ea concludant. Absente vero Episcopo omnino hoc 23. ab iis de Capitulo, ad quos hoc de jure, vel consuetudine spectat, perficiatur, 24. nec ad id Vicarius Episcopi admittatur. Cæteris autem in rebus 25. Capituli jurisdictio, & potestas, si quæ eis competit, & bonorum administratio salva, & intacta omnino reliquatur. 26. Qui vero non obtinent dignitates, 27. nec sunt de Capitulo, ii omnes in causis Ecclesiasticis Episcopo subjaciantur: ζ non obstantibus, quoad supradicta, privilegiis, etiam ex fundatione competentibus, 28. necnon consuetudinibus, 29. etiam immemorabilibus, † sententiis, juramentis, 30. concordiis, quæ tantum suos obligent auctores, (*f*) salvis tamen in omnibus privilegiis, quæ Universitatibus Studiorum generalium, † seu eorum personis sunt concessa. 31. Hæc autem omnia, & singula

10

a Sup. sess. 6. de ref. c. 4.

b Inf. c. 14. & sup. sess. 22. de Matrim. c. 2.

c c. qualiter c. 2. de accus. & c. pen. de pœn.

d Concil. Cart. 2. c. 38. c. Epist. in Ecclesiis c. 95. dist.

e c. novit cum seq. de his, quæ fiunt a præl. sine cons. cap.

f c. sur. de leg. imo ea tract. de privilegiis scholarib. maxime privil. 6. cum seq.

in iis Ecclesiis locum non habeant, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarii ex constitutionibus, vel privilegiis, aut consuetudinibus, sive Concordiis, seu quocumque alio jure majorem habent potestatem, auctoritatem, ac jurisdictionem, quam præsenti Decreto sit comprehensum, quibus sancta Synodus derogare non intendit.

DECLARATIONES.

1. *Statuit sancta Synodus.*) Decretum hoc loquitur solum de Capitulis exemptis, & iis, quæ consuetudine aut alio speciali jure se tuebantur adversus Episcopos, ea autem jura Episcopo sunt testimonio, sed illis non utetur nisi cum consilio, & assensu duorum electorum ex Capitulo, &c. Non exempta autem capitula non comprehenduntur, etiamsi multa habeant privilegia.

2. *Capitula Cathedralium.*) Hoc Decretum non pertinet ad Ecclesiam Cathedralem tamquam cathedralem, sed tamquam exemptam: unde Collegiata, quæ prius non erat exempta, sed in omnibus Episcopo subjecta, si postea est erecta in Cathedralem, non comprehenditur hoc Decreto.

Si Capitula, de quibus hoc Decretum & supra *Sess. 6. cap. 4.* sunt exempta a jurisdictione Episcoporum, tenentur ferrare Decretum illius Concilii Provincialis, cui interfuit Episcopus.

3. *Quando Episcopus visitaverit.*) Debere ita observari Congregatio Concilii censuit. Vide quæ *supra* notata sunt *sess. 6. cap. 4.*

Circa hoc Capitulum fuerunt proposita varia dubia. *Primum*. An in visitatione Abulensis Ecclesiæ, vel personarum Episc. necessario deberet assumere Notarium & Secretarium Capit. vel potius unum ex suis Notariis, quem ipse ad hoc eligeret, cum in Conc. Trid. hoc *cap. 6.* expresse sit disposítum, quod acta hant coram Notario Episcopi? *Secundum*, an Episcopus visitando possit solus sine adjunctis Capitularibus peccata & excessus Capitularium (quos correctione & punitione dignos reperierit) corrigere, punire, & emendare? *Tertium*, an Episcopus vel ejus Vicarius, quando simul cum adjunctis Capitularibus, extra visitationem, contra aliquem ex Capitularibus ad punitionem delictorum procedunt juxta formam Concil. Trid. hoc *cap. 6.* debeat ei servire Fiscalis ipsius Episcopi, qui crimina accuset & prosequatur? vel potius an ad hoc munus sit assumendus & nominandus alius Fiscalis ex servitoribus vel Capellanis dictæ Ecclesiæ Abulensis?

Ad hæc ita responderunt Domini Cardinales, & quidem ad *Primum*, quod in visitatione, de qua agebatur, propinus Notarius ab Episcopo esset assumendus, non illis tamen Capitulo suspectus. Ad *secundum*. Non teneri Episcopum in præfata visitatione adhibere adjunctos Capitulares, & aliquod crimen posse per se corrigere & punire, non tamen pœna ordinaria, sed ea quæ ad morum magis emendationem, quam punitionem respiciat. Ad *tertium*. Posse eundem Episcopum assumere fiscalem vel alium, quem ipse deputare maluerit.

Ex parte ejusdem Episcopi denuo propósita fuerant hæc dubia: *Primum* est, An Episcopus solus, absque adjunctis Capitularibus possit Capitulum visitare. *Secundum*. An hac visitandi facultas extendatur etiam ad res & bona Capituli, ejusque administratores. *Tertium*. An hujusmodi decisio haberet locum etiam casu quo administratio rerum & bonorum inter Episcopum & Capitulum esset communis. *Quartum*. Quatenus Episcopo competat facultas visitandi, etiam tunc, cum administratio est communis, an præscribendus sit modus Episcopo, ne immutet aut tollat decreta ab administratoribus facta, rerum potestas, aut auctoritas labefactetur. *Quintum*. An liceret Episcopo exigere juramentum a visitatis. *Sextum*. An de rebus scandalosis tantum, & publicis, an eam secretis & occultis in visitando possit inquirere. *Septimum*. An essent danda transumpta eorum, quæ Episcopus visitando puniendo digna reperisset. *Octavum*. An Capitulum possit visitari ab Episcopo in sua domo Episcopali, an in loco Capitulari tantum. *Nonum*. An Episcopus visitando possit recusari, tamquam suspectus. *Decimum*. An Episcopus visitans, juramentum, & acta visitationis in scripturam redigere possit, præsertim si respiciebant personas Capitulares, contra quas nonnisi cum adjunctis est procedendum, juxta hoc *cap. Ad primum, de visitatione*, respondit Congregatio Episcopum posse. Quod sic (ut prætenditur) Capitulum habet statutum ab Apostolica Sede confirmatum. Hunc articulum Congregatio rejecit ad Rotam, dummodo interea non retardetur vi-

visitatio. *Ad secundum* respondit, facultatem visitandi, etiam ad res & bona Capituli, ejusque administratores extendi, aliat eluforia esset visitatio, si negligentes & bonorum usurpatores non castigaret. *Ad tertium*, respondit prædictum Episcopum eo casu visitare posse, non excedendo tamen terminos visitationi præscriptos. *Ad quartum*, nullum alium Episcopo præscribendum modum, quam quod juxta visitationis limites se contineat. *Ad quintum*, de juramento non licere in visitatione præparatoria, seu in Capitulo: an autem depositiones testium sint redigendæ in scripturam? Congregatio dixit, maturius utrapiam? Congregatio dixit, maturius utrapiam, que parte informata, se deliberaturam. *Ad sextum*, respondit posse etiam in iis. *Ad septimum*, de transumptis dandis, posse eisdem in præparatoria; secus vero in Episcopali. *Ad octavum*, dixit, Episcopum non posse nec potuisse visitare in domibus Episcopalibus, sed cum visitare voluerit Capitulum, accedere debere ad locum ipsum, quo Capitulares congregari & eorum actus expediri consueverunt, si tamen id congrue fieri potest: sin minus, ad locum congruum & commodiorem. Sed semper tenetur accedere ad locum Capitularem, quoties prosequi voluerit visitationem alicujus particularis personæ de Capitulo. *Ad nonum*, respondit, sæpe dictum Episcopum recusari non posse, nec cum generalem visitationem aggrediturt, nec cum ad specialem descendit, si modo sine strepitu & figura judicii procedens pœnas imponis delictorum non ordinariis, sed eas tantum, quæ morum emendationem respiciunt, & modum corrigendi non excedant. *Ad decimum, & ultimum*, de redigendis in scripturam juramento & actis visitationis, respondit id non posse.

Congregatio censuit de voto Rotæ, hoc Decretum non solum comprehendere Capitula exempta, sed & omnis alia prætendentia rite & posse tueri, non modo adversus visitationem, ut *cap. 4. Sess. 6.* sed etiam adversus ea, quæ hic disponuntur, quando agenda sunt extra visitationem, si ve vigore privilegiorum etiam ex fundatione competentium, necnon consuetudinum etiam immemorabilium, sententiarum, juramentorum & concordiarum, quæ tantum suos obligent auctores.

Fuit dubitatum, an portionarii, qui habent vocem in Capitulo, possent visitari ab Episcopo absque adjunctis: & fuit resolutum, quod sic, quia etiamsi habeant vocem in Capitulo, non propterea erunt de Capitulo, eo quod de Capitulo sint Canonici tantum Fel. in *proem. Decretal.* & habere vocem in Capitulo, non operatur, quod quis sit de Capit. *glossa & Doct. in Clem. 2. de etat. & qualit.*

21. Junii 1591.

Congregatio Concilii censuit, non ex eo, qui portionaris integri, & dimidii habent vocem in Capitulo, illos esse Capitulares, sed tunc inter Capitulares censeri debere, cum ex Apostolico privilegio, vel ex consuetudine aut Ecclesiæ statuto inter Capitulares connumerentur. Ideo si ipsi talibus facultatibus non potiantur, Episcopus poterit contra illos non cum adjunctis solum procedere.

4. *Contra aliquem ex contentis.*) Facultas procedendi contra aliquem ex Capitularibus exemptis pertinens ad Episcopum, & adjunctos, juxta hoc *cap.* non devolvitur ad Episcopum, si adjuncti requisiti cum eo procedere negligant vel recusent.

5. *In dicto Decreto procedat.*) Hæc facultas non est privatoria ad eos, qui jus habent visitandi & corrigendi, quia iis licebit visitare seorsim ab Episcopo, & correctos ab iis non poterit Episcopus de novo corrigere.

Hoc Decretum plane est observandum, etiamsi Capitulum ipsum deliquerit, vel aliquis ex Canonicis de mandato Capituli, etiamsi Canonicus extra civitatem delinquat, maxime degens in aliquo loco, ut pura in loco sui beneficii, vel si deliquerit intra corpus suæ Ecclesiæ.

Subcollectores Cameræ Apostolicæ ad nudum ministerium exigendi certis casibus in his partibus deputati, si sunt Canonici, vel alias beneficiati, ab Episcopo visitari & corrigi non possunt. Sic responsum fuit Episcopo Segobiensi.

6. *Ut Capitulum initio cujuslibet anni.*) Quando scilicet exemptum est a jurisdictione Episcopi, & sic quæ disponuntur in hoc *cap.* & *cap. 4. Sess. 6.* habent locum tantum in Capitulis a jurisdictione Episcoporum exemptis. *Hoc hactenus sæpe declaratum est.*

Propositum fuit, An ad Episcopum vel alium Superiorem pertineat facultas procedendi contra Capitulares, quando universum Capitulum deliquit? Item dato quod ad Episcopum pertineat, an de consilio & assensu duorum ex Capitulo procedere teneatur, juxta hoc *cap.*

Ad has duas dubitationes Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Trid. Interpretum sic respondendum censuit, nempe, *quoad primum* hujusmodi facultatem procedendi

dendi pertinere ad Episcopum etiam absque adjunctis, quando totum Capitulum deliquit: modo delictum non sit in personam Episcopi, vel in contemptum ejus, vel, ubi Episcopus habeat interesse: tunc enim ea facultas contra Capitulares procedendi devolvitur ad proximum superiorem. *Ad secundum* vero respondit, Episcopum de consilio & assensu ductum ex Capitulo procedere non teneri.

7. Eligat ex Cap. duor.) In forma procedendi Episcopo hic præscripta, licet ei secum adhibere duos de Capitulo exempto, quando procedere voluerit contra aliquem ex ipsis.

Ex hoc decreto potest solus Episcopus sine adjunctis Capitularibus ad correctionem & punitionem portionariorum procedere, etiam casu quo portionarii de consuetudine, aut ex privilegio Apostolico vel Ecclesiæ statuto in Capitulo vel semper vel plurimum haberent vocem.

De quorum Consilio & assensu.) Consilium & assensus duorum Canonicorum a Capitulo pro causis criminalibus electorum ab Episcopo quærendum non est, si Capitulum totum deliquerit, aut illi duo electi.

8. Vel ejus Vicarius.) Congregatio censuit, Vicarium non teneri procedere cum adjunctis, nisi prout tenetur Episcopus.

9. In formando processum.) Aliter tamen censuit Congregatio, quando a Capitulo uniuscujusque Ecclesiæ Collegiatæ non ea omnia observari debeant, quæ decreta sunt hoc Capitulo.

10. Coram Notario tamen ipsius Episcopi.) Etiam in visitatione, quando est adhibendus Notarius, non tamen ad electionem Vicarii cum adjunctis. Id servandum est tam in extrajudicialibus, quam in judicialibus correctionibus.

Capitulo licet eligere duos Canonicos, qui cum Episcopo procedant in causis Canonicorum; nullum tamen jus habent in electione Fiscalis, qui intervenire solet in criminibus Canonicorum reorum, sed ejus electio ad Episcopum pertinet.

Excluso Notario Capituli, electio Fiscalis ad Episcopum solum pertinet, Episcopus vero potest assumere suum Fiscalem vel alium, quemcumque voluerit, deputare.

11. Aut consueto tribunali.) Ad electionem Episcopi, vel ejus Vicarii, dummodo non fiat in Ecclesia, Vicarius Episcopi debet convenire in consueto tribunali, eo casu quo procedit cum adjunctis, quod erat in Ecclesia Salamantina in claustro, dummodo sit extra corpus Ecclesiæ.

Episcopus potest sedere pro tribunali quocumque loco Diœcesis non exempto, ubi maluerit. Ita *cap. cum Episc. de eject. Ord. in 6.*

12. In criminibus etiam.) Episcopus in visitatione potest inquirere de criminibus occultis, & non solummodo de publicis & notoriis.

Cum magister Capellæ, cæterique Cantores & Organista sint de Capitulo, an istos Episcopus punire sine adjunctis possit? Congregatio censuit, nisi hæ personæ comprehendantur in confirmationibus Apostolicis, ex Concilio in hoc *cap.* omnes, qui non obtinent dignitates, neque sunt de Capitulo, in causis Ecclesiasticis Episcopo subjici.

13. Ex incontinentia.) In crimine concubinatus potest Episcopus solus ad informationes & carcerationem procedere, ubi de fuga timetur, idque absque monitione, & forma hic præscripta.

14. Personali detentione.) Carceres pro Capitularibus delinquentibus in domo Episcopi esse debent.

In loco decenti custodiantur.) Licet Canonici sint custodiendi in loco decenti, carcer tamen debet esse in domo Episcopi & non in Ecclesia.

15. Ad summariam informationem.) Etiam absque monitione illa, de qua infra *cap.* 14.

Congregatio Concilii censuit, Decretum *cap.* 6. *Sess.* 25. habere locum in his tantum Capitulis, quæ exemptione, consuetudine, aut alio speciali jure se tuebantur adversus jurisdictionem Episcopi, tamquam adepta esset Capitulis eorum hujusmodi exemptio, aut aliud jus speciale, quo ante Concilium nitebantur: tum etiam jurisdictionem, quam in Capitulares ante Concilium exercebant. Episcopo tale restituram, qui tamen non aliter ea uti plane debet, aut potest, quam cum consilio & assensu duorum Canonicorum a Capitulo ad præscriptum ejusdem Concilii electorum.

Episcopus visitans tenetur dare transumptum, si reperit aliquod delictum carcere tione vel castigatione dignum.

Mulctæ quæ exiguntur a Capitularibus, non sunt aliquibus eorum functionibus applicandæ veluti portionibus, sed pias locis.

Episcopi convocare Capitulum ad libitum possunt, dummodo non proponant de

re ad commodum suum vel suorum spectante. Capitulum quoque ipsum potest, quandocumque voluerit, se congregare. *Infra* hoc *cap.* §. *Quod si aliquid.*

16. In præsentibus.) Ad Episcopum pertinet cum consil. Capituli decernere & edicere, quo & qua dirigendæ deducendæque sint processiones, non obstante immemorabili consuetudine, prout est in Decreto Concilii.

Hoc Capituli consilium declaravit eadem Congregatio intelligi oportere in processionibus duntaxat publicis, non autem in privatis. Privatas autem processiones illas intellexit, in quibus alieni seu externi Clerici non evocantur, sed a Capitularibus & Cathedralibus tantum fiunt ob aliquas particulares causas. Porro in publicis processionibus absente Episcopo eandem facultatem habet Vicarius Generalis in processionibus decernendis & dirigendis, quam Episcopus habere consuevit.

17. Sit prima sedes.) Per hæc verba fuit resolutum, quod Rector Parochialis Ecclesiæ Ripæ Transenensis, qui ex immemorabili consuetudine deferebat in publica processione Sacramentum Ecclesiæ, juxta *Clementinam unic. de reliquiis & vener. sanct. & sup. Sess.* 13. *Can.* 6. cedat Episcopo nuper electo, qui vult per se Sacramentum hujusmodi deferre. Sic Congregatio censuit de mense April. 1573.

18. Et præcipua auctoritas.) Non potest tamen solus Episcopus sine Consilio Capituli edicere & erigere processiones, sed tenetur illud adhibere, sicut dicitur in hoc Decreto.

19. Quod si aliquid Canonicis.) Episcopo ex Decret. hujus *cap.* quod ad convocationem Capituli spectat, ea duntaxat auctoritas est attributa, ut eo casu solo possit ipse suo arbitrio Capitulum convocare, vota requirere, & juxta ea concludere, dummodo non sit actum de re ad suum vel suorum commodum spectante. In reliquis Concilium suum quicunque jus reservavit. Eadem tamen Congregatio censuit, Episcopum convocare non posse Capitulum in illis casibus, in quibus judex esse non potest. Et qui de re spectante ad Episcopalem dignitatem potest esse judex, convocare potest Capitulum.

20. Episcopi ipsi.) Eo casu quo res esset pertinens ad commodum Episcopi, Concilium declaravit, quod Capitulum non potest convocari sine consulto & præsentia Episcopi; reliquos autem casus reliquit in terminis juris veteris. In Capitulis ergo non exemptis, quæ Ordinario subsunt, est servandum jus commune.

Episcopus controversiam habens cum Capitulo, non potest domi suæ Capitulum congregare, sed debet ad aulam capitularem convocare, in qua solitum est Capitulum semper convenire.

21. Capitulum convocent.) In domibus propriis posset convocari Capitulum casu, quo non haberent Episcopi locum ad hoc specialiter deputatum & decentem, in quo solitum esset convocare, & congregare Capitulum.

Episcopus Placentinus non potest Capitulum Ecclesiæ Cathedralis domi suæ congregare, sed idem debet in aula Capitulari convocari, in qua antea solitum est semper Capitulum convocari.

Dubitatum fuit, an decretum Concilii hoc *cap.* quo conceditur facultas Episcopis convocare Capitulum, nisi de re ad suum vel suorum commodum spectante agatur, sit intelligendum, quando res ad le vel ad suos privato nomine pertinet; an vero etiamsi pertinet ratione dignitatis Episcopalis? Congregatio censuit, quod Episcopus convocare non possit Capitulum in illis casibus, in quibus judex esse non potest, & si de re spectante ad Episcopalem dignitatem potest esse judex, convocare potest Capitulum. Abb. in *cap. venerabili de Const. in fin.*

Capitulum N. prætendit, Episcopum non posse visitare personas Capitulares alibi quam in loco vel Camera Capituli, Congreg. censuit in loco decenti.

22. Vota exquirant.) Episcopus non habet vocem in Capitulo.

23. Ab iis de Capitulo.) Absque consensu Episcopi.

Visitatio ad favorem *cap. 4. sess. 7. & cap.* hujus earum competit ex his Decretis, Episcopo ut etiam liceat Decano & Capitulo Regulares personas ipsi Capitulo subjectas cumulative cum Episcopo, vel seorsum etiam ab eodem, (non tamen excludendo ipsum Episcopum toties quoties sua auctoritate uti voluerit) visitare, corrigere, & emendare juxta antiquam & immemorabilem hactenus observatam consuetudinem.

24. Nec ad id Vicarius Episcopi admittatur.) Hoc intelligendum est, si Capitulum est exemptum. Et ita observari jussit Congregatio cum Vicario Tarantinensi.

25. Capituli jurisdictio, & præsidat.) Declaratum fuit, debere hoc fieri juxta consuetudinem & statuta hactenus observata, & id-

& idcirco non poterit cogi Capitulum ad tenendum Secretarium, qui sit Clericus in sacris constitutus, sed poterit habere laicum: Punctator vero debet esse Clericus in sacris constitutus, secundum Decretum Provincialis Compostellæ, revisum per S. D. N. anno 1565. Et si ab immemorabili tempore deputatio punctatoris ad Capitulum pertineat, ita observetur, quia Concilium in hoc nihil innovat.

26. *Qui vero non obtinent dignitates.*) Qui non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo portionarii, si in Cathedrali habent stallum, in choro vestem Canonicalem & votum consultivum; sunt de Capitulo & comprehenduntur hoc Decreto.

Dubium faciebat Doctrina Inn. *in 2. ad finem de iustit.* ubi requirit, quod quis habeat jus Canonici, per ea quæ cumulat Fel. Sed visum fuit factæ Congregationi Illustriss. Cardinalium, quod propter votum consultivum quod habent illi portionarii, dicatur esse de Capitulo, quantum ad dispositionem hujus *cap.* Nam qui habet votem in Capitulo, habet jus Canonici. Fel. in *cap. cum acc. n. 34. de constit.* quid autem de dignitatibus faciendum sit, tenendum est, sicut per eum ibidem dicitur.

27. *Nec sunt de Capitulo.*) Et si *subsint* Capitulis, vel illis interviant, aut famulentur foris, aut in ipsa Ecclesia quantum ad divina & non aliter.

28. *Nonnen consuetudinibus.*) Congregatio censuit, non obstare quod Vicarius Archiepiscopi possit intervenire in Capitulo, & in eo præsidere, si talis facultas ei ante Concilium, ex constitutionibus aut consuetudine, vel alio quocumque jure legitime competebat, juxta Decretum ejusdem Concilii in fine. Præsertim si illud Capitulum nullo exemptionis, aut speciali jure juverit adversus omnimodam subjectionem: in his tamen, in quibus esset agendum in Capit. de re spectante ad Archiepiscopum, seu suorum commodum, Congregatio æquum censuit, ut ne ejus Vicarius interfit.

a. Julii 1597.

Congregatio Concilii censuit, Episcopum in Synodo Diœcesana posse constitutiones facere absque consensu & approbatione Cleri, debere tamen eum exquirere consilium Capituli, licet illud non teneatur sequi, nisi in quibusdam casibus a jure expressis.

29. *Etiam immemorabilibus.*) Derogatio immemorabilis, de qua hoc *cap.* extenditur ad disposita *cap.* 4. *Sess.* 6. *supra.*

30. *Concordiis.*) Re proposita a Rota & perlata ad Illustriss. Cardinales, & in Congregatione maturata, Illustrissimi censuerant derogationem, de qua in præsenti textu, concordias etiam a Sede Apostolica confirmatas comprehendere: quia attendenda est potius mens quam verba legis, & ita fuit resolutum sub die 15. April. 1574. Sed iterum negotium existentibus Dominis de Rota S. D. N. hunc rerum declaravit ex Congregationis sententia, cum suis derogationibus non comprehendere concordias a Sede Apostolica confirmatas.

Congregatio Concilii censuit, concordias confirmatæ a Papa in forma communi, cum qua concurrat consuetudo immemorabilis, fuisse a Concil. Trid. *cap. 6. Sess. 25. de Reform.* derogatum.

Fuit autem propositum in Congregatione: An intelligatur de concordiis confirmatis in forma communi, an vero de illis tantum, quæ ex certa scientia sunt confirmatæ? Die 13. Nov. 1586.

Congregatio censuit, esse præservatum hoc textu, & ex *cap. 4. Sess. 6.* concordias confirmatas ex scientia cum causæ cognitione dumtaxat.

Super interpretatione *cap. 4. Sess. 6.* & *cap. 6. Sess. 15.* Conc. Trid. facta per Inn. Rotæ instante Sacra Congregatione Illustriss. Cardinalium ejusdem Concilii. Respondit sic Decanus: De Ordinatione Sacræ Congregationis Illustriss. Cardinalium Conc. Tridentini fuit propositum in Rota dubium, quod erat inter D. Episcopum Gadicensem, & Decanum, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ super interpretatione tam *cap. 4. Sess. 6.* quam hujus *cap.* & pariter hinc inde informantibus fuerunt Cardinales omnes sine difficultate in voto, quod ea quæ harum constitutionum possint per Episcopos & alios majores Prælatos, Capitula Cathedralium & aliarum majorum Ecclesiarum, illarumque personæ visitari, corrigi & emendari, etiam auctoritate Apostolica: non solum si Capitula hujusmodi, ac personæ vellent se tueri exemptionibus, sed etiam consuetudinibus, sententiis, testamentis, & concordiis, quæ tantum sunt obligentes auctores, non etiam successores. Itaque Sacra Synodus comprehendit non solum Capitula exempta, sed & omnia alia præcedentia se posse tueri adversus visitationem, sub vigore constitutionum, &c. Notissimum enim est, indefinitum in lege æquipollere universali: præterea satis dixisset, *nullis exemptionibus*, si nihil aliud

impedimentum exemptionis fuisset Synodus tollere voluisset, quod non est dicendum, stantibus subsequentibus verbis, scilicet: *consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiis, &c.* Quam interpretationem clarissime comprobant verba, quæ sunt initio hujus capitis scilicet: *Statuit sacrosancta Synodus, ut in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, &c.* Qui tamen dicit (*omne*) nihil excepit aut excludit. Et hoc tenendum est, etiam casu quo agendum sit extra visitationem, derogaturque privilegiis etiam ex fundatione competentibus, necnon consuetudinibus etiam immemorabilibus, sententiis, juramentis, & concordiis, quæ tantum suos obligent auctores, sicuti dicitur in hoc *cap.*

31. *Hæc autem omnia & singula.*) Sancta Synodus in favorem Episcoporum addit *omnia & singula*, (de quibus hoc capitulum) locum non habere in his Ecclesiis, in quibus Episcopi aut eorum Vicarii, ex constitutionibus vel privilegiis aut consuetudinibus sive concordiis seu quocumque alio jure majorem habent potestatem, auctoritatem & jurisdictionem, quam præsenti Decreto sit comprehensum, quibus sanctæ Synodus derogare non intendit. Ita hic in præsenti decreto dicitur. Ex quibus verbis tollitur unum motivum deductum per informantes pro parte ejusdem Capituli, quo dicebatur præsentis Capitis tenor non continere derogationem statuterum & Capituli. Sed aperte ex verbis proxime relatis constat de contrario, cum solum præserventur constitutiones in favorem Episcoporum. Ex quibus infertur prædicta omnia verba multo fortius habere locum, si Capitulum neque sit exemptum, aut consuetudinem non habeat, aut sententias, aut juramenta, aut concordias.

REMISSIONES.

a Vide Aloys. Ricc. in *collect. decis. p. 4. collect. 751. per totum*, ubi in fine refert, mense Aprili 1614. Illustriss. Card. censuisse, textum nostrum procedere etiam in portionario, ita ut Canonici possint in conjudices eligi, & hujusmodi portionarios habere pro votanda ut Canonicos, & posse agere sicut Canonicus pro concernentibus Ecclesiæ utilitatem resolvit Verall. *decis. 91. p. 1.* * Idem Ricc. *resol. 39. in praxi resolut.* Vide etiam supra *Sess. 6. cap. 4. de reform.* & Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi can. cap. 3. lit. A. vers. competit*, &c. Notissimum enim est, indefinitum in lege æquipollere universali: præterea satis dixisset, *nullis exemptionibus*, si nihil aliud

quæ per Farin. *p. 2. civil.* ubi etiam *decis. 57. 62. & 168.*

β *Quando Episcopus visitaverit.*) Visitationem Capitulorum, & portionarum Episcopis concessam, esse intelligendam cumulative, non privative ad Abbates & Decanos, & alios, quibus ante Concil. competebat jus visitandi, seorsum tamen ab Episcopis, per Illustriss. Card. decisum refert Steph. Gratian. *discept. forens. c. 134. num. 40.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. §. 2. progem. num. 21.*

γ *Ut Capitulum initio cujuslibet anni, &c.*) An habeat locum in Capit. hoc exemptionem ab Episcopo? Affirmant Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, Capitulum, vers. Ad 2. p. 84.* Rot. Rom. *diversi. decis. 205. & 308. p. 2.* quam refert Aloys. Ricc. *de collect. 751. in princ. 1.*

δ An si collectores Cameræ Apostolicæ ad nudum ministerium exigendi certos casibus in partibus deputati si sunt Canonici, vel alias beneficiati ab Episcopo visitari & corrigi possint? Sacram Cardinalium Congregationem censuisse Episcopum non posse, refert Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 52. num. 82.*

* *De quorum consilio, &c.*) Vide Achil. de Grassis *decis. 57.* Quod hæc forma sit servanda tam in casibus gravioribus, quam levibus, decrevit Rota novissima *decis. 738. in recollectis a Farinac.*

* *Unum autem tantum sit.*) Quid si discordent? Vide Gutticr. *pract. l. 1. qu. 98.*

* *& quæs. 93.*

† *Personali detentione.*) Vide text. in *cap. qualiter 24. de accusat. & in cap. tua 6. de purgat.* Bern. Diaz. in *praxi crim. cap. 24.* Farin. in *praxi crim. quæst. 1. maxime, ex num. 8. & in quæst. 47. num. 133. cum seq. & num. 210.*

* *Juxta qualitatem delicti, &c.*) Vide Salzed. ad *Bern. Diaz in praxi canon. cap. 124. lit. A.*

‡ *Non obstantibus, quoad suprædicta privilegiis.*) Locum non habere in concordiis a Sede Apostolica ex certa scientia confirmatis, docet Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 25. num. 14.* † Vide Rotam novill. *decis. 715. in recollect. a Farinac. num. 4.*

† *Consuetudin. etiam immemorabilibus.*) Vide Horatium Lutium *de privil. scholar. privileg. 61.* Salzed. ad *Bern. Diaz in d. cap. 3. pag. 10. decis. Rotæ 715. num. 4. in recollectis a Farinacio.*

* *Concordiis.*) Vide Achil. de Grassis *decis. 60.* Cæsarem de Graf. *decis. 58.*

Rotam

Rotam novill. *decis.* 715. *num.* 3. & 4. *in recollect. a Farin.*

† *Universitatibus studiorum generalium, &c.*) Vide Seraph. *decis.* 383. *num.* 2.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 44. *Card. de Luca.*

CAPUT VII.

Accessus aut regressus ad beneficia Ecclesiastica tolluntur. Coadjutor quomodo, cui, & ex qua causa concedendus.

a c. ad Apostolicæ 8. 43. c. ex transmissa & c. ad exterpandas succession. de fil. presb. c. consuluit. de jur. patr. c. ad hæc de decl. Conc. Bo. temp. Hilarii & 3.

a &c. CUm (*a*) in beneficiis Ecclesiasticis ea, quæ hereditariæ successionis imaginem referunt, sacris constitutionibus sint odiosa, & Patrum decretis contraria; nemini in posterum accessus, aut regressus, etiam de consensu, ad beneficium Ecclesiasticum cujuscumque qualitatis concedatur: nec hactenus concessi suspendantur, extendantur, aut transferantur. Hocque decretum in quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, ac in quibuscumque personis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus locum habeat. 1. In Coadjutoriis quoque cum futura successione idem posthac observetur, ut nemini in quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis permittantur. Quod si quando Ecclesiæ Cathedralis, aut monasterii urgens necessitas aut evidens utilitas postulet Prælato dari Coadjutorem; is non alias cum futura successione detur, quam hæc causa prius diligentiæ a Sanctissimo Romano Pontifice sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ a jure & decretis hujus sanctæ Synodi in Episcopis & Prælatis requiruntur: aliis concessiones super his factæ subreptitiæ esse censeantur.

DECLARATIONES.

1. *In coadjutoriis.*) Episcopo cedere petenti, ut possit facere Coadjutorem in Abbatia, quam in Episcopatu resignatione retinuit, concessum est, ut eligat Victrium ad vitam, vel coadjutorem, &c. cum non obstet præsens Capitulum.

REMISSIONES.

a Vide Flamin. *de Resign. lib.* 6. *quæst.* 5. *num.* 96. (* & *in tract. de cessione beneficii, quæst.* 27. *a num.* 72.) P. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 21. *col.* 833.

β De Coadjutoria vide Quintanad. *Ecclesiast. lib.* 2. *a num.* 30. cum *seqq.* Clarissime Nicol. Garz. *de benef. p.* 4. *cap.* 3. *per totum.*

γ Quando concedi soleant Coadjutoriæ. Vide Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. *num.* 43. *cum seqq.*

δ *In Coadjutoriis, &c.*) Vide P. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *col.* 257. & vide Gonzal. *d. glos.* 5. *num.* 33. & 34.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice discursu* 45. *Card. de Luca.*

CAPUT VIII.

Beneficiati sint hospitales. Hospitalia regantur prout fert fundatio, pertiantur proventus, ac bona. Episcopus ad hæc advigilet, contra tamen fundationem nihil agat, quam observare curet, adhibitis pœnis.

a ADmonet sancta Synodus quodcumque Ecclesiastica beneficia sæcularia, seu regularia obtinentes, (*a*) ut hospitalitatis officium a sanctis Patribus frequenter commendatum, quantum per eorum proventus licebit, prompte benigneque exercere assuescant, memores eos, qui hospitalitatem amant, (*b*) Christum in hospitibus recipere. Illis vero, quæ hospitalia vulgo nuncupata, seu alia pia loca ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperumve usum præcipue instituta, 1. in commendam, administrationem, aut quemcumque titulum, aut etiam Ecclesiis suis unita, obtinent, vel si Ecclesiæ Parochiales hospitalibus forte unitæ, aut in hospitalia erectæ, earumque patronis in administrationem concessæ sint, præcipit omnino, ut impositum illis onus, officiumve administrent, atque hospitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis actu exerceant; (*c*) juxta Constitutionem Concilii Viennensis, alias in hac eadem Synodo sub fel. rec. Paulo III. innovatam, quæ incipit, quia contingit. β Quod si hospitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta; nec in loco, ubi sunt dicta hospitalia, similes personæ, aut perpaucæ reperiantur; mandat adhuc, ut fructus illorum in alium pium usum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco, & tempore utilior, convertantur, prout Ordinario, cum duobus de Capitulo, qui rerum usu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit: nisi aliter forte, etiam in hunc eventum, a. in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum: quo casu, quod ordinarium fuit, observari curet Episcopus, aut, si id non possit, ipse, prout supra, utiliter provideat. Itaque si prædicti omnes, & singuli, cujuscumque Ordinis, & Religionis, & dignitatis, etiamsi laici fuerint, qui administrationem hospitalium habent, non tamen regularibus subjecti, ubi viget regularis observantia, ab Ordinario moniti, hospitalitatis munus, adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, necessariis, te ipsa obire cesaverint, non solum per Ecclesiasticas censuras, & alia juris remedia ad id compelli possint, sed etiam hospitalia ipsius administratione, curave perpetuo privari possint, aliique eorum loco ab iis, ad quos spectabit, substi-

b c. Clem. quia contingit, de rel. dom. & sup. sess. 7. c. ult.

tuantur. Et prædicti nihilominus, etiam ad fructuum restitutionem, quos contra ipsorum hospitalium institutionem percepterunt, quæ nulla eis remissione aut compositione indulgeatur, in foro conscientiæ teneantur; nec administratio seu gubernatio hujusmodi locorum uni & eidem personæ ultra triennium † deinceps committatur; nisi aliter in fundatione cautum reperiatur: non obstante, quoad omnia supradicta, quacumque unione, exemptione, & consuetudine in contrarium, etiam immemorabili, seu privilegiis, aut indultis quibuscumque.

DECLARATIONES.

1. *In commendam.*) Hospitalia ob rationabilem causam quandoque a sede Apostolica ad quatuor menses tantummodo commendantur, cum clausula, *quod omnes fructus in usus pauperum convertantur.*

Petenti Cardinali de Pisis, ut Hospitale Placentinum vacans morte ejus familiaris, sibi solum ad sex menses commendaretur, Congregatio censuit dandum & custodiendum ad quatuor menses per Breve, cum onere tamen, ut posset de idoneo viro provideatur ex hoc Decreto, & modo interim ipse nullus inde fructus percipiat, sed omnes in usum Hospitalis convertat.

Congregatio censuit comprehendi Hospitale, cujus a 300. annis extra collatio & institutio in perpetuum titulum dari consuevit, quia Concilium excipit unum casum dumtaxat, videlicet quando aliter in fundatione cautum reperitur.

Qui eorum institutione proximior sit.) In Hospitalibus, in quibus non habentur laborantes proprio morbo juxta proprium institutum Hospitalis, licet videantur recipiendi proximiori morbo laborantes, juxta verba Concilii, non tamen ejiciendi sunt, si qui alioquin pauperes, diverso morbo laborantes, aut alii miserabiles reperiantur, cum vere mens consilii fuerit providere, ne qui possident hospitalia, omnes fructus in usus propios convertant, sub prætextu, quod non inveniantur infirmi secundum primam institutionem hospitalis.

Ee 2. In

2. *In eorum fundatione vel alterius.*) Congregatio Concilii die 4. Febr. 1581. censuit posse, & debere admitti id, quod aliter fieri cautum est in fundatione.

REMISSIONES.

a An possit aliquis compelli ad hospitalitatem ? Vide Larram in *l. 8 quis a libertis, 5. & si impubes, num. 47.* Menoch. *de arbitr. casu 182. num. 45.* P. Henriquez *p. 2. sum. pag. mihi 1147.* Tiraq. *de panit. temp. causa 44. num. 10.* Spin. *in Speculum Testam. glos. 6. princ. num. 8.*

† *Hospitalibus fore unita* , &c.) Vide Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. cap. 3. ex num. 2.*

§ *Quod si Hospitalia* , &c.) Vide Fr. Emanuel. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 24. art. 2. vers. Secundo.* Zerol. in *praxi Episcop. p. 1. verb. Hospitale , num. 8.*

‖ *Ulteriùs extenditur* , &c.) Vide Nicol. Garciam. *d. cap. 3. num. 7.*

CAPUT IX.

Quomodo probandum juspatronatus : cui deferendum , similiter etiam vetita nonnulla accessiones , quædam vero minime . Legatur , & teneatur hoc Capitulum.

a &c. Sicuti legitima patronatuum jura † tollere , piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare , æquum non est ; sic etiam , ut hoc colore beneficia Ecclesiastica in servitutem , quod a multis impudenter fit , redigantur , non est permittendum . ζ a Ut igitur debita in omnibus ratio observetur , decernit sancta Synodus , ut titulus jurispatronatus sit ex (*a*) fundatione , * vel dotatione , qui ex authentico documento , & aliis jure requisitis 1. ostenditur ; sive etiam 2. ϑ ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum , ι qui hominum memoriam excedat , aliasve secundum juris dispositionem . † In iis vero personis , seu Communitatibus , ‖ vel Universitatibus , in quibus id jus plerumque 3. ex usurpatione potius quæ situm præsumi solet , * plenior , & exactior probatio † ad docendum verum titulum requiratur , 4. nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur , quam si præter reliqua ad eam necessaria , præsentationes , etiam continuatæ , † non minori saltem , quam quinquaginta annorum spatio , * quæ omnes effectum formæ sint , 5. authenticis scripturis probentur . 6. Reliqui patronatus omnes in beneficiis , tam sæcularibus , quam regularibus , seu parochialibus , vel dignitatibus , aut quibuscumque aliis beneficiis , in Cathedrali , 7. vel collegiata Ecclesia , seu facultates , 8. & privilegia concessa tam in vim patronatus , quam alio quocumque jure nominandi , eligendi , præsentandi ad ea , cum vacant (a exceptis patronatibus , super Cathedralibus Ecclesiis , competentibus , & exceptis aliis , quæ ad Imperatorem & Reges , seu regna possidentes , μ aliosque sublimes , ac supremos Principes , jura Imperii in dominiis suis habentes , pertinent ; & (*b*) quæ in favorem studiorum generalium concessa sunt , in totum , ptorsus abrogata , ν & irrita , cum quasi possessione inde secuta , intelligantur . Beneficiaque hujusmodi , tamquam libera , a suis collatoribus conferantur , ac provisiones hujusmodi plenum effectum consequantur . (*c*) Ad hæc licet Episcopo , † præsentatos a patronis , si idonei non fuerint , repellere . 10. Quod si ad inferiorem institutio pertineat , 11. ab Episcopo tamen , juxta alias statuta ab hac sancta Synodo examinentur : alioquin institutio ab inferioribus facta 12. irrita sit , & inanis , ξ Patroni autem beneficiorum , cujuscumque Ordinis , & dignitatis , etiam si Communitates , Universitates , Collegia quæcumque Clericorum , vel laicorum existant , in perceptione fructuum , proventuum , obventionum quorumcumque beneficiorum , etiamsi vere de jurepatronatus ipsorum ex fundatione , & dotatione essent , nullatenus , 13. nullave causa , vel occasione se ingerant , * sed illos libere Rectori , seu Beneficiato , non obstante etiam quacumque consuetudine , distribuendos dimittant . Nec dictum juspatronatus , venditionis , aut alio quocumque titulo in alios contra Canonicas sanctiones transferre præsumant , 14. si secus fecerint , excommunicationis , & interdicti pœnis subjiciantur , & dicto jurepatronatus , ipso jure privati existant . Insuper accessiones , per viam unionis † factæ de beneficiis liberis ad Ecclesias jurispatronatui , etiam laicorum , subjectas , tam ad parochiales , quam ad alia quæcumque beneficia , etiam simplicia , seu dignitates , vel hospitalia , ita ut prædicta beneficia libera ejusdem naturæ cum iis , quibuscum uniuntur , efficiantur , atque sub jurepatronatus constituantur ; hæ si nondum plenarium sortitæ sunt effectum , vel deinceps ad cujusvis instantiam fient ; quæcumque auctoritate , etiam Apostolica , concessæ fuerint , simul cum unionibus ipsis per subreptionem obtentæ intelligantur : non obstante quacumque in iis verborum forma , seu derogatione , quæ habeatur pro expressa : nec executioni amplius demandentur ; sed beneficia ipsa unita , cum vacaverint , libere , ut antea conferantur . (*d*) Quæ vero a quadraginta annis citra * factæ , effectum & plenam incorporationem sunt consecutæ ; hæ nihilominus ab Ordinariis , tamquam a Sede Apostolica delegatis , revideantur , & examinentur : ac quæ per surreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint , simul cum unionibus irritæ declarentur , ac beneficia ipsa separentur , & aliis conferantur . Similiter quoque patronatus quicumque in Ecclesiis , quibuscumque aliis beneficiis , etiam dignitatibus antea liberis , acquisiti a quadraginta annis citra , & in futurum acquirendi , seu ex augmento dotis , seu ex nova constructione , vel alia simili causa , etiam auctoritate Sedis Apostolicæ , ab iisdem Ordinariis , uti delegatis , ut supra , qui nullius in his facultatibus , aut privilegiis impediantur , 15. diligenter cognoscantur : & quos non repererint ob maxime evidentem Ecclesiæ , vel beneficii , seu dignitatis necessitatem legitime constitutos esse , in totum revocent , atque beneficia hujusmodi sine damno illa possidentium , & restituto patronis eo , quod ab eis idcirco datum est , in pristinum libertatis statum reducant : non obstantibus privilegiis , constitutionibus , & consuetudinibus , etiam immemorabilibus .

a Sup. sess. 24. decret. c. 12. c. piæ mentis cum seq. 18. q. 2. & c. nobis , de jur. patr.

b Sup. sess. 7. de ref. c. 6.

DECLARATIONES.

1. *Per antiquissimum temporis cursum.*) Hæc verba ecclarit Congregatio die 4. Februarii 1581. intelligenda esse prout de jure .

Qui hominum memoriam excedat .) Requiritur tempus immemorabile , quod si probandum est per testes sexaginta annos , per scripturam centum , Rota sic tenet .

Ex fundatione vel dotatione .) Congregatio Concilii censuit hæc verba accipienda esse disjunctive , nam sufficit alterum probare , scilicet vel titulum ex authentico documento , sive multiplicatas præsentationes ut in Concilio .

Jurpatronatus acquisitum per augmentum tertiæ partis dotis ante quadraginta annos a die Confirmationis Concilii numerandos , validum est , si vero est acquisitum intra annos quadraginta , Episcopus ibi tamquam Apostolicæ Sedis Legatus illud examinare debet , & quod non reperit in evidentem Ecclesiæ dignitatem factum , revocabit , testatur tamen debet patronis id , quod hoc nomine datum fuit , prout in fine hujus Decreti statutum est .

Ex authentico documento .) Juspatronatus probatum solo documento fundationis absque aliqua præsentatione , non tollitur a

Concilio, vide *decis.* Rotæ *de prabenda. in novis*, nisi tantum temporis præteriisse, quantum jure requiritur ad præscribendam Ecclesiæ libertatem.

1. *Ostendatur.*) Non est satis asserenti, sibi competere Juspatronatus ex fundatione, vel dotatione; quod una præsentatio de Anno 1554. & altera 1561. effectum sortitæ fuerint, sed ostendatur, prout Congregatio censuit die 4. Februarii 1581. Infra hoc *cap.* §. *multiplicatis*.

23. Jun. 1594. Congregatio Concilii censuit, Juspatronatus ex fundatione, vel dotatione probari etiam ex multiplicatis præsentationibus per tempus, supra hominum memoriam, tametsi nullum instrumentum fundationis, vel dotationis ostendatur, & quamquam etiam in dictis præsentationibus nulla appareat mentio factæ fundationis, & dotationis.

23. Oct. 1594. Congregatio Concilii censuit, Juspatronatus ex fundatione, vel dotatione probari etiam, quod nullum instrumentum fundationis, vel dotationis ostendatur, ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, ita tamen, ut in iis personis, in quibus jus plerumque ex usurpatione quæritur præsumi soler, ultra immemorabilis temporis probationem, præsentationes etiam continuæ, non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur.

13. Febr. 1598. Congregatio Concilii censuit, Decretum *cap.* 9. *sess.* 25. ejusdem Concilii requirens, ut patronatus sit ex fundatione vel dotatione, quæ juxta formam ibidem præscriptam probari debeat, vendicare sibi locum tam in petitorio, quam in possessorio.

Item patronatus, ex privilegio ante Concilium concessos, esse eodem Decreto sublatos, tametsi inferta esset ipsi privilegio clausula, ut perinde habeantur, ac si essent ex fundatione, vel dotatione.

Item censuit, non posse patronum repelli a sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione super jurepatronatus, post Concilium ordinarius a Patrono præsentatum admisisset, etiamsi post obitum ejusdem præsentati de validitate jurispatronatus iterum contigerit dubitari: secus autem si simpliciter Patroni præsentatio absque causæ cognitione admissa fuisset. Item censuit, tum demum debere intelligi adhibitam fuisse causæ cognitionem in probando jurepatronatus, cum servata fuerit forma a Concilio tradita. Infra hoc *cap.* §. *diligenter*.

2. *Multiplicatis præsentationibus.*) Juspatronatus ex solis præsentationibus continuis ultra hominum memoriam probatur; licet in eis nulla fuerit facta mentio de fundatione, aut dotatione.

Hoc Decretum Concilii habet locum, & in petitorio, & in possessorio, unde admittenda non est præsentatio, aut præsentati institutio facienda, nisi prius cognito jurepatronatus ex Decreto Concil.

3. *Ex usurpatione potius quæsitum.*) Quoad usurpationem bonorum Ecclesiasticorum, quæ præsumitur in Dominis Oppidorum & terrarum habentibus perpetuam jurisdictionem, Congregatio Concilii censuit, Barones, & alios Dominos jurisdictionem perpetuam habentes comprehendi hoc Decreto.

An *cap.* 9. *Sess.* 25. in ea parte, in qua requirit pleniorem & exactiorem probationem Jurispatronatus iis personis, seu communitatibus, in quibus usurpatio plerumque præsumitur, nec vult immemorabilem, aliter sustagari, nisi præsentationes essent continuatæ non minori, quam 50. annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur, requirat pro forma, quod probatio sit per authenticas scripturas, ita ut probatio per testes excludatur.

4. *Nec immemorabilis temporis.*) Ad probandum privilegium patronatus in Conventuali Ecclesia ex causa fundationis & dotationis, & quidem in ejus simine fundationis concessum fuisse sufficit immemorabilis, junctis multiplicatis præsentationibus, quæ secundum formam Concilii hoc *cap.* effectum sortitæ fuerunt. Sic etiam Congregatio die 4. Decemb. 1588. censuit ex verbis Concilii, etiam casu quo super hoc nullum fuerit privilegium, aut nullum reperietur fundationis instrumentum.

Congregatio censuit, ut ad confirmandam immemorabilem consuetudinem concurrant anni elapsi usque ad terminum controversiæ motæ, non tantum tempus diversum ad publicationem Concilii attendendum sit.

5. *Authenticis scripturis probentur.*) Non possunt repelli probationes oblatæ a Patronis, ut eorum patronatus declaretur esse ex Concilio, salvis tamen exceptionibus tam hujus Decreti, quam juris communis. Probatio ergo, quæ fit per solos testes, & non per authenticam scripturam, rejicitur.

Con-

Congregatio Concilii censuit, probationem debere fieri per authenticas scripturas, ita ut probatio per testes regulariter excludatur.

6. *Reliqui patronatus.*) Congregatio die 4. Decembris 1586. censuit esse sublatos patronatus ex privilegio, non autem ex fundatione & dotatione.

14. Febr. 1594. Congregatio Concilii censuit, si juspatronatus ex augmento dotis concessum fuerit super 40. annos, ante diem Kal. Maji 1564. illud non fuisse abrogatum, aut irritum factum a decreto Concil. Trident. *cap.* 9. *sess.* 25. *de Reform.* si vero concessum sit a 40. annis citra, esse diligentes ab Ordinario uti delegato Sedis Apostolicæ cognoscendum, & si non reperetur, illud ob maximæ evidentem Ecclesiæ necessitatem, legitime esse constitutum, revocandum esse, reddito tamen Patronis, eo quod ab illis idcirco datum est.

Reliqui patronatus.) An patronatus in Ecclesia conventuali censeri debeant sublati hoc *vers. reliqui*. Congregatio die 4. Dec. 1586. censuit esse sublatos patronatus ex privilegio, non autem ex fundatione & dotatione. Jus præsentandi v. g. ad mansionarios datum Capitulo censendum est, esse ex privilegio, quando Capitulum non fundavit, nec dotavit, nec habet immemorabilem. Ideo sublatum est hoc decreto.

7. *Vel Collegiata Ecclesia.*) Si de beneficiis simplicibus agatur, præsentatio non potest institui a Canonicis, priusquam fuerint examinati ab Episcopo, & idonei reperti. Si vero de parochialibus Ecclesiis agatur, servanda est forma examinis, quæ præscribitur *Sess.* 24. *cap.* 18.

8. *Et privilegia concessa.*) Super hæc verba fundabat se quidam Episcopus, dicens jus eligendi (quod ex consuetudine competebat cuidam Capitulo cujusdam Ecclesiæ Collegiatæ ad Canonicatus vacantes) per Concilium hoc esse sublatum, quod falsum est, & fuit ab Illustrissimorum Congregatione reprobatum; nam textus ille restringit se ad jus eligendi in jurepatronatus elective, non autem in aliis electionibus, quæ de jure communi Capitulis competunt cum Prælato inferiori.

9. *Jure nominandi, eligendi, præsentandi.*) Hoc jus præsentandi v. g. ad mansionarios, tantum censendum est esse ex privilegio, quando Capitulum non fundavit, nec dotavit, vel habet immemorabilem, ideo sublatum est hoc Decreto. Qui dicit se habere juspatronatus ex privilegio, admittendus est ad probandum immemorabilem.

Conc. Trid. cum Gall.

Juspatronatus ex privilegio Episcopi concessum, in cujus pacifica possessione existere prætensi patroni per 140. annos, cum conster de titulo ex privilegio invalido, centenaria possessio prodesse non potest, & hoc ob malam fidem.

Jus præsentandi ex privilegio Episcopi concessum, in cujus pacifica possessione existere probant patroni per 140. annos, cum conster de titulo ex privilegio invalido, centenaria possessio prodesse non potest ob malam fidem. Ideo per hoc decretum sublatum remanet dubium, an immemorabilis prosit propter clausulam derogativam in fine *cap.* quæ referenda sit etiam ad Juspatronatus ex privilegio, sed in hoc subsistit Congregatio 1573.

10. *Quod si ad inferiores institutio.*) Quando Concilium hic se remittit ad statuta alias in hac sancta Synodo, intelligit textum *sess.* 7. *cap.* 15. ut sit sensus: Beneficium jurispatronatus, quando est simplex, licet possit ab inferiore institui, tamen semper Episcopi requirit examen. Sic Congregatio die 18. Junii, 1573.

Congregatio censuit cognitionem validitatis & invaliditatis jurispatronatus controversii ad Episcopum dumtaxat, non autem ad inferiores, qui jus habent instituendi, pertinere; secus vero, si hujusmodi inferiores Ordinarii in eo loco haberent jurisdictionem.

11. *Ab Episcopo examinentur.*) Etiamsi institutio pertineret ad monachos, non tamen compreheodir beneficia simplicia, quorum collatio libere pertinet ad inferiores, sed bene se extendit ad omnia beneficia, pro quibus facienda est præsentatio, electio, seu manutentio inferioribus collatoribus.

Abbates & alii ex fundatione exemptionem prætcodentes in Ecclesiis suis coram se præsentatos instituere non possunt absque Episcopi examine. Congr. enim Concilii illud censuit ab Episcopo fieri debere, si nihil aliud objiciatur, quam dicta exemptio: & aliter factam institutionem irritam esse & nullam ex hoc capite. Et quia dicti Abbates prætendunt in dictos hujusmodi a se ad patronorum præsentationem institutos omnimodam jurisdictionem habere, seque illorum Ordinarios esse, & ideo dictam declarationem sibi non obesse, quominus absque Episcopi examine & approbatione præsentatos instituere possint; Congregatio censuit eis obesse eam, etsi Ordinarii institutorum sint, & in eos jurisdictionem habeant, alias eam irritam esse institutionem.

12. *Irrita sit & inanis.*) Non sufficit, quod præsentatus fuerit alias examinatus, & approbatus ab alio ordinario ad aliquod beneficium Curatum, sed de novo opportuit eum esse examinatum.

13. *Nullave causa, vel occasione se ingerant.*) Qui tempore, quo se ingerit, & fructus exigit, non est in actu præsentandi, sed est Patronus in potentia (utpote de patronorum familia) non habet locum in hoc capitulo. sed is alia pœna puniri poterit, quia bona aliena invasit, vel surripuit. Sic Congregatio censuit, in una Murana. Quod si ipse patronus vellet a præsentato conducere bona jurispatronatus (etenim verbum *ingerere*, sonat rem agi per viam illegitimam, titulus vero locationis est legitimus) major pars Illustrissimorum respondit, hoc capitulum habere locum etiam eo casu.

14. *Si secus fecerint, excommunicationis, &c.*) Pœnæ appositæ in hoc Decreto referuntur non solum ad alienantem bona beneficii patronatus, sed etiam ad usurpantem fructus illius.

Quæ vero a quadraginta annis.) Illi quadraginta anni numerandi sunt a die confirmati Concilii; nam licet a die, quo vellet Ordinarius inquirere super validitate jurispatronatus silent transacti 40. anni, hoc nihil eximit.

Interea tamen dum fit examen, nullus est in sua quasi possessione turbandus.

15. *Diligenter agnoscantur.*) Si Ordinarius post Concilium cognovit de jurepatronatus, & admisit post Concilium, non potuit patronus repelli a sua quasi possessione præsentandi, si Ordinarius voluerit cognoscere propter obitum illius præsentati: secus autem, si simpliciter ejus præsentatio fuisset admissa absque causæ cognitione.

Congregatio Concilii censuit, Decretum ejusdem Concil. *cap. 9. Sess. 25.* in principio habere locum tam in pertorio, quam in possessorio.

In earum revocent.) Juspatronatus minus legitime constitutum Episcopi revocent, soluto tamen patronis quidquid Ecclesiæ ratione augendæ dotis datum fuerat.

REMISSIONES.

a Vide Matth. Soarez in *pract. & Ordine visitandi, cap. 6. num. 1.* Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, cap. 32.* latissime Gonzal. ad *Reg. 8. Cancel. glos. 18. num. 19. cum multis seqq.* novissime P. Valer. Regin. *in praxi fori pænit. lib. 30. tract. 3. num. 210.* * & quæ notat Farin. circa istum textum ex declarat. Congreg. Rota novis. *decis. 636 in recollectis a Farinaccio.* Majoratus *ver. resol. lib. 1. resol. 104. num. 24. & in resol. 105. num. 1.*

Decisiones Illustriss. Card. addusta a Gonzalez locis infra citatis.

β Prima. Hoc decretum Concilii habet locum in petitorio, & in possessorio. Unde admittenda non est præsentatio, aut præsentati institutio facienda, nisi prius verificato jurepatronatus ex decreto Concilii ferri Gonzal. ad *Reg. 8. cancell. glos. 18. num. 23.* † & notat Ricc. *decis. 153. num. 47.* & *praxi fori Eccl.* sed videndus erit Grilenzon. *cons. 21. num. 4. & 18.*

γ Secunda non potest repelli a sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione super jurepatronatus post Con. Ordinarius a patrono præsentatum admisit, etiamsi post obitum ejusdem præsentati, de validitate jurispatronatus contigerit dubitari: secus autem si simpliciter persona præsentatio absque causæ cognitione admissa fuerit, refert Gonzal. *d. glos. 18. num. 26.* * & Ricc. *d. decis. 153. num. 42.*

δ Tertia. Juspatronatus ex solis præsentationibus continuis ultra hominum memoriam probatur, licet in eis nulla facta & acta mentio de fundatione, aut dotatione, refert Gonzal. *d. Glos. 18. num. 46.* † Rot. *sup. decis. 142. num. 12.* Grilenzon. *cons. 41. num. 33.*

ε Quarta. Pro forma requiritur, ut probatio fiat per Authenticas scripturas, & regula est constituenda, quod probatio per testes non sufficiat, refert (* Ricc. *dec. 140. num. 4. & decis. 148. in praxi fori Eccl.*) Gonzal. *d. glos. 18. num. 79. & num. 82.* resolvit, quod si per testes probaretur esse deperditas scripturas, & deponerent de tenore illarum, in quibus continebantur constituæ præsentationes, quod tunc sufficeret meum Concilii: vide tamen Stephan. Grat. *discept. forens. cap. 168. num. 21.*

† *Legitime tpatronatuum jura.*) Vide supra *allegat. 96.* Spino in *suo speculo testam. glos. 4. princ. num. 44.* Cenedo alios referens in *collect. 21. ex num. 2. p. 3.* Covar. in *prælect. cap. 36. num. 3. & 7.* Mandos. in *regul. 1. de reformat. qu. 8.* Lambertin. *de jurepatron. 1. p. lib. 2. art. 22. quæst. 6. & in 3. p. art. 3. & 13. quæst. 9. princ.* Cephal. *cons. 681. num. 3. vol. 5.*

ζ *Ut igitur debita in omnibus, &c.*) Quibus modis probetur juspatronatus? vide Mascard. *de Prob. concl. 956. & concl. 1216.* Farin.

Farin. *decis. 540. num. 2. & decis. 542. num. 3.* Zerol. in *praxi Episc. p. 1. verbo, juspatronatus, pag. 380.* Aloys. Ricc. in *Collect. decis. p. 1. Collect. 58. An sufficiat fama,* Mascard. *concl. 753. num. 47.* * Vide etiam Rotam novissimam *decis. 533. 536. 537. 540. 542. & 537. in recollect. a Farinac. ac etiam decis. 563. 564.* & Rotam novis. *decis. 13.* de qua per Farinac. *p. 1. civil.* Vincent. Grilenzon. *cons. 41.* Rotam novis. *decis. 731. in 2. p. civil. Farinac.*

ε An debeat patronus probare bonam fidem? Vide Spin. in *Speculo Testam. glos. 4. princip. in fin.* Valasc. *consult. 263. num. 9. cum seqq.* Gonzal. *d. glos. 18. num. 48.* ubi quid si constet de invalido titulo, vel de injusto principio.

* *Ex fundatione.*) Ut in *cap. pia mensit cum seq. 16. quæst. 1. & in cap. nobis de jurepatronat. & in Sess. 14. cap. 12. de Reformatione supra,* de quo late Cæval. in *suis pract. quæst. cumm. quæst. 282.* Camil. Borrel. *cons. 25. num. 5.* & Ricc. *decis. 140. tit. de jurepatronat. ex num. 1.* Rota novis. *decis. 565. in recollectis a Farinac.*

ϑ *Sive etiam ex multiplicatis præsentationibus, &c.*) Vide Menoch. *cons. 36. & lib. 3. de Præsumpt. quæst. 90. num. 3. cum seqq.* Mascard. *concl. 1031. num. 9.* Gonzal. *d. glos. 18. num. 44. cum seqq.* Caval. *decis. 57. p. 1.* ubi resolvit, ad minus debere esse tres, nec omnes necessarias esse de tempore immemorabili decidit Aloys. Ricc. *decis. 29.*

ι *Qui hominum memoriam excedat.*) Quot annorum debeat esse tempus immemorabile ad probandum juspatronatus? Per spatium sexaginta annorum probari tenent Olafe. *decis. 150.* Vincent. de Franch. *decis. 166.* Spatium tamen centum annorum desiderari asserunt Capell. Tholos. *decis. 440.* Farin. in *decis. novissi. 584.* * & Majorat. *var. resol. lib. 1. resol. 104. num. 24. in fin.*

(Quomodo testes debeant deponere ad effectum probandi titulum immemorabilem? Rota novis. in *decis. 788. in Recol. a Farin.*)

An patronus, qui est in quasi possessione præsentandi post Concil. si de novo vacet beneficium, & iterum præsentet, teneatur ad instantiam fisci de novo docere de titulo, vel prius debeat fieri instituto, & manuteneri in possessione? Patronum esse manutenendum in quasi possessione salvis juribus fisci in petitorio, decidit Aloys. Ricc. *Curiæ Archiepisc. Neapolit. decis. 63.*

† *Aliasve secundum juris dispositionem.*) Vide Menoch. *cons. 402. ex num. 11. vol. 3.* & quæ pulchre notat Ricc. in *decis. 145. ex num. 19. tit. de Jurepatronat.* Rotam *diversor. decis. num. 1. p. 1.* Veralli. *decis. 133. p. 2.* Grilenzon. *cons. 41. a num. 25.*

a *Vel universitatibus, &c.*) Vide Aloys. Ricc. in *Collect. decis. p. 4. Collect. 1240.* * *decis. 145. num. 24. præsi* Mantica in *decis. 234.*

* *Ex usurpatione potius præsumi solet, &c.*) Vide Verallium *decis. 128. p. 2.* Cavalcan. *decis. 17. a num. 4. p. 2. & decis. 11. ex num. 2. p. 3.* Ricc. *collect. 58. p. 1.* ubi tam *collect. 220. in fine.* Rotam novis. *decis. 542. num. 3. & 4. ac decis. 578. 579. & 590. in recoll. a Farin. & decis. 634. & 780. & 888. num. 5.* Mantic. *decis. 234. num. 1.*

† *Plenior & exactior probatio, &c.*) Vide Cavalcan. in *decis. 11. num. 29. p. 3.* Farin. in *decis. novissi. 590.*

† *Etiam continuata, &c.*) Vide Ricc. *decis. 147. suæ praxis fori Eccles. num. 32.* Rota novis. *decis. 800. recoll. a Farin.*

* *Quinquaginta annorum spatio, &c.*) Vide late tradita per Aloys. Ricc. in *decis. 146. ex num. 25. suæ praxis fori Eccles.* & Rotam novis. *decis. 688. in recollect. a Farinac.*

λ *Exceptis patronatibus, &c.*) Vide Guti. *pract. l. 3. quæst. 13. num. 72.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 24. num. 160.* & vide quid *Glos. 18. num. 97. cum seqq.* * Azeved. in *l. 5. tit. 6. novæ Recop. num. 1. & in l. 1. num. 7.*

μ *Aliasque sublimes, ac supremas principes, &c.*) Qui sint isti magnates, vide Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. glos. 11. num. 66. cum seq. & glos. 24. a num. 160.*

† *Et irritæ, &c.*) Vide Gonzal. ad *reg. 8. Cancell. glos. fin. num. 47. & 48.*

† *Adhæc ut literas Episcopo, &c.*) Vide *sup. sess. 14. de Reform. cap. 13. & sess. 24. de Reform. cap. 18.* & tradita a Caval. *decis. 11. num. 1. p. 3.*

‡ *Patroni autem beneficiorum.*) Vide Spin. in *Speculo Testament. glos. 4. princ. num. 91.*

* *Nullave causa vel occasione se ingerant, &c.*) Vide Aloys. Ricc. *decis. 165. tit. de jurepatron. in praxi fori Eccles. num. 84. & 85.*

† *Per viam unionis, &c.*) Ricc. in *d. praxi Curiæ Ec. l. decis. 492. num. 5.*

* *Quæ vero a 40. annis citra, &c.*) Vide Gabriel. *cons. 195.* Ricc. *decis. 167. num. 94. suæ praxi fori Eccles.*

CAPUT X.

Præter Ordinarios locorum quædam personæ qualificatæ designentur a Capitulis, coram quibus ac eorum substitutis causæ Ecclesiasticæ spirituales tractentur. Breviter terminentur causæ.

QUoniam ob malitiosam petentium suggestionem, & quandoque ob locorum longinquitatem, personarum notitia, quibus causæ mandantur, usque adeo haberi non potest; hinc que interdum judicibus, non undequaque idoneis, causæ in partibus delegantur, statuit sancta Synodus, in singulis Conciliis provincialibus aut diœcesanis aliquot personas, quæ qualitates habeant, (*a*) juxta Constitutionem Bonifacii VIII. quæ incipit: Statutum; & 1. alioquin ad id aptas designari, ut præter Ordinarios locorum iis etiam posthac causæ Ecclesiasticæ ac spirituales, & ad forum Ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur. Et, si aliquem interim 2. ex designatis mori contigerit, 3. substituat Ordinarius loci cum Consilio Capituli alium in ejus locum, usque ad futuram provincialem aut diœcesanam Synodum: ita ut habeat quæque Diœcesis quatuor saltem, aut etiam plures probatas personas, ac ut supra qualificatas, quibus hujusmodi causæ a quolibet Legato vel Nuntio, atque etiam a Sede Apostolica committantur: alioquin post designationem factam, quam statim Episcopi ad summum Romanum Pontificem transmittant, delegationes quæcumque aliorum Judicum, aliis quam his factæ, subreptitiæ censeantur. Admonet denique sancta Synodus tam Ordinarios, quam alios quoscumque judices, (*b*) ut terminandis causis, quanta fieri poterit brevitate, studeant: ac litigatorum artibus, seu in litis contestatione, seu alia parte judicii differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.

(*a*) c. Statutum de reser. in 6. vid. quæ bo post.

(*b*) Vide sess. 24. c. 20. r. simem lit.

DECLARATIONES.

1. *Aliquin ad id aptas designari.*) Harum personarum qualificatarum nominationem ad Episcopum quidem principaliter, non tamen privative ad alios spectare, Congregatio respondit. Et si is, qui tempore commissionis causarum reperiebatur constitutus in dignitate, & designatus inter judices Synodales, committionem renunciaverit, poterit eadem de causa cognoscere, quia sufficit ab initio fuisse capacem. Sic fuit dictum die 2. Martii 1587.

Ad id aptas designari.) Quorum nominationem ad Episcopum quidem principaliter, non tamen privative ad alios spectare Congregatio respondit.

An in, qui tempore commissionis verò reperiebatur constitutus in dignitate, & designatus inter Judices Synodales, si dignitatem resignaverit, possit de eadem causa cognoscere, vel potius, qui eam dignitatem obtinuit, vel neuter?

Congregatio censuit die 21. Maji 1587. etiamsi eam resignasset, de eadem causa cognoscere posse, quia sufficit ab initio fuisse capacem.

2. *Ex designatis mori contigerit.*) Habet hic textus etiam locum in diuturna absentia, quæ æquiparatur morti.

3. *Substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in ejus locum.*) Congregatio censuit Consilium Capituli requiri pro forma. Ordinarius ergo non potest illud prætermittere, attamen non tenebitur illud sequi.

In Sexto. Tit. de rescriptis.

STatutum, quod circa judices a Sede Apostolica deputandos nuper edidimus, cum quædam contenta in eo, quæ pro communi utilitate credebantur indicta (ficti experientia docuit) tendere dignoscantur ad noxam, sanctione præsenti, quam irrefragabiliter observari mandamus, statuimus utilitate in medius duximus reformandum. Sanximus igitur, ut nullis nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis, vasæ auctoritate literarum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ejus de cætero committantur; nec audiantur alibi, quam in civitatibus vel locis insignibus, ubi possit commode copia peritorum haberi.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 46. Card. de Luca.*

CAPUT XI.

Ecclesiarum bona non locentur cum præjudicio successorum, quocunque indulto non obstante. Jurisdictiones quoque Ecclesiasticæ non locentur, & concessa eloceri, irritantur, &c.

MAgnam Ecclesiis perniciem afferre solet, cum earum bona, & repræsentata pecunia, in successorum præjudicium aliis locantur. Omnes igitur hæ locationes, si anticipatis solutionibus fiant, (*a*) & nullatenus in præjudicium successorum validæ intelligantur; quocunque indulto, aut privilegio non obstante: nec hujusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur. Non liceat * etiam 1. jurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominandi aut deputandi Vicarios in spiritualibus, locare; nec conductoribus per se aut alios ea exercere; aliterque concessiones etiam a Sede Apostolica factæ, surreptitiæ censeantur. Locationes vero rerum Ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, sancta Synodus irritas decernit, 2. quas a triginta annis citra 3. ad longum tempus, seu, ut in nonnullis partibus, ad viginti novem, seu bis viginti novem annos, vocant factas; Synodus provincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Ecclesiæ & contra Canonicas sanctiones contractas fuisse judicabunt.

(*a*) c. de præcariis 11. q. 2. & c. 2. de præcar.

DECLARATIONES.

Non liceat etiam.) Jurisdictionem Ecclesiæ locari prohibetur, quod procedit etiam in quolibet minimo officio jurisdictionem habente, non obstante quacunque consuetudine contraria.

1. *Jurisdictiones Ecclesiasticas.*) Sub iis comprehenduntur etiam Jurisdictiones damnorum datorum.

2. *Quas a 30. annis citra.*) Intelligendum a 30. annis citra, usque ad confirmationem Concilii.

3. *Ad longum tempus.*) Dominus proprietatis, si rempus præfixum esset finitum, ita ut deberet confirmate Emphyteusim, continuetur, si electi deputati a Synodo vel ipsa Synodus Provincialis judicaverint non esse locationem factam in damnum Monasterii, ipse autem D. curate debet, ut quamprimum fiat hoc judicium.

Congregatio Concilii censuit, neque constitutionem Pauli II. neque Concil. Tridentum, sess. 22. decretum derogasse dispositioni *cap. Terulas, 12. q. 2.* 22. Jan. 1596.

5. D. N. Papæ Urbani VIII. nunc sedentis Decretum de non alienandis bonis Regularium.

SAcra Congregatio Cardinalium Concil. Tridentin. interpretum, rerum experimento edocta, quantum religiones accipiant detrimenti ex bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium distractionibus, quas crebro faciunt Regulares, Apostolicis privilegiis innixi, ac proinde operæ pretium putans, illorum facilitatem aliqua ratione compescere, speciali S. D. N. jussu Generalibus & Provincialibus capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, Generalibus, & quibuscunque aliis Superioribus Regularibus, cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, vel instituti, infra fines Europæ existentibus, omnium rerum & bonorum immobilium; ac pretiosorum mobilium alienationem, omnesque pactum, per quod iplorum dominium transiret, census perpetuos, seu viraliticos, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, concessionem in feudum, vel emphyteusim, præterquam in casibus a jure permissis, fieri perpetuo prohibet, atque interdicit, absque ipsius Congregationis Concilii expressa licentia in scriptis, & gratis concedenda 1 sub pœna privationis omnium officiorum, quæ tunc

tunc obtinebunt, vocisque activæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa impositorum obtinenda, quam ipso facto absque alia declaratione incurrant, sublatas etiam Generali & Prorectori illam moderandi, aut relaxandi facultate; pœnis nihilominus Apostolicarum Constitut. & præsertim felic. recordat. Pauli II. quæ incipit: *Ambitiosæ*, in suo robore permansuris. Alienationes vero, data, census, hypothecas, locationes, conductiones, & concessiones quascunque contra hujusmodi prohibitionem faciendas, Sanctitas sua auctoritate, ipso jure nullas, atque irritas decernit: Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcunque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militarium, etiam S. Joan. Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuvis alterius instituti, etiam necessario, & in individuo exprimendi Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium quorumcunque; nechon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis sub quibuscunque tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus Decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam excommunicationis, seu extensionis, concessis & iteratis vicibus approbatis, & innovatis: etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, ac formis specialis & individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, & aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, quoad ea, quæ præsenti Decreto, ac prohibitione adversantur, illis alias in suo robore permansuris, specialiter & expresse, Sanctitas sua auctoritate derogat, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ, die 7. Septemb. 1624.

Cosmus Card. de Torres.

REMISSIONES.

a Vide P. Rebello *de Oblig. justit. p. 2. lib. 14. quæst. 3. a num. 4.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnitent. lib. 25. cap. 43. num. 539.* * Vide etiam Valasc. *de jure emphyt. q. 10. n. 5.* Gigant. *de pension. q. 82.* Azevedo *in l. 33. tit. 5. lib. 1. & in l. 1. tit. 3. tod. lib. 1. novæ Recop. num. 4.* Vinc. Grilenzon. *cons. 21.* Alex. Trentacinque *var. resol. lib. 3. tit. de locat. & conduct. resol. 3. n. 7.*

β Utrum valida sit per priores saltem tres annos locatio, de rebus Ecclesiæ ultra triennium facta in Lusitania, & ubi extravagant Paulina recepta est? Affirmat P. Rebello *d. lib. 14. q. 6.*

γ *Repræsentata pecunia.*) Ante diem solutam intelligit Guttier. *de Juram. Confirm. part. 3. cap. 1. n. 2.* vide quid D. Barbos. *in l. 5 filiofam. 5. ult. n. 27. ff. solut. matr.* Valasc. *de jure Emphyt. q. 10. num. 3.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 3. verb. Alienatio rerum Eccles. §. ad 7. p. 14.* novissime Cald. Pereira *de Renovat. q. 20. num. 3. & de Empione, cap. 25. num. 8.* ubi etiam an locatio judicetur alienatia, si ob repræsentatam solutionem conductor dimidium lucri faciat.

δ *Nullatenus in præjudicium successorum, &c.*) An Prælatus vel beneficiarius, succedens in officio vel beneficio, teneatur stare locationi per suum prædecessorem factæ? Negant, si Prælatus vel beneficiarius nomine proprio locet reditus suæ dignitatis, vel beneficii in suam utilitatem, ad temp. jure vel Synodali constitutione permissum, ipsoque ante tempus locationis expletum decedat, secus pro illo anno cœpto, & quando terræ essent fatæ, & fructus pendentes de proximo colligendi, per glos. receptam *in cap. fin. ne Prælati vices sua.* Covar. *ver. l. 2. cap. 15. num. 6.* Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 21. a princ.* Caroc. *de Locato, part. 3. tit. de rebus Ecclesiæ locandis, quæst. 1. cum seqq.* Mich. Grall. *tom. 2. commun. opin. lib. 4. tit. 43. num. 40. pag. 636.* & ibi Vivi. *num. 123. pag. 681.* Spin. *in Speculo Testam. gl. 19. in princ. num. 42.* Cardoso *in praxi judicum, verbo, fructus 3. num. 23. & verbo, locatio, num. 6.* Stepha. Gratian. *discept. forens. cap. 37. a num. 11.* Rip. *observ. 115.* Balb. *dec. 229.* Scatt. Pacif. *dec. 192.* Card. Pute *decis. 176. lib. 1.* Alasyl. Rice. *in collect. dec. part. 4. collect. 1007. & collect. 1055. in fine*, remittive Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 20. num. 10.* P. Molin. *de justit. tract. 2. disp. 492. vers. Quod denique*, Flamin. *de Resignat. lib. 1. q. 16. num. 47.* D. Barbos. *d. §. ultim. a n. 17.* Mori. *in Emporio juris p. 1. tit. 10. q. 2. num. 20.* P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. cap. 43. num. 538. cum seqq.* ex antiquioribus plures refert Cened. ad *Decret. Collect. 76. num. 5.*

D. Matt. *de jurisd. p. 4. casu 48. num. 8. & in variis novissim. dec. vot. 180.* Card. Thusc. *verbo, Locatio, concl. 419.* Cardin. Mantic. *de Tacitis, & ambig. convent. lib. 5. tit. 13. n. 21.* Cald. *q. forens. lib. 1. q. 32.*

* *Non licitas.*) Vide Gregor. Lopez *in lib. 8. tit. 17. part. 1.* Salycet. ad *Bern. Diaz in pract. cap. 4. lit. B.*

ε *A triginta annis citra.*) Vide Cened. ad *Decret. ad Collect. 102. n. 3. in fine.* † Vide Avendan. *de exequend. mand. lib. 1. cap. 4. n. 37.* Covar. *lib. 2. var. resol. cap. 17. n. 6.* Grilenzon. *cons. 32. n. 18.*

Vide annot. ad hoc *caput in appendice sub discursu 47. Card. de Luca.*

CAPUT XII.

Decimarum solutiones fiant: impedientes fieri, excommunicentur, nec absolvantur, nisi plena restitutione facta: solventibus recte est temporibus quæ præsunt Ecclesiis.

a Concil. Matisc. 2. c. 5. Conc. Turon. vers. in scriptis Ex d. 22. 23 Lev. 27. Num. 18. Tob. 1. Malac. 3. c. decimas, 16. q. 1. c. decimas, cum seq. 16. q. 7. c. parochialios, c. ex translatis, & cita de decim.

NOn (*a*) sunt ferendi, qui variis artibus decimas, Ecclesiis convenientes, subtrahere moliuntur; aut qui ab aliis solvendas temere occupant, & in rem suam vertunt; cum decimarum solutio debita sit Deo; & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadunt. Præcipit igitur sancta Synodus omnibus, 1. cujuscunque gradus, & conditionis sint, 2. ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, in posterum Cathedrali, aut cuilibuscunque aliis Ecclesiis vel personis, † quibus legitime debentur, 3. integre persolvant, * (*b*) Qui vero eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, β nisi plena restitutione facta, ab olvantur. Hortatur deinde omnes & singulos pro Christiana charitate, debito que erga pastores suos munere, ut de bonis sibi a Deo collatis, Episcopis & Parochis, qui tenuioribus præsunt Ecclesiis, large subvenire ad Dei laudem, atque ad Pastorum suorum, qui pro eis invigilant, dignitatem tuendam, non graventur.

b c. omnes decimæ, 16. q. 7. c. perveniet. c. non est, c. tua, & c. in quibusdā de dec. Clem. 1. tod. tit.

DECLARATIONES.

Congregatio Concilii censuit, si decimæ sint impositæ rei, quia ab initio fuerunt concessæ, vel tradit æ cum ea conditione, & onere, ut ex eis decimæ solvantur, tunc ad quoscunque pervenerint, etiam mendicantes, teneri eas solvere; si vero debeantur pro administranda cura animarum, tunc quia Parochi his mendicantibus aliqua Sacramenta non administrant, mendicantes ad eas non teneri; si tamen a solutione decimarum Sedis Apostolicæ privilegiis eximantur. 19. Dec. 1596.

Congregatio Concilii censuit, obtinentem Canonicatum in Cathedrali Ecclesia etiam ante factam Ordinum distributionem in ea talem ætate oportere esse constitutum, ut intra annum ad Subdiaconatum possit promoveri. 19. Jun. 1597.

Qui ex antiqua consuetudine non solvebat decimas, ex hoc Decreto ad eas solvendas cogi non potest.

REMISSIONES.

a Vide Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. cap. 19. dub. 4. per totum.* * Vide etiam Covar. *lib. 1. variar. cap. 17.* Bologn. *concil. 29. a num. 1.* Trevilan. *dec. 29. lib. 1.* Guttier. *in quæst. can. cap. 21. lib. 2.* & Azeved. *in l. 2. num. 4. & 5. tit. 4. lib. 1. novæ Recop.*

† *Vel personis, &c.*) Vide Trevilan. *dec. 15. lib. 1.* Bobadill. *in lib. 2. politicæ, cap. 18. n. 146.* & alios refert.

β *Nisi plena restitutione.*) Vide novissime P. Sanch. *in præcepta Decal. lib. 2. cap. 20. num. 19.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 48. Card. de Luca.*

CAPUT XIII.

Quarta funeralium solvatur omnino loco, cui hactenus solita est pendi, non obstantibus quibuscunque.

DEcernit (*a*) sancta Synodus, quibuscunque in locis, jam 1. β ante annos quadraginta, quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali aut Parochiali Ecclesiæ 2. solita esset persolvi, 3. ac postea fuerit ex quocunque privilegio, aliis monasteriis, hospitalibus, aut quibuscunque locis piis concessa, eadem posthac integro jure & eadem portione, quæ antea solebat, Cathedrali seu Parochiali Ecclesiæ persolvatur: non obstantibus concessionibus, gratiis, privilegiis, etiam Mari magno nuncupatis, aut aliis quibuscunque.

[a] De sepul. c. extra. & in Clem.

DECLARATIONES.

1. *Jam ante 40. annos.*) Non comprehenduntur monasteria ædificata a 40. annis citra, aut quæ in dies ædificantur, præsupposito quod hujusmodi monasteria sunt ejus religionis, cui a Sede Apostolica indultum sit, ut quartam funeralium non teneatur Episcopo solvere.

A dispositione igitur Concil. Trident. in hoc *cap.* non sumitur argumentum, quod a monasteriis ædificatis ab annis 40. citra, non persolvatur quarta funeralium Episcopo, nisi monasteria per Sedem Apostolicam ad solutionem hujusmodi quartæ partis funeralium non teneantur. Item monasterium Fratrum minorum S. Francisci de observantia a 30. annis fabricari cœptum, post hoc Decretum non debet solvere quartam funeralium Cathedrali, prout Congregatio censuit, hujusmodi monasteria non comprehendi, vel teneri quartam funeralium persolvere Episcopo, præsertim præsupposito privilegio, quod Julius III. concessit religioni Fratrum Minorum S. Francisci.

Rossanen. 21. Sept. 1591.

Congregatio sæpius respondit, Decreto Concilii *cap.* 13. *Sess.* 25. non comprehendi Monasteria ædificata a 40. annis citra, vel quæ in dies ædificantur, præsupposito, quod sint ejus Religionis, cui a Sede Apostolica indultum sit, ut quartam funeralium non teneantur solvere Episcopo.

Congregatio Concilii censuit, Concilium Tridentinum *cap.* 13. *Sess.* 25. *de Reform.* non fuisse privilegium supra 40. annos ante Concilium certis religionibus concessum, ad percipiendum quartam funeralium. } Ita dic.

Cathedrali.) Non potest Episcopus applicare fabricæ Ecclesiæ suæ census & libellos, quos rectores Ecclesiæ possident, nec prohibere, quin dicti rectores accipiant sponte oblata ab hæredibus defunctorum.

Congregatio censuit, onus probandi possessionem solutionis quartæ funeralium, ante quadraginta annos ipsius Cathedralis Episcopo incumbere.

2. *Solita esse persolvi.*) Regularibus, qui sunt in quasi possessione non solvendi quartam Episcopo seu Parocho, non incumbit onus probandi ante 40. annos non solvi solitam ab eorum monasteriis, sed onus probandi Regulares ante 40. annos esse solitos solvere, spectat ad prætendentes Episcopos seu Parochos.

3. *Ac postea fuerit ex quocunque privilegio.*) Idem si ante 40. annos, dummodo privilegium non sit in usu.

In privilegiis, quæ S. D. N. Mendicantibus concessit, ea mens fuit, ut Parochi invitentur, quartæ funeralium ante 40. annos cum Cathedrali Episcopo incumbere. Non potest autem Episcopus applicare fabricæ suæ Ecclesiæ census, quos Rectores Ecclesiarum possident, nec prohibere, quin dicti Rectores accipiant sponte oblata ab hæredibus defunctorum.

REMISSIONES.

a Vide Petr. de Petud. in *tract. de Canonic. Paroch.* Bertachin. *de Episc. part. 4. lib. 1. n. 40.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 21. cap. 25. num. 10.* Chopin. *de sacra polit. tit. 7. n. 13. & 14.* Guttier. *de Juram. confirm. part. 2. cap. 4. n. 2.* Card. Tusc. *tom. 6. verbo, Quarta, conclus. 21.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 39. art. 2.* Late Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. cap. 19. dub. 5.* * & Farinac. in *declarat. Card.*

β *Ante annos quadraginta.*) Sacra Congr. Concil. Congreg. censuit, non comprehendi in dicta verba Concil. Monasteria ædificata a quadraginta annis citra, vel quæ in dies ædificantur, &c. refert Fr. Jo. de la Cruz *loc. dub. 5. concl. 2. in fin.* † Vide *decis. 91. Congregationis Card. in recollectis a Farinac.*

CAPUT XIV.

Datur salutaris ac expeditus modus procedendi contra pestem facultatum ac inculentam clericorum concubinariorum per ipsos Episcopos, sive illi Clerici sint in beneficio, sive non.

[a] QUam turpe, ac Clericorum nomine, qui se divino cultui addixerunt, sit indignum, in impuditiæ sordibus immundoque concubinatu versari, satis res ipsa, communi fidelium omnium offensione, summoque Clericalis militiæ dedecore, testatur. (*a*) Ut igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem ministri Ecclesiæ revocentur; populusque hinc eos magis discat reverenter, quo illos vita honestiores cognoverit; prohibet sancta Synodus quibuscumque Clericis, ne concubinas aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo ¶ vel extra detinere; aut cum iis ullam consuetudinem habere audeant; † aliquin pœnis 1. a sacris Canonibus vel statutis Ecclesiarum impositis, puniantur. 2. Quod si a Superioribus moniti, 3. † ab iis se non abstinuerint; 4. ‡ tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum quorumcunque, & pensionum ipso facto sint privati, quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicetur. Sin vero in delicto eodem, cum eadem vel alia fœmina perseverantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes, ac proventus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittant, qui prædictis locis applicentur; sed etiam a beneficiorum ipsorum administratione, quoad ordinarius, vel in uti Sedis Apostolicæ delegatus, arbitrabitur, suspendantur, & si ita suspensi nihilominus eas non expellant, aut cum iis etiam versentur, tunc beneficiis, portionibus, * ac officiis & pensionibus quibuscunque Ecclesiasticis perpetuo priventur, atque inhabiles ac indigni quibuscunque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in posterum reddantur, donec post manifestam vitæ emendationem ab eorum superioribus cum iis ex causa visum fuerit dispensandum. Sed si, postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias hujusmodi scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas (*b*) excommunicationis gladio plectantur. Nec quævis appellatio, aut exemptio † 5. prædictum executionem impediat aut suspendat: suprædictorumque omnium cognitio, 6. non ad Archidiaconos, * nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat: qui sine strepitu, & figura judicii, † & sola facti veritate inspecta procedere possint. 7. Clerici vero beneficia Ecclesiastica, aut pensiones non habentes juxta (*c*) delicti & contumaciæ & perseverantiam & qualitatem ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisve modis juxta sacros canones, puniantur. ‡ Episcopi quoque, quod absit, si ab hujusmodi crimine non abstinuerint; & a Synodo provinciali admoniti, se non emendaverint, (*d*) ipso facto sint suspensi: & si perseverent, etiam ad Sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ etiam per privationem, si opus erit, in eos animadvertat.

[a] Sup. sess. 24. cap. 8. de Refor. Concil. Clem. 3. c. 18. Conc. Nicæ. c. 3. Concil. Mailf. 1. c. 1. Conc. Arel. 2. c. 3. Concil. Bracc. 1. c. 25. Concil. Turon. 2. c. 30. 31. & 32. Concil. Mogunt. c. 49. c. inveniatur, 32. dist. c. cum omnib. c. volumus & c. fœmin. 82. dist. c. 2. cum multi. seqq. de cohab. cler. & mulier.

DECLARATIONES.

Hoc decretum de concubinatu & aliis impudicitiæ sordibus Clericorum, non procedit in simplici incontinentia absque qualitate concubinatus.

1. *A sacris*

[b] c. 2. cum seq. de cohab. Cler. & mul. c. si concubinæ, de sent. excomm. Concil. Aurel. 3. cap. 4.

[c] Sup. c. 6. & in alio locis sup. alleg. Conc. Tolet. 4. c. 51. de 8. Tol. cap. 6.

[d] Cap. quoniam 34. dist. Conc. Aurelian. 3. c. 1.

1. *A sacris Canonibus.*) Patroni possunt, (si ad eos spectat præsentatio alicujus beneficii per concubinarium detenti) vel alii laici parochiani pro suo interesse, in quo ab his percipiunt Sacramenta, acculare eos.

Quinimo potest Ordinarius procedere contra ipsos de jure, non exspectata forma hujus Textus, & vi hujus litteræ; est enim intolerabile peccatum.

2. *Quod si a superioribus monuit.*) Specialiter monendi sunt, non autem solum generaliter, puta per edictum. Et hæ monitiones ex hoc Decreto non sunt faciendæ tantum in visitatione, sed & in aliis quoque temporibus fieri debent. At tempus, quod inter unam & aliam monitionem intercedere debet, arbitrio Episcopi relinquitur.

Potest Episcopus contra omnes procedere etiam incarcerando, quando timetur de fuga; juxta traditam formam in *cap. 6.* hujus Sessionis, idque absque monitione.

Pœna de qua in vers. *quod si a superioribus monuit*, &c. non habet locum in Clericis, si primo deliquerint, etiamsi edicta generalia Ordinarii præcesserint, sed incurritur, ubi Clericus secundo deliquit. Pro primo puniri debet aliis pœnis a sacris Canonibus, vel statutis Ecclesiarum impositis: & demum si monitus fuerit, & quidem speciali admonitione secundo delinquat, privatur tertia parte fructuum, non tamen distributionibus quotidianis, quas ratione Canonicatus vel dignitatis divinis interessendo percipit præter fructus præbendæ dictæ; eadem pœna censetur repetita in *vers. Si vero in delicto eodem*, &c. Sin autem secundæ monitioni non paruerit, suspendendus est ab administratione beneficiorum, & cum non possit interesse choro, amittit etiam distributiones quotidianas.

3. *Ab illi se non abstinuerint.*) Episcopus procedere potest per denuntiationem ex officio, vel alio, qui sibi placuerit, modo.

4. *Tertia parte fructuum.*) Si resignatio parochialis vere fuit Romæ expedita, antequam ordinarius resignantem, titulo ac beneficio dictæ parochialis privaret, eadem dicta resignatio suum effectum sortiri debet, nec eam potest Ordinarius insringere, nec aliquam Ecclesiæ pensionem imponere. Itaque pœna, quæ statuitur in hoc capitulo, non transit ad successorem in beneficio, si concubinarius jure privatus beneficio illud resignat.

5. *Prædictam executionem impediat.*) Prædictam executionem exemptio aut appellatio ante vel post definitivam sententiam suspendere non potest.

6. *Non ad Archidiaconos.*) Congregatio censuit, hoc non habere locum in immemorabili.

7. *Clerici vere.*) Si Clerici concubinarii, notorii sunt, etiam hodie ipso jure a divinis suspensi, (prout in veteri jure) sunt.

REMISSIONES.

a Vide Bern. Diaz in *pract. cap. 73. Clar. § Fornicatio, n. 9. vers. Clericus autem concubinarius*, Guid. Papæ *dec. 538.* Hict. de Monte *Var. juris, quæst. 18. num. 48.* Hurtad. *l. 3. gl. 5. n. 6. tit. 5. p. 1. & l. 43. gl. 2. n. 3. tit. 5. p. 2.* Perez. *lib. 23. vers. Quæri tamen potest, tit. 3. lib. 1.* Ordin. Matiens. *l. 6. gl. 2. n. 23. tit. 8. lib. 5. novæ Recop.* Menoch. *de Arbitr. casu 418.* Rebuff. *de concord. tit. de publicis concub. vers. Prima ergo pœna*, Petr. de Bollo in *comm. Eccl. classi. 1. cap. 4. § 3.* Zeyol. in *praxi Episcop. p. 1. verbo, concubinarii, § 3. p. 60.* P. Comit. *Resp. Moral. lib. 2. quæst. 57.* P. Valer. Reginald. in *praxi fori panit. l. 30. tract. 3. num. 154. vers. Incumbam.* Aloys. Ricc. in *col. decis. p. 4. Collect. 857.* Th. Valasc. *tom. 1. Alleg. 34. num. 7.* optime Petr. de Ledesm. *p. 2. sum. tract. 17. cap. 18.* * Vide etiam Salzed. ad *Bern. Diaz. in d. cap. 79. lit. B.* Azeved. in *l. 1. tit. 23. lib. 8. novæ recopilat.* præcipue *num. 113.* Prosper Farinac. *cons. 10. num. 63. volumi.* Vincent. Gribenzon. in *cons. 19. ex num. 12. & 19.*

b *Vel extra desinere.*) Quod protestatio simplici incontinentia absque qualitate concubinatus, resolvunt Navar. *Cons. 4. sub tit. de Adulter.* Sayr. *dec. 4. sub num. 1.* quem refert Aloys. Ricc. in *Collect. dec. 5. & Collect. 821. in fine*, dicit probabile, sed contrarium probabilius, Petr. de Ledesm. *d. cap. 18. differt. 7.*

c *Ad omnia panit.*) An pœnitentiam? Affirmat Aloys. Ricc. *Curiæ Archiep. Neapolit. dec. 99.*

d *Quod si a superioribus monuit.*) Vide Prosp. Farinac. in *d. cons. 80. n. 15. 47. 52. 59. & 61. & 62. volumi. 2.*

e *Tertia parte fructuum.*) An etiam distributionum quotidianarum? Affirmant Sayr. *dec. 7. de verbor. significa.* quem refert Aloys. Riccius in *Collect. 857. vide Amplia 2.* Petr. de Ledesm. *d. 18. differt.*

f *Tunc beneficiis . . . Ordinibus*, &c.) Vide Nicol. Garciam *de benefic. p. 1. cap. 5. § 2. num. 229. & 304.*

† *Aut exemptio*, &c.) Vide Seraphin. *decis. 960.*

* *Non ad Archidiaconos*, &c.) Vide Aloys. Ricc. *dec. 581.*

* *Sine strepitu & figura judicii*, &c.) Vide Salzed. ad *Bern. Diaz in prax. canon. c. 126. lit. C. in fin.*

† *Episcopi quoque*, &c.) Vide P. Soar. *tom. 3. de censur. disput. 31. sect. 5. ad fin.* P. Valer. Regin. in *praxi fori panit. lib. 32. tract. 2. n. 63. vers. Item ex Concilio*, P. Ægid. de Coninck. *de Sacrament. & Censur. tom. 2. disp. 13. subsect. 27.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 48. Card. de Luca.*

CAPUT XV.

Contra Clericos filios.

a Concil. 9. Tolet. in c. 10. & gravius antimadvertit. c. propositi, 92. dist.

I. UT (*a*) paternæ incontinentiæ memoria a locis Deo consecratis, quos maxime puritas, sanctitasque decet, a * longissime arceatur; β non liceat γ &c. filiis Clericorum, 3. qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, 4. in Ecclesiis, ubi eorum patres 5. δ &c. beneficium aliquod Ecclesiasticum 6. habent, aut habuerunt, * 7. quodcunque etiam dissimile beneficium obtinere, 8. (*b*) ε &c. nec in dictis Ecclesiis 9. quoquo modo ministrare 10. nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere. 11. Quod si in præsenti pater, & filius 12. ζ in eadem Ecclesia beneficia η obtinere 13. reperiantur; ϑ cogatur filius sum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra Ecclesiam 15. intra trium mensium spatium: alias ipso jure eo privatus existat, & super iis quæcunque dispensatio surreptitia censeatur. ι Ad hæc, reciprocæ resignationes, si quæ posthac a parentibus Clericis in favorem filiorum fient, ut alter alterius beneficium consequatur, in fraudem hujus Decreti, & canonicarum sanctionum factæ omnino censeantur: nec collationes secutæ, vigore hujusmodi resignationum, seu aliarum quarumcunque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsis Clericorum filiis suffragentur.

b Ad Alex. 3. p. 19. c. 1. & in Concil. 2. Lat. c. 14. c. 2. & per totum, de fil. presb.

DECLARATIONES.

1. *Ut paternæ incontinentiæ.*) Hoc decretum a jure communi differt in quinque. Primo, quod non solum ratione successionis, (prout de jure communi) sed etiam ob incontinentiæ memoriam invaluit hæc prohibitio. Secundo, quod ratione talis memoriæ legitime arceatur quis non solum immediate, prout de jure communi, sed etiam mediate. Tertio, quod non solum prohibetur successio in beneficio eodem, sed & in alio quocunque, etiam dissimili, dummodo sint in eadem Ecclesia. Quarto, quod non solum prohibetur filius obtinere beneficium in eadem Ecclesia, in qua Pater obtinet, sed etiam ministrare, cum jure communi tantum pater ministrare prohibeatur. Quinto, quod nec pensiones super fructibus beneficiorum, quos parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filii.

2. *Longissime arceatur.*) Hunc textum sacra Congregat. censuit procedere non solum in filio respectu Patris, sed etiam in nepote respectu avi, propter verbum, *longissime*, quod excludit omnem personam etiam mediatam, ut dictum est. Vide infra hoc *cap. § Statuit.*

Congregatio Concilii causa alias mature discussa censuit, Nepotem legitimum ex filio illegitimo non comprehendi decreto *cap. 15. Sess. 25.* Brachiatensis, 17. Octobr. 1592.

3. *Qui non ex legitimo matrimonio nati sunt.*) Filii illegitimi clericorum non prohibentur a Conc. Trid. cum partibus habitare.

4. *In Ecclesiis, ubi earum patres.*) Filii Presbyterorum Decreto hoc Concil. Trident. non prohibentur retinere beneficium legitime obtentum in eadem Ecclesia, in qua fuit beneficiatus pater eorum, qui ante publicationem ejusdem Concilii e vita migravit, quia hoc Decreto tantum prohibentur in futurum obtinentes.

Illegitimus, cujus Pater fuit Rector Ecclesiæ matricis, potest Ecclesiam filialem obtinere dependentem, seu alias illi unitam, in qua etiam eadem matrix habet quædam jura Parochialia, salvo hoc decreto, nisi unio facta sit per viam subjectionis Ecclesiæ matricis. Quod si beneficia sunt unita æque principaliter, tunc illegitimi obtinere

non

non possunt : si vero non sunt unita æque principaliter, sed accessorie, tunc possunt, si tamen dictæ Ecclesiæ unitæ non teneantur ministrare in principali.

Habens Canonicatum in Ecclesia, in qua pater ejus similiter Canonicatum obtinuit, non potest in eadem Ecclesia de Canonicatu ad dignitatem ascendere.

Pater, qui est Coadjutor filii in Canonicatu, cedere tenetur omne jus filio, possit tamen sibi aliquem servare fructum aut pensionem.

Non sunt tolerandi in Ecclesia, sed expellendi Canonici illegitime ex presbyteris & solutis mulieribus nati. Non comprehenditur hoc Decreto is, qui litteris Apostolicis non expeditis, nec possessione secuta, cessit in favorem alterius in manibus Pontificis. Secus autem dicendum est de eo qui litteras expedivit, possessionem accepit per procuratorem, quamvis nunquam in Ecclesia ministraret, nam per provisionem acquitivit jus in re, & caufatur vitium in persona filii per Patris institutionem. Abbas in *cap. transmissa num. 6. de filiis presbyt.*

3. *Beneficium aliquod Ecclesiasticum.*) Concilium Tridentinum non prohibet, quin Pater & filius possint celebrare missam in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficia in ea, sed id fiat ab altero causa legati, quod legatum sit Missam celebrantibus.

Ad Episcopum N. scribatur, ut desinat molestiam exhibere presbytero N. illegitimo celebranti Missam ob quoddam legatum in eadem Ecclesia, in qua Pater celebrat ob devotionem, cum neuter habeat beneficium, quia hic casus non est prohibitus a Concilio.

6. *Habent, vel habuerunt.*) Non dicitur ille habuisse, ad hoc ut comprehendatur sub hoc capitulo, qui provisus, sed litteris non expeditis, & possessione non habita cessit alteri, supra hoc *cap. Non sunt.*

Hæc verba, *habent vel habuerunt*, intelliguntur de futuro, scilicet post publicationem Concilii, non autem ante Concilium. Congregatio censuit, cum comprehendi hoc Decreto, qui per procurationem acquirit jus in re, hæc enim causat vitium in persona filii per Patris institutionem. Si vero per solam publicationem Patet obtinuerit beneficium, cum vel litteras non expedierit, nec possessionem ceperit, secus censuit Congregatio, quia ante litterarum confectionem gratia non est perfecta, sed informis.

Præsumpta dispensatio, quæ fundatur in Regula de Triennali, non habet locum contra hoc Decretum, quia dicta Regula requirit titulum coloratum, ut late in *cap. 10. Sess. 7.*

7. *Quodcunque etiam dissimile.*) In Ecclesiis quæ dicuntur esse sorores altarum Ecclesiarum, (sicut sunt aliquæ in Hispania) in quarum altera residens præsupponitur residere in principali, non potest Pater residere in una, & filius in altera.

Cum Patre habente præbendam Theologalem in Ecclesia, in qua ejus filius illegitimus Canonicatum detinebat, & cum filio, qui suum Canonicatum dimittere tenebatur, ob suatum virtutum merita & testimonium ipsius Episcopi fuit dispensatum, dummodo idem Pater abstineret ab Ecclesia, sed legeret per substitutum ab Episcopo eligendum, cui assignetur aliqua portio arbitrio ejusdem Capituli & Episcopi.

Congregatio Concilii censuit, re maturè discussa, paterm legitimum nulla indigere dispensatione ad obtinendum immediate beneficium filii, licet filius, quamvis legitimus, dispensatione egeat ad obtinendum immediate beneficium patris.

8. *Nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare.*) Dubitatum fuit, an filius illegitimus laicus, qui in Ecclesia, in qua pater beneficium habet, non habet portionem, sed in Cantor musicæ tantummodo in Ecclesia cantat, prohibeatur cantare per illum tempus? Congregatio die Decemb. 1574. censuit affirmative, quia Concilium dicit, *quoquo modo ministrare*, eadem enim ratio est, sive ministret in officio, sive in beneficio, inf. hoc *cap.* §. *Quoquo modo.*

Filius Clerici hoc decreto non prohibetur, quo minus ranquam Capellanus amovibilis deservire possit atque obtinere beneficium in Ecclesia, in qua ejus pater nunquam fuit institutus ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, licet pro Capellano amovibili inserviret in eadem Ecclesia.

In civitate Leodiensi sunt plures Collegiatæ: Decani & Canonici vigore cujusdam statuti accedunt per certas processiones in certis festis diebus anni ad Cathedralem, & ibi canunt unum versiculum, seu Collectam, hoc stante, fuit pluries dubitatum, an valeat electio facta de filio illegitimo ad Decanatum unius illarum Ecclesiarum Collegiatarum, cum prædicta teneatur præstare in Cathedrali, in qua Pater ejus Canonicus fuit? Congregatio censuit, filium prædictum illegitimum, incapacem esse hujus Decanatus, quia quoquo modo interire dictæ Ecclesiæ videtur.

9. *Quoquo modo ministrare,*) Non solum filius non potest retinere beneficia in ea Ecclesia, in qua pater obtinuit, sed nec canere in eadem Ecclesia, tanquam Musicus simplex, (sub hoc *cap.* §. *Nec in dictis.*

10. *Nec pensiones.*) Idem decretum locum non habet in iis filiis presbyterorum, qui pensionem super beneficio à Patre obtento ante Concil. Trid. & illius confirmationem obtinuerunt.

Cum filio obtinente pensionem in Ecclesia N. in qua Pater habuit Canonicatum, quem resignavit, fuit dispensatum.

Filius illegitimus presbyteri dimidium beneficium habens in illa Ecclesia, in qua pater ejus olim beneficium habuit, non potest ascendere ad integram portionem.

Filius presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim pater ejus absque legitimo titulo, & minus pacifice aliquamdiu possedit, die 4. Septembris 1586.

11. *Quod si in præsenti.*) In petitione presbyteri N. de resignatione Canonicatus nepoti coadjutori, quæ ideo fit, ut ejus filius possit obtinere eum, quem habet in eadem Ecclesia, Canonicatum, visum est dandum spatium sex mensium filio ad permutandum, ita tamen ut interim ab Ecclesia omnino abstineat.

Illegitimo N. habenti beneficium patrimoniale, quod permutari non potest in Ecclesia, in qua idem pater habet, sed non servit, utpote jacens in lecto paralyticus, concessum est, ut retineat, quia non potest permutare.

Congregatio Concili censuit Decretum *cap. 1. Sess. 25.* minime prohibere, ut nepos illegitimus ex filio illegitimo beneficium, quod avus habuit, obtinere non possit. 1. Mart. 1598.

Spurii petentes in posterum pro transitu ad honorem, afferant Testimonium & Episcopi commendationem, & majoris partis sui capituli.

Postulantibus, dum vivit alter, vel pater, vel filius, ut alteruter possit ire ad aliam Ecclesiam, & altero mortuo, de consensu Episcopi & Capituli liceat alii ad primam Ecclesiam redire, concessum est.

Stante supradicta declaratione, videlicet quod Concilium non comprehendat neporem legitimum ex filio seu filia illegitimis respectu beneficii, quod avus obtinuit, dubitatum est, an etiam procedat vivente ipso avo, adeo ut nepos ex filia illegitima, sive illa vivat, sive non, possit obtinere pensionem super beneficio parochiali, quod avus possidet? Congregatio die 13. Maij 1586. censuit affirmative, ut arceatur memoria

prioris incontinentiæ, licet quidam Illustrissimi dicerent contrariam opinionem esse de jure veriorem, ex sententia Rotæ.

Cardinali N. dubitanti, an nothi parochias obtinere possint, visum est respondendum Concil. Trident. de hoc non esse loquutum.

12. *In eadem Ecclesia beneficia obtinere.*) Idem esset, si unum tantum, sed esset in persona patris & filii cum alternativa residentia. Dicitur & aliud obtinere resignatarius cum reservatione tituli & denominationis, necnon fructuum pro resignante, perinde, ac si resignasset. Unde resignatarius cenſetur privatus titulo, si post publicationem Concilii intra tempus hic præscriptum non resignavit; si tamen ejus viveret beneficiatus, in ea Ecclesia vere beneficiatus est, licet reservatis fructibus ut supra: secus vero, si ejus Pater in eadem Ecclesia beneficiatus ante prædictam publicationem Concilii fuisset mortuus. Tunc enim eveniente morte resignantis, illud beneficium plene possidere potest, fructulque inde percipere pleno jure, & tuta conscientia tanquam ante Concilium acquisitos.

13. *Reperiantur.*) Etiamsi esset factus coadjutor, teneretur intra sex menses a die mortis patris resignare.

14. *Cogatur filius suum beneficium resignare.*) Si fieret locus regressui, & qui regressum habet, nollet consentire; oblata prius resignatione cum honesta pensione & non acceptata, admittitur resignatio, & regressus suspenditur usque ad cessum vel decessum resignatarii.

Filius omnino cogendus est resignare beneficium, quod obtinet in illa Ecclesia, in qua pater obtinuit, quia filius semper reprælenatat incontinentiam paternam. Hoc tamen moderatum quandoque fuit de consensu Ordinatorum, si Pater resignasset sua sponte suum beneficium.

Congregatio Concilii censuit, Decretum Concilii *cap. 15. Sess. 25. de Reform.* dispensetur tantum circa reciprocas resignationes post ipsum Concilium in favorem filiorum faciendas. Ca'og. 2. Jul. 1593.

15. *Intra trium mensium spatium.*) Filii intra trium mensium spatium resignare debent sua beneficia, quod adeo verum est, ut si post dictos tres menses non resignaverint, nihil eis prosit hoc decretum.

REMISSIONES.

a *Longissime arcentur*.) Si per triginta annos alius mediare successerit, quod videtur filium posse in eo succedere, docet Gonzal. ad reg. 8. *Cancel. glos. 5. num. 53.* * Vide etiam Navar. *Cons.* 17. & 18. *tit. de constitut.* Salzed. ad *Bren. Diaz in prax. canon. c. 49. lit. A.*

b *Non licet*.) An liceat illa beneficia, quæ pater ante hanc constitutionem dimisit, obtinere? Affirmat & resolutum fuisse refert Farin. *decis.* 81. † An filius, qui mortuo patre ante Concilium, in ea Ecclesia, in qua pater fuerat beneficiatus, habet beneficium legitime obtentum, possit illud retinere? Affirmat Grilenzon. *cons.* 65. *per tot. & cons.* 69. *num.* 1. & 2. ubi insuper refertur, quod si Ecclesia collegiata, in qua pater fuerat beneficiatus, post illius mortem erigeretur in Cathedralem, recte quidem ejus filius habere posset beneficium in tali Ecclesia mutata.

c *Filius clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio*.) Quod filius natus ex legitimo matrimonio potest obtinere beneficium patris, resolvunt Fr. Emman. in *summ. tom. 1. cap. 29. num. 4. vers. Lo primero*; Veg. *part. 2. cap. 16. casu 18. vers. La quarto*, Gutt. *de benefic. q. 7. cap. 3. n. 18.*

d An prohibitio hæc procedat in filiis naturalibus procreatis ante clericatum? Affirmat Balb. *decis.* 29.

e An procedat in illegitimo Religioso? Negat Sayr. *decis. 4. sub tit. de filiis presbyter.*

f An habeat locum in nepotibus legitimis filiorum ex filio illegitimo respectu beneficii avi? Affirmant Rebuff. Rojas, & Mier. quos refert Garfi. *d. cap. 3. num. 21.* Salzed. in *pract. cap. 48. lit. A.* Peralt. *de just. lib. 2. cap. 34. num. 9.* Negant Navar. *cons. 9. num. 9. sub tit. de filiis presbyter*, Spin. in *Speculo Testam. glos. 3. a num. 23.* Sayr. *de Censur. lib. 6. cap. 10. num. 46. & decis. 9. de filiis presbyt.* Bald. *decis. 21.* P. Azor. *instit. Moral. p. 2. lib. 6. c. 4. quæst. 27.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 197. num. 6.*

g An e converso prohibetur pater succedere in beneficio filii? Negant Rebuff. in *praxi tit. de Dispensat. super defectu natalium, num. 29.* Fr. Emman. *d. cap. 29. n. 4. in fine*, Quinanad. *Ecclesiast. lib. 2. n. 95.* Nicol. Garfi. *d. cap. 3. num. 28.*

h *Beneficium aliquod habent*.) Quod pater clericus habens facultatem transferendi pensionem, potest illam transferre in filium illegitimum, resolvunt Gig. *de Pensionib. quæst. 86. num. 5.* Flam. *de Resign. lib. 6. quæst. 4. num. 21. & 22.* Gonzal. *ad Reg. 8. Cancel. gl. 5. §. 3. num. 22. & 23.* P. Azor. *Instit. Moral. part. 2. lib. 8. cap. 8. quæst.* Nicol. Garfi. *d. cap. 3. num. 34.* Steph. Gra. *discept. forens. cap. 197. num. 1. & 7.* Aloys. Ricc. in *collect. dec. p. 4. collect. 1367. in fin.*

i Clericum non prohiberi obtinere beneficium in Ecclesia, in qua ejus pater numquam fuit institutus ad aliquod beneficium institutum, licet pro Capellano inservierit in eadem Ecclesia, resolvunt Nicol. Garfi. *de Benefic. p. 7. cap. 3. num. 71.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 197. num. 23. cum seqq.* Nec prohiberi obtinere Canonicatum, qui erat portio temporæ, quo pater illum obtinebat, refert Achil. de Graf. *dec. 1. de filiis presbyter.* Nec prohiberi succedere in Capellania, quæ fundari solet, maxime in Hispania absque aliqua Episcopi vel alterius superioris auctoritate, ut in illis succedant clerici de parentela, asserit Gonzal. *d. glos. 3. n. 15. & seq.*

k *Aut habuerunt*.) Vide tradita per Vincent. Grilenzonium *cons.* 69. *ex esse in cons.* 7. *n.* 13. *&* 14.

Decisiones Illustriss. Cardin. adductæ per Garfiam in locis infra citatis.

a PRima Congregatio Concilii censuit, Canonicum illegitimum cujus pater possessionem alterius Canonicatus in eadem Ecclesia apprehendit, licet in dicta Ecclesia non ministraverit, nec aliquid perceperit ex fructibus ipsius Canonicatus, comprehensum esse decreto Concil. *sess. 25. cap. 15.* Illum vero, cujus pater sola Romani Pontif. signatura sibi obtinuit conferri Canonicatum ejusdem Ecclesiæ, sed neque literas Apostol. expedivit, neque unquam habuit possessionem, non comprehendi, refert Garfi. *de Benefic. p. 7. cap. 3. num. 55.*

b Secunda. Non dicitur habuisse ad hoc, ut comprehendatur sub hoc *cap.* ille, qui fuit provisus, & literis non expeditis, & possessione non habita, cessit alteri, refert Garfi. *d. cap. 3. n. 56.*

c Tertia. Filius presbyteri illegitimus, non potest obtinere beneficium, quod alius pater suus absque legitimo titulo, & minus pacifice possedit, refert Garfi. *d. cap. 3. num. 59.*

d Quarta. An illegitimus obtinere possit Eccle-

Ecclesiam filialem, quando ejus pater obtineret matricem? Fuit dictum, posse, quando obtinentes filiales non teneantur ministrare in matrice, refert Garfi. *d. cap. 3. n. 63.* ubi etiam dicit procedere quod Ecclesias filiales, quæ sunt beneficia de per se, & distincta a matricibus, & *num.* 65. resolvit, quod si unio facta sit accessorie, & pater habuit, seu habet Ecclesiam, seu beneficium principale, filius potest obtinere unitam, tanquam Vicarius perpetuus, seu tanquam Vicarius temporalis.

e Quinta. Item fuit quæsitum, an filius illegitimus per Conc. *l. hoc cap.* excludatur, ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua ejus pater habuit solam sedem in choro, ratione dignitatis, quem in alia Ecclesia obtinebat? Congregatio respondit excludi, & refert Garfi. *d. c. 3. n. 60.*

f *Nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare*.) Neque Missam ibi celebrare, aut Epistolam canere, neque Sacristiæ aut Cantoris officio fungi posse resolvunt Navar. *consil. 1. quæst. 17. sub tit. de Constitut.* Sayr. *decis. 1. sub exd. tit.* quem refert Aloys. Ricc. in *Collect. decis. part. 4. collect. 1367. vers. Tu amplia*, Stephan. Grat. *discept. forens. cap. 197. num. 26. cum seqq.* ubi *numer. 28.* testatur, quod nec etiam Antiphonam in ea canere ratione oneris beneficii alterius Ecclesiæ annexi, de quo etiam Aloys. Ricc. *Curiæ Archiep. Neapolit. decis. 5.*

g Sacra Cardin. Congregat. ita censuit, Concil. Trident. non prohibet, quin pater & filius possint celebrare Missam in eadem Ecclesia, dummodo ambo non ob inopiam beneficium in ea, sed id fiat ab altero devotionis gratia, ab altero causa legati, quod relictum sit Missam celebrantibus, refert Nicol. Garfi. *d. cap. 3. num. 75.*

h Item censuit, filios illegitimos clericorum non prohiberi a Concil. Trident. cum patribus habitare, refert Garfi. *dict. cap. 3. num. 74.*

i *In eadem Ecclesia beneficia obtinere*.) Sacra Cardin. Congregat. ita censuit. Idem esset, si unum tantum, sed esset in persona patris & filii cum alternativa residentia, quo casu fuit decretum, quod pater in totum cederet filio totum jus, quod haberet, reservata sibi pensione, & perpetuo ab filio cerere a servitio.

k *Obtinere*.) An collatio ei facta sit ipso jure nulla? Affirmat Sayr. *decis. 1. de Constitut.*

l *Cogatur filius*, &c.) Vide Flamin. *de Resign. lib. 3. q. 18. n. 38.*

m *Ad hæc, reciprocæ*, &c.) Vide Navar. *cons. 5. de Renunt.* Fr. Emman. in *sum. p. 1. cap. 56. n. 9.* & faciunt quæ scribit Flamin. *de Resign. lib. 14. quæst. 9.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu 40. Card. de Luca.*

CAPUT XVI.

Beneficia habentia annexam curam animarum non convertantur in simplicia: Vicario, in quem translata fuerit cura animarum, assignetur congrua portio, & reapplicetur animarum cura cum titulis.

STatuit sancta Synodus, ut Ecclesiastica beneficia sæcularia, quocunque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæva eorum institutione, aut aliter quomodocunque retinent, a illa deinceps in simplex beneficium, etiam assignata Vicario perpetuo 1. congrua portione, non convertantur: non obstantibus quibuscunque gratiis, quæ suum plenarium effectum non sunt consecutæ. In iis vero, in quibus contra eorum institutionem, seu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum translata est, etiamsi in hoc statu ab immemorabili tempore reperiantur, si congrua portio fructuum Vicario, quocunque nomine is appelletur, non fuerit assignata, eam quamprimum, & ad minus intra annum a fine præsentis Concilii, arbitrio Ordinarii, (a) juxta formam decreti sub felic. rec. Paulo III. assignetur. Quod si id commode fieri non possit, aut intra dictum terminum factum non erit: cum primum per cessum vel decessum Vicarii, seu Rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacaverit, beneficium curam animarum recipiat, ac Vicariæ nomen cesset, & in antiquum statum restituatur.

a Sup. sess. 7. de ref. c. 7.

DECLARATIONES.

1. *Congrua portione*.) Congrua portio fuit declarata esse 24. aureorum singulis annis.

REMISSIONES.

a *Quomodocunque retinent*.) Vide Zerol. in *praxi Episcop. part.* 1. *verbo*, *Unio* §. 3. *pag.* 148. † Vide etiam Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 3. *quæst.* 13. Hier. Cævallos in *suis pract. quæst. comm. quæst.* 283. Ricc. in *sua prax. Curiæ Neapol. decis.* 492. *num.* 5. Gazii. *de benefic. p.* 22. *cap.* 3. *num.* 17.

CAPUT XVII.

Episcopi ubique vivant tanquam Patres & Pastores secundum gradus sui decorum, nullibi autem indigne se demittant.

NOn potest sancta Synodus non graviter dolere, audiens Episcopos aliquos, sui status (a) oblitos, Pontificiam dignitatem non leviter deshonestare; qui cum Regum ministris, Regulis, & Baronibus in Ecclesia, & extra, indecenti quadam demissione se gerunt, & veluti inferiores ministri altaris, nimis indigne non solum loco cedunt, sed etiam personaliter illis inserviunt. Quare hæc, & similia detestatur sancta Synodus, sacros Canones omnes, Conciliaque generalia, † (b) atque alias Apostolicas sanctiones ad dignitatis Episcopalis decorum, & gravitatem pertinentes renovando, præcipit, ut ab hujusmodi in posterum Episcopi se abstineant; mandans eisdem, ut tam in Ecclesia, quam foris suum gradum & ordinem præ oculis habentes, ubique se Patres, & Pastores esse meminerint; reliquis vero tam Principibus, quam cæteris omnibus, ut eos paterno honore, ac debita reverentia prosequantur.

a Vide Concil. Agat. c. 25. nec Epist. posteriori Simplicii priori præponi, & c. 3. Brac. c. 24. cap. quanto, de off. ord. & sup. dictas. de reg. cap.

† Sup. c. 6. c. Valent. 63. dist. 2. Epist. in Ecclesiis 95. dist. cap. quis dubitet. c. duo sunt. cum seqq. 96. dist. & cap. fo. ix de major. & obed.

DECLARATIONES.

Congregatio Concilii censuit, decretum cap. 17. qui v. non obtinent dignitates, Sessione. 25. præservare nedum dignitates quæ habent administrationem cum jurisdictione, sed etiam illas dignitates, quæ pro talibus habentur in Ecclesia, quam sententiam Sanctissimus ad se relatam approbavit.

REMISSIONES.

* *Conciliaque generalia, &c.*) Vide supra hac *sess. cap.* 6. & textum in c. *Valentinianus* 63. *dist. & in cap. Episcopus in Ecclesiis* 95. *dist. in cap. duo sunt, & in cap. quis dubitet cum seqq.* 96. *dist. & in cap. solitæ, de majorit. & obedient.*

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 50. *Card. de Luca.*

CAPUT XVIII.

Canones exacte serventur ab omnibus indistincte, si quando in eis dispensandum, id valde mature, & gratis fiat, aliquin dispensatio sit surreptitia.

SIcuti publice expedit, legis vinculo quandoque relaxare, ut plenius, evenientibus casibus. & necessitatibus pro communi utilitate satisfiat; sic frequentius legem solvere exemploque potius, quam certo personarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nil aliud est, quam unicuique ad leges transgrediendas aditum dare (a) Quapropter sciant universi, sacratissimos Canones exacte ab omnibus, & quoad ejus fieri potest indistincte observandos. Quod si a urgens, justaque ratio, & major quandoque utilitas postulaverint, cum aliquibus dispensandum esse; (b) id b causa cognita, ac summa maturitate, atque gratis, a quibuscunque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum: aliterque facta dispensatio surreptitia censeatur.

RE-

REMISSIONES.

a *Urgens justaque*.) Ad dispensationem debere cum legitima auctoritate concurrere rationabilem causam, juxta viri boni arbitrium, resolvunt P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 11. *cap.* 19. *num.* 194. *cum seqq.* Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 1.

b *Causa cognita*.) Vide P. Sanch. *de Matr. lib.* 3. *disp.* 3. *num.* 3. *& lib.* 8. *disp.* 17. *num.* 10.

CAPUT XIX.

Quicunque Domini temporales locum ad Monomachiam concedentes sint ipso facto excommunicati, & privati certis privilegiis ab Ecclesia obtentis. Ipsi quoque duellantes & eorum patrini gravibus pœnis plectantur.

a cap. 1. de torneam. a &c. DEtestabilis, (a) duellorum usus fabricante diabolo introductus, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales; qui locum ad (b) monomachiam in terris suis ζ inter Christianos concesserint; eo ipso sint excommunicati; jurisdictione, & dominio civitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur, & si feudalia sint, directis Dominis statim acquirantur. 1. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam a incurrant; & ut homicidæ (c) juxta sacros Canones puniri debeant. Et si in ipso conflictu decesserint, per-

b de ea re Nicolaus 1. decrepitum sacris sit. 12.

ζ Quo jure ? Quo titulo ? Quo fundamento ? Quo privilegio ? Quo consuetudine ? Quo præscriptione ? Quo tolerantia ? Quo dispensatione ? Quo indulto ? Quo facultate ? Quo licentia ? Quo permissione ? Quo approbatione ? Quo concessione ? Quo gratia ? Quo favore ? Quo beneficio ? Quo commodo ? Quo emolumento ? Quo lucro ? Quo quæstu ? Quo compendio ? Quo utilitate ? Quo bono ? Quo honore ? Quo gaudio ? Quo delectatione ? Quo voluptate ? Quo jucunditate ? Quo oblectamento ? Quo recreatione ? Quo solatio ? Quo consolatione ? Quo alleviamento ? Quo refrigerio ? Quo requie ? Quo otio ? Quo quiete ? Quo tranquillitate ? Quo pace ? Quo securitate ? Quo fiducia ? Quo confidentia ? Quo audacia ? Quo temeritate ? Quo impudentia ? Quo impudicitia ? Quo petulantia ? Quo lascivia ? Quo libidine ? Quo luxuria ? Quo scelere ? Quo nefario ? Quo nefando ? Quo flagitio ? Quo facinore ? Quo crimine ? Quo delicto ? Quo peccato ? Quo vitio ? Quo malo ? Quo damno ? Quo detrimento ? Quo incommodo ? Quo dispendio ? Quo jactura ? Quo periculo ? Quo discrimine ? Quo exitio ? Quo exitio ? Quo ruina ? Quo interitu ? Quo pernicie ? Quo malo ? Quo malo ? Quo malo

Ramos in 2. 2. q. 64. art. 7. dub. 3. Menoch. *Illustr. cap. 49. num. 12. cum seq.* Valent. 1. 2. *disp.* 3. q. 17. *puncto* 1. Farin. *in praxi crim. l. 4. quæst.* 119. *num.* 28. & *consil. 9. lib.* 1. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 61. *art.* 1. *vers.* 12. Zerol. *in praxi Episcop. verbo, Duellum*, Quarant. in *Summa Bullarii cum addit.* Prosper de Augustino *verbo, Duellum*, *pag. mihi* 218. Sayr. in *Clavi Regia, lib.* 7. *cap.* 23. *num.* 11. *cum seqq.* & *de Censuris*, 3. *tom.* 31. *a num.* 29. novissime Petr. Caball. in *tract. de omni genere homicidii a num.* 78. *cum multis seqq.* plures ex antiquioribus refert Ceued. ad *Decret. collect.* 127. *num.* 4. Et ex doctissimis Religiosis societatis Jesu Vide Petr. Henrig. *in summ. lib.* 13. *cap.* 19. § 3. P. Paul. Comitol. *Respons. Moral. lib.* 6. *quæst.* 13. *cum seqq.* P. Molin. *de justit. tract.* 3. *disput.* 17. Pat. Martin. Delr. *Disquisit. Magic. lib.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 4. *sect.* 2. & nuper P. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 21. *cap.* 7. *a num.* 73. novissime P. Sanch. in *Præcepta Decalogi l.* 2. *cap.* 38. *num.* 19. *cum seqq.* * Vide etiam Caball. a Bobadilla in *lib.* 2. *sua Politicæ cap.* 14. *ex num.* 39. Jo. Ramirez *de conformatione Ordinis Divi Jacobi cap.* 13. *ex n.* 25. Ricc. in *sua prax. vers. resolut. cap.* 170. Doctor Vincentius Blasio *tom.* 2. *histor. Ecclesiast. & secular. Regni Arragon. lib.* 3. *cap.* 11. *fol.* 253. Stephe Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *discept.* 410.

* Constitutionem Clem. VIII. incip. Illius vices, quam edidit anno Domin. 1591. renovate Bullam quandam de hac re editam a Pio IV. & confirmatæ alteram Gregor. XIII. incip. Ad tollendam, editam anno incarnat. 1582. 9. Decembris, refert late, & eleganter P. Valer. Reginald. *dict. lib.* 21. *num.* 82. *cum seqq.* ubi resolvit, Gregor. XIII. in prædicta Bulla extendere impositas in Concilio, in præsenti, pœnas adversus omnes illos, qui non publice quidem, privatim tamen ex conducto, statuto tempore, & in loco convento monomachiam commiserint, etiamsi nulli parmi, sociive ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæ provocationis litteræ, aut denuntiationis chartulæ præcesserint. Quas etiam pœnas extendere testatur contra locorum Dominos, si certamen ex conducto permiserint, aut quantum in se fuerit, non prohibuerint, nec non contra eos omnes, qui duellum hujusmodi fieri mandaverint, instigaverint, auxilium, consilium, vel favorem dederint, aut equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia subsidia, scienter submiserint, aut ex compositione spectatores, vel socios, si se quovis modo præbuerint, etiamsi illi, qui ad locum destinatum pugnatum accesserunt, impedire pugnam non commiserint, si per scipsos non valuerit, quo minus illa committeretur.

2 Utrum licitis sint illi conflictus patrocinantes, qui inter hostes solent fieri tempore belli, inter unum & unum, decem & decem? Vide Cajet. 2. 2. *quæst.* 95. *in fine.* Farr. & Navarra *lib.* 2. *de Restit. cap.* 3. *num.* 245. & 246. Paur. Sanch. in *præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 19. *a num.* 12. Pat. Valer. Reginald. *d. lib.* 21. *num.* 79.

3 Utrum Concilium in præsenti procedat, quando duellum fuerit commissum in loco privato, & non tuto, sine patrinis, sociisve ad id vocatis, ac sine provocationis litteris, & chartellis, ac etiam pugna non perfecta? Affirmant P. Valer. Reginald. in *tract. de Josephi. Ludov. Peruf. decis.* 11. Aloys. Ric. *in collect. dec.* 3. 3. *collect.* 616. Farinac. *d. q.* 9. *n.* 32. Quarant. *d. verbo, Duellum*, vers. *Novissime*, ubi refert ita declarasse S. D. N. Clement. VIII. die 2. Septembr. 1592. Sacr. Resolventes Concil. in præsenti de solo duello solemni, quod auctoritate publica & patrinis fiebat, locutum fuisse, Bobadil. in *sua Polit. l.* 2. *cap.* 14. *n.* 41. & post Navar. & P. Sanch. *d. cap.* 39. *n.* 22.

4 An pro honoris defensione duellum licitum sit? Negant Bernad. Grævæ. ad *pract. cameræ imper. lib.* 2. *concl.* 100. *consid.* 2. P. Valer. Regin. *d. lib.* 21. *n.* 80. ubi e vino tesserina nullum de causa licitum fuisse duellum suscipere.

5 *Inter Christianos concesserunt.*) An concedat inter infideles? Negant P. Mart. Delr. *d.* 5. 4. *n.* 16. P. Sanch. *d. cap.* 39. *n.* 29. ab initio dicit, si Christiano pugnaturo cum infideli in suo regno locum concederet.

6 *Incurrant.*) Vide P. Valer. Reginald. *d. lib.* 22. *num.* 76. *seq. privilegia*, ubi resolvit, non obstare, quod Concilium in præsenti utatur verbis imperativi modi, quæ videri possunt significare non sententiam latam, sed ferendam per judicem, quia ea non dinguntur ad judicem, ut confirmatio requiratur illius actionem, sed ad reum, quem per imperium efficax ligavit.

7 *Cervant R. el justice seputture.*) Morientes in duello sepultura privari, resolvunt D. Martin Carillo, *en la Explication de la Bulla de las disenciones, part.* 2. *cap.* 41. *num.* 55. P. Valer. Reginald. *d. lib.* 22. *num.* 76. *vers. Item die.* * Ric. in *pract. quæst. resol. cap.* 170. Stephe Gratian. *discept.* 140.

Vide annotat. ad hoc *caput in appendice sub discursu* 30. *Card. de Luca.*

CA-

CAPUT XX.

Cogantur omnes Principes Catholici conservare omnia sancita, quibus immunitas Ecclesiastica declaratur, a prædictorum Principum Officialibus minimè lædenda, sed bene conservanda.

* CUpiens sancta Synodus Ecclesiasticam disciplinam in Christiano populo non solum restitui, sed etiam perpetuo sartam tectam a quibuscunque impedimentis conservari, præter ea, quæ de Ecclesiasticis personis constituit, seculares quoque Principes officii sui admonendos esse censuit; confidens eos, ut Catholicos, quos Deus sanctæ fidei Ecclesiæque protectores esse voluit, jus suum Ecclesiæ restitui, non tantum esse concessuros, sed etiam (*a*) subditos suos omnes ad debitam erga Clerum, Parochos, & superiores ordines reverentiam revocaturos; nec permissuros, ut officiales, aut inferiores magistratus Ecclesiæ & personarum Ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua violent; sed una cum ipsis principibus debitam sacris summorum (*b*) Pontificum, & Conciliorum constitutionibus observantiam præstent, Decernit itaque & præcipit, (*c*) sacros Canones & Concilii generalis omnia, nec non alias Apostolicas sanctiones, in favorem Ecclesiasticarum personarum, libertatis Ecclesiasticæ, & contra ejus violatores editas, quæ omnia præsenti etiam decreto innovat, & exacte ab omnibus observari debere. Propterea que admonet Imperatorem, Reges, Resp. Principes, & omnes & singulos, cujuscunque status & dignitatis existerint, ut quo largius bonis temporalibus, atque in alios potestate sunt ornati, eo sanctius, quæ Ecclesiastici juris sunt, tanquam Dei præcepta, * eisque patrocinio tecta venerentur; nec ab ullis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, aliisve Dominis temporalibus, seu magistratibus, maximeque ministris ipsorum Principum lædi patiantur, sed severe in eos, qui illius libertatem, immunitatem atque jurisdictionem impediant, animadvertant, quibus etiam ipsimet exemplo ad pietatem, religionem, Ecclesiarumque protectionem existant, (*d*) imitantes anteriores optimos, religiosissimosque Principes, qui res Ecclesiæ sua imprimis auctoritate ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum injuria vindicarunt. Adeoque ea in re quisque officium suum sedulo præstet: quo cultus divinus devote exerceri, & Fidelium, exterique Clerici in residentiis & officiis suis quieti, & sine impedimentis, cum fructu & ædificatione populi permanere valeant.

Aquisgra. c. 3. Conc. Lateran. ibi Leon. X. sess. 3. x 10.

d cap. Valentinian. dist. c. Ecclesiæ in cap. fin. 87. dist. c. Constant. & cap. ult. 96. dist.

a c. Conc. 5. hinc 17. dist. quis dubitet. c. duo sunt. & cap. fin. 96. dist.

b Pii 2. ep. 3.

c cap. pervenit. 86. dist. cap. si quis insolense, 17. q. 4. tota tit. de immun. Eccles. quamquam de consil. in 6. c. solicit. de præbend. lib. Conc. Tridentini. & vers. Statuimus. & vers. Sanctimus, Conc.

REMISSIONES.

* Vide Gutier. *lib.* 3. *pract. quæst.* 1. & 3. Bobadillam *lib.* 2. *Politicæ cap.* 14. *per totum*, & *præcipue num.* 3. *in fin.* & *n.* 17. Farinac. *in praxi crim. quæst.* 28. *ex num.* 74. Josephi de Sesse in *suo singulari tractatu Inhibitorio. cap.* 8. §. 4. *n.* 26. & *in cap.* 9. §. 1. Michael. Aigam *de exhibend. avisil. fundamenta*, 22. *fol. mihi* 85. Mattam *de jurisdictione* 4. *p. centur.* 2. *casu* 101. & 102. Canob. *in suis pract. qq. in* 5. 4. *num.* 1. & 2.

a *Et Canonicis sanctionibus constitutam.*) Utrum exemptio Clericorum quoad forum, sit juris humani an Divini? Vide Covat. *Pract. cap.* 31. *num.* 2. Medin. in *Cod. de Restit. quæst.* 15. Chasian. ad *consuetudin. Burgund. Rub.* 1. §. 3. *fol.* 30. *num.* 27. *cum seq.* Menoch. *Illustr. cap.* 22. *num.* 8. & *de secuest. cerat.* §. 22. *num.* 55. Navar. in *cap. Novit. nat.* 3. *num.* 52. *de judic.* Perez. *lib.* 2. *tit.* 3. *lib.* 2. *Ord. pag.* 55. Humad. *lib.* 12. *tit.* 2. *part.* 6. *glos.* 2. *num.* 8. Sanch. *cons.* 362. *n.* 46. & 55. Anastas. Germon. *de Sacrorum immunit. lib.* 3. *c.* 13. *a n.* 15. Farinac. in *praxi*

crimin. quæst. 8. n. 2. Flamin. de Resig. lib. 7. quæst. 9. n. 3. Gatti. de nobil. ginsf. 9. n. 1. Mori. in Emporio juris p. 1. tit. 2. quæst. 12. Cæval. Commun. contra Comm. quæst. 553. Soar. de Fid. tom. 2. prælud. 2. n. 2. P. Molin. de Just. tract. 2. disp. 31. contr. 1. & 3. Valasc. cons. 100. num. 8. P. Azor. Instit. Moral. p. 1. lib. 5. cap. 12. P. Paul. Comitol. Resp. Moral. lib. 1. quæst. 92. Sayr. in Clavi Regia, lib. 12. cap. 3. num. 36. cum seq. D. Matt. de Jurisd. p. 4. causa 64. num. 1. Castill. Quæstd. lib. 2. cap. 51. num. 29. cum seq. Cened. ad Decret. collect. 37. num. 1. & Com. quæst. libr. 1. quæst. 4. per totam. Ex nostris Lusitanis Et. Emman. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 62. art. 2. Cabed. part. 2. dec. 83. n. 10. novissime Cald. Pereira in Comment. ad leg. unic. Cod. ex delictis defunct. part. 1. num. 54. Fr. Anton. de Sousa in Relect. de Censuris Bullæ Cænæ cap. 19. disp. 91.

† *Præsenti etiam decreto innovat, &c.*) Vide de Paz. in prax. tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 1. ex n. 16. Bajard. ad Jul. Clar. in quæst. n. 5. Farin. d. q. 28. n. 1. & 5. D. Sesse d. §. 4. n. 27. Jo. Gutrier. practic. quæst. lib. 1. q. 1. n. 7.

* *Tanquam Dei præcepta.*) Vide Bobadill. d. lib. 2. cap. 11. n. 258.

Vide annotar. ad hoc caput *in appendice sub discursu 50. Card. de Luca.*

CAPUT XXI.

Quomodo decreta hujus Concilii intelligantur, salva Sedis Apostolicæ auctoritate.

POstremo S. Synodus omnia & singula sub quibuscunque clausulis & verbis, quæ de morum reformatione atque Ecclesiastica disciplina, tam sub Pauli record. Paulo III. ac Julio III. quam sub Beatissimo Pio IV. Pontificibus Maximis; in hoc (*a*) sacro Concilio statuta sunt, declarat, ita Decreta fuisse, ut in his salva semper auctoritas Sedis Apostolicæ & sit, & esse intelligatur.*

(*a*) c. 1. de reform. c. 2. de reform.

Decretum de continuanda Sess. in diem sequentem.

Cum ea omnia, quæ in præsenti Sessione tractanda erant, quia hora tarda est, commode expediri non possint; propterea juxta id, quod in generali Congregatione a Patribus statum fuit, ea quæ supersunt, in diem crastinam, hanc eandem Sessionem continuando, differuntur.

REMISSIONES.

* *Ut in his salva semper auctoritas Sedis Apostolicæ sit, & esse intelligatur.*) Unam derogatione speciali opus fit in concilio nibus Sanctissimi Domini nostri Papæ aversus Concilium factis & negative respondit sacra Cardinalium Congregatio, & quæ quita est Rota coram Pamphil. in causa sancti Angeli pensionis 16. Decemb. 1592. & in alia Feretrina pensionis 21. Januarii 1602. coram Domino Ottembergo relata a Marquisano *de commissar. part. 1. tit. de commissione appellat. in causis pensionum. §. 1. fol. mihi 325.*

CONTINUATIO SESSIONIS
DIE IV. DECEMBRIS.

Decretum de Indulgentiis.

« CUm potestas conferendi Indulgentias a Christo Ecclesiæ concessa sit, atque hujusmodi potestate, divinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit; sacrosancta Synodus indulgentiarum usum, Christiano populo maxime salutarem, & sacrorum Conciliorum auctoritate probarum, in Ecclesia retinendum esse docet, & præcipit, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. In iis tamen concedendis moderationem juxta veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem adhiberi cupit; ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina enervetur. Abusus vero, qui in his irrepserunt, quorum occasione insigne hoc Indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur, emendatos, & correctos cupiens, præsenti Decreto generaliter statuit pravos quæstus omnes * pro his consequendis, unde plurima in Christiano populo abusuum causa fluxit, omnino abolendos esse. Cæteros vero, qui ex superstitione, ignorantia, irreverentia, aut aliunde quomodocumque provenerunt, cum ob multiplices locorum, & provinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas commode nequeant specialiter prohiberi; mandat omnibus Episcopis, ut diligenter quisque hujusmodi abusus Ecclesiæ suæ colligat, eosque in prima Synodo Provinciali referat: ut aliorum quoque Episcoporum sententia cognita, statim ad summum Romanum Pontificem deferantur: cujus auctoritate & prudentia, quod Universali Ecclesiæ expediet, statuatur: ut ita sanctarum indulgentiarum munus pie, sancte, & incorrupte omnibus fidelibus dispensetur.

REMISSIONES.

a Vide Angles in *Floribus Theologicarum quæst. cap. de Indulgent.* Navarr. in *particulari opere.* P. Valent. *tom. 4. disput. 7. quæst. 20.* P. Soarez *tom. 4. propè finem.* P. Henriquez in *summæ part. 1. lib. 7. de Indulgent.* P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. lib. 7. a num. 94. cum seq.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 12.* Bald. Junium *super opera controvers. bellarm. part. 1. lib. 6. de Indulgent.*

* *Pravos quæstus omnes.*) Vide *supra sess. 21. de reform. cap. 9.* Hugolin. *de offic. & potest. Episc. part. 2. cap. 41. §. 3. num. 1.*

De delectu ciborum, jejuniis, & diebus festis.

Insuper hortatur sancta Synodus, & per sanctissimum Domini nostri atque Salvatoris adventum Pastores omnes obtestatur, ut tamquam boni milites illa omnia, quæ sancta (*a*) Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater & magistra, statuit; necnon ea, quæ tam in hoc Concilio, quam in aliis Oecumenicis statuta sunt, quibuscumque fidelibus sedulo commendent; omnique diligentia utantur, ut illis omnibus, & iis præcipue sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, & jejunia, vel etiam, quæ faciunt ad pietatem augendam, i. ut dierum festorum devota & religiosa celebratio; admonentes populos crebro, (*b*) obedire Præpositis suis: quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient: qui vero contemnunt, Deum ipsum ultorem sentient.

(*a*) c. 1. dist. 12. dist. Vig. in epist. ad Eleuth. in fin. Felix in ep. 3.

(*b*) c. quisquis, 93. dist. c. quia fratres 2. q. 1. Leo. ep.

DECLARATIONES.

1. *Ut dierum festorum devota & religiosa celebratio.*) Nihil innovandum in consuetudine hucusque tolerata in nundinis, quæ non sunt solemnes, sed fiunt peractis sacris in festo alicujus Sancti, ante ejus Ecclesiam, extra tamen atrium.

De Indice Librorum, & Catechismo, Breviario, & Missali.

SAcrosancta (*a*) Synodus in secunda sessione, sub Sanctissimo Domino nostro Pio IV. celebrata, delectis quibusdam Patribus commisit, ut de variis censuris, ac libris, vel suspectis, vel perniciosis, quid facto opus esset, considerarent, atque ad ipsam sanctam Synodum referrent: audiens nunc huic operi ab eis extremam

(*a*) Sup. sess. 18. in prin.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

crimin. quæst. 8. n. 2. Flamin. de Resig. lib. 7. quæst. 9. n. 3. Gatti. de nobil. ginsf. 9. n. 1. Mori. in Emporio juris p. 1. tit. 2. quæst. 12. Cæval. Commun. contra Comm. quæst. 553. Soar. de Fid. tom. 2. prælud. 2. n. 2. P. Molin. de Just. tract. 2. disp. 31. contr. 1. & 3. Valasc. cons. 100. num. 8. P. Azor. Instit. Moral. p. 1. lib. 5. cap. 12. P. Paul. Comitol. Resp. Moral. lib. 1. quæst. 92. Sayr. in Clavi Regia, lib. 12. cap. 3. num. 36. cum seq. D. Matt. de Jurisd. p. 4. causa 64. num. 1. Castill. Quæstd. lib. 2. cap. 51. num. 29. cum seq. Cened. ad Decret. collect. 37. num. 1. & Com. quæst. libr. 1. quæst. 4. per totam. Ex nostris Lusitanis Et. Emman. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 62. art. 2. Cabed. part. 2. dec. 83. n. 10. novissime Cald. Pereira in Comment. ad leg. unic. Cod. ex delictis defunct. part. 1. num. 54. Fr. Anton. de Sousa in Relect. de Censuris Bullæ Cænæ cap. 19. disp. 91.

† *Præsenti etiam decreto innovat, &c.*) Vide de Paz. in prax. tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 1. ex n. 16. Bajard. ad Jul. Clar. in quæst. n. 5. Farin. d. q. 28. n. 1. & 5. D. Sesse d. §. 4. n. 27. Jo. Gutrier. practic. quæst. lib. 1. q. 1. n. 7.

* *Tanquam Dei præcepta.*) Vide Bobadill. d. lib. 2. cap. 11. n. 258.

Vide annotar. ad hoc caput *in appendice sub discursu 50. Card. de Luca.*

CAPUT XXI.

Quomodo decreta hujus Concilii intelligantur, salva Sedis Apostolicæ auctoritate.

POstremo S. Synodus omnia & singula sub quibuscunque clausulis & verbis, quæ de morum reformatione atque Ecclesiastica disciplina, tam sub Pauli record. Paulo III. ac Julio III. quam sub Beatissimo Pio IV. Pontificibus Maximis; in hoc (*a*) sacro Concilio statuta sunt, declarat, ita Decreta fuisse, ut in his salva semper auctoritas Sedis Apostolicæ & sit, & esse intelligatur.*

(*a*) c. 1. de reform. c. 2. de reform.

Decretum de continuanda Sess. in diem sequentem.

Cum ea omnia, quæ in præsenti Sessione tractanda erant, quia hora tarda est, commode expediri non possint; propterea juxta id, quod in generali Congregatione a Patribus statum fuit, ea quæ supersunt, in diem crastinam, hanc eandem Sessionem continuando, differuntur.

REMISSIONES.

* *Ut in his salva semper auctoritas Sedis Apostolicæ sit, & esse intelligatur.*) Unam derogatione speciali opus fit in concilio nibus Sanctissimi Domini nostri Papæ aversus Concilium factis & negative respondit sacra Cardinalium Congregatio, & quæ quita est Rota coram Pamphil. in causa sancti Angeli pensionis 16. Decemb. 1592. & in alia Feretrina pensionis 21. Januarii 1602. coram Domino Ottembergo relata a Marquisano *de commissar. part. 1. tit. de commissione appellat. in causis pensionum. §. 1. fol. mihi 325.*

CONTINUATIO SESSIONIS
DIE IV. DECEMBRIS.

Decretum de Indulgentiis.

« CUm potestas conferendi Indulgentias a Christo Ecclesiæ concessa sit, atque hujusmodi potestate, divinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit; sacrosancta Synodus indulgentiarum usum, Christiano populo maxime salutarem, & sacrorum Conciliorum auctoritate probarum, in Ecclesia retinendum esse docet, & præcipit, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. In iis tamen concedendis moderationem juxta veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem adhiberi cupit; ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina enervetur. Abusus vero, qui in his irrepserunt, quorum occasione insigne hoc Indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur, emendatos, & correctos cupiens, præsenti Decreto generaliter statuit pravos quæstus omnes * pro his consequendis, unde plurima in Christiano populo abusuum causa fluxit, omnino abolendos esse. Cæteros vero, qui ex superstitione, ignorantia, irreverentia, aut aliunde quomodocumque provenerunt, cum ob multiplices locorum, & provinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas commode nequeant specialiter prohiberi; mandat omnibus Episcopis, ut diligenter quisque hujusmodi abusus Ecclesiæ suæ colligat, eosque in prima Synodo Provinciali referat: ut aliorum quoque Episcoporum sententia cognita, statim ad summum Romanum Pontificem deferantur: cujus auctoritate & prudentia, quod Universali Ecclesiæ expediet, statuatur: ut ita sanctarum indulgentiarum munus pie, sancte, & incorrupte omnibus fidelibus dispensetur.

REMISSIONES.

a Vide Angles in *Floribus Theologicarum quæst. cap. de Indulgent.* Navarr. in *particulari opere.* P. Valent. *tom. 4. disput. 7. quæst. 20.* P. Soarez *tom. 4. propè finem.* P. Henriquez in *summæ part. 1. lib. 7. de Indulgent.* P. Valer. Regin. in *praxi fori pœnit. lib. 7. a num. 94. cum seq.* P. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 12.* Bald. Junium *super opera controvers. bellarm. part. 1. lib. 6. de Indulgent.*

* *Pravos quæstus omnes.*) Vide *supra sess. 21. de reform. cap. 9.* Hugolin. *de offic. & potest. Episc. part. 2. cap. 41. §. 3. num. 1.*

De delectu ciborum, jejuniis, & diebus festis.

Insuper hortatur sancta Synodus, & per sanctissimum Domini nostri atque Salvatoris adventum Pastores omnes obtestatur, ut tamquam boni milites illa omnia, quæ sancta (*a*) Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater & magistra, statuit; necnon ea, quæ tam in hoc Concilio, quam in aliis Oecumenicis statuta sunt, quibuscumque fidelibus sedulo commendent; omnique diligentia utantur, ut illis omnibus, & iis præcipue sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, & jejunia, vel etiam, quæ faciunt ad pietatem augendam, i. ut dierum festorum devota & religiosa celebratio; admonentes populos crebro, (*b*) obedire Præpositis suis: quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient: qui vero contemnunt, Deum ipsum ultorem sentient.

(*a*) c. 1. dist. 12. dist. Vig. in epist. ad Eleuth. in fin. Felix in ep. 3.

(*b*) c. quisquis, 93. dist. c. quia fratres 2. q. 1. Leo. ep.

DECLARATIONES.

1. *Ut dierum festorum devota & religiosa celebratio.*) Nihil innovandum in consuetudine hucusque tolerata in nundinis, quæ non sunt solemnes, sed fiunt peractis sacris in festo alicujus Sancti, ante ejus Ecclesiam, extra tamen atrium.

De Indice Librorum, & Catechismo, Breviario, & Missali.

SAcrosancta (*a*) Synodus in secunda sessione, sub Sanctissimo Domino nostro Pio IV. celebrata, delectis quibusdam Patribus commisit, ut de variis censuris, ac libris, vel suspectis, vel perniciosis, quid facto opus esset, considerarent, atque ad ipsam sanctam Synodum referrent: audiens nunc huic operi ab eis extremam

(*a*) Sup. sess. 18. in prin.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tremam manum impositam esse ; nec tamen, ob librorum varietatem, & multitudinem, distincte, & commode possit a sancta Synodo judicari, præcipit, ut quidquid ab aliis præstitum est, Sanctissimo Romano Pontifici exhibeatur ; ut ejus judicio, atque auctoritate terminetur, & evulgetur. Idemque de (*b*) Catechismo a Patribus, quibus illud mandatum fuerat, i. & de Missali, & Breviario fieri mandat.

[a] Vide sess. 24. c. 7.

DECLARATIONES.

De Missali.

1. *Et de Missali.*) Pius V. in Bulla posita in Missali Romano, ex Decreto Conc. Trid. a se restituto, sustulit omnes alias cæremonias, preces & ritus ex aliis Missalibus, quantumvis vetustis hactenus observari consuetos, derogans consuetudini etiam immemorabili.

Celebrantes cum alio Missali, quam cum hoc reformato, qui alias ex dicta Bulla tenentur, incurrant in peccatum mortale, & scienter & absque justa & rationabili causa id faciunt.

De loco Oratorum.

DEclarat sancta Synodus, ex loco assignato Oratoribus, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus, in sedendo, incedendo, aut quibuscumque aliis actibus, nullum cuiquam eorum factum fuisse præjudicium ; sed omnia illorum, & Imperatoris, Regum, Rerum publicarum, ac Principum suorum jura, & prærogativas illæsas & salvas esse, in eodemque statu permanere, prout ante præsens Concilium reperiebantur.

De recipiendis & observandis Decretis Concilii.

Tanta fuit horum temporum calamitas, & hæreticorum inveterata malitia, ut nihil tam clarum in fide nostra asserenda unquam fuerit, aut tam certo statutum; quod non humani generis hostis suadente, illi errore aliquo contaminaverint : ea propter sancta Synodus id potissimum curavit, ut præcipuos hæreticorum nostri temporis errores damnaret, & anathematizaret ; veramque & Catholicam doctrinam traderet, & doceret, prout damnavit, anathematizavit, & definivit. Cumque tamdiu tot Episcopi, ex variis Christiani orbis Provinciis evocati, sine magna gregis sibi commissi jactura, & universali periculo ab Ecclesiis abesse non possint; nec ulla spes restet, hæreticos, toties, fide etiam publica, quam desiderarunt, invitatos, & tamdiu expectatos, huc amplius adventuros, ideoque tandem huic sacro Concilio finem imponere necesse sit ; superest nunc, ut Principes omnes, quod facit, in Domino moneat, ad operam suam ita præstandam, ut, quæ ab ea decreta sunt, ab hæreticis depravati, aut violari non permittant ; sed ab his, & omnibus devote recipiantur, & fideliter observentur. Quod si in his recipiendis 1. aliqua difficultas oriatur ; aut aliqua incidentia, quæ declarationem, quod non credit, aut definitionem postulant, præter alia media, in hoc Concilio instituta, confidit sancta Synodus, Beatissimum Romanum Pontificem curaturum, ut vel evocatis ex illis præsertim Provinciis, unde difficultas orta fuerit, iis, quos eidem negotio tractando videbit expedire, vel etiam Concilii generalis celebratione, si necessarium judicaverit, vel commodiore quacumque ratione ei visum fuerit, Provinciarum necessitatibus pro Dei gloria, & Ecclesiæ tranquillitate consulatur.

DE-

DECLARATIONES.

De recipiendis, & observandis Decretis Concilii.

1. *Aliqua difficultas oriatur.*) Causis gravibus, quæ committuntur in Rota, apponatur hæc clausula, quæ in causis Salamantinensi prius apposita fuit, scilicet : *Committatur in Rota, cum facultate inhibendi, prævia tamen matura causæ cognitione, & decretis Concilii in hac parte editis diligenter prius consideratis ; & discussis in Rota.*

Decreta & literæ Congregationis Concilii remotis litibus sunt executioni demandandæ, nec super his sententia vel Decretum aliquod est iterum faciendum.

S. D. N. Gregorius XIII. reducit ad terminos Decretorum Concilii eas tantum materias, de quibus Concilium disposuit ; eas autem, de quibus Concilium nihil decrevit, reliquit in terminis, in quibus erat ante Concilium ; & ideo, si qua ipsis Regulatibus privilegia eo tempore indulta fuerunt, quæ Decretis Conc. non adversantur, Sanctitas sua non sustulit.

In una Pisiensi, Rota avocavit ad se quasi possessionem : opposuit se Præpositus, qui cum Abbate de Florentia litigabat super jure visitationis de Decreto Concilii, *cap. 2. sess. 21.* Congregatio consulta respondit, licuisse Rotæ avocare sibi quasi possessionem, & posse procedere in causa ad ulteriora.

Cum dubitari, *ante publicationem Concilii*, non intelligunt in aliqua particulari Diœcesi, sed ante Kalend. Majt, 1564. secundum declarationem Pii IV. modo accedant reliqua.

S. D. N. Gregorius XIII. voluit illas tantum declarationes Pii IV. salvas esse, de quibus fuerat Apostolicæ jam expeditæ, aut supplicationes signatæ & registratæ fuerunt.

Episcopo Lendiensi, qui quæsivit, an publicato Concilio Tridentino facta in urbe, leges Leodienses, ubi nec hodie per Episcopum publicatum fuit ? Responditi Congregatio, ligare debere, modo concurrant, quæ supra *Sess. 24. de reform. Matrim. 1.* §. *Post triginta dies.*

De recitandis Decretis Concilii, sub Paulo III. & Julio III. in Sessione.

Quoniam (*a*) diversis temporibus, tam sub fel. rec. Paulo III. quam Julio III. multa in hoc sacro Concilio quoad dogmata, ac morum reformationem statuta, & definita sunt ; vult sancta Synodus, ut illa nunc recitentur, & legantur.

[a] Sup. sess. 1. c. 2. 15. & 24.

Recitata sunt.

De fine Concilii, & Confirmatione petenda a Sanctissimo Domino nostro.

Illustrissimi Domini, Reverendissimique Patres, Placetne vobis, ut ad laudem Dei omnipotentis huic sacræ Oecumenicæ Synodo finis imponatur ? & omnium, & singulorum, quæ tam sub fel. record. Paulo III. & Julio III. quam sub S. D. N. Pio IV. Romanis Pontificibus, in ea decreta & definita sunt, (*b*) Confirmatio nomine sanctæ hujus Synodi per Apostolicæ Sedis Legatos, & Præsidentes a Beatissimo Romano Pontifice petatur ?

[b] Juxta Gel. Pap. super Concil. Chalc. & Pelagium PP. 2. 11 ep. Decr. & Mirc. in epist. decret. ad Epist. Antioch. provin. & Concil. Chalc. act. 3. & Ni. 1. ap. d Gratian. c. 13. 21. Romanorum.

Responderunt : Placet.

Postmodum Illustrissimus & Reverendissimus Cardinalis Moronus, primus Legatus & Præsidens, benedicens sanctæ Synodo, dixit : Post gratias Deo actas Reverendissimi Patres ite in pace. *Qui responderunt :* Amen.

AC-

ACCLAMATIONES

PATRUM IN FINE CONCILII.

CARDINALIS A LOTHARINGIA.

Beatissimo PIO Papæ, & Domino nostro, Sanctæ Universalis Ecclesiæ Pontifici, multi anni, & æterna memoria.

RESPONSIO PATRUM.

Domine Deus, Sanctissimum Patrem diutissime Ecclesia tua conserva multos annos.

Card. *Beatissimorum summorum Pontificum animabus Pauli III. & Julii III. quorum auctoritate hoc sacrum generale Concilium inchoatum est, pax a Domino & æterna gloria atque felicitas in luce Sanctorum.*

Resp. *Memoria in benedictione sit.*

Card. *Caroli V. Imperatoris, & serenissimorum Regum, qui hoc universale Concilium promoverunt, & protexerunt, memoria in benedictione sit.*

Resp. *Amen, Amen.*

Card. *Serenissimo Imperatori Ferdinando, semper Augusto, Orthodoxo & pacifico, & omnibus Regibus, Rebuspubl. & Principibus nostris, multi anni.*

Resp. *Fiant & Christianum Imperatorem Domine conserva, Imperator cœlestis terrenos Reges, rectæ fidei conservatores custodi.*

Card. *Apostolicæ Romanæ Sedis Legati, & in hac Synodo Præsidentibus, cum multis annis magna gratiæ.*

Resp. *Magna gratia: Dominus retribuat.*

Card. *Reverendiss. Cardinalibus, & Illustribus Oratoribus.*

Resp. *Magnas gratias, multos annos.*

Card. *Sanctiss. Episcopis vita & felix ad Ecclesias suas reditus.*

Resp. *Præconibus veritatis perpetua memoria: Orthodoxo senatui multos annos.*

Card. *Sacrosancta Oecumenica Tridentina Synodus: ejus fidem confitemur, ejus decreta semper servemus.*

Resp. *Semper confiteamur, semper servemus.*

Card. *Omnes ita credimus: omnes idipsum sentimus: omnes consentientes & amplectentes subscribimus. Hæc est fides BB. Petri & Pauli Apostolorum: hæc est fides Patrum, hæc est fides Orthodoxorum.*

Resp. *Ita credimus, ita sentimus, ita subscribimus.*

Card. *His decretis inhærentes, digni reddamur misericordiis & gratia primi & magni supremi Sacerdotis JESU Christi Dei, intercedente simul inviolata Domina nostra sancta Deipara, & omnibus sanctis.*

Resp. *Fiat, Fiat. Amen, Amen.*

Card. *Anathema sanctis hæreticis.*

Resp. *Anathema, Anathema.*

Post

Post hæc mandatum fuit a Legatis, & Præsidentibus sub pœna excommunicationis omnibus Patribus, ut, antequam discederent a civitate Tridentina, subscriberent manu propria decretis Concilii; aut ea per publicum instrumentum approbarent: qui omnes deinde subscripserunt, & fuerunt numero CCLV. videlicet Legati IV. Cardinales II. Patriarchæ III. Archiepiscopi XXV. Episcopi CLXVIII. Abbates VII. Procuratores absentium cum legitimo mandato XXXIX. Generales Ordinum VII.

LAUS DEO.

Concordat cum Originali: in cujus fidem subscripsimus:

Ego Angelus Massarellus, Episcopus Thelesinus, sacri Concil. Trid. Secr.
Ego Marcus Antonius Peregrinus, Comensis, ejusdem Concil. Notarius.
Ego Cynthius Pamphilus, Clericus Camerinensis diœcesis, ejusdem Conc. Not.

CONFIRMATIO CONCILII.

NOs Alexander, S. Laurentii in Damaso Diaconus Cardinalis, de Farnesio, S. R. E. Vicecancellarius, fidem facimus & attestamur, qualiter hodie, die Mercurii, XXVI. Januarii M. D. LXIV. Pontificatus Sanctissimi Domini nostri D. Pii, Divina providentia Papæ IV. anno quinto, in Consistorio secreto, apud S. Petrum, Reverendiss. DD. mei, Cardinales Moronus & Simoneta, nuper reversi a sacro Concilio Tridentino, cui uti Sedis Apostolicæ Legati præerant, petierunt ab eodem S. D. N. ut infra.

Beatissime Pater, in Decreto super fine Concilii Oecumenici Tridentini, pridie Nonas Decembris præteriti publicato, statutum fuit ut per Sanctitatis vestræ & sanctæ Sedis Apostolicæ Legatos & Præsidentes peteretur nomine dicti Concilii a Sanctitate vestra confirmatio omnium & singulorum, quæ tam sub fel. rec. Paulo III. & Julio III. quam sub Sanctitate vestra in eo decreta & definita sunt. Quapropter nos Joannes Cardinalis Moronus & Ludovicus Cardinalis Simonetta, qui tunc Legati & præsidentes eramus, volentes exequi, quod in dicto Decreto stabilitum fuit, humiliter petimus nomine dicti Concilii Oecumenici Tridentini, ut Sanctitas vestra dignetur confirmare omnia & singula, quæ tam sub fel. rec. Paulo III. & Julio III. quam sub Sanctitate vestra in eo decreta & definita sunt.

Quibus auditis, Sanctitas Sua, viso & lecto tenore dicti Decreti, & habitis votis Reverendiss. DD. meorum Cardinalium, respondit per hæc verba.

Petitioni nomine Concilii Oecumenici Tridentini super ejus confirmatione per dictos Legatos nobis factæ annuentes, omnia & singula, quæ in dicto Concilio tam sub fel. rec. Paulo III. & Julio III. prædecessoribus nostris, quam Pontificatus nostri tempore decreta & definita sunt, auctoritate Apostolica, etiam de Venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium consilio & assensu, matura cum illis deliberatione præhabita, confirmamus, atque ab omnibus Christi fidelibus recipi & inviolabiliter observari mandamus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Ita est.

A Cardinalis Farnesius, Vicecancellarius.

BUL-

BULLA S. D. N. PII,

DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IV.

SUPER CONFIRMATIONE Oecumenici Generalis Concilii Trid.

PIUS Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

BEnedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui respicere dignatus Ecclesiam suam sanctam tot procellis & tempestatibus agitatam atque vexatam, & gravius in dies laborantem, apto tandem ei subvenit optatoque remedio. Ad plurimas & perniciosissimas hæreses extirpandas, ad corrigendos mores, & restituendam Ecclesiasticam disciplinam, ad pacem & concordiam Christiani populi procurandam, indictum jam pridem in civitate Tridentina Oecumenicum & generale Concilium a piæ memoriæ Paulo III. prædecessore nostro, & sessionibus aliquot habitis cœptum fuerat, ab ejus autem successore Julio in eandem urbem revocatum, post alias sessiones celebratas, variis impedimentis & difficultatibus objectis, ne tum quidem peragi potuerat: itaque diutius intermissum fuerat, non sine maximo mœrore piorum omnium, cum quotidie magis Ecclesia ejusmodi remedium imploraret. Nos autem post susceptum Sedis Apostolicæ regimen, tam necessarium, ac salutare opus, sicut pastoralis sollicitudo monebat, divinæ misericordiæ fiducia perficere aggressi, adjuti pio studio charissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Romanorum Imperatoris electi, & aliorum Christianorum Regum, Reipublicarum, ac Principum, tandem consecuti sumus, quod nec diurnis nec nocturnis curis elaborate desiimus, quodque a Patre luminum assidue precati sumus. Cum enim ex in urbem undique ex Christiani nominis nationibus convenissent, nostra convocata literis, & sua etiam ipsorum pietate excitata, Episcoporum & aliorum insignium Prælatorum matima, & œcumenico Concilio digna frequentia, præter plurimos alios pios & sacrarum literarum scientia, divinique & humani juris cognitione præstantes viros, præsidentibus ipsi Synodo Sedis Apostolicæ Legatis, nobis adeo Concilii libertati faventibus, ut etiam de rebus Sedis Apostolicæ proprie reservatis liberum ipsi Concilio arbitrium per literas, ad Legatos nostros scriptas, ultro permiserimus, quæ de Sacramentis & aliis rebus, quæ quidem necessariæ visæ sunt, tractanda, definienda, & statuenda restabant, ad confirandas hæreses ad tollendos abusus, & emendandos mores a sacrosancta Synodo summa libertate, diligentiaque tractata, & accurate ac mature admodum definita, explicata, statuta sunt. Quibus rebus perfectis, Concilium tanta omnium, qui illi interfuerunt, concordia peractum fuit, ut consensum eum plane a Domino effectum fuisse constiterit: idque in nostris atque omnium oculis valde mirabile fuerit. Pro quo tam singulari Dei munere supplicationes statim in alma hac urbe indiximus, quæ magna cleri & populi pietate celebratæ fuerunt; laudesque & gratias divinæ Majestati merito persolvendas curavimus: cum ejusmodi Concilii exitus, spem magnam & prope certam attulerit, fore, ut majores in dies fructus ad Ecclesiam ex ipsius Decretis, constitutionibusque perveniant. Cum autem ipsa sancta Synodus pro sua erga Sedem Apostolicam reverentia antiquorum etiam Conciliorum vestigiis inhærens, Decretorum suorum omnium, quæ nostro & Prædecessorum nostrorum tempore facta sunt, confirmationem a nobis petierit, Decreto de ea re in publica Sessione facto: Nos ex Legatorum literis prius, deinde post reditum eorum, ex iis, quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, postulatione ipsius Synodi cognita, habita super hac re cum venerabilibus fratribus nostris, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, deliberatione matura, sanctique Spiritus imprimis auxilio invocato, cum ea decreta omnia Catholica, & populo Christiano utilia, ac salutaria esse cognovissemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorumdem fratrum nostrorum consilio, & assensu in Consistorio nostro secreto illa omnia & singula auctoritate Apostolica hodie confirmavimus, & ab omnibus Christi fidelibus suscipienda ac servanda esse decrevimus; sicut harum quoque literarum tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus, & suscipi observarique decernimus. Mandamus autem in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis a sacris Canonibus constitutis, aliisque gravioribus, etiam privationis, arbitrio nostro infligendis, universis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis quibusvis Ecclesiarum Prælatis, cujuscumque status, gradus, Ordinis, & dignitatis sint, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, ut eadem Decreta & statuta in Ecclesiis suis, civitatibus & Diœcesibus, in judicio, & extra judicium diligenter observent, & a subditis quibusque suis, ad quos quomodolibet pertinent, inviolabiliter faciant observari: contradictores quoslibet & contumaces, per sententias, censuras & pœnas Ecclesiasticas etiam in ipsis Decretis contentas, appellatione postposita, compescendo: invocato etiam, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio. Ipsum vero charissimum filium nostrum Imperatorem electum, cæterosque Reges, Respublicas, ac Principes Christianos monemus, & per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi obtestamur, ut qua pietate Concilio per Oratores suos affuerunt, eadem pietate, ac pari studio, divini honoris & populorum suorum salutis causa, pro Sedis quoque Apostolicæ, & sacræ Synodi reverentia, ad ejusdem Concilii exequenda, & observanda Decreta, Prælatis, cum opus fuerit, auxilio & favore suo adsint, neque adversantes sanæ ac salutari Concilii doctrinæ opiniones a populis ditionis suæ recipi permittant, sed eas penitus interdicant. Ad vitand in præterea perversionem, & confusionem, quæ oriri posset, si unicuique liceret, prout ei liberet, in Decreta Concilii commentarios & interpretationes suas edere, Apostolica auctoritate inhibemus omnibus, tam Ecclesiasticis personis, cujuscumque sint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis, quocumque honore, ac potestate præditis; Prælatis quidem sub interdicti ingressus Ecclesiæ, aliis vero, quicumque fuerint, sub excommunicationis latæ sententiæ pœ-

pœnis, ne quis sine auctoritate nostra audeat ullos commentarios, glossas, annotationes, scholia, ullumve omnino interpretationis genus super ipsius Concilii Decretis quocumque modo edere, aut quidquam quocumque nomine, etiam sub prætextu majoris Decretorum corroborationis, aut executionis, aliove quæsito colore, statuere. Si cui vero in eis aliquid obscurius dictum & statutum fuisse, eamque ob causam interpretatione aut decisione aliqua egere visum fuerit; ascendat ad locum, quem Dominus eligit, ad Sedem videlicet Apostolicam, omnium fidelium Magistram, cujus auctoritatem etiam ipsa sancta Synodus tam reverenter agnovit. Nos enim difficultates & controversias, si quæ ex iis Decretis ortæ fuerint, nobis declarandas & decidendas, quemadmodum ipsa quoque sancta Synodus decrevit, reservamus, parati, sicut ea de nobis merito confisa est, omnium Provinciarum necessitatibus ea ratione, quæ commodior nobis visa fuerit, providere: Decernentes nihilominus irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ut hæc autem ad omnium notitiam perveniant, neve quis excusatione ignorationis uti possit; Volumus, & mandamus, ut hæ literæ per aliquos curiæ nostræ Cursores in Basilica Vaticana Principis Apostolorum & in Ecclesia Lateranensi, tunc, cum in eis populus, ut Missarum solemnibus interfit, congregari solet, palam & clara voce recitentur; & postquam recitatæ fuerint, ad valvas earum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur, ibique ut legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autem inde amovebuntur, relictis de more ibidem exemplis, in alma Urbe ad impressionem tradantur, quo commodius per Christiani nominis provincias & regna divulgari possint. Transumptis quoque earum, quæ manu alicujus publici Notarii scripta, subscriptave, & sigillo ac subscriptione alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munita fuerint, fidem sine ulla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis, monitionis, inhibitionis, reservationis, voluntatis, mandatorum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo tertio, Septimo Kalend. Februarii, Pontificatus nostri anno quinto.

Ego PIUS Catholicæ Ecclesiæ Episc.

Ego Fr. Card. Pisanus, Episcop. Ostiensis Decanus.
Ego Fed. Card. Cesius, Episcopus Portuen.
Ego Joan. Card. Moronus, Episcopus Tusculan.
Ego A. Card. Farnesius, Vicedecan. Episcopus Sab.
. . . . . .
. . . . . .
Ego R. Card. S. Angeli, Major Pœnitent.
. . . . . .
. . . . . .
Ego Jo. Cardinalis S. Vitalis.
Ego Jo. Michael, Card. Saracenus.
. . . . . .
Ego Joannes B. Cicada, Cardinal. S. Clementis.

Ego

Ego Scipio, Card. Pisarum.
Ego Joan. Cardinalis Romanus.
Ego F. M. G. Cardinalis Alexandrinus.
Ego Clemens, Cardinalis Ara cœli.
Ego Jac. Card. Sabellus.
. . . . . .
. . . . . .
Ego B. Cardinalis Salviatus.
Ego Ph. Cardinalis Aburd.
Ego Lud. Card. Simoneta.
. . . . . .
. . . . . .
Ego F. Cardinalis Pacieccus, y de To.
Ego M. A. Card. Amulius.
Ego Joan. Franc. Cardin. de Gambara.
Ego Carolus, Card. Borromæus.
Ego M. S. Card. Const.
Ego Alph. Card. Gesualdus.
Ego Hip. Card. Ferrar.
Ego Franciscus, Card. Gonzaga.
. . . . . .
. . . . . .
Ego Gui. Asc. Diac. Cardin. Cam.
Ego Vitellotius, Cardinalis Vitellius.
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Ant. Florebellus Lavellinus.

H. Cumyn.

BULLA S. D. N. PII,

DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IV.

Super declaratione temporis ad observanda Decreta sacri Oecumenici & generalis Concilii Trid.

PIUS Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Sicut ad sacrorum Conciliorum decreta ac Canones, auctoritas atque confirmatio Apostolicæ Sedis & debet, & solet accedere, ita si quis super eis exorta sit dubitatio, ejusdem Sedis judicio, & declaratione tollenda est. Ad aures nostras pervenit, multos esse, qui dubitent, ex quo tempore cœperunt decreta sacri generalis Concil. Trid. ad reformationem, & jus positivum dumtaxat spectantia, eos ad quos pertinent, obligare, illa præsertim, quæ tempora certa præstituunt ad provinciales diœceesanasque Synodos celebrandas, ad sacros Ordines suscipiendos, ad Religionem profitendam, ad parochiales Ecclesias aliasque beneficia Ecclesiastica, quæ ejusdem Concilii Decretis retineri prohibitum sit, resignanda, & ad complures hujusmodi exequendas, ac alias omnes ad prædictam reformationem, jusque positivum tantum spectantes, quæ observari aut evitari debeant. Nos itaque ut omnis controversia dubitatioque tollatur, Motu proprio eam rem, prout rationi, juri, & æquitati con-

venire censuimus, duximus declarandum. Nam etsi ipsius Concilii decreta, etiam de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu, in Consistorio nostro secreto confirmata a nobis fuerant sub finem mensis Januarii, & ab eo etiam tempore apud hanc Sanctam Sedem observari cœperunt; quia tamen non parum temporis in eis Romæ diligenter emendateque imprimendis necessario consumptum fuit, & jure etiam communi sancitum est, ut Constitutiones novæ vim nonnisi post certum tempus obtineant, æquum nobis & justum visum est, prædicta Decreta omnia ad dictam reformationem, justque positorum dumaxat spectantia, Kalend. Maii proxime præteriti omnes obligare cœpisse, neque post eam diem excusationem cujusquam, quod ea ignoraverit, admittendam, atque ita Apostolica auctoritate declaramus, ac definimus, & ab omnibus judicari debere mandamus, atque statuimus. Decernentes irritum & inane, si quid secus a quoquam, quacumque dignitate, auctoritate & potestate prædito, contigerit judicari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, definitionis, mandati, statuti & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo quarto, Quartodecimo Kalend. Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

Fed. Card. Cæsius.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secr.

Anno a Nativitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto, Indictione septima: die vero vigesima mensis Julii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Pii, divina providentia Papæ IV. Anno quinto, retroscriptæ litteræ affixæ, lectæ & publicatæ fuerunt in valvis Basilicarum Principis Apostolorum de Urbe, & sancti Joannis Lateran. necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, per nos Jacobum Catta, & Julium Parinum, præfibati S. D. N. Papæ Cursores.

Antonius Clericis, Magister Cursor.

MO-

MOTUS PROPRIUS S.D.N. PII,

DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IV.

Per quem deputantur octo Reverendiss. Cardinales, qui faciant observari reformationes ab ipso editas, necnon decreta sacri œcumenici, & generalis Concilii Trid.

PIUS PAPA IV.

MOTU proprio, &c. Alias Nos nonnullas constitutiones & ordinationes, reformationem majoris Pœnitentiarii, ac sacræ Pœnitentiariæ nostræ, ac Vicarii nostri, ac ejus officii, necnon Camerarii & Cameræ Apostolicæ, ac illius causarum Auditoris, necnon palatii Apostolici causarum, Auditorum, ac Gubernatoris, & Capitolinæ curiarum, & Contradictarum, aliorumque almæ Urbis nostræ ac Romanæ Curiæ tribunalium & officiorum concernentes, edidimus, quæ tamen (ut intelleximus) ab eorumdem officiorum & tribunalium præfectis ac officialibus minus diligenter observantur. Cum autem emixæ nostræ voluntatis sit, illa, ut & pariter decreta sacri Concilii Tridentini, in his quæ ad eorum officia spectant, ab eisdem omnino observentur: Nos propterea considerantes, parum esse jura condere, nisi sint qui ea executioni demandari faciant, & in præmissis, prout ex debito pastoralis officii nobis (meritis licet imparibus) injuncti obligamur, saluberiter, & utiliter providere, præfataque constitutiones & ordinationes, ac decreta Concilii, quas & quæ hic haberi volumus pro expressis, inviolabiliter observari volentes: Venerabili fratri nostro Joanni Episcopo Tusculan. Morono, Joan. Michaeli Sanctæ Anastasiæ, Saraceno, ac Joan. Baptistæ Sancti Clementis Ciceadæ, necnon Michaeli Sanctæ Sabinæ Alexandrino, Clementi Sanctæ Mariæ in Ara cœli, & Ludovico Sancti Cyriaci in Thermis Simonetæ, ac Carolo Sancti Martini in montibus Borromæo presbyteris, necnon Vitellotio Sanctæ Mariæ in Portico Vitellio nuncupatis, titulorum, Diacono, Cardinalibus committimus & mandamus; quatenus ipsi, seu eorum major pars, conjunctim vel divisim, eorum arbitrio, etiam tamquam executores dictarum literarum, constitutionum, & decretorum prædictorum constitutiones, & ordinationes, ac decreta præfata juxta tenores eorum, ac literarum desuper confectarum, per quoscumque Pœnitentiariæ, Vicariæ & Cameræ, ac Rotæ curiarum, ac tribunalium prædictorum judices & officiales, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis officiorum, & aliis eisdem Cardinalibus bene visis, etiam pecuniarum, eo ipso incurrendis pœnis, firmiter observari faciant, & cum effectu: nisi tam in executione dictorum Concilii, quam dictarum literarum nostrarum aliqua dubietas aut difficultas emerserit: quo casu ad nos referant, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, ac eos, qui literis & Decretis prædictis, & eorumdem Cardinalium mandatis non paruerint, ex tunc

prout ex eadem die, & e contra, illorum officiis privatos, necnon ad illa & alia Romanæ curiæ officia in posterum obtinenda inhabiles, ac ipsis ab eisdem officiis sic privatis, illa tamquam per privationem vacantia a Datario nostro vendi, & a quibusvis personis idoneis pro pretio convenienti emi, libere & licite posse auctoritate nostra curent, nuntient, decernant, ac declarent, prout nos harum serie nunciamus, decernimus & declaramus. Non obstantibus quibusvis constitutionibus Apostolicis, ac pœnitentiariæ & curiarum; necnon tribunalium prædictorum statutis, & etiam juramento, &c. roboratis, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis illis, ac dictis officialibus & Tribunalibus sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu simili, &c. & aliis quomodocumque concessis, &c. Quibus omnibus, &c. illorum tenores, &c. hac vice latissime derogamus, eaque adversus præmissa nullatenus suffragari volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Placet, Motu proprio I.

Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, 4. Non. Aug. Anno 5.

BULLA S. D. N. D. PII PAPÆ IV. REVOCATORIA

Privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conservatoriarum, indultorum, confessionalium, Matris magni, & aliarum quarumcumque similium gratiarum, quibuscumque locis & personis concessarum, in his, in quibus statutis & decretis sacri Concilii Tridentini contrariantur.

PIUS Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN Principis Apostolorum Sede, meritis licet imparibus, divina dispositione constituti, nihil neque universali Ecclesiæ, curæ & solicitudini nostræ commissæ, salubrius, neque injuncto nobis Apostolicæ servitutis officio decentius præstare possumus, quam quod providentiæ nostræ ministerio œcumenicum Concilium Tridentinum, sicut nostris potissimum auspiciis, summaque sanctorum Patrum concordia per Dei misericordiam feliciter absolutum fuit, ita, per universos, qui Christiana pietate censentur, ubique suscipiatur, & remotis quibuslibet obstaculis, ab omnibus æqualiter observetur. Cum itaque in eodem Concilio plura salubria & ad universalem morum reformationem valde utilia decreta atque statuta, maturo præsentium ipsorum examine præcedente sint edita, quibus multa atque diversa privilegia, exemptiones, immunitates, dispensationes, facultates, conservatoriæ, indulta, &, ut vocant, confessionalia, & Matre magnum, & aliæ gratiæ, quæ variis tam Cathedralibus, etiam Metropolitanis, quam Collegiatis Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus & aliis religiosis, etiam Fratrum mendicantium domibus & Ordinibus, necnon sancti Spiritus in Sassia, Sancti Joannis Lateranensis, ac Incurabilium de Urbe, Sancti Antonii Viennensis, & Sancti Bernardi Juren. aliisque Hospitalibus, Militiis eorumque Capitulis & Conventibus, ac Universitatibus, etiam Studiorum generalium collegiis, tam Sæcularibus, quam Ecclesiasticis, Confraternitatibus, Societatibus, & tam Principis Apostolorum de Urbe, quam aliis Fabricis Sanctæ Cruciatæ, aliisque piis locis & operibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, præpositis & aliis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam diversorum Ordinum & militiarum regularibus, ac etiam laicis cujuscumque dignitatis, & status ac gradus, & excellentiæ, ac etiam Ducali, Regia, Imperiali dignitate fulgentibus utriusque sexus personis, necnon aliquibus Notariis, & etiam de latere Legatis, atque Nuntiis, tam perpetuo, quam ad tempus per plures Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & Sedem Apostolicam, ejusque Legatos hactenus, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum contemplatione & intuitu, etiam de fratrum consilio,

diversimode, variisque temporibus in genere vel specie, ex quavis etiam honesta causa concessa, & etiam pluries confirmata & innovata fuerunt, in plerisque contrariantur. Nos, quibus imprimis cordi est, tam sancta, & Ecclesiæ Dei salubertima decreta suos, ut par est, effectus ubique consequi, & ab omnibus obedienter observari, privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, Conservatoriarum, Indultorum, Confessionalium, Matris magni, & aliarum gratiarum prædictarum, ac quarumcumque Apostolicarum & aliarum literarum desuper confectarum, processumque decretorum, & aliorum inde secutorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & plene insertis habentes: Motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ pot statis plenitudine, quod eadem omnia & singuli privilegia, exemptiones, immunitates, facultates, dispensationes, conservatoriæ, Indulta, Confessionalia, Mare magnum, & aliæ gratiæ in his omnibus & in singulis, in quibus illa statutis & decretis Concilii hujusmodi contrari inveniuntur, ipso jure revocata, cassata, & annullata, ac ad ipsius Concilii terminos atque limites reducta sint & esse censeantur, nec quidquam adversus ipsa decreta & statuta, quominus ubique & apud omnes observentur, in aliquo suffragari posse, sed ea perinde haberi & reputari debere, ac si numquam emanassent, auctoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus, ac etiam statuimus & ordinamus. Decernentes nihilominus, omnia & singula, quæ vigore privilegiorum, exemptionum, immunitatum & dispensationum, facultatum, Conservatoriarum, Indultorum, Confessionalium, & aliarum quarumcumque gratiarum hujus-

modi, post id tempus, quo Concilium obligare cœpit, facta & gesta quomodolibet fuerunt, & in posterum fient, in his in quibus dicti Concilii decretis adversantur, nulla, invalida & irrita esse & censeri, ac nemini, etiam quantumlibet, ut præfertur, qualificato tam in foro (quod ajunt) fori, quam conscientiæ suffragari posse & debere. Et ita per quoscumque locorum Ordinarios, aliosque Judices & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, in utroque foro judicari & definire debere, ac quidquid secus, a quibuscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentare contigerit, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto, Tertio decimo Kalend. Mart. Pontificatus nostri Anno sexto.

Cæs. Glorierius.

P. Episcopus Narniens.

H. Comp.

Anno a Nativitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto, Indictione sexta: die vero vigesima quarta mensis Februarii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Pii divina providentia Papæ IV. Anno ejus sexto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in Acie Campi Floræ, & valvis Cancellariæ Apostolicæ, per nos Nicolaum de Marchanis & Camillum Cherubinum S. D. N. Papæ Cursores.

Philibertus Chapuis, Magister Cursor.

ORA-

ORATIO

HABITA IN SESSIONE NONA ET ULTIMA SACRI CONCILII TRIDENTINI,

CELEBRATA DUOBUS CONTINUIS DIEBUS, tertia & quarta Decemb. 1564. Pii IV. Pont. Max.

A R.P.D. HIERONYMO RAGAZZONO VENETO, Episcopo Nazianzeno, & coadjutore Famagustano.

Hic summatim recensentur omnia in Concilio Tridentino definita, quæ & ad pie credendum, & ad bene vivendum pertinent.

AUDITE hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem. Tridentinum Concilium jamdiu cœptum, aliquando intermissum, distractum vastæ atque desultoriæ, nunc demum, singulari Dei omnipotentis beneficio, summa atque incredibili omnium Ordinum ac nationum voluntate, connectitur atque perficitur. Dies hæc quidem felicissima Christiano populo illuxit, in qua templum Domini sanctissimum frequentiæ ac dissipatum reficitur & absolvitur: & navis hæc una bonorum omnium ex maximis ac diuturnis turbinibus atque fluctibus tuta in portu collocatur, quam utinam conservandæ nobis cum ea voluissent, quorum unanimis gratia hæc ipsa navigatio instituta fuit: atque ædificii hujus constituendi participes exstitissent, qui hoc nobis negotium exhibuerunt, majoris nunc profecto lætitiæ causam haberemus. Sed nostra id certe culpa non accidit,

Nos autem hanc in Germaniæ finibus, id est, in domus aliorum sere limine positam elegimus: nos custodiam nullam nobis, ne suspicionem illis aliquam minus liberi loci daremus, adhibuimus: nos eam fidem publicam illis concessimus, quam sibi ipsi composuerunt: nos hic illos perdiu expectavimus, neque horrari ac rogare unquam destitimus, ut ad veritatis lucem cognoscendam accederent. Verum illis etiam absentibus satis, ut puto, a nobis consultum est. Etenim, cum duo essent, in quibus ægris atque infirmis illorum animis medicina fuit adhibenda: alterum fidei Catholicæ ac veræ Evangelicæ illis in rebus, quæ in dubium ab istis vocantur, quæque opportune his temporibus viderentur, explicata & confirmata, disjectis omnibus ac dissipatis errorum tenebris, doctrina: alterum disciplinæ Ecclesiasticæ, cujus potissimum depravatione illi se a nobis defecisse affirmant, sarta restitutio, instituque, quantum in nobis fuit, pro temporum horum ratione, cumulate præstitimus.

PRINCIPIO enim sancta hæc Synodus, (facta ex laudabili majorum observantia consuetudine suæ fidei professione) ut quoddam quasi fundamentum futuris actionibus ponerer, & quibus testimoniis atque præsidiis in dogmatibus faciendis niterendum esset, ostenderet, veteris ac novi Testamenti libros, qui essent sine ulla dubitatione recipiendi, antiquorum Conciliorum probatissimorum exemplo, pie & prudenter enumeravit, ac, ne de verbis quidem ulla ex variis versionibus oriri posset difficultas, eorum ac definitam de Græcis & Hebraicis translationem approbavit. Hinc omnium hæreseon caput atque arcem aggrediens, de humanæ naturæ corruptis initiis ea statuit, quæ veritas ipsa, si loqui posset, experimeret. De justificatione deinceps, (res magna, & cum ab antiquis, tum a nostri temporis hæreticis minime impugnata) ea definit, quibus & pernaciosissimis eo in genere opinionibus occurreretur, & recte intelligendi rario mire quodam ordine, atque admirabili sapientia, (ut in illis Dei spiritum facile agnoscas) demonstraretur. Exstantissimo hoc post hominum memoriam

modi, post id tempus, quo Concilium obligare cœpit, facta & gesta quomodolibet fuerunt, & in posterum fient, in his in quibus dicti Concilii decretis adversantur, nulla, invalida & irrita esse & censeri, ac nemini, etiam quantumlibet, ut præfertur, qualificato tam in foro (quod ajunt) fori, quam conscientiæ suffragari posse & debere. Et ita per quoscumque locorum Ordinarios, aliosque Judices & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, in utroque foro judicari & definire debere, ac quidquid secus, a quibuscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentare contigerit, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto, Tertio decimo Kalend. Mart. Pontificatus nostri Anno sexto.

Cæs. Glorierius.

P. Episcopus Narniens.

H. Comp.

Anno a Nativitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto, Indictione sexta: die vero vigesima quarta mensis Februarii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Pii divina providentia Papæ IV. Anno ejus sexto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in Acie Campi Floræ, & valvis Cancellariæ Apostolicæ, per nos Nicolaum de Marchanis & Camillum Cherubinum S. D. N. Papæ Cursores.

Philibertus Chapuis, Magister Cursor.

ORA-

ORATIO

HABITA IN SESSIONE NONA ET ULTIMA SACRI CONCILII TRIDENTINI,

CELEBRATA DUOBUS CONTINUIS DIEBUS, tertia & quarta Decemb. 1564. Pii IV. Pont. Max.

A R.P.D. HIERONYMO RAGAZZONO VENETO, Episcopo Nazianzeno, & coadjutore Famagustano.

Hic summatim recensentur omnia in Concilio Tridentino definita, quæ & ad pie credendum, & ad bene vivendum pertinent.

AUDITE hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem. Tridentinum Concilium jamdiu cœptum, aliquando intermissum, distractum vastæ atque desultoriæ, nunc demum, singulari Dei omnipotentis beneficio, summa atque incredibili omnium Ordinum ac nationum voluntate, connectitur atque perficitur. Dies hæc quidem felicissima Christiano populo illuxit, in qua templum Domini sanctissimum frequentiæ ac dissipatum reficitur & absolvitur: & navis hæc una bonorum omnium ex maximis ac diuturnis turbinibus atque fluctibus tuta in portu collocatur, quam utinam conservandæ nobis cum ea voluissent, quorum unanimis gratia hæc ipsa navigatio instituta fuit: atque ædificii hujus constituendi participes exstitissent, qui hoc nobis negotium exhibuerunt, majoris nunc profecto lætitiæ causam haberemus. Sed nostra id certe culpa non accidit,

Nos autem hanc in Germaniæ finibus, id est, in domus aliorum sere limine positam elegimus: nos custodiam nullam nobis, ne suspicionem illis aliquam minus liberi loci daremus, adhibuimus: nos eam fidem publicam illis concessimus, quam sibi ipsi composuerunt: nos hic illos perdiu expectavimus, neque horrari ac rogare unquam destitimus, ut ad veritatis lucem cognoscendam accederent. Verum illis etiam absentibus satis, ut puto, a nobis consultum est. Etenim, cum duo essent, in quibus ægris atque infirmis illorum animis medicina fuit adhibenda: alterum fidei Catholicæ ac veræ Evangelicæ illis in rebus, quæ in dubium ab istis vocantur, quæque opportune his temporibus viderentur, explicata & confirmata, disjectis omnibus ac dissipatis errorum tenebris, doctrina: alterum disciplinæ Ecclesiasticæ, cujus potissimum depravatione illi se a nobis defecisse affirmant, sarta restitutio, instituque, quantum in nobis fuit, pro temporum horum ratione, cumulate præstitimus.

PRINCIPIO enim sancta hæc Synodus, (facta ex laudabili majorum observantia consuetudine suæ fidei professione) ut quoddam quasi fundamentum futuris actionibus ponerer, & quibus testimoniis atque præsidiis in dogmatibus faciendis niterendum esset, ostenderet, veteris ac novi Testamenti libros, qui essent sine ulla dubitatione recipiendi, antiquorum Conciliorum probatissimorum exemplo, pie & prudenter enumeravit, ac, ne de verbis quidem ulla ex variis versionibus oriri posset difficultas, eorum ac definitam de Græcis & Hebraicis translationem approbavit. Hinc omnium hæreseon caput atque arcem aggrediens, de humanæ naturæ corruptis initiis ea statuit, quæ veritas ipsa, si loqui posset, experimeret. De justificatione deinceps, (res magna, & cum ab antiquis, tum a nostri temporis hæreticis minime impugnata) ea definit, quibus & pernaciosissimis eo in genere opinionibus occurreretur, & recte intelligendi rario mire quodam ordine, atque admirabili sapientia, (ut in illis Dei spiritum facile agnoscas) demonstraretur. Exstantissimo hoc post hominum memoriam

decreto hæreses fere universæ jugulantur, & quasi caligo a Sole discutiuntur ac dispelluntur: eaque claritas, ipsa splendor veritatis appareat, ut tantum lumen quis videat, dissimulare jam nemo possit. Subsecuta est salutaris septem divinorum Ecclesiæ Sacramentorum tractatio: primum simul de omnibus, post de unoquoque seperatim. Hic vero quis non videt, quam dilucide, explicate, abundanter, illuminate, (& quod caput est) vere tota cœlestium horum mysteriorum ratio contexatur? Quis in tam magna multiplicique doctrina, quid aut sequendum aut fugiendum sit, posset ullo modo desiderare? Quis in illis omnibus errandi locum aut occasionem inveniet? Quis denique de Sacramentorum horum vi atque virtute dubitare imposterum poterit, cum gratiam illam, quæ illis ipsis quibusdam quasi sibi ficiis in fidelium quotidie mentes illabitur, tunc nobis adfuisse tam copiose perspiciatur? Accesserunt ad hæc de sacrosancto Missæ Sacrificio, & de Communione sub utraque specie, & parvulorum decreta: quibus quidem nihil sanctius, nihil utilius, ut de cœlo lapsa, non ab hominibus composita videantur. Adjungetur his hodie cetera de Indulgentiis, de Purgatorio, de Sanctorum veneratione, Invocatione, Imaginibus & Reliquiis doctrina, quæ non solum hæreticorum fraudibus & calumniis obsisteret, sed piorum etiam Catholicorum conscientiis plane satisfiet.

Hæc de rebus ad salutem nostram pertinentibus, quæ dogmata appellantur, & finitæ ac feliciter erant peracta, neque aliud quidquam præterea eo in genere a nobis hoc tempore exactabatur.

In eorum autem quibuldam administrandis cum nonnulla essent, quæ non rite omnino ac recte servarentur, accuratissime, Patres amplissimi, curastis, ut pure illa & casse, atque ex more institutoque majorum tractarentur. Ita omnem superstitionem, omnem quæstum, omnem, (ut dixere) irreverentiam a divina Missarum celebratione abstulistis: vagis, ignotis & criminosis sacerdotibus sanctum hoc offertorium Sacrificium inverecundius rei hujus sacratissimæ ulum a privatis aedibus & profanis in sacra & religiosa loca revocastis: molliores cantus & symphonias, deambulationes, colloquia, negotiationes a templo Domini summovistis. Ita Ecclesiastico uniculque gradui leges illæ a vobis præscriptæ sunt, ut tradito illis divinitus ordine, sonticuli nullas utique locus reliquatur. Ita nonnulla Matrimonia impedimenta, quæ antiqua quasi quadam ad violanda Ecclesiæ præcepta data, retinuistis, removistis: facilem veniæ concessione viam minus legitime contracti facto incantibus interclusistis. Quid de furtivis tenebricosisque matrimoniis commemorem? Equidem ita sentio, si ars malæ causa convocandi Concilium fuisset, (quæ multæ & maximæ fuerunt) propter unam hanc id omnino fuisse faciendum. Nam cum res hæc ad omnes spectet, neque ullus in orbe terrarum usquam angulus reperiatur, quem labes hæc non invaserit, curandum merito fuisse, ut communi huic malo, communi etiam consilio provideretur. Innumerabiles, Patres sanctissimi, & gravissimorum delictorum ac scelerum occasio prudentissima ista vestra ac prope divina sanctione penitus sublata est, & Christianæ Reipubblicæ gubernationi sapientissime consultum. Accedet ad hæc utilis imprimis ac necessaria multorum in Purgatorii, Sanctorum Venerationis, Invocationis, Imaginum & Reliquiarum, atque Indulgentiarum ratione abusuum interdictio, qui circa ipsarum pulcherrimam faciem inquinies atque turpare mirum in modum videbantur.

ALTERA vero pars, in qua de labenti ac prope cadenti Ecclesiastica disciplina fulcienda erat agendum, diligentissime etiam absolura fuit atque perfecta. Eligentur in posterum ad Ecclesiastica munera obeunda, qui virtuto, non ambitione, præstent; quippe populi commodis, non suis inserviant; & profint potius, quam præsint. Enantiabitur atque explanabitur frequentius & studiosius verbum Domini, omni ancipiti gladio penetrantius.

ADERUNT suis gregibus & invigilabunt Episcopi, cæterique, quibus animarum cura commissa est, neque extra ovedam sibi custodiam vagabuntur. Nihil cuiquam proderunt aut ad impune & flagitiose vivendum, aut ad male & pernitiose docendum privilegia: nullum sine pœna crimen, nulla sine præmio virtus relinquetur. Pauperum & mendicantium Sacerdotum multitudini optime provisum est: cœtæ unuiquique Ecclesiæ, ita utroque operi, unde ali possit, adscribetur.

AVARITIA, quo nullum vitium est terrius, præsertim in domo Dei, ab ea omnino

omnino tolletur: gratis Sacramenta omnia, ut par est, conferentur. Ex una Ecclesia plures, ex pluribus una, ut populi commodum & ratio postulabit, constituetur. Eleemosynarum quæstores, (ut appellant) qui sua, non quæ JESU Christi quærentes, magnum nostræ religioni damnum, magnam infamiam afferebant; ex omni hominum memoria (quod summæ felicitatis loco ponendum est) penitus evellentur. Hinc nostra præsens calamitas sumpsit exordium: hinc serpere infinitum malum, maturaque in dies latius non desiliebat; neque occurri illi adhuc multorum Conciliorum cautionibus ac provisionibus potuit. Quamobrem quis non nisi sapientissime factum dixerit, ut membrum hoc in quo sanando diu ac multum frustra laboratum est, ne reliquo corpori noceret, excideretur?

PORRO DEO cultus tribuentur purius & accuratius, atque ita, qui ferunt vasa Domini, mundabuntur, ut ad sui imitationem alios trahant: in quo præclare illud fuit excogitatum, ut qui sacris essent initiandi, iis moribus atque litteris in unaquaque Ecclesia a prima ætate instituerentur, ut quoddam quasi virtutum omnium seminarium illud existeret. Jam vero provincialibus Synodis restitutis, Visitationibus ad populorum utilitatem, non ad querelam & sumptum renovatis: tradita Pastoribus regendi sues, atque pascendi commodius facultate: Pœnitentia publice in usum revocata: Hospitalitate tum Ecclesiasticis hominibus, tum piis locis indicta: in Curatis sacerdotiis conferendis memorabili ac pene cœlesti ratione constituta: beneficiorum (ut ajunt) pluralitate sublata: hæreditaria successione Dei possessione prohibita: modo excommunicationibus impasito ac terminato: primis judiciis illis in locis, ubi lites oriuntur, allegatis: singularibus certaminibus interdictis: omnium hominum, ac sacrorum imprimis luxuriæ, cupiditati, atque licentiæ freno quasi quodam, quod exceri non facile possit, injecto: Regibus ac Principibus sui muneris diligenter admonitis, aliisque rebus hujusmodi prudentissime sanciris, quis non videt restitui vos, P. optim., hic etiam in re partes cumulatissime executos? Actum sane est in superioribus Conciliis de fide nostra explicanda, moribusque corrigendis: sed restio an unquam diligentius atque distinctius. Hic, præsertim hoc biennio, ex omnium populorum ac nationum, in quibus Catholicæ religionis veritas agnoscitur, non solum Patres, sed Oratores habemus. At quos viros? Si doctrinam spectemus, eruditissimos; si usum, peritissimos; si ingenia, perspicacissimos; si pietatem, religiosissimos, si vitam, innocentissimos. Numeras hic quoque fuit, ut, si præsentes Christiani orbis consideremus angustiæ, frequentissima hæc omnium, quæ antea fuerunt, Synodus apparet. Hic singula omnium vulnera detecta, morbi expositi fuere: nihil dissimulatum est: nostrorum adversariorum argumenta & rationes ita tractatæ, ut eorum tum causa, non nostra, agi videretur. Tertium nonnulla, atque etiam quartum discussa: summa sæpe contentione certatum: eo scilicet consilio, ut quemadmodum igne aurum, ita quibusdam quasi luctationibus veritatis vires ac nervi probarentur. Quæ enim inter idem sentientes idemque spectantes, discordia potuit existere?

QUÆ cum ita sint, licet optandum (ut initio dicebam) fuisse opere, ut una cum illis hæc agerentur, quorum potissimum causa tractata sunt; attentum tamen etiam incolumitati atque saluti ea providum, ut alia ratione provideri, si affuissent, non potuisse videatur. Legant illi, quæ de fide nostra ita tractamus, ut Christianum hominem decet, humiliter: & si lumen eis aliquod fulserit, ne faciem averterant: & si vocem Domini audierint, corda sua non obdurent. Ac si ad communem matris Ecclesiæ complexum, unde se illi distraxerant, redire voluerint, clementiam sibi omnem ac misericordiam tribuendam non dubitent. Sed præcipua illa ratio est, P. A. dissentientes a nobis animos conciliandi, consentientes in fide atque officio retinendi, si quæ hoc in loco verbis tacuerimus, re ipsa in nostris Ecclesiis præstemus. Leges etsi optimæ sunt, multa tamen res est. Quid Hebræo populo Dei ipsius ore latæ leges profuerant? Quid Lycurgi leges Lacedæmonius, Solonis, Athenienibus? ad liberatem restituendam, quam ob causam erant conscriptæ, utilitatis attulere? Sed cur externa atque antiqua nimis commemoro? Quæ ad bene beateque vivendum instituta atque præcepta, ex omni Christi Domini posteri una atque doctrina desiderare aut possumus aut debemus? Quid item fuit a majoribus nostris consilium, quod cum ad recte sentiendum,

dum, tum ad præclare agendum pertineret? Medicamentum quidem salutare compositum ac paratum tamdiu habemus: verum, si morbum debet expellere, sumendum est, ac per venas in omne corpus diffundendum. Poculo hoc salutis nos primum inebriemur, carissimi; & vivæ atque longævæ leges simus, & norma quasi quædam, ac regula, ad quam aliorum actiones & studia dirigantur: atque ita sibi unusquisque persuadeat, nihil e Christianæ reipublicæ commodo ac dignitate successurum, nisi, quantum in se sit, studiose præstiterit.

Id curandum nobis cum antea fuit, tum multo erit imposterum accuratius. Etenim, si magistri nostri ac Salvatoris exemplo facere prius debebamus, quam docere, postquam docuimus, quin faciamus, quæ esse poterit excusatio? Quis ferre nos ac pati poterit, si, cum non fatandum alie demonstraverimus, ipsi furemur? si, cum non mœchandum, mœchemur? Sanctos a S. Concilio, innocentes atque integros ab integritatis præceptis & innocentiæ, firmos in fide, atque constantes a fidei nostræ firmata doctrina discedere minime convenit. At tales quidem exspectant nos populi nostri, qui nostrum jamdiu reditum sustinentes, ea se ipsi ratione consolabantur, fore, ut hanc temporis aluram majori præsentes studio sanciremus. Sed fiet id a vobis, ut spero, Patres sanctissimi diligenter: & quemadmodum hoc in loco fecistis, ita etiam domi satis Deo atque hominibus facietis. Nunc (quod hujus temporis est) Deo primum ipsi maximo atque immortali maximas atque immortales gratias & agamus & habeamus, qui non secundum peccata, quæ fecimus nos, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis: sed diem hunc lætissimum, quem videre multi noluerunt, nobis non solum videndum, sed etiam celebrandum, incredibili cum totius Christiani populi assensu atque approbatione, sua magna benignitate concessit. Pio deinde IV. summo nostro atque optimo Pontifici gratiæ perpetuæ ac singulares habendæ sunt: qui, cum primum beati Petri sedem ascendit, tanto Synodum hanc instaurandi desiderio exarsit, ut in eo suas omnes curas & cogitationes dirigeret. Nuntios statim, viros probatissimos, ad indicendum illis nationibus atque provinciis Concilium misit, pro quorum imperiis salute convocaretur. Hi Aquilonis partes prope omnes peragrarunt, rogarunt, obsecrarunt, obtestati sunt: tuta omnia atque amica promiserunt: atque id etiam egerunt, ut in Angliam trajicerent. Legatos postmodum pietate ac doctrina præstantissimos, non interesse illi Synodo, ut mirum in modum cupiebat, non posset, huc misit: ex quibus duos (quorum memoria in benedictione est) statera dic tametsi nulli fere Episcopi convenissent, hic esse voluit. Et, atque adeo tus eis paulo post tertius, nostra menses, atque eo amplius, justum ad hanc modum instituendam Episcoporum numerum hoc in loco nihil agentes exspectaverunt: cum interea nihil aliud Pontifex ipse nos ageret, aut meditaretur, quam ut Patres quamplurimi, quam optime & quamprimum huc accederent, & Christiani nominis reges omnes ac Principes suos huc Oratores mitterent: ut communi omnium voto atque consilio communis hæc caula gravissima omnium atque maxima tractaretur. Quid vero postea omni cura, sollicitudine, sumptibus prætermisit, quod ad Concilii hujus amplitudinem, libertatem & commodum pertinere aliquo modo videretur? O singularem Pastoris ac Patris nostri pietatem atque prudentiam! O summum etiam epulem felicitatem, cujus auspiciis atque auspicatum hoc diu & optatum Concilium conflari & conficere! Te Paulum III. te Julium mortuos appello; quamdiu, quantoque studio videre, quod nos videmus, exoptastis? quot in eam rem sumptus, quot labores insumpsistis? Quamobrem vere, tibi atque ex animo, Pio, sanctissimo ac beatissimo gratulamur, quod tantam tibi lætitiam, tantam tuo nomini laudem (id quod maximum divinæ in te benevolentiæ argumentum est) Dominus reservavit, quem suis precibus omnibus, ac votis supplices etamus, ut te nobis incolumem, pro Ecclesiæ suæ sanctæ commodo atque ornamento, & quam citissime reddat, & quam diutissime conservet. Serenissimo etiam Imperatori gratias agere & gratulari jure optimo debemus. Ille potentissimorum Cæsarum, qui propagandæ Christianæ religionis nitro quodam desiderio flagrarunt animum, ut Jorum, referens, urbem hanc ab omni periculo liberam conservavit, & nos ut tutam tranquillamque pacem traheremus, sua vigilantia perfecit, magnamque nostris animis securitatem, assidua erium suorum Legatorum summotum virtutum præsentia ac prope pignore, attulit. Ille de nostris ibus pro sua eximia pietate solicitus mitfice fuit.

Ille

Ille a se atque a nobis dissentientes hominer, ex obscurissimis, in quibus versantur tenebris, eruere, atque ad sanctæ hujus Synodi clarissimam lucem atque tantam adducere maximopere laboravit. Regum præterea Christianorum ac Principum, in Concilio hoc amplissimis suis legationibus ornando, & suos vestræ auctoritati fasces subjungendo, pia maxime voluntas grata nobis memoria prosequenda est. Jam vero quis est, Illustrissimi Legati & Cardinales, qui se vobis debere plurimum non fateatur? Vos nostrarum actionum duces optimi ac moderatores extitistis. Vos, ne nostra aut in dicendo, aut in decernendo liberras violari aliqua ex parte videretur, incredibili patientia ac diligentia custodistis. Vos nulli corporis labori, nulli animi contentioni pepercistis, ut ad optatum res exitum, quod alii multi vestri similes frustra tentaverunt, quamprimum perduceretur. In quo præcipuam quandam ac propriam lætitiam habere tu Morone Illustriss. atque ornatissime debes: qui cum vigesimo ab hinc anno primum præclaro hunc ædificio lapidem posueris, extremum nunc manum post alios multos hujc operi architectos adhibitos, feliciter, pro summa tua ac prope divina sapientia, impones. Factum hoc tuum egregium ac singulare omnium sermone perpetuo celebrabitur, neque ulla unquam ætas de tuis his laudibus conticescet. Quid de vobis dicam, Patres sanctiss. quam bene de Christiana republica vestris his præstantissimis actionibus meruistis? quanta vestrum uniuscujusque nomini commendatio, quanta gloria a Christiano populo universo tribuetur? Vos vere Patres, vere Pastores, & agnoscent omnes, & prædicabunt, vobis suam unusquisque vitam atque salutem acceptam libentissime referet: O diem illam populo nostris jucundissimam atque lætissimam, in qua primum revisere illis nos atque amplecti a templi Domini ædificatione redeuntes contigerit!

Sed fac, tu Domine Deus noster, ut tam exoptatæ de nobis opinioni egregiis factis respondeamus, & semen hoc, quod in agro tuo seminavimus, uberem fructum afferat, fluatque ut tos eloquium tuum, atque quod fore aliquando pollicitus es, fiat temporibus nostris, ut unus sit omnium ovile, & unus pastor, atque is potissimum PIUS IV. in tui nominis gloriam sempiternam. Amen.

FINIS.

CATA-

CATALOGUS LEGATORUM, PATRUM, ORATORUM, & THEOLOGORUM,

QUI

AD SACROSANCTAM OECUMENICAM TRIDENTINAM SYNODUM convenerunt a principio usque in finem, qui fuit die IV. Decembris, MDLXIII. sub Pio IV. Pontifice Maximo. Quorum Nomina, Cognomina, Patriæ, & Dignitates infra describuntur.

Cardinales Legati.

HErcules Gonzaga S. R. E. Presb. Card. tituli sanctæ Mariæ novæ, Mantuanus, obiit Tridenti die secunda Martii, 1563. & sepultus est Mantuæ.

Hieronymus Seripandus S. R. E. Presb. Card. tituli sanctæ Susannæ, Neapolitanus, obiit Tridenti, die XVII. Martii 1563. & ibi Sepultus in Ecclesia S. Matei Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, quorum olim fuerat Generalis.

Joan. Morones S. R. E. Card. Episc. Prænestinus, Mediolanensis, in demortui Card. de Mantua locum missus.

Stanislaus Hosius S. R. E. Presbyter Cardinalis, tituli S. Eustachii, Polonus, Warmiensis.

Ludovicus Simoneta S. R. E. Presb. Card. tit. S. Cyriaci Thermis, Mediolanen.

Marcus Syricus S. R. E. Diaconus Card. Basilicæ duodecim Apostolorum, de Alta semps Germanus.

Bernardus Navagerius S. R. E. Presb. Card. tit. S. Nicolai inter imagines, Venetus, in demortui Cardinalis Setipandi locum missus.

Cardinales non Legati.

Carolus a Lotharingia S. R. E. Presb. Card. tit. S. Apollinaris, Princeps & Archiepisc. Rhemensis, Gallus.

Ludovicus Madrutius S. R. E. Diac. Card. electus Episcopus Tridentinus, Germanus.

Oratores, quorum nomina hic defectuose juxta eorum loca, quæ in eadem sacrosancta Synodo habuerunt.

Oratores Ecclesiastici sedebant a manu dextera Legatorum, videlicet:

Antonius de Mulito, Moravus, Archiepisc. Pragensis, Orator Cæsareus.

Georgius Draskovitius, Croatus, Episc. Quinque Ecclesiensis, Orator Cæsareus pro regno Hungariæ.

Valentin. Herbutus Polon. Episc. Premisliensis, Orator Serenissi. Regis Pol.

Marcus Antonius Bobba, Casalensis, Episc. Augustensis in Pedemontio, Serenissimi Ducis Sabaudiæ Orator, nunc Card.

Hieronymus de Gaddis, Florentinus, Episc. Corthonensis, Orator Excellentissimi Ducis Florentiæ missus in locum Jacobi Strozzi.

Frater Martinus Royas Portalrubeo, Hispanus, Orator Religionis Jerosolymitanæ.

Oratores seculares sedebant a manu sinistra Legatorum.

Sigismundus a Thun, Tridentinus, Orator Cæsareus.

Ludovicus de Lansac. } Oratores Christianissimi Galliarum Regis.
Renaldus Ferrerius Residens in Parlam. Parisiensi, & } Oratores Christianissimi Galliarum Regis.
Guido Faber, Judex major Tolosæ. } Oratores Christianissimi Galliarum Regis.

Ferdinandus Martineus Mascarenus, Orator Serenissimi Regis Portugalliæ.

Nicolaus de Ponte, & } Oratores Serenissimi Dominii Venetorum.
Matthæus Dandulus Eques. } Oratores Serenissimi Dominii Venetorum.

Melchior Lussi, Eques Auratus, Orator septem Cantonum Helvetiorum.

Augu-

Augustinus Pongrattner J. U. D. de Monachio, Orator excellentissimi Alberti, Ducis Bavariæ.

Claudius Fernandez Quingnogoii, Comes Lunensis, Orator Regis Catholici in locum Illustrissimi Ferdinandi de Avalos Marchionis Piscariæ missus. Obiit Tridenti die XX. Decemb. 1563. post finem Concilii, ibique sepultus est.

Hic separatim ab aliis Oratoribus sedebat apud Reverendissimum Thelesinum Secretarium sanctæ Synodi, ob contentionem super præcedentia ortam inter ipsum & Oratores Regis Christianissimi.

Patriarchæ.

Antonius Helvius, Justinopolit. Patriarcha Jerosolymitanus.

Daniel Barbarus, Venetus, electus Patriarcha Aquilejensis.

Joan. Trevisanus, Venetus, Patriarcha Venet.

Archiepiscopi Pauli III.

Ferdinandus Annius, Neapolitanus, Archiepiscopus Amalphitan. nunc Episc. Bovinus.

Petrus Landus, Venetus, Archiepiscopus Cretensis.

Petrus Antonius de Capua, Neapolitanus, Archiepisc. Hidruntinus.

Marcus Cornelius, Venetus, electus tunc Archiepisc. Spalatrensis.

Sebastianus Leccavella, Græcus, Ord. Præd. Olim Archiepisc. Naxiensis, nunc Episcop. Latteranensis.

Petrus Guerrero, Hispanus, Archiepisc. Granatensis.

Antonius Altovitus, Florentinus, Archiepisc. Florentinus.

Cæsar Cibo, Genuensis, Archiepiscop. Tauricensis. Obiit Tridenti die 26. Decembris 1562.

Archiepiscopi Julii III.

Paulus Æmilius Verallus, Romanus, olim Archiepiscopus Rossanen. nunc Caputaquen.

Joannes Brunus de Olchinio, Macedo, Regni Serviæ Primas, Archiepiscop. Antibaren.

Joannes Baptista Castaneus, Romanus, Archiepisc. Rossanen.

Joannes Baptista Ursinus, Romanus, Archiepiscop. S. Severinæ.

Archiepiscopi Pauli IV.

Ludovicus Beccatellus, Bononiens. Archiepisc. Ragusinus.

Marius Calinius, Brixiensis, Archiepiscop. Jadrensis.

Sigismundus Saraceno, Neapolitan. Archiep. Materanus.

Antonius Perrages de Castilegio, Hisp. Archiepisc. Calaritanus.

Julius Pavelius, Brixiensis, Ord. Præd. Archiepisc. Surentinus.

Bartholomæus de Martyribus, Lusitanus, Ord. Præd. Archiepisc. Bracaten.

August. Salvago, Genuensis, Ord. Prædicat. Archiepiscop. Genuen.

Archiepiscopi Pii IV.

Philippus Morenicus, Venetus, Regni Cypri Primas, & Legatus, Archiep. Nicosien.

Guillelmus d'Avansou, Gallus, Archiepisc. Ebredunen.

Antonius Caucus, Venetus, Archiepisc. Corcirensis.

Germanicus Bandinus, Senensis, electus Archiepiscopus Senarum.

Marcus Antonius Columna, Romanus, Archiepiscopus Tarentinus, nunc Cardinalis tit. .....

Gaspar de Fosso, Consentinus, Ordin. S. Francisci de Paula, Calab. Archiepiscopus Rheginus.

Antonius de Mulgitio, Moravus, Orator Cæsareus, Archiepisc. Pragensis.

Maximus de Maximis, Romanus, Archiepiscopus Amalphitanus.

Gaspar Cervantes de Gaeta, Hispanus, Archiep. Messan. nunc Salernitanus.

Leonardus Marinus, Genuensis, Ord. Præd. Archiepisc. Lauricanens.

Octavianus Præconius, Messanensis, Ordin. Min. Convent. S. Francisci, Archiepisc. Panorm.

Nicolaus de Pellevè, Gallus, Archiepiscop. Senonensis.

Antonius Justinianus, Chiensis, Ord. Præd. Græcus, Archiepisc. Naxien.

Antonius Puteus Nicenus, Archiepiscopus Barcensis.

Episcopi Leonis X.

Vincentius Nicolantius de Fano, Episc. Arbensis.

Joannes Franciscus de Flisco, Genuen. Episc. Andrien.

Joan-

Joannes Thomas de S. Felicio, Neapolitan. Episc. Caven. senior.

Episcopi Adriani VI.

Quintius de Rusticis, Rom. Episcopus Milleten.

Episcopi Clementis VII.

Lucas Bizantius de Catharo, Episcopus Cathiaten.
Aloysius Pisanus, Venetus, Episc. Paravinus, nunc Cardinalis.
Alex. Piccolomineus, Senen. Episc. Pientin.
Dionysius Græcus, Ord. Min. S. Francisc. de Observant. Episc. Millopotamen.
Gabriel de Veneur, Gallus, Episcopus Ebroicensis.
Guilielmus Barton de Montbas, Gallus, Episcopus Lector.

Episcopi Pauli III.

Antonius a Camera, Sabaudus, Episc. Bellic.
Nicolaus Maria Caracciolus Neapolitan. Episc. Caranien.
Bernardus Bonjoannes, Romanus, Episcopus Camerin.
Fabius Mirtus, Neapolitanus, Episc. Cajet.
Scipio Bongallus, Romanus, Episc. civitatis Castellanæ.
Georgius Cornelius Venetus, Episcop. Tarvisinus.
Vincentius Durantius, Brixiensis, Episcop. Temularum.
Mauritius de Petra, Papien. Episcopus Vigleven.
Martinus de Martiis, Medices, Florentinus, Episc. Marsicen.
Joannes Vincentius Michaelius, Barolitanus, Episc. Minerbinen.
Gabriel de Bouveri, Gallus, Episcopus Andegav.
Leonardus Haller, Germanus, Episcop. Philadelphien.
Ludovicus Vanninus de Theodolis, Forolivien. Episcopus Britonotien. obiit Tridenti die 23. mensis Januarii 1563.
Ægidius Falcetta, Cingulanus, Episc. Caprolanus, nunc Britonotiensis.
Julius Contarenus, Venetus, Episc. civitatis Bellunen.
Thomas Caselius Rosanen. Ord. Præd. Episc. Caren. Junior.
Hippolytus Ariavenus, Mantuanus, Episc. Hierapetren.
Hieronymus Machabæus, Romanus, Episc. Castrensis.
Petrus Augustinus, Hispanus, Episcop. Oscen. & Jacensis.
Jacobus Naclantus, Florentinus, Ord. Præd. Episc. Clodien.
Bartholomæus Sirigio, Cretens. Græcus, Episc. Castellaneten.
Thomas Stella, Venetus, Ord. Præd. Episc. Justinopolitan.
Petrus du Val, Gallus, Episc. Sagiensis.
Joannes Antonius Pantusa, Consentinus, obiit Trident. die 27. Octobris, 1562. Episc. Litterien sis.
Joannes Baptista de Grossis, Mantuanus, Episc. Regiensis.
Joannes Suarez, Lusitanus, Ord. S. Augustini, Episc. Conimbricen.
Philippus Ricabella, Recanaten. Episc. Recanaten.
Joan. Jacobus Barba, Neapolitan. Ordin. S. Augustini, Episcopus Interamnen.
Michael a Turre, Urin. Episc. Cenete.
Pompejus Zambeccarius, Bononien. Episcop. Sulmonen.
Joannes Bero aldus, Panormitanus, Epis. S. Agathæ.
Antonius Scarampus, Aquensis, Episc. Nolanus.
Antonius de Comitibus, Genuen. Ord. Præd. Episc. Brugnacen.
Cæsar Fogia, Rossan. Episc. Umbriatic.
Cæsar Comes a Gambata, Brixien. Episcop. Tortonen.
Joan. Baptista de Bernardis, Lucen. Epis. Adjacen.
Martinus Perezius de Ayala, Hispanus, Episc. Segobiensis.
Nicolaus Psalme, Gallus, Episc. Venden.
Alphonsus Roserus, Ferrarien. Episc. Comaclen. nunc Ferrarien.
Julius Patisianus, de Tolentino, Episc. Asculanen.
Bartholomæus Sebastianus, Hispanus, Episc. Pacten.
Franciscus Lambertus, Sabaudus, Episcop. Nicien.
Maximilianus Doria, Genuen. Episc. Nauen.
Pusthachius du Bellay, Gallus, Episc. Parisien.
Bartholomæus de Capranica, Romanus, Episc. Carinen.
Ennius Massarius de Narnia, Episcop. Ferentranus.
Achilles Brancia, Neapol. Episc. Bovin.
Alberius Duimius de Gliricis, Ord. Præd. de Catharo Episc. Veglen.
Joannes Antolinez de Briciano de la Ribera, Hispanus, Episc. Juvenacen.
Tristanus de Bizet, Gallus, Episcop. Xantonen.

Epi-

Episcopi Julii III.

Marcus Gonzaga, Mantuanus, Episc. Ausleten.
Ascanius Gherardinus de Amelia, Episc. Catracen.
Baldovinus de Baldovinis, Pisanus, Episcop. Aversanen.
Petrus Franciscus Pallavicinus, Genuensis Episc. Alerien.
Ægidius Falcetarius, Bononien. Ord. Præd. Episc. Matinen.
Thimotheus Justinianus de Chio, Græcus, Ord. Præd. Episc. Calamonensis.
Didacus de Almanza Hispan. Episcopus Caurien.
Lactantius Rovetella, Ferrarien. Episc. Asculanus.
Ambrosius Monticula, Lunensis, Sarzanen. Episc. Segonus.
Sebastianus Gualterius, Romanus Episcop. Viterbien.
Honoratus Fascitellus monachus Ord. S. Benedicti Neapolitanus, qui obiit Romæ in mense Martio, 1564. Episc. Insulanus.
Petrus Camajanus, Aretinus, Episc. Fesulanus.
Horatius Græcus, Trojanen. Apulus, Episc. Lesinen.
Fabius Cuppalara, Placentinus, Episc. Lachedon.
Gaspar de Casal, Lusitanus, Ord. S. Augustini, Episc. Leonen.
Bernardinus de Cuppis Romanus, Episcop. Auximanus.
Joannes de Morvilliers, Gallus, Episc. Aurelian.
Julius Gentilius, Torton. Episc. Valturarien.
Adrianus Fulconius, Roman. Episc. Aquinas.
Antonius de S. Michaele, Hispan. Ordin. S. Francisci de observantia, Episc. Montis Marani.
Hieronymus Melchiorius, Recanaten. Episc. Maceraten.
Petrus de Petris de Munte, Aretinus, Episc. Lucerinus.
Cæsar Jaconellus, Romanus, Episcopus Bellocastren.
Julius Grittus, Venetus, Episc. Parentinus.
Jacobus Sylvestus Piccolomineus, de Celano, Episc. Aprutinus.
Ludovicus de Bexe, Gallus, Episcopus Melden.
Jacobus Mignanellus, Senen. Episcopus Grosseran.
Jo. Andr. Cracius de Tibure, Ep. Tiburtin.
Franc. Richardotus, Burgund. Episc. Atrebat.
Carolus Cicada, Genuen. Episc. Albiganen.
Franciscus Maria Piccolomineus, Senen. Episc. Ilcinen.
Accursius Moya de Contreras, Hispan. Episc. Vicent.
Galeatius Roscius de Interamna, qui obiit Tridenti die 16. Octobris 1563. Episc. Assisien.
Jacobus Maria Sala, Bonon. Episcopus Vivarien.
Gabriel de Monte S. Sabini, Episcopus Hesinus.
Marianus Sabellus, Romanus, Episcopus Eugubinus.
Agapitus, Bellhomo, Romanus, Episc. Casterranus.
Julius Cananius, Ferrarien. Episcopus Hadrianis.
Julius Gallertus, Pisanus Episc. Alexan.
Hieronymus Burgensis, Gallus, Episc. Catalaunen.

Episcopi Pauli IV.

Scipio Astensis, Ferrarien. Episc. Casalen.
Didacus Sarmiento de Sotto major, Hispanus Episc. Alturicen.
Thomas Goduellus, Anglus, Episcopus Asaphen.
Faustus Capharellus, Romanus, Episc. Fundanus.
Bellisarius Baldinus, Neapolitanus, Episc. Larinen.
Urbanus Vigerius de Ruere, Genuen. Episc. Senogallien.
Jacobus Suretus, Græcus, Episc. Milopotamen. Junior.
Joan. Baptista Osius, Roman. Episc. Reatinus, obiit die 12. Novemb. 1562.
Marcus Laureus, Tropiensis, Ord. Præd. Episc. Campanien.
Franciscus de Bauquere, Gallus, Episc. Metensis.
Joan. Franciscus Commendonus, Venetus, Episc. Zaxinthen. postea Cardinalis.
Carolus de Grassis, Bononien. Episc. Montis Falisci.
Arias Gallego, Hispan. Episc. Gerunden.
Hieronymus Gallego, Hispan. Episc. Overen.
Hercules Rustinger, Germanus, Episc. Laventinus.
Julius de Rubeis, Polian. Episc. S. Leonis, obiit Romæ in mense Martio, 1563.
Joan. de Munnatones, Hispanus, Ord. S. Augustini, Episc. Segobricen.
Franciscus Bianco, Hispanus, Episcopus Austensis.

Vin-

Vincentius de Luchis, Bononien. Episc. Anconiranus.
Pompejus Piccolomineus de Aragonia, Episc. Tropien.
Petrus Barbaricus, Venetus, Episcopus Curzolen.
Franciscus Bachodius, Sabaudien. Episcop. Gebennen.
Carolus de Appennes, Gallus, Episcopus Cenoman.
Hieronymus de Nichisola, Veronen. Ord. Præd. Episc. Theanen.
Marcus Antonius Bobba, Casalen. Episc. Augustien. nunc Cardinalis.
Jacobus Lomellinus, Mellanen. Episc. Mazarien.
Donatus de Laurentiis, de Asculo, Apulus, Episcop. Atianen.
Petrus Contarenus, Venetus, Episcopus Paphen.
Petrus Danesius, Gallus, Episc. Vauren.
Hieronymus Savorgnanus, Forojulien. Episc. Sibinicen.
Philippus du Bec, Gallus, Episc. Veneten.
Carolus de Roucy, Gallus, Episc. Suession.
Georgius Draskovitius, Croatus, Episcopus Quinque Eccles.
Franciscus de Aguirre, Hisp. Episc. Crotonen.
Andreas de Guesta, Hispan. Episcopus Legionen.
Antonius Gorrionero, Hisp. Episc. Almerien.
Antonius Augustinus, Hisp. Episc. Ilerden.
Angelus Massarelus, Septempedanus, Episc. Thelesin.
Antonius Ciurlia, Barensis, Episcopus Buduensis.
Dominicus Casablanca, Messan. Ord. Præd. Episc. Vecensis.
Petrus Faunus, Costacciarius, Episcopus Aquen.
Jo. Carolus Bovius, Bonon. Episc. Ostunen. nunc Archiepisc. Brundusinus.
Hugo Boncompagnus, Bon. Episc. Vestanus, nunc Card. tit. S. Sixti deinde Pontif. Max. 1572. nuncupatus Greg. XII.
Salvator Pacinus, de Colle, Episc. Clusinus.
Lupus Martinez, Hisp. Episc. Elnen.
Carolus de Espinay, Gallus, Episc. Dolen.
Ægidius Spifame, Gallus, Episc. Nivernen.
Antonius Sebastianus Minturnus, de Traject. Episc. Uxentin.
Bernardus del Bene, Florentinus, Episcopus Nemausen.
Dominicus Bolanus, Venetus, Episcopus Brixien.
Jo. Antonius Vulpis, Comen. Episc. Comen.
Ludovicus de Gevoilhac, Gallus, Episc. Tutel.
Philippus Maria Campegius, Bonon. Episcop. Feltren.
Joannes de Guignones, Hispanus, Episcop. Calaguritan.
Didacus Covarruvias de Leyva, Hisp. Episc. Civitaten.
Philippus Gerius, Pistorien. Episc. Ilciaen. nunc Assisien.
Joan. Antonius Facchinettus, Bononien. Episc. Neocastren. postea Patriarcha Hierosolym. S. R. E. Presb. Card. tit. SS. 4. Coronatorum, ac tandem Pont. Max. dictus Innoc. IX.

Episcopi Pii V.

Hippolytus Capilupus, Mant. Episc. Fanen.
Jo. Fabricius Severinus, Neapolitanus, Episc. Aceren.
Martinus Balduino Rithovius, Episc. Ipren.
Antonius Hasetius, Ord. Præd. Flander. Ep. Namurcen.
Constantinus Bonellus, Ferrarien. Episc. civitatis Castelli.
Julius Superchius, Ord. Carmelitarum, Mantuanus Episcop. Accien. nunc Capruln.
Matthæus de Concinis, Florentinus, Episc. Gortonen.
Nicolaus Sfondratus, Mediolanensis, Episcop. Cremonen. Card. a Greg. XIII. 1583. 12. Decembris & Papa dict. 5. Decembr. 1590. appellatus Greg. XIV.
Ventura Buffalinus, Romanus, Ep. Mellunen.
Ludovicus de Buzil, Gallus, Episc. Vencien.
Hieronymus Galleratus, Mediol. Ep. Sutrinus.
Joan. Petrus Delphinus, Venetus, Ord. Canon. Regularium, Epis. Zacynthi, & Cephaleuæ secundus.
Joannes Andreas Bellonius, Messanen. Episc. Massalub.
Georgius Zischovid, Hungarus, Ord. Min. S. Francisci de observ. Episc. Signien.
Federicus Cornelius, Venetus, Ep. Bergomen.
Stephanus Bouther, Gallus, Episcopus Cordubien.
Joan. Paulus Amanius, Cremens. Episc. Anglon.
Alexander Sfortia, ex Comit. de S. Flora, Ep. Parmen. nunc Card. tit. S. Mariæ in Via.
Antonius de Cirier, Gallus, Episc. Abrincen.
Andreas Mocenicus, Venetus, Epis. Nimofien.
Benedictus Salvinus, Firmanus, Episcopus Vercellanus.
Guilielmus Casiador. Hisp. Episcopus Barchinonen.
Petrus Gonzalez de Mendoza, Hispan. Episc. Salmantin.
Martinus de Corduba de Mendoza, Hisp. Ord. Fræd. Episc. Dertusien.
Julius Magnanus, Placent. Ord. Min. Conv.
S. Francisci, Episcop. Calven.

Valen-

Valentinus Herburus, Polonus, Episc. Præmislien.
Simon Alcotus, Forojulien. electus Episc. Forojulien. mortuus est Trid. die 20. Aug. 1562.
Petrus de Xaque, Hisp. Ord. Præd. Episcop. Ptiochen.
Prosper Rebiba, Messanen. Episc. Trojanus.
Melchior Atosmediano, Hispanus, Episcop. Guadixen.
Hippolytus de Rubeis, Parmensis, Episcopus Papien.
Didacus de Leon, Hisp. Ord. Carmel. Episc. Columbrien.
Annibal Saracenus, Neap. Episc. Licien.
Paulus Jovius, Comen. Electus Episcopus Nucerin.
Hieronymus Teiviganus, Venetus, Ord. Præd. mortuus est Tridenti die 9. Sept. 1562. Episc. Veronen.
Hieronym. Ragazzonus, Venetus, Episcopus Famagust. postea Bergom.
Romulus de Valentibus, de Trebia, Episc. Conversan.
Lucius Maranta, Venusinus, Episcop. Lavellinen.
Simon de Nigris, Genuen. Episc. Sarzanen. mortuus Cardinalis.
Theophilus Gallupus, Tropien. Episc. Oppiden.
Julius Simoneta, Mediolanen. Episcopus Pisauren.
Petrus de Albret, Gallus, Episc. Convenarum.
Jacobus Guidus, Volaterranus, Episc. Pennen. & Adrien.
Didacus Ramirez, Hisp. Episc. Pampilonen.
Franciscus de Gado, Hisp. Episc. Lucen.
Joannes Claudius, Gallus, Episc. Senecen.
Jacobus Gilbertus de Nogueras, Hisp. Episc. Aliphan.
Joannes Annius, Neapol. Episc. Hipponen. & Coadjutor Bovinus.
Antonius Maria de Salviatis, Romanus, in Gallia, Episc. S. Pauli, postea Card. a Greg. XIII. 1583.
Matthæus Priolus, Venetus, Episc. Æmonien. nunc Vicentinus.
Thomas Lollius, Bon. Ep. Soranus, deinde Plac.
Hieronymus Guerinus, Ferrarensis, Ep. Imolen.
Thomas Oyerialthe, Hibernus, Episc. Rosien.
Franciscus de la Valette, Gallus, Episc. Vabren.
Fabius Pignatellus, Neapolitanus, Episcop. Monopolitan.
Carolus de Vicecomitibus, Mediolan. Episc. Vintimilien. mortuus Card. tit. SS. M. Viti, & Modesti, in Macello.
Joannes Colovarinus, Hungarus, Ord. Præd. obiit Tridenti die 24. Novemb. anno 1562. Episc. Canadiensis.

Conc. Trid. cum Gall.

Andreas Dudithius Sbardellatus, Hungar. Episc. Tinien. nunc Quinque Eccles.
Spinellus Benctus Politianus, Episcop. Montispolitiani.
Franciscus Abundius, Castillioneus, Episc. Bebien. nunc Card. tit. S. Nicolai inter imagines.
Stanislaus Faleschi, Polonus, Ep. Theodosien.
Eugenius Ohairr, Hibernus, Ord. Præd. Ep. Achaden.
Donatus Magongial, Hibernus, Ep. Raporen.
Guido Ferrerius, Pedemontanus, Episc. Vercel. nunc Card. tit. S. Euphemiæ, deinde SS. Viti, & Modesti Mart. in Macello.
Jo. Baptista Sighicellius Bonon. Episc. Faventinus.
Sebastianus Vantius, de Arimino, Episcop. Urbeveran.
Jo. Baptista Lomellinus, Mellanen. Episcop. Gardien.
Jo. Baptista Millanensis, Florent. Episcopus Marsican.
Augustinus Mollignarus, Vercellensis, Episc. Trivicanen.
Carolus Grimaldus, Genuen. Episcopus Savonen.
Fabritius Landrianus, Mediolanen. Episcopus S. Marci.
Bartholomæus Ferratinus, Amerinus, Episc. Amerinus.
Petrus Fragus, Hisp. Episc. Ulellen.
Hieronymus de Gadis, Florentinus, Episc. Cortonen.
Franciscus Contarenus, Venetus, Episcop. Paphen.
Joannes Delphinus, Venetus, Episcopus Torcellanus.
Alexander Molus, Comen. Episcopus Minoten.
Hieronymus Vielmus, Venetus, Ord. Præd. Episc. Argolicen.
Franciscus Ragusseus, Ordin. S. Francisci de Observ. Episc. Marchanen.

Abbates.

Ludovicus de Baisley, Abbas Cisterc. & Gener.
Hieronymus Sochier, Gallus, Abb. Claravallen.
Simplicianus Abb. S. Salvatoris Papiæ, de Vultolina, Congregationis Cassinen.
Stephanus Caranius, Navarien. Abb. S. Mariæ Gratiarum, Placentin. dictæ Congreg. Cassinen.
Augustin. Luscus, Hisp. Abb. S. Benedicti de Ferraria, Congregat. Cassinen.
Eustachius de Cordes, Antuerpien. Abb. S. Fortunati apud Bassianum, Congregat. Cassinen.
Claudius de Sainctes, Gallus, Abb. Luxeyllae.

Cosmas Damianus Hortulan. Hispan. Abb. Villæbertrandi.

Generales.

Vincentius Justinianus, Genuen. Generalis Ord. Præd. Cardin. Pii V.
Franciscus Zamorra, Hispanus Generalis Ord. Min. de Observantia.
Antonius de Sapentibus, Augustanus, Gener. Ord. Min. Conventualium.
Christophorus Panavinus, Generalis Ord. Heremitarum S. Aug.
Jo. Baptista Migliavacca, Asten. Gener. Ord. S. Mariæ Servorum.
Stephanus Fazinus, Cremonen. Provincialis Lombardiæ, pro Generali Carmelitarum.
Jacobus Lainez, Hispan. Præpositus Generalis Societatis Jesu.
Thomas Tiphernas Civitatis de Castello, in Umbria, Generalis Capuccinorum.

Doctores Legum pro sacro Concilio missi.

Gabriel Paleottus, Bonon. Auditor Rotæ, nunc Card. tit. S. Nerei, & Achillei.
Scipio Lancellotus, Rom. Advocatus Consistorialis, Card. a Greg. XIII. 1583.
Jo. Bapt. Castellinus, Bonon. Promot. deinde Episc. Arim.
Michael Thomasius, Majoricen. Doctor Decretorum.

Theologi a Summo Pontifice missi.

F. Petrus de Soto, Ord. Prædicatorum, Hisp. obiit Tridenti mense Aprilis, 1563.
Alphon. Salmeron, Hisp. Societ. Jesu.
Franciscus Torensis, Legionensis, Doct. Theologus, Hispanus.
Antonius Solisius, Doctor Theologus, Hispanus.
F. Camillus Campegius, Papien. Inquis. Ferrariæ, Ord. Præd.
F. Hieronymus Bravo, Hisp. Ord. Præd.
F. Adrianus Valentinus, Venetus, Ordin. Prædic. in demortui Fr. Petri de Soto locum, nunc Illustr. Dominii Veneti Inquisitor Generalis.

Doctores Theologicæ facultatis Parisiensis, missi a Carolo IX. Galliarum Rege Christianissimo.

Nicolaus Maillard, Decanus facultatis Parisiensis.
Joannes Peletier.
Antonius Demochares.
Nicolaus de Bris.
Jacobus Hugonis, Franciscanus, idem ac Procurator Reverend. Joan. Ursini, Episc. Trecorensis.
Simon Vigor.
Ricardus du Pre.
Natalis Pailer, obiit Tridenti 7. Kalend. Decembr. 1562.
Robertus Fournier.
Antonius Coquier.
Lazarus Broychot.
Claudius de Sainctes, Carnot. Canon. Regul.

Theologi missi a Philippo II. Rege Catholico.

Cosma Damianus, Hortulanus, electus Abb. Villæbertrandi.
Ferdinandus Tritius, Doctor Theologus, Canonicus Caurien.
Ferdinand. Vellosillus, Doctor Theolog. Canonic. Saguntinus.
Thomas Dassio J. U. D. Canonicus Valent. Licentiat.
Antonius Covarruvias, Auditor Granates.
Ferdinandus Mincasensis, Decret. Doctor.
Frater Joannes Ramirez, Hispanus, Minister Provinc. Divi Jacobi.
Frater Alphonsus Conseras, Commissarius Ord. Min. in Curia Regis Hispaniæ.
Frater Michael de Medina, Hisp. Ord. Min. S. Theolog. Doctor.
Frater Joannes Lobera, Hispanus, sacræ Theologiæ Lector Salmanticæ, missus in societatem ministri Provinc. Divi Jacobi sup. memorati.
Cosmus Palma Fonteyus, Sacræ Theologiæ lector, Hispanus, Hortulan. Abb. Socius.
Fr. Jo. Gallo, Hisp. Ord. Præd.
Fr. Petrus Fernandez, Hisp. Ord. Præd. in societate Magistri Gallo.
Frater Desiderius de S. Martino, Panor. Ord. Carmelitan.
Michael Bajus ab Arbo, Sacræ Theologiæ Doctor.
Joan. Hessels a Lovanio, sacræ Theologiæ Doctor.
Cornelius Jansenius, Hussensis, sacræ Theologiæ Doctor.

Theologi missi a Rege Portugallia.

Fr. Franciscus Foreiro, Ord. Præd.
D. Jacobus a Payva de Andrade, Lusitanus, Doctor Theologus.
D. Melchior Cornelius, Decretorum Doctor, Senator Regis Portugalliæ.

Ab

Ab excellentissimo Duce Saxoniæ.

Joannes Covillonius, Flander ex societate Jesu.

Procuratores Episcoporum absentium.

Marchantius, Doctor Theologus, pro Illust. Card. de Mendozza, Episc. Burgen.
Jo. Gotardus eler. sæc. Germanus, pro Episc. Ratisbon.
Georgius Hochenwarter eler. sæcul. Doctor Theologus, Suffraganeus pro Reverc. Episc. Basileensi.
Frater Felicianus Ninguarda a Morbinio, Ord. Præd. pro Illustr. D. Salisburgen. Orator.
Petrus Cumei, Doctor Theologus, Canonicus Malacitanus, pro Rever. Malacitano.
Joannes Delgadus, Doctor Theologus, Canonicus Tudensis, pro Reverendiss. D. Joanne de S. Æmiliano, Episcop. Tudensi.
Gaspar Cardillus, Villalpandeus, Segob. Doctor Theologus, pro Reverend. Episc. Abulen.
Frater Joannes de Ludenna, Doctor Theologus, Ord. Præd. pro Rever. Episc. Sagutino.
Frater Franciscus Orantes, Lector Vallisoleti, Ord. Minorum pro Rever. Episc. Palentino.
Cæsar Ferrantinus Suessanus, Doctor Theologus, pro Reverendiss. Episcopo Suessano apud Rever. Illerdensem.

Procuratores Ordinum.

Jo. Courignon D. Gallus, Prior, & Procurator Ordinis Cluniacen.
Nicolaus Boucherat, Gallus, Prior Monasterii, de Reclusio, Procurator Generalis Ord. Cistercien.

Theologi sæculares & Doctores Juris Canonici.

Georgius Gerard. Gallus, Doctor Theolog. cum Rev. Antdegavensi.
Gentianus Hervetus, Gallus, cum Illustr. & Revendissim. Cardinale a Lotharingia.
Franciscus Sancius, Decanus facultatis Theologicæ, & Can. Salmantic. cum Rever. Salman.
Matthæus Guerra, Consentinus, Calaber, Presb. sæculares, cum Reverend. Episc. S. Marci.
Federicus Pendasius cum Illustr. Card. de Mantua, Legato S. Concil.
Jo. Franciscus Lombardus, cum Illustr. Card. Seripando, Legato S. Concilii.
Petrus Mercatus Theologus, cum Reverend. Vicensi.
Trigillius, Doctor Theologus, Canonicus Legionen. cum Rever. Legion.
Sobanus, Doctor Theolog. cum Reverend. Legionen.
Antonius Leitonius, Doctor Theolog. cum Rever. Conimbricensi.
Petrus Fomidonius, Doctor Theol. cum Reverend. Salmantino.
Joannes Villetta, D. Theol. cum Reverend. Barcinon.
Jo. Fonseca, D. Theolog. cum Reverendiss. Episc. Granaten.
Michael Oroncupe, D. Theol. cum Rever. Episc. Pampilon.
Alphonsus Fernandez de la Guerra, Hisp. Doctor Theologus, cum Rever. Guadicen.
Michael Ytero D. V. I. cum Rever. Episcop. Pampilon.
Josephus Puebla, Doctor Theolog. cum R. Episc. Civitaten.
Jo. Chiacon, Doct. juris Canonici, cum R. Episc. Almer.
Antonius Garsias, Doctor Theologus, cum Rever. Episc. Oveten.
Benedictus Arias Montanus, Ord. S. Jacobi, Doctor Theologus, cum Reverend. Segobien.
Joannes Barcelona, Theol. cum Rev. Episc. Uticellen.

Doctores Galli, Ordinis S. Benedicti.

Joannes Carthougne, Doctor Theologus.
Joannes de Verdun, Doctor Theologus.

Theologi Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Angelus Ciosius Florentinus, cum Illustr. Card. Mantuano Legato S. Conc.
Seraphinus de Caballis, Brix. Provincialis Terræ sanctæ cum Reverend. suo Generali.
Helisæus Cadys, Venetus, Theologus, cum Reverend. Archiepisc. Pragen.
Petrus Aridien. Gallus, cum Reverend. D. Cenomanen.
Bernardus Bernardi, Gallus, Inquisitor Avenion.

nion. Vicarius Congreg. Franciæ, cum Rever. D. Nemausensi.
Joan. Matthæus Valdina, cum Rever. D. Tarentino.
Petrus Martyr Coma, Hispan. cum Rev. D. Gerundensi.
Petrus Zatores, Hisp. cum Reverend. D. Dertusensi.
Antonius de Grosupto, cum Reverend. D. Viglevanensi.
Aurelius de Chio, cum Rev. D. Spalatensi.
Adriacus Valensinus, Venetus, cum Rever. D. Nicosiensi.
Marcus Medices, Veronen. cum Reverend. D. Ceneten.
Benedictus Herba, Mantuanus, cum Rever. D. Brixiensi.
Michael de Asi, Genuensis, Prior S. Laurentii.
Constantinus Corsanus Iforella, cum Rever. Dom. Montispolitiani.
Henricus de S. Hieronymo, cum Rever. D. Braccarensi.
Ludovicus de Soto major, cum Reverend. D. Georgio de Tuyde.
Baptista del Lugo, cum Rev. D. Veronensi.
Hieronymus Barolus, Papien.

Nomina Fratrum Theologorum S. Francisci de Observantia.

Aloysius de Burgo novo, Italus, Sacræ Theologiæ Lector, Bononiensis, Commissarius Generalis, nunc Ordinis Generalis.
Thomas de Sogliano, Italus, Provinc. Bonon. Minist.
Antonius de Padua, Lusitanus, Ordinis Segretarius.
Bonifacius Ragusæus, Apostolicus Prædicator, Terræ S. Gubernator; nunc Episc. de Stagno in Dalmatia.
Angelus de Perriolo, Italus, Lector Sacræ Theologiæ Petrusiæ.
Angelus Justinianus, Italus, Lector Sacræ Theologiæ Januæ.
Vincentinus de Messina, Italus, Sacræ Theol. Lector Neapoli.
Julius Paffitanus, Urceanus, Italus, Sacræ Theol. Lector Bergomi.
Jacobus Alani, Gallus, Theol. cum Rever. Episc. Venetens.

Nomina omnium Theologorum Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, existentium in sacro Concilio.

Marcus Anton. Gambasonus a Lugo, socius Relig.
Bartholomæus Golphus de Pergula, Prædicator Illustriss.
Joannes Tertius, Bergomen. Lector Theologiæ publicus in Gymnasio Papiens.
Clemens Thomasinus de Florentia, Regens in Conventu S. Crucis de Florentia.
Augustinus Balbus, a Lugo.
Joannes Baptista Giustulphus, Ordin. Scriba.
Antonius de Grignano, Regens S. Antonii de Patavio.
Lucius Anguisola, Placentinus, Regens S. Franc. Bononiæ.
Maximianus Bevianus, Cremen. Orator pro Religione, & Inquisitor Paduæ.
Octavianus Charus de Neap. Regens S. Laurentii de Neap.
Antonius Posius de Monte Ilcino, Regens in Conventu Duodecim Apostolorum Romæ.
Bonaventura Meldulen. Regens in Convent. Parmæ.
Marsilius Peregrinus, Calaber, Regens in Conventu Ferrariæ.
Antonius a Cubulo, Feltren.
Andreas Schyropus de Amandula, cum Rev. Dom. Cathanzario.
Balthassar Crispus, Neapolitanus, cum Rev. Dom. Tropien.

Theologi Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini v

Thaddæus Perusinus, cum Rever. Dom. Silviato, nunc Generalis.
Joannes Paulus Recanatensis, cum Rever. Dom. Quinque Ecclesien. Oratore pro Regno Hungariæ.
Simon Florentinus, cum Illustr. Card. Serbando, Legato.
Cherubinus Lavosius de Cassia, cum Rever. D. Vercellen.
Gabriel Verracelus, Antonitanus.
Ambrosius Veronensis, Prior Conventus S. Marci in Urbe Trid.
Joannes Baptista Burgos, Valentinus, Hispanus.
Antonius Modulphensis, cum Reverend. D. Pragen. Oratore.
Ægidius Vollareranus, cum Rever. Episcopo Thinien.
Eugenius Pisaurensis in præterita Quadrag. Concilii Prædicator celeberrimus.
Adamantius, Florentinus, cum Illustr. Card. Madrutio.
Aurelius Corismaltensis, cum D. Orat. Helveticorum.
Balthassar Massanus, cum Rever. Episcop. Catanica.

Scba-

Sebastianus Fanensis, ejusdem Ord. Scriba.
Chiliophorus de Sanctoris, Burgensis, Hispanus.
Simon de Brazzolatis Patavinus.
Angelus Ferius, Veretus, cum Rever. D. de Olma.
Petrus Lusitanus, cum Rever. D. Leirien.

Theologi Ordinis Fratrum Carmelit.

Joan. Jacobus Chereatus, Vicentinus, Provincialis Venetiarum, nunc Procurator Generalis Ordinis.
Theodorus Masius, Mantuanus, cum Rever. D. Cremonensi.
Sylvester Confessor Illustr. Card. Mantuani.
Lucretius Afolanus, cum Rever. D. Patriar. Venetiarum.
Nicolaus Gallus, cum Rever. P. Generali.
Eraldus Gallus, cum Rever. P. Generali.
Laurentius Laurerus, Venetus, cum Rever. Patre Generali.
Angelus Ambrosinus, Venetus.

Theologi Ordinis Fratrum Servorum.

Stephanus Bonutius, Aretinus.
Asians pro Congregatione Servorum, cum Rever. D. Schonic.

Officiales Sacri Concilii Tridentini.

Episcopus Cavensis, Commissarius.
Episcopus Thelesinus, Segretarius.
Ludovicus Bondonius, Magister Cæremoniarum.
Antonius Marcellus, Depositarius.

Cantores Sacri Concilii.

Simon Bartolinus, Perusinus.
Joan. Aloysius de Episcopis, Neapolit.
Bartholomæus Conte, Gallus.
Matthias Albo, de Fulginio.
Franciscus Bustamante, Hisp.
Jo. Antonius Latinus, Beneventanus.
Franciscus Druda, Callienfis.
Lucas Longincus, Gisonen.
Petrus Scorteccius, Aretinus.

Notarii.

Marcus Antonius Peregrinus, Comensis, & Cynthius Pamphilus, de S. Severino.
Hieronym. Gambarus, Brixiensis, Forensis.

Cursores S. D. N. & sacri Concilii.

Nicolaus de Matthæis, & Jacobus Carra. } Allobroges.

NUMERUS PRÆLATORUM

Cujuscunque Nationis, qui ad œcumenicam Tridentinam Synodum convenere.

Prælati	Itali	187.	Per Procuratores 2.
	Galli	26.	per Procuratores 1.
	Germani	2.	per Procuratores 4.
	Hispani	31.	per Procuratores 4.
	Lusitani	3.	
	Græci	6.	
	Poloni	2.	
	Ungari	2.	
	Angli	1.	
	Hiberni	3.	
	Flandri	2.	
	Croati	1.	
	Moravi	1.	
	Illyrici	1.	

INDEX
LIBRORUM PROHIBITORUM

Ex Concilio Tridentino præscriptus,

AUCTORITATE PII IV. PRIMUM EDITUS, postea vero a Sixto V. auctus, demum Clementis VIII. jussu recognitus.

Additis regulis, ac exequendæ prohibitionis ratione.

CLEMENS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Sacrosanctum Catholicæ fidei depositum, sine quo Deo placere, aut æternam salutem consequi nemini licet, ut salvum in Ecclesia Dei perpetuo conservaretur, posterisque inviolatum traderetur, pastoralis Romanorum Pontificum vigilantia, summo semper studio & contentione laboravit. Ipsi enim a Christo Domino, hujus tam pretiosi depositi auctore, & illud fideliter custodiendi, & bonum semen patrisfamilias, ab inimici hominis zizaniis discernendi, & Ecclesiam salutari doctrina ædificandi, præcipuam curam, summamque potestatem, in Beatissimo Petro Apostolorum Principe acceperunt. Quocirca sanctæ memoriæ Gelasius Primus, & Gregorius IX. aliique complures Romani Pontifices, prædecessores nostri, zelo zelati pro domo Domini exercituum, ut hanc fidei Catholicæ, doctrinæque integritatem, salvam incorruptamque in Ecclesia Dei retinerent, Apostolici animi magnitudine, pro muro domus Israel, adversus ejusdem fidei hostes seipsos opponentes, ne illorum dolis & insidiis imprudentes & simpliciores homines caperentur, lucem a tenebris, prava a rectis sejunxerunt, quæ sequenda, quæ cavenda essent, Christi fidelibus declararunt, probatos, laudabiles, orthodoxos libros ab adulterinis, pernitiosis & apocryphis singulari diligentia distinxerunt, postremo hæreticorum impia dogmata, & noxia, ac venenata scripta, Conciliorum decretis, Pontificiis constitutionibus, aut alio opportuno censuræ genere condemnarunt. Sed cum nostris hisce calamitosis, & novissimis temporibus, antiquus humani generis hostis, a sua malitia nunquam recedens, ad eandem Catholicam doctrinam, & veritatem labefactandam pestiferas hæreses, & detestabiles errores, aut novos conflasset, aut veteres ex inferis excitasset; sacra Tridentina Synodus pestilentem noxiorum librorum copiam, quæ plus nimio excreverat, coercere atque auferre cupiens, primum quidem doctissimos aliquos viros delegit, qui de tota ea re cognoscerent, & deliberarent, deinde vero, cum ii in negotio non parum progressi essent, justis de causis, eadem Synodus permota, ad ipsam Apostolicam Sedem, integram rem deferendam statuit. Itaque fel. record. Pius Papa IV. prædecessor noster, qui tunc ad Ecclesiæ gubernacula sedebat, Prælatis quibusdam, doctrina & prudentia præstantibus, adhibitis, Indicem librorum prohibitorum, & Regulas quasdam per suas literas in forma Brevis, promulgavit, & ejusmodi noxiorum librorum detrimentis depellendis, opportune providit. Cæterum, licet illa pro temporis ratione prudenter fuerint tunc constituta, tamen cum Sathanæ astutia, in hujusmodi librorum editione nova in dies mala crescerent (nam post illud tempus alii etiam libri pernitiosi partim conscripti, atque editi, partim qui scripti erant, & antea delituerant, in medium prodiere, quorum lectione simpliciores, & incauti homines in errores induci facile poterant; propterea piæ mem. Sixtus Papa V. prædecessor noster, multis illustris, atque ad regulas adjectis necessariis rebus, mandavit, ut nonnulli alii eum in generis libri, eidem Indici adderentur. Verum cum idem Sixtus, re minime absoluta, ab humanis excesserit; Nos animarum saluti, quantum cum Domino possumus, consulentes, quod jam pridem utiliter cœptum, & a multis qui desiderabant erat, hoc tempore opportuno perfici nostro, atque in lucem edendum curavimus. Venerabili igitur fratre nostro Marco Antonio Episcopo Praenestino de Columna, & dilectis filiis nostris Augustino S. Mariæ de Vertice, Simeoni S. Anastasiæ de Tetrano, Hieronymo S. Mariæ super Minervam Asculano, Federico S. Mariæ Angelorum in thermis, Bortomæo Francisco, S. Mariæ Transpontinæ Toleto, titulorum Presbyteris, necnon Ascanio S. Mariæ in Cosmedin, de Columna Diacono, Cardinalibus super hujusmodi Indice per nos deputatis, aliisque piis, & eruditis viris in consilium adhibitis, ea omnia, ac singula, quæ a Sixto V. ut supra diximus, instituta erant, diligenter examinanda commisimus, quæ cum magno studio visa, ac Deo favente, demum absoluta fuerint; Nos tamen eandem Pii prædecessoris Constitutionem, & Indicem, ac Regulas, quorum omnium tenores haberi volumus, pro expressis, quam hæc ipsa illis addita, prout inferius descripta sint, omnia & singula auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, atque ab omnibus, tam Universitatibus, quam singularibus personis ubique locorum existentibus, sub eisdem pœnis in dicta Pii Constitutione contentis, observari præcipimus, & mandamus. Quo autem facilius negotium, cum prohibitionis, tum expurgationis & impressionis librorum, peragatur, eas omnes facultates, privilegia, & indulta, quæ fel. recent. mem. Pius V. Magistro sacri Palatii primum, deinde Greg. XIII. & Sixtus V. Cardinalibus Congregationis prædictæ concesserunt, quorum tenores hic volumus haberi pro expressis, confirmamus, & quatenus opus est, innovamus iis omnibus, quæ additis in hoc Indice non adversantur, voluntasque propterea, ac decernimus, ut si quæ in posterum dubitationes aut controversiæ circa ipsum Indicem illiusque Regulas, aliaque illis addita emerserint, ad Congregationem supra dictorum Cardinalium;

seu aliorum, qui pro tempore super Indice hujusmodi deputati fuerint, referantur, & ex sententia eorumdem Cardinalium nobis, aut successoribus nostris, si rei gravitas id postulaverit, consultis, declarentur, & decidantur; quorum auctoritatem, tum permittendis, tum prohibendis, expurgandis, & imprimendis libris, aliisque ad eam rem pertinentibus, explicandis, volumus esse præcipuam, atque ita mandamus ab omnibus venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, & dilectis filiis Inquisitoribus, Universitatibus, Magistris, Doctoribus, Bibliopolis, Impressoribus, Mercatoribus, Gabellariis, cæterisque omnibus cujuscunque gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticis sæcularibus, vel regularibus, quam laicis, quocunque honore vel dignitate præditis, inviolabiliter observari. Non obstantibus Apostolicis, ac universalibus, provincialibus, & synodalibus Conciliis, editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac quibusvis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnium & singulis, etiamsi pro illorum sufficiente derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & ad verbum inserta mentio habenda esset, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Decernentes, earumdem præsentium exemplis, etiam expressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Prælati alicujus Ecclesiastici obsignatis, eandem haberi fidem, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Tusculi, sub annulo Piscatoris, die decima septima Octobris millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, Pontificatus nostri Anno quarto.

M. Vestrius Barbianus.

PIUS PAPA IV.

Ad perpetuam rei memoriam.

DOMINICI gregis custodia Domino disponente præpositi, vigilis more Pastoris, non desistimus ipsi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima possumus cura & diligentia præcavere, ne propter negligentiam nostram pereant oves, quæ pretiosissimo Domini nostri JESU Christi sanguine sunt redemptæ. Etsi autem, quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant, in œcumenico, & Generali Conc. Tridentino Sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata, ac definita fuerunt, ut facile jam sit unicuique sanam Catholicamque doctrinam, a falsa adulterinaque internoscere: tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio, non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verum sæpe etiam doctos eruditosque in varios errores, & a veritate fidei Catholicæ alienas opiniones inducere, huic quoque rei esse duximus providendum. Cum autem aptissimum ei malo remedium esse sciremus, si componeretur atque ederetur Index, sive catalogus librorum, qui vel hæretici sint, vel de hæretica pravitate suspecti, vel certe moribus & pietati nocent; id negotium ad sacram Tridentinam Synodum rejeceramus. Ea vero ex tanta Episcoporum, & aliorum doctissimorum virorum copia delegit, ad eum conficiendum Indicem, multos cum doctrina, tum judicio insignes Prælatos ex omnibus fere nationibus, qui quidem non sine maximo labore plurimisque vigiliis eum Indicem tandem, Deo juvante, perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Proxime autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decreto, is Index nobis oblatus fuisset, ut, ut ante ederetur, quam a nobis approbatus fuisset; Nos doctissimis quibusdam, probatissimisque Prælatis, eum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus & ipsi etiam legimus. Cum igitur tum magno studio, acri judicio, diuturna cura confectum, & præterea commodissime digestum esse cognoverimus; Nos saluti animarum consulere, eamque ob causam providere cupientes, ne libri, & scripta cujuscumque generis, quæ in eo improbantur sive ut hæretica, sive ut de hæretica pravitate suspecta, sive ut pietatis ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, posthac a Christi fidelibus legantur: ipsum Indicem una cum Regulis ei præpositis auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, imprimique ac divulgari, & ab omnibus Universitatibus Catholicis, ac quibuscunque aliis, ubique suscipi, easque regulas observari mandamus, atque decernimus, Inhibentes omnibus, & singulis, tam Ecclesiasticis personis, Secularibus, & Regularibus, cujuscunque gradus, ordinis, & dignitatis sint, quam laicis, quocunque honore, ac dignitate præditis: ne quis contra earum Regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionem Indicis, libros ullos legere habereve audeat. Si quis autem adversus eas Regulas prohibitionemque fecerit, is quidem, qui hæreticorum libros, vel cujusvis auctoris scripta propter hæresim, ac falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit habueritve, ipso jure in ex-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE
DIRECCIÓN GENERAL DE B

excommunicationis pœnam incidat, eamque ob causam in eum tamquam de hæresi suspectum inquiri & procedi liceat: præter alias pœnas super hoc ab Apostolica Sede sacrisque canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habuerit ve, præter peccati mortalis reatum Episcoporum arbitrio severe se noverit puniendum. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque, aut si quibus communiter, vel divisim ab eadem Sede indultum, ne excommunicari possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Ut hæc autem ad omnium notitiam perveniant, neve quis excusatione ignorantiæ uti possit, volumus & mandamus, ut hæ literæ per aliquos curiæ nostræ cursores in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, ut Missarum solemnibus interfit, congregari solet, palam, & clara voce recitentur, & postquam recitatæ fuerint, ad valvas earum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affixantur: ibique ut legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autem inde amovebuntur, earum exempla in iisdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem & affixionem, omnes & singulos, qui his literis comprehenduntur, post tres menses, a die publicationis & affixionis earum, numerandos, volumus perinde astrictos & obligatos esse, ac si ipsismet illæ editæ ac factæ fuissent. Transumptis quoque earum, quæ manu alicujus publici Notarii scripta subscriptave, & sigillo ac subscriptione alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munita fuerint, fidem sine ulla dubitatione habiri mandamus, atque decernimus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 24. Martii 1564. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Antonius Florebellus Lavellinus.

IN

IN INDICEM LIBRORUM PROHIBITORUM,

Confectum a deputatione TRIDENTINÆ SYNODI Regulæ & Observationes.

Præfatio R. P. P. Francisci Forerii, Ord. F. Præd. Sac. Theol. Professoris, & ejusdem Deputationis Secretarii.

CUM sancta œcumenica Tridentina Synodus, iis rationibus adducta, quæ in secundæ Sessionis Decreto sub Beatissimo Pio IV. Pont. Max. explicatæ sunt, censuisset, ut Patres aliquot, ex omnibus fere nationibus delecti, de librorum delatorum, quid statuendum esset, diligenter cogitarent, in eam tandem sententiam post diuturnam deliberationem venerunt, ut judicarent nihil utilius fieri posse, quam si Romanus ille prohibitorum librorum Index, ab Inquisitoribus Romæ postremo confectus, paucis tantum demptis, atque etiam additis, retineretur; quippe qui cum magna maturitate a multis viris doctis compositus, plurimos comprehendat auctores, atque in ordinem satis commodum digestus esse videatur.

Quoniam vero intelligebant, propterea aliquibus Provinciis, ac locis hactenus cum Indicem receptum non esse, quod in eo quidam libri prohiberentur, quorum lectione viri docti privati magno incommodo afficerentur, atque animadvertentes etiam in eo esse nonnulla parum explicate posita, quæ interpretatione indigerent, ac multum duuque deliberationibus agitata, ac viris etiam ex omni natione, Theologicæ facultatis scientissimis, in consilium adhibitis, subjectas Regulas componendas judicarunt, ut quoad ejus fieri posset, doctorum hominum commodis, & studiis, salva veritate ac religione prospiceretur.

Illud igitur in primis observare oportet, unamquamque pene alphabeti literam, tres habere classes.

In prima non tam libri, quam librorum Scriptores continentur, qui aut hæretici, aut nota hæresis suspecti fuerunt, horum enim Catalogum fieri oportuit, ut omnes intelligant, eorum scripta, non edita solum, sed edenda etiam prohibita esse.

Sed illud etiam animadvertendum est, quod licet multi præterea sint, qui justissimis de causis in hanc classem referri poterant, Patribus tamen non is fuit animus, aut ad eorum pertinebat institutum, ut eos ad unum perquirerent, sed iis pœne contenti fuere, qui in Romano Catalogo descripti sunt, de aliis vero ejusdem generis auctoribus, idem ab ordinariis & Inquisitoribus statuendum existimarunt.

In secundam Classem non auctores, sed libri sunt relati, qui propter doctrinam, quam continent, non sanam, aut suspectam, aut quæ offensionem etiam in moribus tantum fidelibus afferre potest, rejiciuntur, etiamsi auctores, a quibus prodiere, ab Ecclesia numquam defecerunt.

Tertia vero, & ultima classis, eos libros complectitur, qui sine scriptoris nomine exierunt in vulgus, & eam doctrinam continent, quam Romana Ecclesia tamquam Catholicæ fidei, aut morum integritati contrariam, refutandam ac repellendam esse decernit.

Non enim omnes libros, qui nomen auctoris non præferunt, damnandos putarunt, quandoquidem sæpe viros doctos ac sanctos novimus, ut Christiana quidem Reipsa eorum vigiliis fructum caperet, ipsi vero inanem gloriam evitarent, libros optimos sine nomine edidisse, seu eos tantum, qui aut liquido pravam, aut dubiam fidei doctrinam, sive moribus perniciosam continent.

At vero qui sint hujusmodi, aut tales censeri debeant, præter eos, qui in hoc Catalogo descripti sunt, Episcopi, & Inquisitores una cum Theologorum Catholicorum consilio dijudicabunt.

Sed propter nostrorum temporum malitiam, ne in posterum libri sine nomine auctoris edantur, decreto quartæ sessionis Tridentini Concilii, sub fel. rec. Paul. III. quod

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quod incipit ; sed & impressoribus, &c. provisum est.

REGULA I.

LIBRI omnes, quos ante annum M.D.XV. aut summi Pontifices, aut Concilia œcumenica damnarunt, & in hoc indice non sunt, eodem modo damnati esse censeantur, sicut olim damnati fuerunt.

REGULA II.

HÆresiarcharum libri, tam eorum, qui post præfixum annum hæreses invexerunt, vel susceperunt, quam qui hæreticorum Capita, aut Duces sunt, vel fuerunt, quales sunt Lutherus, Zwinglius, Calvinus, Balthasar Pacimontanus, Schwenckfeldius, & his similes cujuscumque nominis, tituli, aut argumenti existant, omnino prohibentur.

Aliorum autem hæreticorum libri, qui de religione quidem ex professo tractant, omnino damnantur.

Qui vero de religione non tractant, a Theologis Catholicis, jussu Episcoporum & Inquisitorum examinati, & approbati permittuntur.

Libri etiam catholice conscripti, tam ab illis, qui postea in hæresim lapsi sunt, quam ab illis, qui post lapsum ad Ecclesiæ gremium rediere, approbati a facultate Theologica alicujus Universitatis catholicæ, vel ab inquisitione generali, permitti poterunt.

REGULA III.

VErsiones scriptorum etiam Ecclesiasticorum, quæ hactenus editæ sunt a damnatis auctoribus, modo nihil contra sanam doctrinam contineant, permittuntur.

Librorum autem veteris testamenti versiones, viris tantum doctis, & piis, judicio Episcopi concedi poterunt; modo hujusmodi versionibus tamquam elucidationibus vulgatæ editionis, ad intelligendam sacram scripturam, non autem tamquam sacro textu utantur.

Versiones vero novi Testamenti, ab auctoribus primæ classis hujus Indicis factæ nemini concedantur, quia utilitatis parum, periculi vero plurimum, lectoribus, ex earum lectione, manare solet.

Si quæ vero annotationes cum hujusmodi, quæ permittuntur, versionibus, vel cum vulgata editione circumferuntur, expunctis locis suspectis a facultate Theologica alicujus Universitatis catholicæ, aut Inquisitione generali, permitti poterunt, quibus & verbum.

Quibus conditionibus totum volumen Bibliorum, quod vulgo Biblia Vatabli dicitur, aut partes ejus, concedi viris piis & doctis poterunt.

Ex Bibliis vero Isidori Clarii Brixiani prologus, & prolegomena præcidantur, ejus vero textum vulgatæ editionis esse existimet.

REGULA IV.

CUm experimento manifestum sit, si sacra Biblia vulgari lingua, passim sine discrimine permittantur, plus inde ob hominum temeritatem detrimenti, quam utilitatis oriri, hac in parte judicio Episcopi, aut Inquisitoris sterur, ut cum consilio Parochi, vel Confessarii, Bibliorum a catholicis auctoribus versorum lectionem in vulgari lingua ejus concedere possint, quos intellexerint, ex hujusmodi lectione non damnum, sed fidei, atque pietatis augmentum capere posse; quam facultatem in scriptis habeant.

Qui autem absque tali facultate ea legere, seu habere præsumpserit, nisi prius Bibliis Ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit.

Bibliopolæ vero, qui prædictam facultatem non habent, si Biblia idiomate vulgari conscripta vendiderint, vel alio quovis modo concesserint, librorum pretium in usus pios ab Episcopo convertendum, amittant aliisque pœnis pro delicti qualitate ejusdem Episcopi arbitrio subjaceant.

Regulares vero, nonnisi facultate a Prælatis suis habita, ea legere, aut emere possint.

OBSERVATIO

Circa quartam regulam.

ANimadvertendum est circa suprascriptam quartam regulam Indicis sel. rec. Pii Papæ IV. nullam per hanc impressionem, & editionem de novo tribui facultatem Episcopis, vel Inquisitoribus, aut Regularium superioribus, concedendi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cum hactenus mandata, & ab sanctâ Romanâ & universali Inquisitionis fuerint sublata ejusmodi facultas concedendi hujusmodi licentias legendi, vel retinendi Biblia vulgaria, aut alias sacræ scripturæ tam novi, quam veteris Testamenti partes, quæ in vulgari lingua editæ, ac insuper summaria & compendia etiam historica earumdem Bibliorum, seu librorum sacræ Scripturæ, quocumque vulgari idiomate conscripta, quod quidem inviolate servandum est.

REGULA V.

LIbri illi, qui hæreticorum auctorum opera interdum prodeunt, in quibus nulla, aut pauca de suo apponunt, sed aliorum dicta colligunt, cujusmodi sunt Lexica, Concordantiæ, Apophthegmata, Similitudines, Indices, & hujusmodi, si quæ habeant admixta, quæ expurgatione indigeant illis Episcopi & Inquisitoris, una cum Theologorum Catholicorum consilio, sublatis, aut emendatis permittantur.

REGULA VI.

LIbri vulgari idiomate de controversiis inter Catholicos & hæreticos nostri temporis disserentes, non passim permittantur, sed idem de iis servetur, quod de Bibliis vulgari lingua scriptis statutum est.

Qui vero de ratione bene vivendi, contemplandi, confitendi, ac similibus argumentis vulgari sermone conscripti sunt, si sanam doctrinam contineant, non est, cur prohibeantur; sicut nec sermones populares, vulgari lingua habiti.

Quod si hactenus in aliquo regno, vel provincia, aliqui libri sunt prohibiti, quod nonnulla continerent, quæ sine delectu ab omnibus legi non expediat, si eorum auctores Catholici sunt, postquam emendati fuerint, permitti ab Episcopo & Inquisitore poterunt.

REGULA VII.

LIbri, qui res lascivas, seu obscœnas, ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solum fidei, sed & morum, qui hujusmodi librorum lectione facile corrumpi solent, ratio habenda sit, omnino prohibentur: & qui eos habuerint, severe ab Episcopis puniantur.

Antiqui vero ab ethnicis conscripti, propter sermonis elegantiam, & proprietatem, permittuntur, nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.

REGULA VIII.

LIbri, quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu impietatem, divinationem, seu superstitiones spectant a catholicis Theologis Inquisitionis generalis auctoritate expurgari, concredi possunt.

Idem judicium sit de prologis, summariis, seu annotationibus, quæ a damnatis auctoribus, libris non damnatis, appositæ sunt: sed posthac nonnisi emendati excudantur.

REGULA IX.

LIbri omnes & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Oeomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, sive in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes, artes magicæ, prorsus rejiciuntur.

Episcopi vero diligenter provideant, ne Astrologiæ judiciariæ libri, tractatus, indices legantur vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisve casibus, aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certo aliquid eventurum affirmare audent.

Permittuntur autem judicia & naturales observationes, quæ navigationis, agriculturæ sive medicæ artis juvandæ gratia conscripta sunt.

OBSERVATIO

Circa nonam regulam.

CIrca regulam 9. ejusdem Indicis, ab Episcopis, & Inquisitoribus, Christi fideles fideliter administrandi sunt, quod in regentes, aut retinentes contra regulam hanc, libros hujusmodi Astrologiæ judiciariæ, divinationum & sortilegiorum, veramque aliarum in eadem Regula expressarum, procedi possit, non modo per ipsos Episcopos, & ordinarios, sed etiam per Inquisitores locorum ex constitutione sel. rec. Sixti Papæ V. contra exercentes Astrologiæ judiciariæ artem & alia quæcumque divinationum genera, librosque de eis legentes, ac tenentes, promulgata, sub Datum Romæ ad Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1586. Nonis Januarii, Pontificatus sui anno primo.

RE-

REGULA X.

IN librorum, aliarumve scripturarum impressione servetur, quod in Concilio Lateranensi sub Leone X. sessione decima statutum est.

Quare si in alma urbe Roma liber aliquis sit imprimendus, per Vicarium summi Pont. & sacri Palatii Magistrum, vel personas a Sanctissimo Domino Nostro deputandas, prius examinetur.

In aliis vero locis ad Episcopum, vel alium habentem scientiam libri, vel scripturæ imprimendæ, ab eodem Episcopo deputandum, ac Inquisitorem hæreticæ pravitatis ejus civitatis, vel diœcesis, in qua impressio fiet, ejus approbatio, & examen pertineat, & per eorum manum, propria subscriptione, gratis, & sine dilatione imponendam sub pœnis, & censuris in eodem decreto contentis approbetur, hac lege & condizione addita, ut exemplum sibi imprimendi authenticum & manu auctoris subscriptum, apud Examinatorem remaneat.

Eos vero, qui libellos manuscriptos vulgant, nisi ante examinati, probatique fuerint, eisdem pœnis subjici debere, judicarunt Patres deputati, quibus Impressores, & qui eos habuerint, & legerint, nisi auctores prodiderint, pro auctoribus habeantur.

Ipsa vero hujusmodi librorum probatio in scriptis detur, & in fronte libri scripti, vel impressi authentice appareat, probatioque & examen, ac cetera gratis hanc.

Præterea in singulis civitatibus, ac diœcesibus, domus vel loci, ubi ars impressoria exercetur, & bibliothecæ librorum venalium sæpius visitentur, a personis ad id deputandis ab Episcopo, sive ejus vicario, atque etiam ab Inquisitore hæreticæ pravitatis, ut nihil eorum, quæ prohibentur, aut imprimatur, aut vendatur, aut habeatur.

Omnes vero librarii, & quicumque librorum venditores, habeant in suis bibliothecis indicem librorum venalium, quos habent, cum subscriptione dictarum personarum, nec alios libros habeant aut vendant, aut quacumque ratione tradant, sine licentia eorumdem deputandorum, sub pœna amissionis librorum & aliis arbitrio Episcoporum, vel Inquisitorum imponendis, emptores vero, lectores, vel impressores eorumdem arbitrio puniantur.

Quod si aliqui libros quoscumque in aliquam civitatem introducant, teneantur eisdem personis deputandis renuntiare, vel si locus publicus mercibus ejusmodi constitutus sit, ministri publici ejusdem loci, prædictis personis significent, libros esse adductos.

Nemo vero audeat librum, quem ipse vel alius in civitatem introduxit, alicui legendum tradere, vel aliqua ratione alienare, aut commodare, nisi oblato primo libro, & habita licentia a personis deputandis, aut nisi notorie constet, libros jam esse omnibus permissum.

Idem quoque servetur ab hæredibus & exequutoribus ultimarum voluntatum, ac libros a defuncto relictos, sive eorum hæredem, illis personis deputandis offerant, & ab iis licentiam obtineant, priusquam ea utantur, aut in alias personas, quacumque ratione eos transferant.

In his autem omnibus, & singulis pœna statuatur, vel amissionis librorum, vel arbitrio eorumdem Episcoporum vel Inquisitorum, pro qualitate contumaciæ.

Circa vero libros, quos patres deputati aut examinarunt, aut expurgarunt, aut expurgandos tradiderunt, aut certis conditionibus, ut rursus excuderentur, concesserunt, quidquid illos statuisse constiterit, tam Bibliopolæ quam cæteri observent.

Liberum tamen sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus, secundum facultatem quam habent, eos etiam libros, qui his regulis permitti videntur, prohibere, si hoc in suis regnis aut provinciis, vel diœcesibus expedire judicaverint.

Cæterum nomina eum librorum, qui a patribus deputatis purgati sunt, tum eorum quibus illi hanc provinciam dederunt, cum eisdem deputatorum Secretarius, a Notario tactæ universalis Inquisitionis Romanæ descripta, Sanctissimi Domini nostri judicandæ tradidit.

Ad extremum vero omnibus fidelibus præcipitur, ne quis audeat contra harum Regularum præscriptum, aut hujus Indicis prohibitionem libros aliquos legere, aut habere.

Quod si quis libros hæreticorum vel cujusvis auctoris scripta, ob hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita, legerit, sive habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrat.

Qui vero libros, alio nomine inscriptos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, judicio Episcoporum severe punitur.

OBSERVATIO

De Thalmud & aliis libris Hebræorum.

QUamvis in tertia classe Indicis prædicti Pii Papæ IV. sub litera T. Thalmud Hebræorum ejusque glossæ, annotationes, interpretationes, & expositiones omnes prohibeantur, sed quod si absque nomine Thalmud, & sine injuriis & calumniis in Religionem Christianam aliquando prodissent, tolerarentur, quia tamen Sanctissimus Dominus noster Clemens Papa VIII. per suam constitutionem contra impia scripta & libros Hebræorum, sub Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Domini M. D. LXXXII. pridie Kal. Martii, Pontificatus sui anno secundo illos prohibuit atque damnavit; mens ipsius non est, eos propterea nullatenus etiam sub illis conditionibus permittendi aut tolerandi, sed specialiter & expresse statuit & vult, ut hujusmodi impii Thalmudici, Cabalistici, aliique nefarii Hebræorum libri omnino damnati & prohibiti maneant & censeantur, atque super eis & aliis libris hujusmodi, prædicta constitutio perpetuo & inviolabiliter observetur.

De libro Magazor.

AD hæc sciant Episcopi, Ordinarii, & Inquisitores locorum, librum Magazor Hebræorum, qui continet partem officiorum, & cæremoniarum ipsorum, & Synagogæ, Lusitanica, Hispanica, Gallica, Germanica, Italica, aut quavis alia vulgari lingua, præterquam Hebræa, editum jamdiu ex speciali decreto rationabiliter prohibitum esse. Idcirco provideant illum nullatenus permitti aut tolerari debere, nisi Hebraica lingua prædicta.

Instructio eorumdem, qui libros tum prohibendos, tum expurgandos, tum etiam imprimendos, diligentem ac fidelem (ut par est) operam sunt daturi.

AD fidei Catholicæ Conservationem, non satis est, quinam ex jam editis libris damnatæ lectionis sint cognoscere (quod Indice, & Regulis confectis per Patres a generali Tridentina Synodo delectos præsipue sanctum est) nisi illud etiam caveatur, ne vel iidem denuo pullulent libri, vel similes alii emergant & propagentur, qui incautas fidelium mentes occulto veneno inficientes justa ac merita damnatione digni judicentur.

Ut igitur quicumque posthac seu veteres seu novi libri edentur, quam maxime pueri, & tam in iis quæ ad fidem, quam quæ ad mores pertinent, incontaminati existant, quid citra malorum librorum interdictionem, ad eos penitus abolendos, tam ab Episcopis & inquisitoribus, quam a cæteris, quorum ad id in Ecclesia Dei studium valere, & auctoritas potest, (præter ea quæ Tridentinorum Patrum Regulis supradictis decreta sunt,) publica utilitas exigat, capitibus infra positis, diligentius lancitur, eisdemque statuitur, quæ omnino in posterum, tum ab iisdem Episcopis, & inquisitoribus aliisque, ut præfertur in malorum librorum interdictione, & abolitione, tum a Correctoribus in librorum, ac cæterorum quorumcumque scriptorum correctione atque emendatione, tum a Typographis, in ipsorum librorum impressione, (pœna pro arbitrio Episcopi, & inquisitoris adversus eosdem Typographos constituta) inviolate sunt observanda.

Romæ vero hæc omnia certo a se propositis edictis præscribendo tempore prætari curabit Sac. Pal. Magister.

DE PROHIBITIONE LIBRORUM.

§. I.

CUrent Episcopi, & Inquisitores, ut statim, atque hic Index fuerit publicatus, eorumdem Jurisdictioni subjecti, ad ipsos descripta sigillatim deferant nomina librorum omnium & singulorum, quos apud se in eodem Indice prohibitos quisque reperiet.

Ad hujusmodi vero libros sic significandos infra certum tempus ab Episcopo, vel inquisitore præscribendum, omnes cujuscumque gradus & conditionis extiterint, sub gravi pœna eorum arbitratu infligenda, teneantur.

§. II.

SI qui erunt, qui librum unum, aut plures ex prohibitis, qui ad præscriptum regularum permitti possunt, certa aliqua ex causa ponestatem sibi fieri cupient, aut legendi fieri ante expurgationem desiderent, concedendæ facultatis extra Urbem jus erit penes Episcopum, aut Inquisitorem; Romæ penes Magistrum sacri Palatii.

Qui

Qui quidem gratis tam, & scripto manu sua subsignato tribuent, de tractatu in tricennium renovandum, ea in primis adhibita consideratione, ut nonnisi viris dignis, ac pietate, & doctrina conspicuis, cum delectu, ejusmodi licentiam largiantur, iis autem imprimis, quorum studia, utilitatis publicæ, & sanctæ Catholicæ Ecclesiæ usui esse, compertum habuerint.

Qui inter legendum, quæcumque reperient animadversione digna, notatis capitibus, & foliis significare Episcopo, & inquisitori teneantur.

§. III.

Illud enim Catholicæ fidei conservandæ necessitas extra Italiam, maxime cum ab Episcopis, & inquisitoribus, tum a publicis Universitatibus, omni doctrinæ laude florentibus postulat, ut eorum librorum Indicem confici, & publicari curent, qui per eorum regna, atque provincias, hæretica labe infecti, ac bonis moribus contrarii, vagantur, sive illi propriæ nationis, sive alienæ lingua conscripti fuerint.

Utque ab eorum lectione, seu retentione, certis pœnis ab iisdem Episcopis, & Inquisitoribus propositis, eorumdem regnorum, ac provinciarum homines arceant.

Ad quod exequendum, Apostolicæ sedis Nuntii, & Legati extra Italiam, eosdem Episcopos Inquisitores, & Universitates sedulo excitare debebunt.

§. IV.

Idem Apostolici extra Italiam Nuntii, sive legati, necnon in Italia Episcopi & inquisitores, eam curam suscipient, ut singulis annis catalogum diligenter collectum librorum in suis partibus impressorum, qui aut prohibiti sint, aut expurgatione indigeant, ad sanctam Sedem Apostolicam vel congregationem Indicis, ab illa deputatam transmittant.

§. V.

Episcopi, & Inquisitores, seu ab iisdem subdelegati, & deputati tam in Italia, quam extra, penes se habeant singularum nationum Indices, ut librorum, qui apud illas damnati ac prohibiti sunt, cognitionem habentes, facilius prospicere possint, an etiam a suæ jurisdictionis terris eosdem recognitos, atere vel retinere debeant.

§. VI.

In universum autem de malis, & perniciosis libris id declaratur, atque statuitur, ut qui certa aliqua lingua imposterum edi, ac deinde prohiberi, ac damnari a Sede Apostolica sunt, eosdem quoque, in quemcumque postea vertantur linguam, eodem ab eadem Sede, ubique gentium, sub eisdem pœnis interdictos & damnatos.

DE CORRECTIONE.

§. I.

Habeant Episcopi, & inquisitores conjunctam facultatem, quoscumque libros juxta præscriptum hujus Indicis, expurgandi, etiam in locis exemptis, & nullius, ubi vero nulli sunt inquisitores, Episcopi soli.

Librorum vero expurgatio, nonnisi viris eruditione, & pietate insignibus committatur, iique sint tres, nisi forte considerato genere libri, aut eruditione eorum, qui ad id deligantur, plures, vel pauciores judicentur expedire.

Ubi emendatio confecta erit, notatis capitibus, paragraphis, & foliis, manu illius, vel illorum, qui expurgaverint, subscripta reddatur eisdem Episcopis & Inquisitoribus, ut præfertur, qui si emendationem approbaverint, tunc liber permittatur.

§. II.

Qui negotium susceperit corrigendi atque expurgandi, circumspicere omnia, & attente notare debet, non solum quæ in cursu operis manifeste se offerunt, sed si quæ in scholiis, in summariis, in marginibus, in indicibus librorum, in præfationibus, aut epistolis dedicatoriis ramenta in insidis, delitescunt.

Quæ autem correctione, atque expurgatione indigent, fere hæc sunt, quæ sequuntur.

Propositiones hæreticæ, erroneæ, hæresim sapientes, scandalosæ, piarum aurium offensivæ, temerariæ, & schismaticæ, seditiosæ, blasphemæ.

Quæ contra Sacramentorum ritus, & cæremonias, contraque receptum usum, & consuetudinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, novitatem aliquam inducunt.

Profanæ etiam novitates vocum ab hæ-

hæreticis excogitatæ, & ad fallendum introductæ.

Verba dubia & ambigua, quæ legentium animos a recto, catholicoque sensu, ad nefarias opiniones adducere possunt.

Verba sacræ Scripturæ, non fideliter prolata, vel e pravis hæreticorum versionibus deprompta, nisi forte afferrentur, ad eosdem hæreticos impugnandos, & propriis telis jugulandos & convincendos.

Expungi etiam oportet verba Scripturæ sacræ, quæcumque ad profanum usum impie accommodantur, tum quæ ad sensum detorquentur abhorrentem a Catholicorum Patrum, atque Doctorum unanimi sententia.

Itemque epitheta honorifica & omnia in laudem hæreticorum deleantur.

Ad hæc rejiciuntur omnia, quæ superstitiones, sortilegia ac divinationes sapiunt.

Item quæcumque fato, aut fallacibus signis, aut ethnicæ fortunæ humani arbitrii libertatem subjiciunt, obliterentur.

Ea quoque aboleantur, quæ paganismum redolent.

Item quæ famæ proximorum, & præsertim Ecclesiasticorum, & principum detrahunt, bonisque moribus & Christianæ disciplinæ sunt contraria, expungantur.

Expungendæ sunt etiam propositiones, quæ sunt contra libertatem, immunitatem, & jurisdictionem ecclesiasticam.

Item quæ ex gentilium placitis, moribus, exemplis, tyrannicam politiam fovent, & quam falso vocant rationem status, ab Evangelica & Christiana lege abhorrentem inducunt, deleantur.

Explodantur exempla, quæ Ecclesiasticos ritus, religiosorum ordines, statum, dignitatem, ac personas lædunt & violant.

Facetiæ etiam, aut dicteria in perniciem, aut præjudicium famæ & existimationis aliorum jactata, repudientur.

Denique lasciva, quæ bones mores corrumpere possunt, deleantur.

Et si quæ obscenæ imagines, prædictis libris expurgandis impressæ aut depictæ extent, etiam in literis grandiusculis, quas initio librorum vel capitum imprimi moris est, hujus generis omnia penitus obliterentur.

§. III.

In libris autem Catholicorum recentiorum, qui post annum Christianæ salutis 1515. conscripti sunt, si id, quod corrigendum occurrit, paucis demptis, aut additis emendari posse videatur, id correctores faciendum curent, sin minus, omnino deleatur.

§. IV.

In libris autem Catholicorum veterum nihil mutate fas sit, nisi ubi aut fraude hæreticorum, aut Typographi incuria, manifestus error irrepierit.

Si quid autem majoris momenti, & animadversione dignum occurrerit, liceat in novis editionibus, vel ad margines, vel in scholiis adnotare ea imprimis adhibita diligentia, an ex doctrina locisque collatis ejusdem auctoris sententia difficilior illustrati, ac mens ejus planius explicari posset.

§. V.

Postquam codex expurgatorius confectus erit, ac mandato Episcopi, & Inquisitoris imprimatur, qui libros expurgandos habebunt, poterunt de eorumdem licentia juxta formam in codice traditam, eos corrigere, ac perpurgare.

DE IMPRESSIONE LIBRORUM.

§. I.

Nullus liber in posterum excudatur, qui non in fronte nomen, cognomen & patriam præferat auctoris.

Quod si de auctore non constet, aut justam aliquam ob causam tacito ejus nomine Episcopo & inquisitori liber edi posse videatur, nomen illius omnino deferibatur, qui librum examinaverit atque approbaverit.

In his vero generibus librorum, qui ex variorum scriptorum dictis aut exemplis aut vocibus compilari solent, is qui laborem colligendi, & compilandi susceperit, pro auctore habeatur.

§. II.

Regulares præter Episcopi & Inquisitoris licentiam (de qua regula decima dictum est) meminerint teneri se facti Concilii Tridentini decreto, operis in lucem edendi facultatem a prælato, cui subjacent, obtinere.

Utramque autem concessionem, quæ apparet, ad principium operis imprimi faciant.

Conc. Trid. cum Gall.

§. III.

CUrent Episcopi, & Inquisitores pœnis etiam propositis, ne impressoriam artem exercentes obscœnas imagines turpesve etiam in grandiusculis literis imprimi consuetas, in librorum deinceps impressione apponant.

Ad libros vero, qui de rebus ecclesiasticis aut spiritualibus conscripti sunt, ne characteribus grandioribus utantur, in quibus expresse apparebit alicujus rei prophanæ, nedum turpis, obscœnæve species.

Qui etiam invigilabunt summopere, ut in singulorum impressione librorum nomen impressoris, locus impressionis & annus, quo liber impressus est, in principio ejus, atque in fine annotetur.

§. IV.

QUi operis alicujus editionem parat, integrum ejus exemplar exhibebit Episcopo vel inquisitori, id ubi recognoverint, probaverintque, penes se retinebunt, quod Romæ quidem in archivio Magistri sacri Palatii, extra urbem vero in loco idoneo, quem Episcopus, aut inquisitor elegerit, reservetur.

Postquam autem liber impressus erit, non licebit cuiquam venalem in vulgus proponere, aut quo quomodo publicare, antequam is, ad quem hæc cura pertinet, illum cum manuscripto apud se retento diligenter contulerit, licentiamque, ut vendi, publicarique possit, concesserit.

Idque tum demum faciendum, cum exploratum habebitur, Typographum fideliter se in suo munere gessisse, neque ab exemplari manuscripto vel minimum discessisse.

Qui contra facere ausus fuerit, graviter & severe puniatur.

§. V.

CUrent Episcopi, & inquisitores, quorum muneris erit facultatem librosimprimendi concedere, ut eis examinandis, spectatæ pietatis & doctrinæ viros adhibeant, de quorum fide & integritate sibi polliceri queant, nihil eos gratiæ datoris, nihil odio, sed omni humano affectu postposito, Dei duntaxat gloriam spectaturos, & fidelis populi utilitatem.

Talium autem virorum approbatio, una cum licentia Episcopi, & inquisitoris, ante initium operis imprimatur.

§. VI.

TYpographi, & Bibliopolæ, coram Episcopo aut Inquisitore, & Romæ coram Magistro sacri Palatii jusjurandum spondeant, se munus suum catholice, sincere, ac fideliter executuros, hujusque judicis decretis, ac regulis, Episcoporumque & inquisitorum edictis, quatenus eorum artes attingunt, obtemperaturos, neque ad suæ artis ministerium quemquam scientes admissuros, qui hæresica labe sit inquinatus.

Quod si inter illos insignes, ac eruditi nonnulli reperiantur, fidem etiam emittent juxta formam a Pio IV. sel. rec. præscriptam, eorumdem superiorum arbitrio, profiteri teneantur.

§. VII.

LIber auctoris damnati, qui ad præscriptum regularum expurgari permittitur, postquam accurate recognitus & purgatus, legitimeque permissus fuerit, si denuo sit imprimendus, præferat titulo inscriptum nomen auctoris, cum aucta emendationis, ut quamvis, quoad aliqua liber recipi, auctor tamen reprobatus intelligatur.

In ejusdem quoque libri principio, tum veteris prohibitionis, tum recentis emendationis, ac permissionis mentio fiat, exempli gratia, Bibliotheca a Conrado Gesnero Tigurino, damnato auctore, olim edita, ac prohibita, nunc jussu Superiorum expurgata, & permissa.

IN-

INDEX
AUCTORUM ET LIBRORUM PROHIBITORUM.

AUCTORES PRIMÆ CLASSIS.

A

Abdenus Corallus, alias Huldricus Hurtenus.
Achilles Pyrmineus Gassarus.
Adolphus Clarembach.
Albertus Brandeburgensis.
Albertus Draco.
Alexander Alexius Scotus.
Alexius Bremicetus.
Alphonsus Æmilius Chemnicensis.
Ambrosius Interbocensis.
Ambrosius Morbanus Utarislavicnsis.
Andreas Altameri.
Andreas Bodestein Carolostadius.
Andreas Cratander.
Andreas Diethertz.
Andreas Fabricius, Chemnicensis.
Andreas Fricius, Modrevius.
Andreas Hyperius.
Andreas Knopen.
Andreas Musculus.
Andreas Osiander.
Andreas Poach.
Angelus Odonus.
Antonius Alicus vel Halicus.
Antonius Anglus, auctor libri de origine Missæ.
Antonius Brucciolus.
Antonius Corvinus.
Antonius Otho.
Aretius Felinus, qui & Martinus Bucerus.
Arnoldus Monrani.
Arsatius Schoffer.
Arturus Britannus.
Augustinus Mainardus Pedemontanus.

APPENDIX.

Abbas Liberinus, vel Liberinus Abdias.
Abdias Prætorius.
Abrahamus a Munsholt, Antverpiensis.
Abrahamus Musculus.
Achatius Brandeburgensis.
Adamus Hoppius.
Adamus Pastoris.
Adamus Schmid, vel Schuberts.
Adamus Siberus.
Æmilius Portus, Francisci Filius.
Albertus Hardenbergius.
Albertus Lynchius.
Alcus Antonius.
Alexander Novellus.
Alexander Seton, Scotus, *Apostata, qui scripsit anno* 1541.
Alexius Alexander, Lipsiensis.
Alphonsus Conradius, vel Conradus.
Ambrosius Lubwasser.
Ambrosius Resdenius.
Ambrosius Wolfius, vel Wolfius.
Andreas Celichius.
Andreas Corvinus.
Andreas Crisius, Polonus.
Andreas Ellingerus.
Andreas Freihub.
Andreas Fulda.
Andreas de Gorliz, Professor Lipsiensis.
Andreas Gorratius.
Andreas Hondorffius.
Andreas Jacobi Gopingensis.
Andreas Keech.
Andreas Lang.
Andreas Muncerus.
Andreas Otho Herzbergensis.
Andreas Pancratius.
Andreas Perrius.
Andreas Pouchenius.
Andreas Schoffius, vel Scoppius.
Andreas Volanus.
Andreas a Sckenve.
Antonius Cevalerius.
Antonius Cooke.
Antonius Coranus.
Antonius Fayus.
Antonius Gelbius, Linconiensis.
Antonius Herfortus.
Antonius Mochexus.
Antonius Paquius.
Antonius Probus.

§. III.

CUrent Episcopi, & Inquisitores pœnis etiam propositis, ne impressoriam artem exercentes obscœnas imagines turpesve etiam in grandiusculis literis imprimi consuetas, in librorum deinceps impressione apponant.

Ad libros vero, qui de rebus ecclesiasticis aut spiritualibus conscripti sunt, ne characteribus grandioribus utantur, in quibus expresse apparebit alicujus rei prophanæ, nedum turpis, obscœnæve species.

Qui etiam invigilabunt summopere, ut in singulorum impressione librorum nomen impressoris, locus impressionis & annus, quo liber impressus est, in principio ejus, atque in fine annotetur.

§. IV.

QUi operis alicujus editionem parat, integrum ejus exemplar exhibebit Episcopo vel inquisitori, id ubi recognoverint, probaverintque, penes se retinebunt, quod Romæ quidem in archivio Magistri sacri Palatii, extra urbem vero in loco idoneo, quem Episcopus, aut inquisitor elegerit, reservetur.

Postquam autem liber impressus erit, non licebit cuiquam venalem in vulgus proponere, aut quo quomodo publicare, antequam is, ad quem hæc cura pertinet, illum cum manuscripto apud se retento diligenter contulerit, licentiamque, ut vendi, publicarique possit, concesserit.

Idque tum demum faciendum, cum exploratum habebitur, Typographum fideliter se in suo munere gessisse, neque ab exemplari manuscripto vel minimum discessisse.

Qui contra facere ausus fuerit, graviter & severe puniatur.

§. V.

CUrent Episcopi, & inquisitores, quorum muneris erit facultatem librosimprimendi concedere, ut eis examinandis, spectatæ pietatis & doctrinæ viros adhibeant, de quorum fide & integritate sibi polliceri queant, nihil eos gratiæ datoris, nihil odio, sed omni humano affectu postposito, Dei duntaxat gloriam spectaturos, & fidelis populi utilitatem.

Talium autem virorum approbatio, una cum licentia Episcopi, & inquisitoris, ante initium operis imprimatur.

§. VI.

TYpographi, & Bibliopolæ, coram Episcopo aut Inquisitore, & Romæ coram Magistro sacri Palatii jusjurandum spondeant, se munus suum catholice, sincere, ac fideliter executuros, hujusque judicis decretis, ac regulis, Episcoporumque & inquisitorum edictis, quatenus eorum artes attingunt, obtemperaturos, neque ad suæ artis ministerium quemquam scientes admissuros, qui hæresica labe sit inquinatus.

Quod si inter illos insignes, ac eruditi nonnulli reperiantur, fidem etiam emittent juxta formam a Pio IV. sel. rec. præscriptam, eorumdem superiorum arbitrio, profiteri teneantur.

§. VII.

LIber auctoris damnati, qui ad præscriptum regularum expurgari permittitur, postquam accurate recognitus & purgatus, legitimeque permissus fuerit, si denuo sit imprimendus, præferat titulo inscriptum nomen auctoris, cum aucta emendationis, ut quamvis, quoad aliqua liber recipi, auctor tamen reprobatus intelligatur.

In ejusdem quoque libri principio, tum veteris prohibitionis, tum recentis emendationis, ac permissionis mentio fiat, exempli gratia, Bibliotheca a Conrado Gesnero Tigurino, damnato auctore, olim edita, ac prohibita, nunc jussu Superiorum expurgata, & permissa.

IN-

INDEX
AUCTORUM ET LIBRORUM PROHIBITORUM.

AUCTORES PRIMÆ CLASSIS.

A

Abdenus Corallus, alias Huldricus Hurtenus.
Achilles Pyrmineus Gassarus.
Adolphus Clarembach.
Albertus Brandeburgensis.
Albertus Draco.
Alexander Alexius Scotus.
Alexius Bremicetus.
Alphonsus Æmilius Chemnicensis.
Ambrosius Interbocensis.
Ambrosius Morbanus Utarislavicnsis.
Andreas Altameri.
Andreas Bodestein Carolostadius.
Andreas Cratander.
Andreas Diethertz.
Andreas Fabricius, Chemnicensis.
Andreas Fricius, Modrevius.
Andreas Hyperius.
Andreas Knopen.
Andreas Musculus.
Andreas Osiander.
Andreas Poach.
Angelus Odonus.
Antonius Alicus vel Halicus.
Antonius Anglus, auctor libri de origine Missæ.
Antonius Brucciolus.
Antonius Corvinus.
Antonius Otho.
Aretius Felinus, qui & Martinus Bucerus.
Arnoldus Monrani.
Arsatius Schoffer.
Arturus Britannus.
Augustinus Mainardus Pedemontanus.

APPENDIX.

Abbas Liberinus, vel Liberinus Abdias.
Abdias Prætorius.
Abrahamus a Munsholt, Antverpiensis.
Abrahamus Musculus.
Achatius Brandeburgensis.
Adamus Hoppius.
Adamus Pastoris.
Adamus Schmid, vel Schuberts.
Adamus Siberus.
Æmilius Portus, Francisci Filius.
Albertus Hardenbergius.
Albertus Lynchius.
Alcus Antonius.
Alexander Novellus.
Alexander Seton, Scotus, *Apostata, qui scripsit anno* 1541.
Alexius Alexander, Lipsiensis.
Alphonsus Conradius, vel Conradus.
Ambrosius Lubwasser.
Ambrosius Resdenius.
Ambrosius Wolfius, vel Wolfius.
Andreas Celichius.
Andreas Corvinus.
Andreas Crisius, Polonus.
Andreas Ellingerus.
Andreas Freihub.
Andreas Fulda.
Andreas de Gorliz, Professor Lipsiensis.
Andreas Gorratius.
Andreas Hondorffius.
Andreas Jacobi Gopingensis.
Andreas Keech.
Andreas Lang.
Andreas Muncerus.
Andreas Otho Herzbergensis.
Andreas Pancratius.
Andreas Perrius.
Andreas Pouchenius.
Andreas Schoffius, vel Scoppius.
Andreas Volanus.
Andreas a Sckenve.
Antonius Cevalerius.
Antonius Cooke.
Antonius Coranus.
Antonius Fayus.
Antonius Gelbius, Linconiensis.
Antonius Herfortus.
Antonius Mochexus.
Antonius Paquius.
Antonius Probus.

Antonius Sadeel.
Antonius Schottus, Anglus.
Antonius Pelearius.
Augustinus Marloratus.

Certorum Auctorum Libri prohibiti.

ACtis Æneæ Sylvii prohibentur ea, quæ ipse in Bulla retractationis damnavit.
Alcuini, seu potius Calvini commentarii in libros de Trinitate.
Antonii Franchici Doni literæ.
Antonii de Rosellis Aretini tractatus de potestate Imperatoris, & Papæ, & de Concilijs.
Augustini de Roma Nazareni Episcopi, tractatus de Sacramento Divinitatis Jesu Christi & Ecclesiæ.
Item tractatus de Christo capite, & ejus inclyto principatu.
Item tractatus de charitate Christi circa electos, & de ejus infinito amore.
} Donec expurgentur.

APPENDIX.

ADriani Barlandi liber selectas quasdam epistolas Erasmi Roterodami continens.
Alberti Argentinensis Chronicon, editio Basileensis.
Alberti Kranzii Hamburgensis, Historiæ, seu Chronicæ, editæ Francofurti.
} Nisi corrigantur.
Alphonsi Enriquez, defensio pro Erasmo, contra Eduardum Læum & contra Universitatem Parisiensem.
Amati Lusitani Centuriæ: donec expurgentur.
Ambrosii Catharini Polyti, quæstiones duæ, de verbis, quibus Christus sanctissimum Eucharistiæ sacramentum confecit.
Andreæ Corvi, liber de Chiromantia.
Andreæ Masii, Commentaria super Josue, usquequo emendentur.
Annales gentis Silesiæ, Joachimo Cureo auctore.
Annotationes super Instit. Joan. Schneidewini, nisi emendentur.
Antiochi Tiberti lib. de Chiromantia.
Antonii Bonfinii, commentaria de pudicitia.
Antonii Poli Veneti, Lucidarium potestatis papalis.
Antonii Revelini Exegesis dictionum in Psalmos.
Antonii de Rampilogis, Figuræ Bibliorum.
} Donec expurgentur.

Apologia Fratris Michaelis Medinæ Belatiensis adversus F. Dominicum Soto Segobiensem pro fratre Joanne Tero.
Apologia Wilhelmi, Principis Aurasici, Comitis Nassoviæ, contra Principem Fumensem.
Apologia Zasii, contra Joannem Eckium.
Arnaldi de Villa nova Opera, nisi expurgentur.
Augustini Eugubini Cosmopeja, nisi sacris ex emendatis, & impressis Venetiis, 1591.

Incertorum Auctorum Libri prohibiti.

ACta Norimbergæ, videlicet, Osiandrinæ.
Acta Synodi Bernensis.
Actiones duæ Secretarii Pontificii.
Admonitio Missilium, verbi Argentinensium.
Æquitatis discussio super concilio defectorum Cardinalium.
Alchimia Purgatorii.
Alchoranus Franciscanorum.
Alchoranus Mahometis Basilææ impressus, & similes cum scholiis & impiis annotationibus & præfationibus.
Item in vulgari lingua, nonnisi ex concessione Inquisitorum haberi possit.
Alphabetum Christianum.
Amica & humilis, & devota admonitio.
Anatomia excusa Marpurgi, per Eucharium Cervicornum.
Anatomia della Messa.
Annotationes in acta Concilii Tridentini.
Annotationes in Chronica Abbatis Uspergensis.
Anonymi cujusdam liber de repugnantia doctrinæ Christianæ.
Apologia confessionis Augustanæ.
Apologia de Doctrina Waldensium.
Apologia contra Henricum Ducem.
Apologia Græcorum, de igne purgatorii, &c.
Aegytophylacis, seu Thesaurarii epist.
Articuli Anabaptistarum Moraviæ.
Articuli Anabaptistarum Saxoniæ.
Articuli a facultate Theologica Parisiensi determinati, super materiis fidei nostræ hodie controversis cum annotatis auctore, ut creditur, Calvino.
Articuli novorum Wormatiæ Euangelistarum.
Articuli quadraginta septem, plebis Francfordiensis.
Augustanæ confessionis Ecclesiarum causæ, quare amplexæ sint, & retinendam ducant suam doctrinam.

APPENDIX.

ACademiarum Lipsiensis, & Wittebergensis, repetitio orthodoxæ confessionis.
Acta & scripta Theologorum Wittebergensium, & Patriarchæ Constantinopolitani, D. Hieremiæ, &c. quæ de Augustana confessione inter se miserunt Græce & Latine ab eisdem Theologis edita.
Actiones & Monumenta Martyrum eorum, qui a Wicleffo, & Huss ad nostram hanc ætatem in Germania, Gallia, Britannia, & ipsa demum Hispania, veritatem Euangelicam, sanguine suo constanter obsignaverunt.
Agenda, seu formulæ precum, aut officia hæreticorum, quacunque lingua conscripta.
Analysis resolutio dialectica, quatuor librorum institutionum imperialium.
Annæ Taxationes Ecclesiarum, & Monasteriorum per universum Orbem, ab hæreticis depravatæ.
Antinomia juris, quod in approbandis Pontificibus Imperatores habent.
Apologia Anglicana, seu Ecclesiæ Anglicanæ sive Apologia Anglorum.
Apologia Catholica adversus libellos, declarationes, & consultationes, factas, scriptas, & editas a fœderatis perturbatoribus pacis in regno Franciæ, qui insurrexerunt, ex quo tempore Dominus frater unicus Regis vita functus est, per E. D. L. I. C. Parisiis apud Jacobum Petit. 1586.
Apologia contra status Burgundiæ.
Astis Divinatricis encomia & patrocinia diversorum auctorum, inter quos est unus Philippus Melanchthon.

AUCTORES PRIMÆ CLASSIS.

B

BAlthasar Hiebmajer.
Balthasar Pacimontanus.
Baptista Lasdemius.
Bartholomæus Bernardi.
Bartholomæus Confortus.
Bartholomæus Rosinus.
Bartholomæus Westmerus.
Basilius Græningensis, alias Wesselus.
Basilius Joannes Herold, Actopolita.
Benedictus Morgenstern.
Benedictus Schurmegistus.
Berengarius Diaconus, Andegavensis.

Conc. Trid. cum Gall.

Bernardinus Ochinus, vel Onichinus, Senensis.
Bernardus Rotmannus.
Bernardus Zieglerus.
Bertholdus Hallerus.
Bilibaldus Pirkaimerus.
Bilicanus Theobaldus.
Blaurerus Ambrosius.
Bucerus Martinus.
Bullingerus Henricus.
Bungenhagius Pomeranus, seu Joannes Eugenhagius Pomeranus.

APPENDIX.

BAlthasar Bidenbachius.
Balthasar Ralde.
Balthasar Sartorius.
Bartholomæus Bernardus Grimbergensis.
Bartholomæus Fonsius.
Bartholomæus Tiemelius Gothanus.
Bartholomæus Gernhard.
Bartholomæus Hoffman.
Bartholomæus Traheron.
Basilius Faber Soranus.
Benedictus Aretius Bernensis.
Benedictus Thalmanus.
Benzanus Anglus.
Bernardus Knipperdolingus.
Bertholdus Sprocovius.
Bertrandus Loquæus.
Boquinus Petrus.
Brentius, vel Prontius.
Bruno Quinos.
Bullingamus Anglus.

Certorum Auctorum Libri prohibiti.

BAptistæ Cremensis opera omnia, quamdiu emendata non prodierint.
Bartholomæi Joannes, de adventu Antichristi.
Beati Renani scholia in Tertullianum.
Benonis liber de vita Hildebrandi.
Bertrani liber, qui inscribitur de corpore & sanguine Christi.
Boccatii Decades, sive novellæ centum, quamdiu expurgatæ non prodierint.
Brunonis Heindelii Querfurdensis poematum libri septem.

APPENDIX.

BArtholomæi Cansæ opera omnia.
Bartholomæi Carranzæ, Miradensis Catechismus.
Bartholomæi Coclicis Anastasis Chiromantiæ, & Physiognomiæ.

Bartholomæi Ferrariensis de Christo JESU abscondito, libri sex, quousque expurgentur.
Beati Rhenani epistola de primatu Petri, ubicumque reperiatur, sive seorsum sive in libro decimo operis ad Fridericum Nassanum.
Benjamin Cantabri Itinerarium.
Bernardi Lotii Hadamarii, seu Gerardi Lotii Hadamarii, collectio trium librorum racemationum Brunonis Scilli de Missa publica proroganda.
Item de somno.
XI. De nova forma inducta in probatione juspatronatus potentium; & de prohibitione patronorum, ne se ingerant in administratione bonorum, & perceptione fructuum, *ad sess. 7. cap. 13. sess. 14. cap. 12. & 13. & sess. 25. de reform. cap. 9.* 632

XII. De clerico homicida ad effectum dispensationis pro capacitate ordinum, & beneficiorum, *ad sess. 14. cap. 7.* 640

XIII. De incapacitate Regularium obtinendi beneficia sæcularia; & de capacitate necessaria pro obtinendis beneficiis regularibus, *ad sess. 14. c. 10. & 11.* 642

XIV. De facultate conferendi ordines; & quando Episcopus propriis subditis in aliena dioecesi, vel in propria subditis alienatis conferre possit, *sess. 14. cap. 1. 2. & 3. ad sess. 21. cap. 1. & 2. sess. 23. cap. 8.* 644

XV. De distributionibus quotidianis, & earum lucro, ac privilegiis, ac aliis earum materiam concernentibus, *ad sess. 21. cap. 3. sess. 22. c. 3. sess. 24. c. 12.* 652

XVI. De novis erectionibus Parochiarum, vel aliis provisionibus ob excrescentiam populi, *ad sess. 21. cap. 4.* 655

XVII. De Ecclesiarum profanatione, & destructione, quando paupertas, vel indecentia ita exigat, *ad sess. 21. c. 7.* 657

XVIII. De prohibitione Quæstuariorum; & de jure quæstuandi, *ad sess. 22. cap. 9.* 659
XIX. De prohibitione ludendi, ac de illicita negotiatione, aliisque indecentibus in clericis, *ad sess. 22. cap. 1.* 660
XX. De exclusione Canonicorum non existentium in sacris a jure votandi, seu habendi vocem in Capitulo, *ad sess. 22. cap. 4.* 661
XXI. De commutationibus ultimarum voluntatum, *ad sess. 22. cap. 6. & sess. 25. cap. 4.* 664
XXII. De Examine Notariorum; & an illud munus sit laicum clericis, *ad sess. 22. cap. 10.* 665
XXIII. De usurpatoribus, & occupatoribus bonorum Ecclesiæ; & ne patroni se ingerant in beneficiis de eorum patronatu, *ad sess. 22. cap. 11.* 667
XXIV. De ætate necessaria in beneficiis ecclesiasticis; & de requisitis in clericis in minoribus pro exemptione a foro laicali, *ad sess. 23. cap. 6.* 667
XXV. De erectione Seminarii, *ad sess. 23. cap. 18.* 676
XXVI. De nova forma matrimonii coram Parocho, &c. *ad sess. 24. c. 1. & 9.* 679
XXVII. De impedimentis matrimonii; & de dispensationibus, *ad sess. 24. cap. 2. 3. 4. & 5.* 686
XXVIII. De matrimonio inter raptorem, & raptam, *ad sess. 24. cap. 6.* 688
XXIX. De vagabundis, & concubinariis, *ad sess. 24. cap. 7. & 8.* 690
XXX. De Synodo, *ad sess. 24. c. 2.* 691
XXXI. De jurisdictione Capituli sede vacante; & de deputatione Vicarii, *ad sess. 24. cap. 16.* 693
XXXII. De provisione Ecclesiarum parochialium, cum forma concursus, *ad sess. 24. cap. 18.* 701
XXXIII. De cognitione causarum primæ instantiæ coram locorum Ordinariis; & de delegatione causarum criminalium, & matrimonialium eisdem Ordinariis privative ad Prælatos inferiores, *ad sess. 24. cap. 20.* 707
XXXIV. De propietate bonorum Regularibus prohibita in particulari; & de usu annuarum præstationum, *ad sess. 25. de Regul. cap. 1. cum seq.* 713
XXXV. De novis fundationibus Monasteriorum; vel Conventuum Regularium; & de Religionibus capacibus, vel incapacibus, *ad sess. 25. de Regul. c. 3.* 718
XXXVI. De clausura Regularium utriusque sexus, *ad sess. 25. de Reg. c. 4. & 5.* 725
XXXVII. De forma eligendi superiores Regulares, & Abbatissas, *ad sess. 25. de Regul. cap. 6. & 7.* 728
XXXVIII. De quæstionibus præcedentiæ inter Regulares, *ad sess. 25. de Regul. cap. 15.* 732
XXXIX. De professione per Regulares non emittenda ante annum 16. & de novitiatu, *ad sess. 25. de Regul. cap. 15. & 17.* 733
XL. De forma renuntiationum faciendarum per ingressuros Religionem, *ad sess. 25. de Regul. cap. 16.* 734
XLI. De forma provocandi adversus professionem, & dicendi de ejus nullitate, *ad sess. 25. de Regul. cap. 19.* 737
XLII. De spoliis clericorum, & de facultatibus discernendi, *ad sess. 25. de Reform. cap. 1.* 738
XLIII. De censuris, & præsertim de excommunicatione non inferenda, nisi in subsidium, *ad sess. 25. de Ref. c. 2.* 740
XLIV. De modo procedendi cum adjunctis in causis capitularium, *ad sess. 25. de Reform. cap. 13.* 744
XLV. De expectativis, ac de regressibus, & coadjutoriis, *ad sess. 25. de Reform. cap. 7.* 745
XLVI. De judicibus synodalibus, *ad sess. 25. de Reform. cap. 10.* 746
XLVII. De prohibita anticipata exactione fructuum beneficii, *ad sess. 25. de Reform. cap. 11.* 747
XLVIII. De decimis, & de quarta Canonica, ac etiam de clericis concubinariis, *ad sess. 25. de Reformat. cap. 12. 13. & 14.* 748
XLIX. De filiis clericorum non obtinentibus beneficia patris, vel in Ecclesia, in qua pater habeat, *ad sess. 25. de Reform. cap. 15.* 748
L. Ut Episcopi dignitatem conserventur, & ecclesiasticam immunitatem tueantur; ac etiam de prohibito duellorum usu, *ad sess. 25. de Reformat. cap. 17. 19. & 20.* 749

DISCURSUS GENERALES INSTRUCTIVI,

SUPER IIS, QUÆ IN FORO MAGIS PRACTICABILIA, concernunt praxim vel observantiam aliquorum SS. Concilii Tridentini Decretorum, super Reformatione, ac materiis forensibus.

DISCURSUS PRIMUS.

CIRCA PROOEMIALIA.

SUMMARIUM.

1 *Sub quibus Pontificibus captum, prosequutum, & completum fuit Concilium Tridentinum.*
2 *Ejus glossæ, & interpretationes sunt prohibitæ, & quæ.*
3 *De prima erectione Sacræ Congregationis Concilii.*
4 *Antiquis declarationibus quare nimium deferri debeat.*
5 *Observantia proxima, si melior interpres.*
6 *De alia erectione Congregationis Sixti V. super interpretatione.*
7 *De ratione ob quam hæc Sac. Congregatio interpres erecta fuit.*
8 *De grammatica ad quid serviat, & quomodo adhiberi debeat.*
9 *De occasione scribendi, & de instituto Auctoris.*
10 *Quare non colligantur, nec referantur declarationes Sacræ Congregationis.*
11 *Declarationes particulares non omni casu sunt applicabiles.*
12 *Concilia generalia non veniunt sub generali derogatione, sed indigent nota speciali, & quamvis.*
13 *Papa potest eis derogare, vel dispensare.*
14 *Concilium Tridentinum est generale, & Oecumenicum.*
15 *Sed venit sub generalibus derogationibus.*
16 *Continet decretum irritant, ideoque inficit contrariam observantiam.*
17 *Non defertur declarationibus, quæ non sint authenticæ.*
18 *Quid agendum, quando allegantur declarationes Sacræ Congregationis.*
19 *Qualis ordo teneatur.*

COMPLETO sub Pio IV. (nimium cooperante magna pietate, ac sollicitudine Sancti Caroli Borromæi ejusdem Pontificis nepotis, ac primi ministri) Sacro Concilio Tridentino, convocato sub Paulo tertio, atque continuato, sub intermediis Pontificibus Julio III. Marcello II. & Paulo IV. Per constitutionem ab eodem Pio editam, super ejus confirmatione, publicatione, & observantia, prudenter quidem, ac laudabiliter, omnes glossæ, interpretationes, & commentaria prohibita fuerunt. *In Bullar. nov. Const. Pii V. 73.* Ideoque Jurisdis, ac Theologis prohibitum est, cum consuetis subtilitatibus, opinionumque varietatibus, hanc modernam involvere legem, ut alias antiquiores leges adeo involverunt; Et licet hac prohibitione non obstante, adhuc non desint (quamvis potius insipidi Collectores, quam Doctores) qui defuper se involvant; Idque in aliquibus casibus fieri posse moderni Canonistæ in ista Sacra congregatione peritissimi probent: *Quid, & quando liceat, aliqua leberatur apud* Fagnan. *in cap. cum venissent de judic. ex num. 9.* Attamen merito omnino negligendæ sunt solæ hujusmodi Interpretum allegationes, quoties munitæ non sint cum authenticis declarationibus, seu interpretationibus hujus Sacræ Congregationis, quæ attendi debent eo modo quo infra. 1

Ad aliquos vero menses post confirmationem, & publicationem, ab eodem Pio IV. erecta fuit aliquorum Cardinalium Congregatio, non quidem super glossa, vel interpretatione, sed pro exequutione, ac observantia ejusdem Concilii, *Constit. 83. ejusdem Pii V.* 2

Adhuc tamen, eo primo quoque tem- 3

pore, occasione demandandi, seu practicandi eamdem observantiam, in aliquibus partibus ambiguis, aliquæ prodierunt declarationes, quibus multum deferendum esse, frequenter in casus contingentia dicere consuevi. *Præsertim sub tit. de jurisdict. disc. 41. & 95. & sub tit. de materia. disc. 5.* Non quod antiquæ majorem, quam modernæ Congregationis auctoritatem esse putem, sed ex eo quod plures tunc in ea sedebant Cardinales, qui vel tamquam Præsidentes, & Legati, vel tamquam Prælati postmodum ad purpuram assumpti, in ipso Concilio interveneranr, ideoque tamquam sessionum, ac disputationum conscii, melius Patrum sensum calebant.

4

Ea quoque in idem, atque ex eadem ratione accedeate propositione, quam in foro habemus receptam, & quotidianam, ut observantiæ, quæ in omnibus ambiguis optima interpres est, atque interpretationum Regina reputatur, verborum sensui, vel naturali significationi quandoque apta prævalere, proxima esse debeat, illaque magis attendi, quam remota. Rot. *decis. 39. num. 12. & 13. part. 10. recentior.* Orthobon. *decis. 26. num. 14. & 15. & decis. 161. num. 11. & seqq.* & est conclusio vulgaris, quæ frequenter, & ubique habetur.

5

Clarius autem, hanc interpretandi facultatem, occasione erectionis quamplurium Congregat. quæ *in relat.* Rot. *Curiæ* teccssentur *agendo de ista, & de aliis Sacris Congregationibus*, ei concessit Sixtus V. Ea tamen restrictione prudentissime adjecta, ut non nisi in iis, quæ ad Ecclesiæ, & ecclesiasticorum reformationem, ac morum correctionem pertinent, Sacra Congregatio hanc facultatem exercere debeat, Summo Pontifici, privative ad quoscumque, reservata facultate interpretandi illa decreta, quæ Catholicæ Fidei dogmata, vel quæstiones concernant, *Constitut. 74. Sixti P. & late agit* Fagnan. *in dicto cap. cum venissent de judic. & alibi.*

6

Prudens autem, ac forte necessarium consilium fuit, hanc Sacram Congregationem, pro dicta interpretatione deputare, quoniam, licet conciliaria decreta, ad eam elegantem formam, per quemdam insignem, atque ex illius sæculi primariis humanarum literarum professoribus, redacta sint; Attamen in iis præsertim, quæ a sacrorum Canonum dispositione, vel intentione derivant, forumque externum, seu morum correctionem, ac reformationem concernunt, melius forsan fuisset, si alicui Rotæ Auditori, vel alteri perito Canonistæ, qui in forensibus bene versatus esset ex iis pluribus qui in eodem Concilio interveneruat, ipsaque quæstiones in eo decisas disputarunt, id commissum fuisset, quoniam pertissimus quidem, atque in sua professione valde commendabilis extensor, ut elegantiori sermoni inserviret, atque latinæ linguæ regulas rigorose servaret, nonnulla, cum grammaticali, non autem cum legali, seu forensi stylo explicata, sub aliqua forsan reliquit obscuritate.

7

Legalia enim, ac forensia, per legales, ac forenses melius cum propria, primorumque magistrorum plana explicantur eloquutione quamvis ea, per Grammaticos, barbara reputetur, quoniam fabri fabrilia tractare debent; Grammatica enim aliarum scientiarum famula est ad eas explicandas opportuna, ideoque pro dominarum respective diversa qualitate, varium, atque cuilibet magis adaptatum servitium, seu famulatum præstare debet; Non autem, ut (juxta simplicium grammaticorum prætensionem,) domina rigorose inservire debeant famulæ, ejusque dominationem, ac rigores pati; Finis etenim eleganiæ sermonis est, lectores allicere, atque scientiarum capacitatem, ac praxim melius imprimere, ideoque ea tenenda est via, per quam juxta locorum loquendi usum ille impleatur finis, non autem, ut grammaticalium regularum exactus rigor, contrarium operetur effectum.

8

His itaque ita prænotatis, Quatenus ad rem nostram pertinet, Super iis tantum, quæ ad ejusdem Concilii Sacram Congregationem spectant, atque conciliarium decretorum observantiam, vel interpretationem concernunt, meum est institutum, pro eodem fine, qui alibi enunciatus est, *tit. de Regular. discurs. 1. in principio*, plano & compendioso stylo forensi (sub silentio omnino involutis iis decretis, quæ Fidei quæstiones, vel dogmata continent,) ea tantum annotare, quæ forensia, magisque practicabilia sunt, ut virum forensem decet, atque me tractasse memoria suppetat, in hoc Sacro Concilio adeo prudenter, pieque statuta, a glossis tamen vel interpretationibus, & commentatiis me omnino alienum profitendo.

9

Putaveram, aliquam in ejusdem Sacræ Congregationis registris adhibere diligentiam,

ut ita certificatus, quænam veræ, & authenticæ essent resolutiones, possem illas aperire, quæ apocryphæ in aliquibus circumferuntur voluminibus, aut illas, quæ contrariæ, seu diversæ ignaro vulgo videntur, conciliare, seu declarare; Abstinui tamen ab opere tribus me impellentibus motivis; Primo nempe, quia forenses occupationes istud otium non concedebant; Secundo quia genium, has improbi ineptique laboris partes, in quibus nulla est ingenii operatio, nimium abhorret, dum potissime non desunt notorii Collectores.

10

Et tertio, quia, pro meo sensu, (aliquibus exceptis decretis, vel declarationibus generalibus,) erroneum est in particularibus declarationibus, cum consueta cæca fide, vim constituere, cum illæ, quæ singulos, vel particulares concernunt casus, ex eorum particulari qualitate, & circumstantiis manare soleant, ideoque alteri diversas circumstantias habenti, non semper sint applicabiles, cum diversimode ob diversam facti qualitatem sapius decernere congruat, quod vulgus male concipit, atque coarctantetatem appellat, *de hoc occasione decisionum Rotæ agitur sub tit. de judic. in relatione, & praxi Curiæ agenda de Rotæ Auditorio.*

11

Tres autem generales regulæ, seu propositiones prænotandæ sunt; Primo nempe, quod licet Generalium Conciliorum peculiare sit, ut sub generalibus derogatoriis, ac non obstantiis non veniant, sed specialis egeant mentione explicita, vel etiam ea implicita, quæ explicite æquipolleat, ut ita scilicet omnino certa reddatur Pontificis voluntas, quæ alias præsumenda non est, cum voluntatis ista sit quæstio, non autem potestatis, quæ apud forenses Canonistas (quidquid Theologi in scholis, & academiis, pro ingeniis exercendis, vel ex alio fine, præsertim ultra montes disputent,) indubitata est, Conciliis etiam Generalibus derogandi, vel dispensandi, *pluries in pleriisque locis, præsertim sub tit. de decim. ad materiam Conc. generalis Later. in c. unper, & apud proxime allegatos.*

12

Nihilominus quoad istud Concilium Tridentinum (quod extra omnem controversiam, æque œcumenicum, ac generale est) ida non viget peculiaris circumstantia, cum ex ejusdem confirmatoriæ Pianæ Constitutionis litera, ac recepto sensu, sub generalibus derogatoriis, & non obstantius cadat, adeo ut sufficiat, ut contra, vel præter ejus decreta, aliquid decernatur, vel concedatur, ut implicita ejus derogatio adesse dicatur, Gonzal. *ad reg. 8. glos. 6. n. 120.* Cavaler. *dec. 601. n. 3.* Add. ad Buratt. *dec. 463.*

13

Secundo quod ob clausulam *sublata*, & decretum irritans, quæ continentur in dicta Piana Constitutione, edita super ejusdem Concilii confirmatione, ac publicatione, & observantia, stante dictarum clausularum recepta virtute, ac operatione adimendi jurisdictionem, ac potestatem aliter judicandi in contrarium, atque inficiendi quamcumque contrariam possessionem, vel consuetudinem, cujus initium, sive ingressus, ac etiam progressus ita impeditur, exinde resultat, ut in iis, quæ ejusdem Concilii decretis adversantur, quæcumque possessio, vel præsumptio non suffragetur, neque allegari valeat, omnesque actus contrarii, pro infectis habeantur; *in specie Rota apud Bich. decis. 620. num. 3. & 4. & sapius, & generaliter decis. 400. part. 9. & dec. 199. part. 12. etc.*

14

Et tertio demum, ut hujus sacræ Congregationis declarationibus, quæ impressæ, vel manuscriptæ circumferuntur, cujuscumque Auctoris testimonio munitæ sint, nulla fides præstari debeat, tam in judicio, quam extra, nisi ejusdem sacræ Congregationis Præfecti, ac Secretarii subscriptionibus, & consueto sigillo, juxta aliarum authenticarum expeditionum stylum, munitæ sint. Fagnan. *in cap. quoniam de Constitut. num. 59. & in dicto cap. cum venissent de judic. & sapius.*

15

Quamvis etenim Consulentium, ac etiam Decisionantium stylus videatur in causis decidendis, cum iis declarationibus procedere, quæ per elaboratos Collectores (ratione publicæ commoditatis quidem commendabiles) diligenter referuntur; Attamen id solum in Curia sequitur, eo quia nimium facile est, de earum veritate se certum reddere, perquirendo ejusdem sacræ Congregationis adnotationes, vel registra, ut frequenter eadem sacra Congregatio demandare solet, quando occasione disputationis casuum particularium, circumferantur declarationes, quæ diversæ, vel contrariæ videantur, sive aliquam habeant probabilem dubitandi rationem, cum nulla forte ipsarum declarationum repugnantia in abstracto dignoscatur, sed singulorum casuum diversitas eam operetur diversitatem, quæ indebite, ut supra, contrarietas dicitur.

16

Istis

Istis itaque generalitatibus ita prænotatis, ejusdem sacri Concilii ordo tenetur, super singulis scilicet capitulis, quæ materias concernant, foro, seu praxi magis adaptatas, ea generice adnotando, quæ in ipsa sacra Congregatione, vel in Rota, aliisque Congregationibus, vel Ecclesiasticis probatis Tribunalibus magis recepta esse, memoria suggerat, ut ita munus injunctum expleatur. Non autem, ut omnia adnotandi onus assumatur: Id enim sotensi viro aliqualiter occupato, nedum incongruum est, sed impossibile.

DISCURSUS II.

Ad Sessionem 5. de Reform. cap. 1. & Sess. 24. de ref. cap. 8.

SUMMARIUM.

1 *Quid in his decretis contineatur super lectione sacræ scripturæ & theologiæ.*
2 *Et de scholis Grammaticæ pro addiscendo linguam latinam.*
3 *Ac etiam super Canonico Pœnitentiario.*
4 *De quibus agi soleat circa prædendam theologalem.*
5 *Quomodo lectio scripturæ, vel theologiæ praelegi debeat.*
6 *An pro Episcopatibus sint magis congrui Theologi, quam Canonistæ, distinguitur.*
7 *Quod magis opportune sit conferentia casuum conscientiæ.*
8 *Parochi, & vicarii cogi possunt, ne intervenient in dicta relatione, vel conferentia etiam regulares exempti.*
9 *Quid de parochis provisis per concursum.*
10 *An cogi possint simplices confessarii sine merre curæ.*
11 *An Episcopus possit cogere Regulares, ut subeant onus confessionis.*
12 *Quod regulares cogantur ad intervenien-dum dictæ lectioni, vel conferentiæ, etiamsi in eorum domo adsit lectio.*
13 *De eadem de quo num. 11.*
14 *An & quando clerici seculares cogi valeant recipere beneficii administrare Sacramentum Pœnitentiæ.*
15 *Quid de illis, qui non habeant beneficium, sed sint addicti servitio, & massæ alicujus Ecclesiæ.*
16 *Et quid de clericis simplicibus.*
17 *In quibus Ecclesiis cadunt quæstiones super provisione prædendæ theologalis.*
18 *De exemptionibus Canonici theologalis, & aneribus remissive.*
19 *Quod in Italia rarus sit usus lectionis theologiæ, sed expedit lectio casuum, & de ratione.*
20 *De unione, quæ huic prædendæ fieri potest.*
21 *De deputatione magistri scholæ grammaticæ.*
22 *De modo opportune faciendi dictam deputationem, & sustentandi magistros grammaticæ, & musicæ.*
23 *De materia Canonici pœnitentiarii, & de istius provisione, ac aliis.*
24 *De ætate ejusdem, &c.*

AD ecclesiasticorum operariorum pietatem, ac idoneitatem inducendam, & conservandam, duo in primo istorum Decretorum demandantur; Primo nempe lectio sacræ Scripturæ & Theologiæ facienda in Ecclesiis Cathedralibus vel collegiatis, ac etiam Regularibus per Canonicum vel alium beneficiatum, seu respective Monachum sacræ Theologiæ professorem, injungendo locorum Ordinariis theologalis prædendæ, ubi ea non adsit, erectionem etiam cum aliquorum beneficiorum unione, quando alias id sequi non valeat: Et secundo, ut pro institutione puerorum, & adolescentium aliqua habeatur grammaticæ schola pro studio linguæ latinæ quæ necessaria est pro lectura, & intelligentia sacrorum librorum, quorum usus prudenter, atque ex justis motivis prohibitus est, in ea lingua, quæ sit in loco naturalis, omnibusque communis: In altero autem, ut in Cathedralibus, Canonicus Pœnitentiarius adesse debeat: Distincte igitur de hujusmodi provisionibus agendo.

Quarenus pertinet ad primum, circa sacræ Scripturæ, ac Theologiæ lectionem, de duobus agi soler: Primo scilicet de iis, quæ concernunt ipsam prædendam theologalem tam super jure illam conferendi, quam super qualitate personæ, cui conferenda est, ac etiam super muneribus, quæ huic Lectori incumbant, ejusque privilegiis, & exemptionibus, ac unionibus beneficiorum, quæ ad hunc effectum fiant: Et secundo super lectione passiva, id est, circa personas: quæ cogi possiunt ad interveniendum huic lectioni.

Modus itaque activæ lectionis, varius est, pro locorum diversa qualitate: In iis enim partibus, quæ in hæreticorum, vel schismaticorum finibus existunt, unde propterea, de fidei dogmatibus, aliisque theologicis quæstionibus disputare oporteat, theologiæ scholasticæ lectiones haberi debent; Ubi vero ista ratio, vel necessitas cesset, tunc magis utilis reputatur lectio theologiæ moralis, quæ vulgo dicitur casuum conscientiæ, ut pote magis opportuna pro exercitio curæ animarum, ac pro administratione sacramentorum, dum in locis, in quibus omnino pacifica est catholicæ Fidei observantia, neque finitimorum hæreticorum, seu schismaticorum timor habetur, theologiæ moralis notitia magis necessaria est, quam scholasticæ, vel dogmaticæ.

Eodem modo quo ita distinguendo decidi solet quæstio, an Ecclesiarum Cathedralium regimini, Canonistæ, vel Theologi potius præficiendi sint, ut scilicet in finitimis regionibus, vel diœcesibus cum hæreticis, vel schismaticis, aut infidelibus, Theologi potius præfici debeant; In aliis autem, in quibus hæc ratio non urgeat, eorum professio, potius incongrua sit, magisque adaptata sit peritia Canonum, juxta praxim fotensem, ideoque Canonistæ in foro versati eligi debent, ut frequentior quotidiana expetientia docet. *De hac distinctione in specie electionis Episcoporum*, Menoch. *de arbitrar. casu* 120. Barbos. *de Episcop. alleg. 1. num. 30. & generaliter ut in forensibus magis deferendum sit Canonistis, habetur sub tit. de offic. disc. 1. & seqq. & sub tit. de mater. dilect. disc. 3. & aliis plurimis.*

Quia vero præsertim in Italia, ob Ecclesiarum Cathedralium pimiam frequentiam, ac paupertatem, exiguosque fines, non de facili hujus prædendæ theologalis exercitio sequi potest. Hinc proinde per probos, ac zelantes Episcopos, æquipollens modus introductus est, quod scilicet qualibet hebdomada, sive pro locorum usu, quibuslibet statutis diebus, fiant congregationes, seu conferentiæ casuum conscientiæ; In quibus vel unus proponat, alii vero ad formam academiæ disserrant alternatim, vel cum eadem alternatione aliqui disserrant, & reliqui auscultent, adeo ut nemo gerat personam continui, ac fixi lectoris, juxta hujus decreti dispositionem.

Ilseque modus, præsertim in Italia, adeo invaluit, ut etiam in Ecclesiis, in quibus adest prædenda theologalis, adhuc idem stylus servetur, illo prædendato, ratione officii, aliquid plus operante. Ubi tamen adsunt Episcopi, qui vere sint Episcopi & Pastores, non autem, ubi sint puri mercenarii, sive Institores, qui aliud non agunt, neque cogitant, nisi studere pinguiori fructuum, ac proventuum recollectioni, ac subditorum excoriationi, ut se ipsos, vel suscepta onera impleant.

Hinc oriri solent quæstiones, non solum cum propriis clericis subditis, sed etiam cum aliis sæcularibus, vel regularibus exemptis, an, & qui ad istam lectionem, vel respective congregationem, seu conferentiam accedere teneantur, adeo ut non accedentes puniri valeant; Atque in hac, in casus contingentia, mihi videbatur procedendum esse cum distinctione, cum qua ego edoctus a praxi tenta per aliquos probos, ac vigilantes Episcopos, procedere consuevi in tempore mei regiminis ecclesiastici, ante accessum ad Urbem, quod scilicet

Aut agitur de parochis, seu vicariis actualem curam animarum necessariam, ratione beneficii, vel officii habentibus; Et isti teneantur, quamvis inviti, accedere, adeo ut alias puniri possint, quamvis essent regulares exempti, quoniam ut pluries insinuatum est in iis, quæ curam animarum, & sacramentorum administrationem concernunt, exemptio non suffragatur; Cum etenim ipsi habentes curam fixam in titulum perpetuum, vel etiam manualem, . . . non possint, vel quatenus possint, non debeant, ex ista levi causa privari, vel suspendi, congruat autem eis, imo fere necessarium videatur hoc exercitium; Hinc proinde oporter dare facultatem puniendi, & cogendi, ex recepto juris principio, quod quando aliquid præcipitur vel defideratur, permecesse, tanquam antecedens necessarium, dare oportet illam facultatem, sine qua consequens haberi non potest, ut in proposito præsidentiæ in choro, cum similibus, pluries a Rota firmatum fuit.

Et quamvis in facti contingentia disputare occasio dederit, an Parochi habeantes parochiam in titulum ad formam Concilii, ad id cogi valeant, ex ea dubitandi ratione, quod ita, cum formalitate concursus, quodammodo graduati, atque doctorati videantur, ac effecti magistri, ideoque cogi non debeant sedere ad scholam, atque partes discipuli gerere: Attamen hæc prætensio merito rejecta fuit; Tum quia in hujusmodi congregationibus, vel conferentiis, omnes æque dicuntur gerere utramque personam magistri, & discipuli, respective, tum etiam quia illi, qui uno tempore sunt idonei, deferendo studia, essici possunt indocti, ac minus idonei, ut quotidiana praxis docet, atque comprobat naturale exemplum terræ, quamvis fœcundæ, beneque cultæ, ubi continuata cultura deseratur; Ac etiam praxis equorum,

rum, aliorumque animalium quamvis in gradu excellentiæ instructorum, & operantium, ubi non exercentur, cum similibus *sub tit. de parœch. d. sc.* 19.

Aut vero agitur de illis, qui sine titulo, vel officio voluntarie munus administrationis sacramentorum suscipiant, ut sunt simplices confessarii sæculares, ac regulares, & tunc nulla necessaria videtur coactio pœnalis, cum Episcopus promptum habeat remedium, eis tollendo, vel suspendendo licentiam administrandi sacramenta.

Verum non semper ista consideratio procedit, quoniam in partis Civitatibus, vel locis, in quibus major proborum, ac zelantium Episcoporum afflictio consistit in operatiorum, ac mercedum penuria, adeo ut non sit practicabilis illa omnium melior medicina, quæ est, alliciendi cum præmiis bene operantes, ita oportet abstinere ab hoc remedio tanquam præjudiciali populo, ob carentiam aliorum, qui ad hoc munus idonei sint, ideoque oportet adhibere hoc remedium coactionis, etiam cum illis regularibus exemptis, qui jam illud munus susceperunt, sive qui in eorum Ecclesia illud exercere consueverunt, ut dicere non valeant, quod non curent sacramentum pœnitentiæ ministrare, & confessiones audire; Ideoque denegatio, vel suspensio licentiæ non est sufficiens medicina, quoniam inter superiorem, & subditos recte intrat ratio correlativorum, ut non debeant ad imparia judicare; Unde propterea, quemadmodum Episcopus non potest suspendere omnes confessarios regulares unius vel respective omnium Monasteriorum, ubi personalis demerentia non accedat, cum tunc reputetur actus animosus, ex pluries declaratis per sacram Congregationem; Ita e converso non debet esse in libito ipsorum regularium recusare illud munus, ob hanc superiorem, quæ sub pallio exemptionis, ac privilegiorum regi solet, potissime quia in ipsis domibus regularibus, ut plurimum, ubi non sunt magnæ, ac primæ classis, cum formalitate studiorum, parum servari videtur hujus decreti conciliarii dispositio, quæ regulares percutit.

Quinimo, ubi etiam in propria domo regulari, ad hujus decreti formam, lectio, vel conferentia habeatur inter ipsos regulares, adhuc tamen ego in facti contingentia dicere consueví, ut illi, qui confessiones audire volunt, ad hujusmodi congregationes, vel conferentias accedere debeant, ut ita melius instruantur de moribus loci ab iis, qui in eo versari sint, ipsoque Episcopus, vel alter, qui ejus nomine præsidet, certificetur, quas opiniones teneant, qualemve praxim adhibeant, quoniam, ut frequens praxis docet, atque egomet pluries expertus sum, præsertim in materia usuraria, seu negotiatoria, ac etiam in illa fraudis gabellatum, cum similibus, pro locorum diversis moribus, aliisque factí circumstantiis, diversæ retinentur, ac practicantur opiniones; Unde propterea regulares, in quibus crebræ sequuntur mutationes de loco ad locum, illas opiniones, quas practicarunt in una regione, retinere, & practicare solent in altera, in qua illæ reprobatæ sunt, & consequenter oportet, ut Episcopo innotescat.

Atque ut alias in facti contingentia ego advertebam, illi regulares, qui ex instituto vitam activam profitentur, & confessiones audire solent, ita se declarantes gerere munus operariorum in vinea Domini, per quemdam implicitum quasi contractum se obligare videntur parere Episcopo tanquam ejusdem vineæ Præfecto, ac majori custodi; Potissime quia, (ut dictum est,) Episcopo etiam invito ipsi hanc operariorum partem, non data personali demerentia, exercere præsendunt, recurrendo ad sacram Congregationem, quando id denegetur, *sub tit. de iustif. disc.* 32.

Respectu vero clericorum sæcularium altera intrat distinctio, inter eos, qui licet non habeant onus curæ animarum, adhuc tamen habent beneficia residentia, & servitoria præsise, vel causative, pura Canonicatus, vel Portiones, seu Capellanias, &c. unde propterea pro Ecclesiæ consuetudine soleant, non solum divina officia celebrare, sed etiam sacramenta, præsertim illud pœnitentiæ, pro devotione, & commoditate populi administrare, eo modo quo faciunt regulares, quoniam tunc, ex iisdem rationibus supra ponderatis, imo fortius, non solum cogi poterunt illi qui forsitsunt hoc onus exercere, sed etiam alii, ut ita subrogari possint in dies in loco deficientium etiam inviti; quando Episcopus eos idoneos reputet, si operariorum penuria, & populi necessitas ita exigat, cum hujusmodi laudabile exercitium non solum concernat conservationem idoneitatis eorum, qui huic muneri præpositi sunt, sed etiam doctrinam, ac instructionem aliorum, qui in locum deficientium præponendi, ac subrogandi erunt.

Aut vero agitur de illis clericis, qui nullum

sum habeant beneficium residentiale, vel servitorium; Et tunc li agitur de illis, qui parochialis, seu matricis Ecclesiæ servitio, ac missæ adscripti sunt, ex prærogativa civilitatis, seu nationalitatis, adeo ut de facto quandam speciem Capituli, seu Congregationis constituant per imaginem Ecclesiæ Collegiatæ, juxta sequentem Italiæ, ac etiam Hispaniæ consuetudinem pluries insinuatam; *Barbos. de Canon. & Capitulo disc. 17. cum pluribus seq.* Et tali casu patitur idem dicendum videtur, cum eadem congruat ratio; Secus autem in illis clericis, qui nulli servitio Ecclesiæ formiter addicti, ex solo motivo pietatis, ac devotionis clericalem statum assumunt, cum tunc nulla urgeat ratio, ob quam ad id cogendi sint, ideoque eis assistere videtur regula, quæ (licet raro) limitationem recipere apta est, quando necessitas ita quandoque cogat ob penuriam operatorum, ut quandoque in calu epidemiæ, seu magnæ influentiæ morborum contingere solet.

Adiustar eorum, quæ in jure habemus; super facultate cogendi illos, qui medicinæ & chyrurgiæ professionem assumunt, ac etiam artifices, quamvis certo servitio addicti non sint, sed in eorum libertate remaneant, quoniam eo ipso, quod quis clericali intitiæ se adscribat, atque sacros ordines illum præsertim præbyteratus suscipit, ita per quemdam quasi contractum ad militandum spiritualiter, quando necessitas cogat, se obligasse videtur, eo modo quo habemus de voluntariis militibus, qui vulgo *venturieri* dicuntur, differeri a stipendiatis. *De iurisdict. d. disc. 32. & de benef. disc. 55.* ista etenim differentia cadere videtur inter illos clericos, qui alicujus Ecclesiæ servitio formiter addicti sint, & alios.

Super illius autem præbendæ theologalis provisione quæstiones cadere solent in illis Ecclesiis, in quibus provisio ad Capitulum, vel aliquem inferiorem Prælatum generaliter pertineat, an scilicet aliquid peculiare in his præbendis dignoscatur, ut ad Episcopum collatio, vel saltem approbatio pertinere debeat; verum in Italia nullus, vel nimium rarus videtur casus agendi de hujusmodi quæstionibus; vel quia pro frequentiori contingentia, in his qualificatis præbendis reservatio, vel affectio Apostolica contingere solet, tam ratione mensium, quam ratione personæ, quia sit protonotarius vel familiaris alicujus Cardinalis, aut Subcollector Apostolicus; Tum etiam quia in hac provincia, ob Episcopatuum frequentiam ac exiguitatem, unde resultat Ecclesiarum Cathedralium & Capitularum paupertas, nimium rarus est casus juris Capituli, vel alterius habendi participationem in collatione canonicatuum in Cathedrali, cum hujusmodi quæstiones frequentius audiantur in Hispania, ubi Capitulorum longe major est prærogativa; ibi vero ante Concilium Tridentinum per literas Apostolicas Sixti Quarti, & Leonis Decimi, super provisione præbendæ theologalis, quæ alicubi magistralis dici solet, ac alterius quæ ibi dicitur doctoralis, per Canonicas præscripta fuit certa forma enunciata in sede beneficiorum. *Tit. de benef. disc. 28. & 29.*

Plures item per solitos Collectores referuntur declarationes circa istam præbendam theologalem, tam circa lucrum, & respective amissionem distributionum pro tempore, quo in munere lectionis occupatus fuerit, quam etiam circa provisiones ab Episcopo capiendas pro tempore, quo eadem præbenda vacat, sive quod ejus possessor absit, vel sit impeditus, aut suum munus explere negligat, de quibus in casu contingentia apud eosdem Collectores facile videre est. Barbos. *in Collectan. ad S. Concil.*

Bene verum quod, ut præmissum est, in Italia, super cujus negotiis potissimum Sacrarum Congregationum disputationes circumferri solent, nimium raro hujusmodi quæstiones audiuntur, eo quia cum ab hac provincia, Dei gratia extirpata sit omnis hæresis lues, (quibusdam exceptis extremitatibus, prope montes) ista lectio pæne inutilis, ac ceremonialis remanere videtur, magisque proficuum est supra enunciatum exercitium congregationum, seu conferentiarum casuum conscientiæ, explicari solitum in quibusdam horis, in quibus Divina officia vacant, puta post vesperas; unde propterea auditi non solent quæstiones super lucro, vel amissione distributionum.

Minusque subesse videtur necessitas illius provisionis, quæ ab eodem decreto concilíari præscribitur pro tempore, quo dicta præbenda theologalis vacat, vel impedita est, assumendi scilicet, cum congruo stipendio ex eadem præbenda persolvendo, aliquem clericum sæcularem, vel etiam regularem sacræ theologiæ professorem qui hoc munus expleat, quoniam id non videtur opportunum, stante dicta introductione conferentiarum, quæ in locis, in quibus Catholica Religio omnino pacifica est, melior reputatur, dum totum clericorum & eccle-

sia-

siasticorum munus versatur circa populorum mores, & animarum curam, ac sacramentorum, aliorumque Divinorum congruam, ac diligentem administrationem; unde propterea ministrantium peritia requiritur solum in moralibus, in quibus tot modernorum labores materiam nimium facilitarunt, adeo ut cuilibet mediocriter callenti linguam latinam, facile sit studium, pro quo dictum exercitium conferentiarum nimium confert magis quam conferrent ingeniosæ, & academicæ lectiones; quas aliquis scholasticus theologus ad proprii ingenii, ac propriæ eruditionis ostentationem academico stylo faceret, ut in concionibus verbi Dei frequentior praxis docere videtur: illud tamen detestabile est, quod in plerisque Ecclesiis, quibus præsunt Episcopi principaliter, soli reditum pinguiori collectionis, ac subditorum exercitationi, & mercaturæ incumbentes, negligitur utrumque.

De unione autem beneficiorum ad hujus decreti præscriptum faciendæ habetur infra, occasione generalitter agendi de unione faciendæ prædendis canonicalibus Ecclesiarum Cathedralium, *Infra & sit. de benef. disc. 43. cum pluribus seqq.* ut quantum fieri potest evitetur earumdem rerum repetitio, quæ tamen ut plurimum est inevitabilis.

Item quoad alteram valde commendabilem provisionem in hoc primo Decreto contentam, super deputatione Magistri scholæ grammaticæ, postmodum ad plures annos ab eodem concilio magis opportunum, ac profectum adhibitum fuit remedium erectionis seminarii, de quo infra *sess. 23. cap. 18.* ubi aliqua desuper adnotantur; rerum quia in Italia, præsertim ob insinuatam rationem exiguitatis dioecesium, ac pauperitatis Ecclesiarum, atque ob exercitium beneficiorum, istud remedium non est de facili practicabile, adeo ut praxis docear, quod forte pro majori parte Cathedralium, præsertim Regni Neapolitani (in quo dicta nimia frequentia conjuncta cum pauperiate dignoscitur magis, quam in aliis partibus ex alibi assignata ratione.) *Tit. de præmittend. disc. 6. in fin.* Hinc proinde illi Episcopi, quibus Episcoporum, non autem, ut supra insinuatur, alius titulus congruit, super hoc invigilare solent, ac debent, ut scilicet magister grammaticæ, & alter multæ, seu eadem conducantur, cum reciproca necessitate, tanquam per quamdam imaginem seminarii, ut scilicet in aliqua honesta domo ab eodem Episcopo, vel ejus Vicario deputanda, seu approbanda, utraque respective schola habeatur, ad quam omnes clerici in minoribus, ac respective in sacris, juxta eorum indigentiam, vel aptitudinem, etiam sub pœnis, & coercitionibus accedere debeant, statutis horis, vel diebus, & e converso magister omnes accedentes docendi obligationem habeat; atque ubi alius non supperat congruus modus solvendi magistrorum stipendium, cum praxis doceat, quod singulorum collecta menstrua difficilem praxim habeat, affignari solent quædam emolumenta franchitiarum, quæ per sæculares gabellarios clericis præstantur. *In tit. Miscel. disc. 2. cum pluribus seqq.*

Ideoque per hanc Sac. Congregationem Concilii ad id advertendum nihi videretur, quod, quando occasione visitationis Limitum, detectio ex relatione status Ecclesiæ, quod non adsit seminarium, unde propterea pro quodam consueto formulario id Episcopis nimium inculcatur, sed inutiliter, cum revera Ecclesiarum, & dioecesium vires non supperant, idcirco comperto ex pluribus continuatis relationibus, quod hujusmodi monitiones inutiles, ac cæremoniales remanent, ob impracticabilitatem posterioris decreti contenti *in dict. cap. 18. sess 23.* demandari deberet observantia illius quod facilius practicabile est, atque ubi Episcopi bene suum munus explere velint, istud remedium, forsan mollius, magisque proficuum, saltem in parvis locis videtur, ut ego expertus sum.

In altero autem Decreto. *Sess. 24. de Reform. cap. 8.* agitur de Canonico pœnitentiario, super cujus muneris exercitio nimium raræ audiuntur fori quæstiones, atque super eo multa referunt consulti Collectores, Forenses autem quæstiones, eo modo quo supra de Canonico doctorali, vel theologali dictum est, cadunt super modo conferendi istum canonicatum in illis Ecclesiis, in quibus collatio sit ad simultaneam Episcopi, & Capituli tantum, vel Capituli tantum cum interventu Episcopi tanquam unius ex Capitularibus, an scilicet per istud Decretum hoc innovatum sit, ut ad solum Ordinarium collatio pertineat; id autem nimium rarum est in Italia, atque in Hispania, ubi est frequens hic usus, habentur specialia indulta Apostolica, super quorum comprehensione cadunt quæstiones, de quibus agitur in retum beneficialium annotationibus. *Tit. de benef. disc. 28. & 29.*

De speciali autem ætate requisita in isto Canonicatu pœnitentiario, alibi habetur occasione agendi de ætate, quæ in beneficiis est necessaria. *Eodem tit. de benef. disc. 95. ac etiam infra.*

D I-

DISCURSUS III.

Ad Sessionem quintam de Ref. c. 2.

SUMMARIUM.

1 *Injungitur onus prædicationis Episcopis, & Parochis.*
2 *Quomodo istud onus impleatur.*
3 *De controversiis, quæ desuper oriri solent Communitatibus.*
4 *In Cathedrali semper jus deputandi concionatorem spectat ad Episcopum, neque dari potest consuetudo contraria.*
5 *Atque ad eum spectat onus dandi alimenta, vel eleemosynam.*
6 *In Ecclesiis inferioribus attenditur consuetudo, & qualis.*
7 *De eadem consuetudine, circa alimenta vel eleemosynam.*
8 *In Cathedrali pro onere prædicto consuetudo de re esse immemorabilis.*
9 *Quomodo istæ quæstiones decidantur.*
10 *Regulares extra proprias Ecclesias non possunt prædicare sine licentia Ordinarii.*
11 *Quando adversus denegationem detur recursus.*
12 *Quid ubi in Ecclesia propria, & quando etiam denegatur.*
13 *In casu contravventionis an Episcopus puniat Regulares exemptos.*
14 *De eodem, & quando clarius Episcopi puniant.*
15 *Quomodo Prælati, & Regulares debeant invitem se gerere.*
16 *In Ecclesiis sæcularibus habentibus Prælatum inferiorem, ad quem spectat benedicere Prædicatorem.*
17 *An Regulares occasione recitandi rosarium, seu alias, concionem habere possint.*
18 *Qualis regula desuper cadat.*

1 PRædicationis verbi Dei munus, tam Episcopis & Archiepiscopis, aliisque ordinariis Prælatis, quam etiam parochis, & plebanis, per se ipsos, vel per alios idoneos viros per hoc decretum, injungitur, aliquibus præscriptis legibus, præsertim Regularibus exemptis, qui hodie, ex frequentiori usu istud prædicationis munus exercere profitentur, quomodo in hoc se gerere debeant, ubi in suorum Ordinum Ecclesiis, vel in aliis, illud exercere volunt.

Rarus autem hodie in Episcopis, & Archiepiscopis usus est prædicationis per se ipsos, sed illud explent in statutis Adventus, & Quadragesimæ temporibus per concionatores, qui ex peculiari studio, ac professione id agunt, quorum major, ac forte omnimoda pars est Regularium; idemque servatur in aliis Ecclesiis insetioribus, Civitatis ac dioecesis; solumque Parochi, vel Rectores pro locorum diversis moribus, seu pro Episcoporum majori, vel minori vigilantia, ac solicitudine, festivis diebus inter missarum solemnia aliquas salutares monitiones populo, cum plano, ac familiari stylo facere solent; ac etiam aliqui probi, ac zelantes Episcopi, (quamvis rarius) id faciunt, cum in hoc locorum moribus deferri soleat; si autem parochus velit per seipsum concionari tempore Quadragesimæ, vel Adventus in parochia, atque ad id sit idoneus, neque alia justa causa accedat prohibendi, non potest Episcopus alium concionatorem deputare, ut scio declaratum per Sac. Congregationem Concilii de mense Septembris 1670.

Illud autem Decretum frequentes parere solet controversias inter Episcopos vel respective inferiores Prælatos, vel plebanos, ac rectores, & populos eorumque communitates, tam super jure eligendi, seu nominandi concionatorem, quam etiam super eleemosyna, seu alimentis ejusdem, dum Communitates laicorum prætendere solent istam prærogativam, eligendi seu nominandi concionatorem, ab Episcopo tamen approbandum.

In hoc autem, quamvis opinionum varietas non desit, ea tamen ex pluribus hujus Sacræ Congregationis, ac alterius Episcoporum determinationibus, regula seu theorica generalis statui posse videtur, ut in ipsa Ecclesia Cathedrali, in qua præcipuum, ac proprium est Episcopi munus prædicare, numquam detur consuetudo, vel præscriptio ad favorem Communitatum laicalium, vel Dominorum temporalium, eligendi, seu nominandi concionatorem, quamvis per antiquissimum ac immemorabile tempus ita servari consuevierit, cum istud jus sit inprescriptibile, omnisque consuetudo a Concilio sublata sit: *De hoc agitur in simil. Miscellan. Eccles. disc. 27.*

Bene verum quod, si eadem Communitas, vel alter alimenta suppeditare, seu eleemosynam solvere consuevit concionatori Cathedralis, correspective ad electionem, seu nominationem ab eo fieri solitam, tunc si Episcopus id amplius pati nolit,

nolit, ipseque eligere pro ejus libitu velit Concionatorem, non potest compellere Communitatem ad alimenta vel eleemosynam, ex fundamento retroactæ obtervantiæ, cum ista dividi non valeat, ideoque servanda est cum sua qualitate; quinimo si Episcopus pati velit, ut electio fiat per Communitatem, ista vero non curet, quia eleemosynam solvere nolit, non potest Episcopus eam cogere non obstante consuetudine, dum in Cathedrali Concilium hinc inde eam simpliciter abolevit. *Eodem disc. 27. supra allegato.*

6 In aliis autem Ecclesiis inferioribus, si antiquissima immemorabilis consuetudo adsit super hoc jure eligendi, seu nominandi per Communitatem, suppeditantem eleemosynam, vel alimenta, ea servanda est, cum non intret dicta ratio, quæ viget in Cathedrali; & quatenus talis consuetudo non bene justificetur, tunc poterit quidem Episcopus, vel Ecclesiæ Prælatus eam impugnare, atque concionatorem pro ejus libito deputare, cum onere tamen sibi injuncto, suppeditandi alimenta, vel eleemosynam, ad quam Communitas cogi non poterit, si ita correspective ad electionem id gestum sit, ex dicta ratione, quod observantia dividi non potest, sed cum sua causa vel qualitate attendi debet.

Si vero consuetudo immemorabilis, vel etiam quadragenaria adsit, ut concionatores per Episcopum, vel per alterum Prælatum eligi, vel deputari solito, in his Ecclesiis inferioribus, Communitas, absque dicta eligendi, seu nominandi prærogativa, eleemosynam, vel alimenta suppeditare consueverit, tunc eadem consuetudo servanda est, atque Episcopus cum legitimis remediis pro locorum moribus, vel stylis Communitatem, vel populum cogere poterit. *Ibidem.*

In Cathedrali autem onus alimentorum, 8 vel eleemosynæ absque jure eligendi exigit immemorabilem. *Ibidem.*

Hinc proinde, facti potius, quam juris 9 istæ quæstiones remanent super hujusmodi scilicet consuetudinis justificatione, atque super interdictis posteriorum, quæ desuper in forma judiciaria per Episcopos, seu Rectores, vel respective Communitates intentati solent. *Ibidem.*

Inter Episcopos quoque, aliosque Prælatos, & Regulares exemptos, in hac materia facultatis concionandi, quæstiones cadunt, an scilicet, & quando Regulares eam exercere valeant sine Ordinarii loci licentia, & posita istius necessitate, an & quando possit denegari.

In hoc autem regula, seu distinctio generalis est, quod, aut agitur de concionibus faciendis per Regulares in aliis Ecclesiis, quam in illis suorum Ordinum, & tunc licentia necessaria est, neque sufficit ejus petitio nisi accedat etiam concessio; & consequenter denegatio spetni non potest; solumque ubi ea fiat, non alicui personæ particulari, cum qua concurrere valeat ratio personalis demerentiæ, vel sinistræ opinionis, sed fiat omnibus religiosis alicujus Religionis ob indignationem, quam forte Episcopus habeat cum ea Religione, ratione alicujus litis, vel ex alia causa, (ut quandoque ego practicavi, & tunc recursus haberi potest ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium, vel etiam ad istam Concilii, a quarum una, vel altera, emanare solent eadem præcepta, quæ emanant in casu denegatæ licentiæ audiendi confessiones in genere, cum tunc dicta denegatio animosa sit, quoties ex parte Episcopi aliqua non assignetur congrua causa, quæ pro facti qualitate hanc præsumptionem animositatis rollat. *Occasione consessionum agitur sub tit. de jurisdict. disc. 32. & aliis pluries infinuatur.*

Ubi vero agitur de concionibus habendis in propriis Ecclesiis, tunc sufficit, ut se præsentet loci Ordinario, eique ostendant propria superioris regularis approbationem, ac facultatem istud munus exercendi, atque benedictionem petant, quamvis non obtineant, cum iste actus obedientiæ, seu reverentiæ sufficiat, neque Regularitet Ordinarius id denegare, vel impedire possit, nisi in tribus casibus, primo nempe ipso Episcopo prædicante, id est, de tempore, quo ab ipso Episcopo, sive ab alio per eum deputato, concio habetur in Ecclesia Cathedrali, quoties contraria consuetudo non adsit, quod hoc eodem tempore in diversis Ecclesiis conciones habeantur, ut in magnis, vel nimium populatis Civitatibus, & Oppidis praxis docet.

Secundo, nisi aliqua peculiaris justa causa accedat, vel ratione demerentiæ personalis ipsius concionatoris, vel ex alia contingentia, ac circumstantia, ob quam illa concio inconvenientia parere possit, unde potius tendat ad destructionem, quam ad ædificationem, ut quandoque praxis docet præsertim in temporibus actualis, vel imminentis, aut suspicati belli Divini vel humani, sive revolutionum popularium, aut alicujus imminentis popularis functionis, cum alicujus indiscreti concionatoris verba commo-

commotionem in populo facere possint, cum similibus.

Et tertio, ubi ea concio fieret ob aliquam æmulationem, ut scilicet ita diverratur populus ab aliqua devotione, vel solemnitate, aliave ecclesiastica functione, quæ in alia Ecclesia regulari, vel sæculari fieret, ut quandoque patiter expertus sum. *De ista æmulatione spirituali in functionibus ecclesiasticis agitur sub tit. de præeminent. disc. 10. & in tit. de disc. disc. 32.*

In casu autem contraventionis, alia disputatur quæstio inter scribentes, an contraveniens, exemptione non obstante, ab 13 Ordinario puniri valeat, vel potius punitio pertineat ad proprios superiores regulares; atque ante Constitutionem Gregorii decimiquinti, magis communiter recepta erat hæc posterior opinio, ut ad proprium superiorem Regularem id pertineret, neque exinde exemptionis privilegia cessarent, ut generaliter per DD. (quorum major pars est Moralium proprium ea sam agentium) firmatur in omnibus aliis contraventionibus, præsertim circa illam accessus ad monasteria Monialium; per dictam vero constitutionem ista quæstio sublata fuit, ex congrua ratione, quod ubi aliquid superiori committitur, commissa vel concessa censentur omnia ea, sine quibus id, quod commissum est, effectum sortiri non potest. *Sub tit. de jurisdict. disc. 18. & 26. & hac libro in Miscellan. disc. 26. & in aliis.*

Potissime vero, ubi in hoc proposito concionum contraventio seu inobedientia non sit illius rei gioli concionantis in particulari ex propria temeritate, unde propterea con- 14 grua punitio a proprio superiore Regulari sperandæ sit, sed fiat ex superioris mandato vel consensu, quia prætendatur quod dictus actus obedientialis, vel reverentialis non requiratur, unde propterea effet remittere cautam potius ad partem interessatam, quam ad Judicem, cum tamen dentur aliqui Regulares prælati, qui ex nimio indiscreto zelo conservandi, vel ampliandi propria privilegia exemptiva, formales, & scandalosas inobedientias, ac rebelliones adversus Ordinarios attentare solent; quemadmodum enim Ordinarii male agunt, atque correctione digni sunt, quando indebite regularium privilegia violare satagunt; ita e converso correctione digni sunt regulares, quando illis abutuntur.

In Ecclesiis autem, vel locis exemptis, atque habentibus proprium inferiorem Prælatum, etiam cum aliqua jurisdictione activa ordinaria in clerum & populum, quoties non agatur de vero, & materiali territorio separato cum vera qualitate nullius, adeo ut locus intra diœcesim, ista facultas concedendi concionatori licentiam vel benedictionem respective, non pertineat ad Prælatum inferiorem, sed ad Ordinarium, cum iste sit unus ex casibus jurisdictionis delegatæ Ordinariis locorum in locis exempris proprium inferiorem prælatum habentibus, ut alibi quoque advertitur. *Disc. 5. de jurisdict. & in aliis ibidem.*

Quandoque Regulares ad hujusmodi actum obedientialem, vel reverentialem evitandum, sub prætextu alicujus simplicis devotionis, puta recitationis Rosarii, vel alterius orationum, ille Religiosus, qui orationi præsit, assumpta occasione alicujus insinuationis faciendæ populo, quomodo illam devotionem vel functionem bene exercere debeat, plura interfecare studet, adeo ut ita 17 formalem faciat concionem, ideoque merito per Ordinarium id prohibetur, ut quandoque practicavi; ideoque certa & generalis regula desuper dari non potest, cum totum pendeat 18 a singulorum casuum qualitate, & circumstantiis pro diversis locorum moribus; atque regula generalis ea est, quæ consistit in axiomate *nequid nimis*, quod scilicet Ordinarii infensi non sint Regularibus, neque eorum privilegia, & exemptiones violare satagant; e converso autem Regulares eorum privilegiis, ac exemptionibus non abutantur, ideoque semper virium est in extremis.

DISCURSUS IV.

Ad Sessionem sextam de Reform. cap. 1. & 2. & Sess. 23. de Reform. cap. 1. & Sess. 24. de Reform. cap. 12.

SUMMARIUM.

1 *De provisionibus super residentia Episcoporum & aliorum.*
2 *De aliis provisionibus posterioribus super eadem residentia.*
3 *An Episcopus præcise residere teneatur in Ecclesia Cathedrali, vel sufficiat residentia in qualibet parte diœcesis.*
4 *Tenentur subditi accedere ad locum residentiæ Episcopi, & Tribunalis.*
5 *Episcopus potest residere, & habere Tribunal in qualibet parte diœcesi.*
6 *Quando teneatur Episcopus deputare*

Vicarium particularem in parte diœcesis.

7 *Quid agendum, ubi sint duæ diœceses unitæ.*

8 *Episcopus an teneatur habere Vicarium generalem, & quando.*

9 *Quando residentia dispensetur.*

10 *De amissione alternativæ, vel facultatis testandi ob non residentiam.*

11 *De residentia parochorum quando intret.*

12 *In aliis beneficiis quando intret onus residentiæ.*

13 *An & quando servitium causet residentiæ onus, & de residentia præcisa, vel causativa.*

14 *Qui clerici possint cogi ad residendum.*

15 *De modo procedendi contra non residentes.*

16 *De justis causis excusantibus a residentia.*

DE residentia Episcoporum, aliorumque Prælatorum, ac etiam Parochorum, & Canonicorum, aliorumque obtinentium beneficia residentialia, in his decretis agitur.

1 Cum etenim, citra initia Concilii, in hac sessione sexta, aliquæ provisiones prodierint; in ejusdem vero Concilii progressu, plures desuper exortæ fuerint difficultates, atque considerandæ fraudes, quæ circa residentiam fieri solent; hinc proinde, ad plures annos, alia pinguior, magisque declarata prodiit provisio. *In sess. 23. & 24. ut supra.*

Distinguendo autem residentiam Episcoporum ab illa aliorum beneficiatorum & rectorum, aliorumque inferiorum prælatorum, quamvis pro opinionum diversitate, variæ desuper prodierint difficultates, seu exortæ, ac adinventæ fuerint cautelæ, ad residentiæ onus effugiendum; attamen superventæ Apostolicæ Constitutiones, illa præsertim Urbani Octavi, clarius, magisque enixe illud onus residentiæ inculcarunt sub longe gravioribus pœnis, quæ adauctæ fuerunt illis, quæ adjectæ fuerunt in his Decretis, atque ita omnem diremerunt quæstionem; ideoque pro istorum Decretorum, dictarumque Constitutionum observantia singulis statutis temporibus, in Curia per Cardinalem Vicarium, ex oraculo etiam Papæ, fieri solent edicta, pro accessu ad residentiam, atque illis Episcopis, qui in curia sint occasione accessus ad Limina; ista sacra Congregatio Concilii præcipere solet regressum ad eorum residentiam, & consequenter rari sunt casus, in quibus de his, ad vi-

ros forenses agere pertineat, quodque cum formali disputatione contentiosa, de hujus residentiæ observantia agatur, cum in forma extrajudiciali, ac summaria procedi soleat; unde quandoque in praxi, visi Episcopos, in aliquo Monasterio detrusos per tempus notabile, ex ista causa non residendi.

In foro autem, in hoc proposito residentiæ Episcoporum, in aliqua ex sacris Congregationibus Episcoporum, vel in ista Concilii, in forma contentiosa disputari 1
solet, inter Capitula Cathedralium, seu Communitates & Episcopos residere negligentes in Civitate, apud Ecclesiam Cathedralem, quia residere veliint in aliis locis diœcesis.

In hoc autem regula generalis (quando ex antiqua consuetudine, vel ex aliqua justa causa, ejus limitatio non resultet,) assistit Capitulo seu Civitati, ut scilicet Episcopus, pro majori parte anni, residere teneatur in Cathedrali, ibique Tribunal erectum habere; cum etenim Sedes Apostolica in erectione illius Cathedralis, illum locum opportunum censuerit pro residentia Episcopi, & ad quem alii diœcesani accedere debeant, hinc proinde repositum esse non debet in Episcopi arbitrio locum immutare; nisi (ut dictum est) aliqua justa causa accedat, puta insalubritatis aeris, vel depopulationis in toto, sive in notabili parte, adeo, ut residentia episcopalis & Tribunalis, cum debita majestate, vel securitate ibi sequi non valeat, vel ex alia simili causa pro singulorum casuum circumstantiis.

Adhuc tamen in casibus, in quibus hujus regulæ limitatio admittenda veniat, id practicabile est in aliis anni temporibus, non autem in illis, in quibus per secundum decretum *sess. 23. cap. 1.* specialiter disponitur, ut resideri debeat in Cathedrali; ut sunt tempore a Dominica prima Adventus, usque ad Epiphaniam; a die Cinerum ad octavam Paschæ; ac etiam in solemnitatibus Pentecostes, Corporis Christi, & Sancti Titularis ipsius Cathedralis, aliave simili magna loci solemnitate, in qua, pro ejus moribus, scandalosum esset, quod Episcopus non esset præsens, quodque a legitimo impedimento non detentus, non interveniret. *Sub tit. de jurisdict. disc. 24.*

Id autem justam præbebit ansam subditis recurrendi ad sacram Congregationem, ut Episcopum ad hujusmodi residentiam cogat; ac etiam ex antiquorum Canonum dis-

dispositione habemus, ut præsertim consecrando olei sancti in die Cœnæ Domini, in Cathedrali præcise fieri debeat, *in Miscellan. Ecclesiast. disc. 26.* Non tamen id eisdem subditis tribuere potest licentiam, non parendi Episcopo, qui in alia diœcesis parte relidebat, ac Tribunal erectum teneat, cum ad subditos non pertineat judicare, an superior justum habeat impedimentum nec ne, sive ex isto prætextu ei obedientiam denegare. *Eod. tit. de jurisd. disc. 22. cum duobus sequentibus.*

Regula etenim assistit Episcopo, ut in quacumque diœcesis parte residendo, suæ residendi obligationi satisfacere dicatur, ibique Tribunal erectum habere possit cum Vicario generali, qui unicus pro tota diœcesi est ille, qui apud Episcopum assistit; 5
alii etenim, qui pro aliis diœcesis partibus, ac etiam in ipsamet Civitate deputantur, foranei vel speciales delegati dicuntur, quamvis Generalis titulus, seu nuncupatio cum aliqua etiam delegatione universitatis causarum ei tribuatur, quoniam erit quidem vicarius foraneus, sed cum aliqua majori prærogativa & jurisdictione, quam regulariter hujusmodi vicariis comperat.

Atque id quandoque faciendum est; vel quia ita exigat antiqua consuetudo, vel diœcesis amplitudo, atque itineris asperitas, unde resultet magna subditorum incommoditas pro eorum causis civilibus, vel criminalibus accedendi ad locum Tribunalis & residentiæ; atque cum hoc temperamento in his casibus procedendum 6
est, non autem ut de jure subsistat aliquorum diœcesanorum præsentia, quod non possint extra proprios lares trahi, quodque ibi a proprio, ac particulari vicario eorum causæ debeant cognosci, sive ab ipso Episcopo ibi præsente, & non alias, cum id nullatenus subsistat. *Dict. disc. 22. & 24. de jurisdict.*

Si vero fuerint plures diœceses æque principaliter unitæ, tunc in quacumque unius earum parte residendo, suæ obligationi satisfacit, ibique Tribunal erectum, pro utraque recte habet, cum unico Vicario Gene- 7
rali, absque aliqua necessitate retinendi duo Tribunalia distincte, duosque Generales Vicarios habendi, id etenim solum Sede vacante ex peculiari ratione practicandum est. *Ibidem, & de duobus Vicariis sede vacante sub tit. de præeminent. disc. 7. & de Canon. & Cap. disc. 26.*

Quinimo potest nullum Vicarium habere, cum ad id non teneatur, atque possit causas per se ipsum judicare. *Dict. disc. 22. & 24. de jurisd.* Bene verum, quod si retineri consuetum sit, (juxta generalem consuetudinem,) unde propterea, pro diœcesis qualitate, nimium incommodum subditis redditur, illum non adesse, tunc Sacra Congregatio Episcoporum illius retentionem demandare solet; imo regulariter, juxta ejusdem decreta generalia præcipere, ut ille esse debeat utriusque juris, vel saltem Canonum Doctor, ac non diœcesanus, prohibendo retentionem diœcesani; id autem demandatur, quando desuper recursus habeantur; & nihilominus, etiam in casu recursuum, quandoque pro facti qualitate, ubi præsertim exiguitas diœcesis, vel paupertas Ecclesiæ ita suadeat, desuper dispensari solet, non tamen generaliter, ac indefinite, sed ad certum tempus, puta 6. mensium, ut ita interim se providere possit, hujusmodi dilationum pluries renovando, prout facti qualitas exigere videtur, ideoque certa, & determinata regula generalis cuicumque casui applicabilis desuper statui non potest, cum totum pendeat ex singulorum casuum individuis circumstantiis.

Quando autem residentiæ dispensandum 9
seu indulgendum sit, patiter certa regula non cadit, cum ex facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis, justam causam suadentibus id pendeat, de potestate autem Papæ, vel S. Congregationis id agendi, quando necessaria, vel justa causa non accedat, sive qualis ista esse debeat, ad privatum scriptorem agere non pertinet.

Super ista Episcoporum residentia, quæstiones etiam judiciales in foro audiri soleat; 10
vel super aliquibus privilegiis, quæ eis, sub explicita, vel de jure subintelligenda residentiæ conditione concedi solent, ut præsertim est facultas testandi, quando aliter in ejus formula non disponitur; vel & frequentius circa alternativam, quæ per Papam Episcopis concedi solet in collatione beneficiorum, ita obtinendo menses, quatenus resideant, non residendo autem non desunt volentes, ut omnes quatuor ordinarios amittat; verius tamen, magisque receptum est, ut solum amittat duos ex eis, idroque duo tantum fixi, Junii, & Decembris, ei remaneant, absque eo quod, quantumvis justa causa, etiam pro Ecclesiæ universalis servitio, suffragetur, ut latius magisque distincte super hac alternativæ materia habetur in propria beneficitorum sede. *Sub tit. de benef. disc. 93.*

Quo vero ad obligationem residentiæ parochorum, aliorumque beneficiatorum, quoad parochos, nulla cadit dubitandi ratio, quoties principaliter, atque in titulum de Ecclesia cum utraque actuali, & habituali cura provisi sint; quæstione solum cadente, circa materialem habitationem, an ea prope Ecclesiam sive intra ipsius parochiæ limites, in loco commodo, omnibusque opportuno esse debeat, imo in domo prope Ecclesiam pro habitatione parochi destinata, ut pluries Sacra Congregatio declaravit; talisque est regula generalis, quæ tamen pro facti qualitate limitationem recipere apta est, ex Episcopi arbitrio, quod a justa causa regulandum est; secus vero ubi de illa cura habituali tantum agatur, quæ resultet ab unione accessorie facta alicui dignitati, vel beneficio, cum deputatione vicarii perpetui, vel temporalis pro exercitio curæ, quoniam tunc circa illud onus, ac modum residendi vicario congruunt ea, quæ de parocho disposita sunt, possessori autem dignitatis, vel beneficii, cui unio facta sit, ea residendi necessitas incumbat, quæ inest ipsi dignitati, vel beneficio principali. 11

Respectu autem aliorum beneficiorum quamvis potissima est super residentiali qualitate in genere, an scilicet, & quæ sint residentialia, atque ubi agitur de canonicatibus, & dignitatibus in Cathedrali, vel in Collegiata, regula est generalis affirmativa, super qualitate residentiali, nisi lex fundationis legitime statuta aliter suadeat ex regula sapius insinuata in materia juripatronatus, ut in limine fundationis de consensu Ordinarii adjici valeant a fundatore conditiones juri contrariæ; & quamvis in aliquibus Ecclesiis ex consuetudine hæc residendi obligatio cessaret; attamen Sac. Congregatio censuit hujusmodi consuetudines esse tollendas. *A Sac. Conc. sess. 24. cap. 12. de reformat.* 12

In aliis autem regula generalis est in oppositum negativa, ut beneficia de consuetudine generaliter præsumantur potius simplicia, & non residentialia, nisi lex fundationis, vel consuetudo, aut servitii qualitas aliter exigat, ut præsertim sunt portiones, vel beneficiatus, seu hebdomadariæ Ecclesiarum Cathedralium, & aliquarum qualificatarum Collegiatarum.

Non omne tamen onus servitii, quamvis personalis, quod beneficio injunctum sit, 13 cautat residentialem qualitatem, veram ac præcisam, ex qua plures effectus resultant, ille præsertim incompatibilitatis cum alio beneficio residentiali, quoniam quandoque servitium causat solum residentiam causariam, ut scilicet illius non præstatio, alicujus pœnæ incursum, vel emolumenti amissionem producat, non autem, ut beneficium vere, ac præcise residentiale efficiat, adeo ut ob non residentiam, pœnarum incursus intret, illa præsertim privationis, vel amissionis ipsius beneficii. *Sub tit. de benef. disc. 57. & seqq.*

Atque hinc præsertim pendet inspectio, super qua recursus subditorum adversus Episcopos, aliosque Prælatos, ad unam, vel alteram Congregationem Episcoporum vel Concilii haberi solent, super coactione, s. residendi, ac inserviendi alicui Ecclesiæ, seu interveniendi in aliquibus functionibus, cum denegatione literarum dimissorialium, ac testimonialium, quæ concedi solent iis, qui peregrinari, seu ad alia loca accedere velint, quoniam ubi non habeant beneficia præcise residentialia, id eis denegari non potest, nec debet, ut pluries S. Congregatio declaravit *Præsertim die mensis Septemb. 1572. in una Nullius Alexandrin.* 14

Posita vero residendi obligatione precisa, & vera, non autem causativa, ut supra, adeo ut contra non residentes ad pœnas procedi valeat, quæ a sacris Canonibus, 15 aliisque Apostolicis Constitutionibus, vel ab his conciliaribus decretis statutæ sunt, frequentes eadunt quæstiones, an bene vel male processum sit.

Tres autem reperiantur viæ, seu formæ distinctæ, quas Ordinarius desuper tenere potest; unam scilicet sacrorum Canonum, & duas iisdem Decretorum conciliarium, in quorum primo contento *Sess. 23. cap. 1.* agitur solum de beneficiis curatis, juxta veriorem sensum, quem litera probat, atque hæc Sacra Congregatio censuit; in posterioti autem *Sess. 24. cap. 12.* agitur de dignitatibus, & canonicatibus, aliisque residentialibus beneficiis non curatis, ideoque unum decretum cum altero non est connectendum, ut quandoque, sed male, fieri soleat.

Attenta prima via, seu forma juris communis, & sacrorum Canonum, necessaria est contumacia vera, quæ regulariter non contrahitur, nisi per citationem personalem legitime exequutam, per quam inducatur scientia vera, & certa, quæ ad veram contumaciam necessaria est; nisi dolose latiter, aut alias affectate, vel culpose impedimentum præstet, ne citatio contra eum exequatur, adeo ut exinde ad scientiam inferatur, atque pro citato habendus veniat.

Per secundam autem viam, seu formam in beneficiis curatis inductam, in eo sacrorum Canonum dispositio innovata est, ut etiam citatio per edictum sufficiat in ipsa Ecclesia parochiali, aliisque publicis & consuetis locis, dummodo ea serventur, quæ generaliter in hac specie citationis per edictum servanda sunt.

Nisi Ordinario bene innotescat locus, in quo beneficiatus moretur, cum tunc esset concilialis decreti ratio, ideoque subintret juris communis dispositio, ut citatio personalis adhibenda sit.

Ubi vero de tertia specie agatur, servari debet forma ibi præscripta; ut scilicet in primo anno ad privationem medietatis fructuum procedatur; in secundo autem ad privationem omnium, deindeque contumacia crescente, ad censuras, ac etiam ad beneficii privationem, atque alias male proceditur, utpote contra hanc formam.

Ea tamen cumulativa est cum prima, quæ a sacris Canonibus inducta est, ideoque non impedit, quin prima teneri valeat, ob quam personalis citationis, veræque contumaciæ requisitum desideratur ab his conciliaribus decretis dispensatum, cum sola contumacia ficta.

Potissime autem primum juris communis remedium adhibere oportet, quando istud ultimum conciliare practicabile non sit, ut in iis Cathedralibus, & Collegiatis contingit, in quibus nullæ adsint distinctæ præbendæ, nullique fructus certi, quia nempe omnes fructus, omniaque emolumenta ad distributiones quotidianas, ac participationem pro ratione servitii, & per punctos redacta sint; cum tunc, etiam residentes, sed non interessentes, ac non inservientes eas amittant, ideoque deficit subjectum hujus praxis, atque ad remedium sacrorum Canonum convolare oportet. *Sub tit. de benef. disc. 77. & in supplemento in Festiana Canonicatus.*

De justis autem causis a residentia excu- 16 santibus, & quando illæ sufragentur solum ad effectum fructuum non autem distributionum, vel respective etiam pro istis assequendis, sive qualis sit stylus Sacræ Congregationis Concilii desuper dispensandi, habetur infra. *Ad session. 24. de reformat. cap. 12.*

DISCURSUS V.

Ad Sessionem sextam de Reformat. cap. 4. Sessionem septimam cap. 8. Sessionem 13. cap. 1. Sessionem 21. cap. 8. Sessionem 22. c. 8. & 9. & Sessionem 24. cap. 3. & 9.

SUMMARIUM.

1 *De visitatione demandata per plura decreta.*
2 *Ordinarius habet regulã in jure visitandi.*
3 *In generali exemptione non venit jus visitandi.*
4 *Quid innovet Concilium Tridentinum circa visitationem.*
5 *An & quando a gestis in visitatione detur appellatio.*
6 *Quomodo intelligatur, ut singulis annis fieri debeat visitatio.*
7 *Prohibitur procuratio, & quid permissum sit.*
8 *De prævisionibus Sac. Congregationis super abusibus.*
9 *De exemptis a visitatione, & titulis exemptionis.*
10 *De jure visitandi Monasteria Monialium exemptione non obstante.*
11 *Quando visitentur Monasteria, & domus Regularium, & n. 19.*
12 *De visitatione Sacramentorum, & aliorum concernentium curam.*
13 *Visitantur Ecclesiæ Regularium, ex lege concessionis.*
14 *De Capitulis exemptis.*
15 *In quibus competat Episcopo jurisdictio, & jus visitandi in locis sub Prælato inferiori.*
16 *De Capellis Regiis.*
17 *De Hospitalibus, aliisque piis locis remissive.*
18 *De Conservatoriis, & domibus mulierum sæcularium.*
19 *De subjectione, & visitatione Regularium de qua num. 11.*
20 *Canonici Cathedralis associantes Episcopum in visitatione, quam præeminentiam habeant, vel exemptionem.*
21 *Ordinarii appellatione in jure visitandi, qui veniant.*
22 *De jure Episcopi vicinioris in locis Nullius.*
23 *Capitulum sede vacante habet jus visitandi.*

24 *Dari possunt plures visitatores.*

25 *An superiores Regulares se ingerant cum ipsis Regularibus in iis, quæ concernunt curam animarum, & administrationem sacramentorum.*

1 IN istis decretis agitur de visitatione tam Ecclesiarum, quam personarum, quæ Episcopis, aliisque locorum Ordinariis injungitur, diverso tamen jure, cum non exempris scilicet, jure ordinario, & cum exemptis jure delegato, ipsisque Apostolicæ sedis nomine; hinc proinde ad clarissimam hujus materiæ cognitionem, ne unus eorum hujus materiæ cognitionem, ne unus eorum confundatur, plures inspectus cum altero confundatur, plures inspectiones distinguendæ sunt; primo nempe super generica visitatione diœcesis respectu Ecclesiarum, & personarum nullum habentium exemptionis privilegium, vel aliam qualitatem, ob quam negetur hæc subjectio; secundo circa visitationem Ecclesiarum, & locorum, ac operum ecclesiasticorum, vel respective piorum, quamvis personæ singulares visitationi non subjaceant, quia sint sæculares, vel alia ratio non subjectionis accedat; & tertio circa personas exemptas.

Quatenus pertinet ad primum, Episcopo vel alteri Ordinario loci assistit regula generalis affirmativa, ut visitandi potestatem habeat, atque visitationis occasione, corrigendi omnes clericos, omnesque Ecclesias, capellas, oratoria, piave, aut ecclesiastica loca suæ diœcesis adeo ut non docto de particulari limitatione, ejus intentio fundata sit in juris regula seu assistentia. *Tit. de jurisdict. disc. 1. & pluribus seqq. & disc. 40. & sequent. & sapius.*

Adeoque jus visitandi Ordinario competit, ut in privilegio exemptionis a jurisdictione illud non veniat, absque speciali mentione, sive cum adeo ampla, & efferanata generalitate, ut ista specialis mentio implicite adesse dicatur. *Ibidem.*

Cum autem istud jus esset in facultate, aliaque necessitas per sacros Canones injuncta non sit, utili ea, quæ ex eorundem mente pastorali muneri inest, atque connaturalis est, unde propterea negligi solebat; idcirco per istud novissimum jus Conciliare injuncta est necessitas id agendi personaliter, si commode fieri potest, sin minus per Vicarium generalem, vel alium ad id deputatum, singulo quoque anno, vel saltem biennio, universam diœcesim peragrando, aliqua majori facultate concessa super modo procedendi, quam prius competeret, præsertim ut manus ligati non adeo facile possint per appellationem ad Metropolitanum.

Hinc proinde, apud Episcopos, aliosque Prælatos, eorumque officiales, opinio circumfertur, ut multa eis liceant in visitatione absque Metropolitani, vel alterius superioris timore, quodque eorum provisiones non subjaceant illi suspensioni, quam appellatio de jure inducit in casibus, in quibus iste effectus suspensivus non sit sublatus.

Verum erronea opinatio est, ita generaliter, ac indefinite hæc prædere, quoniam id percurit solum ea, quæ concernunt correctionem morum, aliasque provisiones, quas in forma extrajudicialis potius more prudentis patrisfamilias prompte dare oporteat, vel congruat, non autem in iis, in quibus more judicis, atque in figura seu forma judicii procedi debeat, cum tunc dispositio Canonum, seu juris communis incorrecta remaneat; nihilque refert ad effectum appellationis, ac ordinis judiciarii bene servandi, an de tempore visitationis, vel extra id fiat, Barbos. *de Episc. allegat. 92. num. 13. & seq.* Ineque error est communis, & quotidianus, quod scilicet quando Episcopi sunt in actuali visitatione, credunt facere posse eorum id, quod potest Papa, & forte aliquando faciunt ea, quæ Papa facere quidem potest, sed non solet.

Terminus autem unius anni, vel saltem biennii (ut alias discurrendo de Episcopis seu Prælatis infinuatum est, *Miscellan. Eccl. disc. 1.* quamvis ex præcepto statutus videatur, ne id negligi valeat, non tamen ideo taxativus est, ut intra breviorem terminum, quando Episcopus seu Ordinarius, opportunum, vel salubre credat, visitare non possit, cum etiam bis in eodem anno, juxta casuum contingentiam, ac rerum opportunitatem, id facere valeat; dummodo tamen ad bonum finem, bonoque zelo id agatur, non autem ut id serviat ad solum præmium exigendi a Capitulis & cleris, aliisque subditis procurationes, ac munera, & victualia, sub quorum prætextu magnæ fieri solent extorsiones, adeo ut in plerisque praxis docet, quod diœcesis peragratio, ac visitatio, non fiat ad illum bonum finem, ad quem id inductum est, ut scilicet pastor videat oves, ipsaque suum videant Pastorem, ac etiam recognoscat, an eis bona pabula per inferiores pastores ministrentur, atque Ecclesiarum cultus decenter habeatur, sed potius ad lucrum, ac negotiationem, atque per quemdam modum loquendi, exire de Cathedrali, ac diœcesim peragrare, eo modo quo statutis temporibus pyratæ exire solent, ac mare peragrari prædandi causa; unde merito idem S. Concilium eos percussores, non autem Pastores dicit.

7 Quamvis enim Concilium procurationum, aliorumque emolumentorum exactionem, & abusum expresse prohibuerit, solumque moderata victualia, & necessarias viaticorum expensas suppeditari debere decrevetit, atque per S. Congregationem laudabiliter ad tollenda majora inconvenientia, quæ super hujusmodi suppeditatione oriri solent, tam circa ipsius visitatoris, ejusque familiarium indiscretum agendi modum, quam circa fraudes, quæ per cleri œconomos, vel deputatos sub hoc prætextu fieri solent, permittatur moderata & honesta compositio, in aliqua summa pecuniaria, cum qua sibi ipsi Episcopus, vel alter visitator istas expensas suppediet; attamen sub hoc prætextu, de facto istud concitare decretum super procurationum prohibitione, pro frequentiori contingentia in desuetudinem abiit, quoniam Episcopi exigunt summam compositam, ac ulterius recipunt victualia, aliaque expensæ etiam indiscrete, & cum immoderato excessu fiunt; quinimo singulis annis certis statutis temporibus, tanquam per speciem consuetæ recollectæ, transmittuntur particulares visitatores nihil agentes, nisi munus exactoris hujusmodi procurationum, seu compositionum; & utinam his contenti essent, quoniam sub prætextu visitationis personalis, vel bullatum, & titulorum beneficiorum, capellaniarum piorumque legatorum, ac etiam recognoscendi onera missarum, eorumque implementum, sive revidendi rationes administratorum, hospitalium, & confraternitatum, aliorumque piorum locorum, exigunt notabilia emolumenta, quæ propterea in libris, vel memorialibus describuntur, tanquam corpora reorum, & inter fructus, ut pluries ego vidi, & practicavi, quod scilicet volente aliquo Archiepiscopo, vel Episcopo, Ecclesiam dimittere, sub reservatione pensionis ad ejus favorem, in notulis ad hanc effectum traditis, illis ambitiosis, ac indigni, qui per hanc viam Episcopatum ambiunt, atque immeriti obtinere curant, inter fructus, seu corpora reddituum, non solum vidi istas procurationes, seu compositiones, francas, & immunes ab omnibus victus, & viatici expensis, sed etiam, certa & uniformia emolumenta pro visitatione bullarum, & titulorum beneficiorum, ac etiam pro redditione rationum confraternitatum, aliorumque piorum locorum, quamvis id neque fiat, cum ut plurimum id committatur alicui clerico loci, qui gratis id agat, sive aliquando duplex onus ita ferre oporteat, unum scilicet cum Episcopo, & alterum cum revisore deputato, quinimo etiam munera, & emolumenta pro collatione ordinum.

Quam enim ista sacra Congregatio Concilii, vel altera Episcoporum, cum nimio zelo, nimiaque diligentia, in hoc se gerere soleat, hæc prohibendo, ac etiam demandando restitutionem percepti; attamen punctus est, quod non semper, ac de facili haberi potest hic recursus, qui sæpius per subditos formidatus est, utpote majoris oppressionis, majorumque gravaminum productivus; ideoque medicina consistit in bene providendo Ecclesias de probis viris, ac etiam in abstinendo ab immoderatis Ecclesiarum gravaminibus ad mentem S. C. T.

Quo vero ad secundam inspectionem, visitationis Ecclesiarum exemptarum, seu locorum piorum, aliarumque universitatum, a quibus exemptio ab hoc jure prætendatur; dupliciter id prætendi solet, vel scilicet ex Apostolico privilegio, ut sunt frequentius Ecclesiæ & Monasteria Regularium, ac etiam aliquæ Ecclesiæ collegiatæ simplices sæculares, vel Regiæ capellæ, & aliquas etiam Monasteria montalium, vel quia prætendantur esse loca mere sæcularia, sub sæculari jurisdictione, ac administratione existentia, unde prætendatur, quod vel ex lege fundationis, vel ob immediatam Regiam protectionem, seu alias, Episcopus, vel alter Ordinarius jurisdictionem non habeat.

Circa primam exemptionis speciem, determinatio pender a privilegii Apostolici tenore, seu qualitate, ac eo etiam posito, a qualitate loci, seu muneris, aut respective modi visitandi, & an intret necne aliquis casus limitatus, in quo, exemptione non obstante, saltem ex jurisdictione a sacro Concilio Tridentino & apostolicis constitutionibus delegata, ista facultas visitandi competat, puta circa visitationem Monasteriorum monialium, quamvis exemptorum in iis, quæ concernunt claufuram, ut restituatur, vel respective conservetur. *Tit. de jurisd. disc. 25. & seqq.*

Aut respectu virorum regularium, eorumque Ecclesiarum & domorum, ubi ad

præcipuum Constitutionum Apostolicarum, præsertim *Urbani Octavi*, & *Innocentii Decimi*, Monasteria non sint legitime fundata, aut non habeant sufficientem numerum religiosorum, quo cessante, omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci subjiciuntur, ut agendo de Regularibus advertitur. *Tit. de Regular. disc. 29. & seqq.*

Sive quod agatur de Ecclesia exempta, cui annexa sit cura animarum, & parochialis administratio sacramentorum, unde propterea, exemptione non obstante, competit jus visitandi sacramentalia, & cæmeteria, & alia, quæ ipsam curam concernunt, *Tit. de jurisd. disc. 1. cum multis seq. & disc. 34.*

Aut quod Ecclesia Regularibus sub hac lege concessa fuerit, ut status immutatione non obstante, Ordinario visitationi subjaceat, ut ante subjacebat; clarius vero, ubi Regularibus Ecclesiæ precarius usus tantum concedatur, ut divina ibi celebrate, ac petragete possent, non immutato statu Ecclesiæ, quæ adhuc remanent sæcularis. *Sub tit. de Regular. disc. 64. & sub tit. de jurisdict. disc. 30. & 34.*

Aut quod agatur de Capitulo Cathedralis exempto, cujus visitatio per istud conciliare decretum jure delegato Episcopo committitur; licet in Italia fere nunquam audiantur controversiæ super hujus decreti praxi, cum nimium rarus sit usus Capitulorum exemptorum, qui tamen frequens est in Hispania, aliisque partibus ultra montes. *Tit. de Canonic. & Capitulo disc. 23.*

In iis autem locis, in quibus inferiores Prælati ordinariam activam habeant jurisdictionem, etiam cum clero, & populo, atque ultra hanc jurisdictionalem, habeant etiam curam sacramentalem, quoties sint intra diœcesis fines, adeo ut dici non valeant vere Nullius, & de territorio separato materialiter per veritatem, non autem impropriè, ac intellectualiter per solam fictionem, tunc quovis exemptionis privilegio non obstante, ex jure delegato per Concilium, competit visitatio in iis, quæ concernunt casus venientes sub delegata jurisdictione, quales sunt superius infinitati circa curam animarum & administrationem sacramentorum, ac etiam sunt causæ matrimoniales, & criminales, atque approbationes confessariorum, & benedictiones, seu licentiæ concionatorum, necnon concursus parochialium, cum similibus, quoniam, data in his jurisdictione, de consequenti resultat jus visitandi, ad effectum videndi, an ea, quæ demandantur, bene serventur, necne. *dict. tit. de jurisdiction. disc. 1. cum pluribus seq.*

Circa vero Regias capellas, quamvis aliqua Scribentium pugna dignoscatur, atque congrua decisio pendere videatur a facti qualitate, sive a distinctione, an sit capella loci continux & actualis residentiæ Principis, vel ejus Vicarii, aut supremi Magistratus, vel potius talis sit in sola nuncupatione, seu ratione privilegiata; adhuc tamen certa regula desuper statui non potest, cum observantiæ (ubi præsertim sit diuturna,) deferendum videatur, quoniam, ubi etiam regulæ legales, id rigorose concederent, attamen regulæ prudentiales, quandoque hujusmodi innovationes prohibent, ac propterea in singulis casibus, pro diversis locorum legibus vel stylis, ac moribus, decisio pendere videtur, non solas rigorosas legales propositiones, sed etiam regulas prudentiales præ oculis habendo.

Altera vero exemptionis species est illa, quæ de facto prætenditur per sæculares Magistratus, in illis hospitalibus, vel confraternitatibus, aliisque piis locis, quæ sub laicorum regimine, ac administratione sint ratione legis fundationis; aut privilegii Apostolici; vel quia laicus fundator adhuc vivat; aut quod sint sub immediata Regia protectione, atque de his agitur particulariter infra.

Quamvis etenim pro regula receptum sit, ut exemptio a visitatione speciali nota digna sit, neque sufficiat dicere, ut locus ab Ordinarii jurisdictione & potestate sit exemptus, ac subditus sæcularibus, nisi etiam fiat mentio visitationis; attamen pro diversis locorum stylis, ac moribus, diversa de facto solet esse praxis, ideoque pariter certa, ac determinata regula, cuicumque casui applicabilis statui non potest, sed pro diversis locorum moribus, ac facti circumstantiis procedendum videtur, dictas prudentiales regulas, quandoque adhibendo, cum pleraque tolerare, vel dissimulare congruat, ne majora excitentur mala & inconvenientia.

Conservatoria mulierum, quamvis sæcularium, seu aliæ earum domus vel scholæ, & adunantiæ, regulariter (quando diuturna observantia, vel alia particularis circumstantia diversimode non suadeat) visitationi Ordinarii subjacent, quamvis in reliquis circa cognitionem causarum, ac aliis in universum foro sæculari subjaceant, ac prò sæcu-

sæcularibus haberi debrant, quoniam aliud est agere de competentia fori; aliud vero de jure visitandi, ne hujusmodi scholæ, seu adunantiæ, illicitas contineant conventiculas, atque errores, vel abusus fidei catholicæ, vel Ecclesiæ præjudiciales nutriantur, ut quandoque praxis docuit, unde propterea, quandoque opottuit, ut Tribunal Inquisitionis manus apponeret, cum magno scandalo, magnisque inconvenientibus jam exortis, ideoque oportuna est visitatio, ut principiis occurratur, atque errores, dum sunt nascentes, facilius extirpentur, quam ubi jam creverint. *Tit. de jurisd. disc. 45. & tit. de Regular. disc. 50.*

Personarum, quamvis exemptarum visitatio quandoque Ordinario conceditur, vel sufficet, ubi agatur de Regularibus extra claustra viventibus, sive ad præscriptum Constitutionis *Innocentii Decimi* mutantibus in parvis Conventibus, in quibus non adsit præfinitus numerus Religiosorum, aut quod agatur de illis, qui curam animarum exerceant, cum similibus casibus, in Regulatium materia enunciatis *Sub tit. de Regular. ac etiam sub tit. de jurisd. pluries.* Cum pro frequentiori contingentia exemptionis quæstiones cum Regularibus haberi soleant.

Quia vero ad hujus Conciliaris juris præscriptum, duo, vel alii Canonici Cathedralis Episcopum visitantem, ac Diœcesim peragrantem associare solent, hinc propterea, præcedentiæ quæstiones oriuntur cum Rectoribus Ecclesiarum, vel Capitulis Collegiatarum; verius autem est, ut hujusmodi Canonici, utpote jure singulari intervenientes, non autem repræsentantes Capitulum Cathedralis, hujusmodi præcedentiam non habeant. *Tit. de præeminent. disc. 17.*

Ordinarii autem appellatione, non veniunt solum Episcopi, vel Archiepiscopi, sed etiam illi inferiores Prælati, qui sunt vere & propriè nullius, cum territorio vere ac materialiter separato arbitrario, ac independenter a quacumque alia diœcesi, nam illi Prælati quoque hoc jus visitandi etiam jure delegato habent. *Tit. de jurisd. disc. 1. & in pluribus seqq.*

In dictis autem locis Nullius, proprium habentibus Prælatum, cum plena & omnimoda ordinaria, aut delegata quasi Episcopali jurisdictione datur quandoque visitatio Episcopi vicinioris, non autem jure suo atque ad ejus beneplacitum, sed quando a Sede Apostolica, vel ejus vice per istam sacram Congregationem Concilii sive per alteram Episcoporum, ita in tempora juxta necessitatem, vel opportunitatem demanderur, ideoque certa desuper non tradit regula.

Ejusdem Ordinarii appellatione, venit etiam Capitulum sede vacante, cujus vice istud visitationis munus exples Vicarius generalis ab eodem Capitulo deputatus ad hujus Concilii præscriptum, neque potest Capitulum hanc facultatem Vicario intercedere, illamque sibi reservare, ut eam um, vel pluribus demandet: *De hac jurisdict. Capituli sede vacante, & deputatione Vicarii sub tit. de Canon. & Capitulo disc. 24. cum pluribus seqq. & infra ad sess. 24. c. 16.*

Et quamvis unica visitatio præsupponi videatur; attamen ea duplex, vel multiplex prohibita non videtur, quia nempe agatur de locis, vel Ecclesiis, quæ alium habeant Prælatum inferiorem, cum jurisdictione ordinaria, & jure visitandi; quominus adsit Apostolicus delegatus, vel commissarius, ut in plerisque monialium Monasteriis exemptis contingit, quoniam quo magis hæc Monasteria visitantur, eo melius. *Tit. de jurisdict. disc. 26.*

Ideoque licet Regulares exempti, in iis, quæ concernunt curam animarum, & administrationem sacramentorum, Ordinarii visitationi & correctioni subjaceant, non tamen prohibentur proprii Prælati Regulares eos visitare, & corrigere super eisdem quoties eorum provisiones non adversentur iis, quæ ab Ordinario demandata sunt, eaque destruant: *Dicto tit. de jurisd. disc. 34. & in aliis eodem tit.*

DISCURSUS VI.

Ad Sessionem sextam de Ref. cap. 5. & cap. 8.

SUMMARIUM.

1 *De prohibitione usus pontificalium in aliena diœcesi.*
2 *Distinguuntur plures species istius usus.*
3 *Etiam actus honorifici fieri non possunt.*
4 *An Metropolitanus eos exercear in provincia.*
5 *De singulari prærogativa Archiepiscopi Nazarent.*
6 *In Ecclesiis exemptis, quales aliqui pontificales sine licentia Ordinarii, Episcopus exerceat.*
7 *De exercitio jurium Episcopalium voluntario*

præcipuum Constitutionum Apostolicarum, præsertim *Urbani Octavi*, & *Innocentii Decimi*, Monasteria non sint legitime fundata, aut non habeant sufficientem numerum religiosorum, quo cessante, omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci subjiciuntur, ut agendo de Regularibus advertitur. *Tit. de Regular. disc. 29. & seqq.*

Sive quod agatur de Ecclesia exempta, cui annexa sit cura animarum, & parochialis administratio sacramentorum, unde propterea, exemptione non obstante, competit jus visitandi sacramentalia, & cæmeteria, & alia, quæ ipsam curam concernunt, *Tit. de jurisd. disc. 1. cum multis seq. & disc. 34.*

Aut quod Ecclesia Regularibus sub hac lege concessa fuerit, ut status immutatione non obstante, Ordinario visitationi subjaceat, ut ante subjacebat; clarius vero, ubi Regularibus Ecclesiæ precarius usus tantum concedatur, ut divina ibi celebrate, ac petragete possent, non immutato statu Ecclesiæ, quæ adhuc remanent sæcularis. *Sub tit. de Regular. disc. 64. & sub tit. de jurisdict. disc. 30. & 34.*

Aut quod agatur de Capitulo Cathedralis exempto, cujus visitatio per istud conciliare decretum jure delegato Episcopo committitur; licet in Italia fere nunquam audiantur controversiæ super hujus decreti praxi, cum nimium rarus sit usus Capitulorum exemptorum, qui tamen frequens est in Hispania, aliisque partibus ultra montes. *Tit. de Canonic. & Capitulo disc. 23.*

In iis autem locis, in quibus inferiores Prælati ordinariam activam habeant jurisdictionem, etiam cum clero, & populo, atque ultra hanc jurisdictionalem, habeant etiam curam sacramentalem, quoties sint intra diœcesis fines, adeo ut dici non valeant vere Nullius, & de territorio separato materialiter per veritatem, non autem impropriè, ac intellectualiter per solam fictionem, tunc quovis exemptionis privilegio non obstante, ex jure delegato per Concilium, competit visitatio in iis, quæ concernunt casus venientes sub delegata jurisdictione, quales sunt superius infinitati circa curam animarum & administrationem sacramentorum, ac etiam sunt causæ matrimoniales, & criminales, atque approbationes confessariorum, & benedictiones, seu licentiæ concionatorum, necnon concursus parochialium, cum similibus, quoniam, data in his jurisdictione, de consequenti resultat jus visitandi, ad effectum videndi, an ea, quæ demandantur, bene serventur, necne. *dict. tit. de jurisdiction. disc. 1. cum pluribus seq.*

Circa vero Regias capellas, quamvis aliqua Scribentium pugna dignoscatur, atque congrua decisio pendere videatur a facti qualitate, sive a distinctione, an sit capella loci continux & actualis residentiæ Principis, vel ejus Vicarii, aut supremi Magistratus, vel potius talis sit in sola nuncupatione, seu ratione privilegiata; adhuc tamen certa regula desuper statui non potest, cum observantiæ (ubi præsertim sit diuturna,) deferendum videatur, quoniam, ubi etiam regulæ legales, id rigorose concederent, attamen regulæ prudentiales, quandoque hujusmodi innovationes prohibent, ac propterea in singulis casibus, pro diversis locorum legibus vel stylis, ac moribus, decisio pendere videtur, non solas rigorosas legales propositiones, sed etiam regulas prudentiales præ oculis habendo.

Altera vero exemptionis species est illa, quæ de facto prætenditur per sæculares Magistratus, in illis hospitalibus, vel confraternitatibus, aliisque piis locis, quæ sub laicorum regimine, ac administratione sint ratione legis fundationis; aut privilegii Apostolici; vel quia laicus fundator adhuc vivat; aut quod sint sub immediata Regia protectione, atque de his agitur particulariter infra.

Quamvis etenim pro regula receptum sit, ut exemptio a visitatione speciali nota digna sit, neque sufficiat dicere, ut locus ab Ordinarii jurisdictione & potestate sit exemptus, ac subditus sæcularibus, nisi etiam fiat mentio visitationis; attamen pro diversis locorum stylis, ac moribus, diversa de facto solet esse praxis, ideoque pariter certa, ac determinata regula, cuicumque casui applicabilis statui non potest, sed pro diversis locorum moribus, ac facti circumstantiis procedendum videtur, dictas prudentiales regulas, quandoque adhibendo, cum pleraque tolerare, vel dissimulare congruat, ne majora excitentur mala & inconvenientia.

Conservatoria mulierum, quamvis sæcularium, seu aliæ earum domus vel scholæ, & adunantiæ, regulariter (quando diuturna observantia, vel alia particularis circumstantia diversimode non suadeat) visitationi Ordinarii subjacent, quamvis in reliquis circa cognitionem causarum, ac aliis in universum foro sæculari subjaceant, ac prò sæcu-

sæcularibus haberi debrant, quoniam aliud est agere de competentia fori; aliud vero de jure visitandi, ne hujusmodi scholæ, seu adunantiæ, illicitas contineant conventiculas, atque errores, vel abusus fidei catholicæ, vel Ecclesiæ præjudiciales nutriantur, ut quandoque praxis docuit, unde propterea, quandoque opottuit, ut Tribunal Inquisitionis manus apponeret, cum magno scandalo, magnisque inconvenientibus jam exortis, ideoque oportuna est visitatio, ut principiis occurratur, atque errores, dum sunt nascentes, facilius extirpentur, quam ubi jam creverint. *Tit. de jurisd. disc. 45. & tit. de Regular. disc. 50.*

Personarum, quamvis exemptarum visitatio quandoque Ordinario conceditur, vel sufficet, ubi agatur de Regularibus extra claustra viventibus, sive ad præscriptum Constitutionis *Innocentii Decimi* mutantibus in parvis Conventibus, in quibus non adsit præfinitus numerus Religiosorum, aut quod agatur de illis, qui curam animarum exerceant, cum similibus casibus, in Regulatium materia enunciatis *Sub tit. de Regular. ac etiam sub tit. de jurisd. pluries.* Cum pro frequentiori contingentia exemptionis quæstiones cum Regularibus haberi soleant.

Quia vero ad hujus Conciliaris juris præscriptum, duo, vel alii Canonici Cathedralis Episcopum visitantem, ac Diœcesim peragrantem associare solent, hinc propterea, præcedentiæ quæstiones oriuntur cum Rectoribus Ecclesiarum, vel Capitulis Collegiatarum; verius autem est, ut hujusmodi Canonici, utpote jure singulari intervenientes, non autem repræsentantes Capitulum Cathedralis, hujusmodi præcedentiam non habeant. *Tit. de præeminent. disc. 17.*

Ordinarii autem appellatione, non veniunt solum Episcopi, vel Archiepiscopi, sed etiam illi inferiores Prælati, qui sunt vere & propriè nullius, cum territorio vere ac materialiter separato arbitrario, ac independenter a quacumque alia diœcesi, nam illi Prælati quoque hoc jus visitandi etiam jure delegato habent. *Tit. de jurisd. disc. 1. & in pluribus seqq.*

In dictis autem locis Nullius, proprium habentibus Prælatum, cum plena & omnimoda ordinaria, aut delegata quasi Episcopali jurisdictione datur quandoque visitatio Episcopi vicinioris, non autem jure suo atque ad ejus beneplacitum, sed quando a Sede Apostolica, vel ejus vice per istam sacram Congregationem Concilii sive per alteram Episcoporum, ita in tempora juxta necessitatem, vel opportunitatem demanderur, ideoque certa desuper non tradit regula.

Ejusdem Ordinarii appellatione, venit etiam Capitulum sede vacante, cujus vice istud visitationis munus exples Vicarius generalis ab eodem Capitulo deputatus ad hujus Concilii præscriptum, neque potest Capitulum hanc facultatem Vicario intercedere, illamque sibi reservare, ut eam um, vel pluribus demandet: *De hac jurisdict. Capituli sede vacante, & deputatione Vicarii sub tit. de Canon. & Capitulo disc. 24. cum pluribus seqq. & infra ad sess. 24. c. 16.*

Et quamvis unica visitatio præsupponi videatur; attamen ea duplex, vel multiplex prohibita non videtur, quia nempe agatur de locis, vel Ecclesiis, quæ alium habeant Prælatum inferiorem, cum jurisdictione ordinaria, & jure visitandi; quominus adsit Apostolicus delegatus, vel commissarius, ut in plerisque monialium Monasteriis exemptis contingit, quoniam quo magis hæc Monasteria visitantur, eo melius. *Tit. de jurisdict. disc. 26.*

Ideoque licet Regulares exempti, in iis, quæ concernunt curam animarum, & administrationem sacramentorum, Ordinarii visitationi & correctioni subjaceant, non tamen prohibentur proprii Prælati Regulares eos visitare, & corrigere super eisdem quoties eorum provisiones non adversentur iis, quæ ab Ordinario demandata sunt, eaque destruant: *Dicto tit. de jurisd. disc. 34. & in aliis eodem tit.*

DISCURSUS VI.

Ad Sessionem sextam de Ref. cap. 5. & cap. 8.

SUMMARIUM.

1 *De prohibitione usus pontificalium in aliena diœcesi.*
2 *Distinguuntur plures species istius usus.*
3 *Etiam actus honorifici fieri non possunt.*
4 *An Metropolitanus eos exercear in provincia.*
5 *De singulari prærogativa Archiepiscopi Nazarent.*
6 *In Ecclesiis exemptis, quales aliqui pontificales sine licentia Ordinarii, Episcopus exerceat.*
7 *De exercitio jurium Episcopalium voluntario*

viæ jurisdictionis in aliena diœcesi cum subditis propriis.

1 *Prima tensura an conferatur subdito in aliena diœcesi.*

2 *Quid de actibus voluntariæ jurisdictionis exigentibus usum pontificalium.*

20 *De actibus jurisdictionalibus non pontificalibus.*

11 *Ad quem pertineat impartiri brachium pro exequutione.*

12 *Declaratur ea, de quibus num. 10.*

13 *Quando isti actus exercentur in aliena diœcesi.*

14 *Exercitium pontificalium sine licentia Ordinarii, an & quando competat Prælato inferiori, qui reperiatur constitutus in ordine Episcopali.*

15 *De collatione ordinum clerico aliena remissive.*

16 *De aliis pontificalibus.*

17 *Quamodo inferiores prælati habentes usum pontificalium, illum exercere debeant.*

IN isto Decreto generaliter Episcopis inhibetur sub pœnis, ne in aliena diœcesi, absque propria Diœcesanæ licentia, pontificalia exerceant, & sub qua generalitate, ordinum collatio absque dubio continetur, cum ipsa pontificalium usum percutiat; verum quia de ista materia collationis ordinum agitur particulariter infra, *Sess. 21. de ref. cap. 1. & 2.* ubi etiam de dispositis, *Sess. 23. de ref. c. 8.* Idcirco de aliis pontificalibus hic agitur, de collatione vero ordinum agitur infra *Ad dictum c. 1. & 2. sess. 21. & c. 8. sess. 23. de reform.*

Ista igitur alienæ jurisdictionis usurpatio, vel turbatio, cum exercitio pontificaliuni, aliorumque actuum jurisdictionalium, & Episcopalium in aliena diœcesi, plures habet partes; primo nempe, circa illum pontificalium usum, qui mere cæremonialis ac honorificus est, absque jurisdictionis positivo præjudicio Diœcesani, puta, solemniter celebrandi cum baculo, & mitra, & cum vestibus pontificalibus, ac deferendi mozzettam, & impertiendi benedictionem, cum similibus, quæ in effectu consistunt in nudo fumo, vel simplici honorificentia, absque eo quod Diœcesano aliquid tollatur, vel impediatur; secundo ubi pontificalium, vel Episcopalium, seu jurisdictionalium activum exercitium, fiat cum propriis subditis, absque eo quod juribus Diœcesani (spectato effectu,) aliquid detrahatur: puta quia propriis subditis ordines conferantur, vel sacramentum confirmationis ministretur, aut consecrentur vasa deservire debentia pro Ecclesiis propriæ diœcesis; sive quoad jurisdictionalia, quod proprius subditus ibi citetur, vel carceretur, aut contra eum affiganatur edicta vel cedulones, &c. tertio, ubi in aliena diœcesi ipsius Diœcesani subdito ordines conferantur, sive pro diœcesis propriæ usu, vestes, & lapides altaris, aut vasa consecrentur, cum similibus; quarto ubi in propria diœcesi alieno subdito ordines conferantur, & quinto, ubi ordinum collatio, vel sacramenti confirmationis administratio, sive olei S. Ecclesiarum, altarium, & vasorum consecratio, vel alia functio Episcopalis fiat in loco Nullius de consensu & licentia Prælati inferioris, absque licentia Episcopi vicinioris, cui id peragere commissum, vel injunctum sit.

Quatenus igitur pertinet ad primum, eadem prohibitio generalis contenta in primo Decreto, istum quoque casum percutit, quoniam hujusmodi præeminentiæ, quamvis honorificæ sint, attamen sunt effectus jurisdictionis, ac juris Diœcesani, ideoque est alienam jurisdictionem usurpare, vel turbare.

Idque adeo verum, ut neque Metropolitano intra provinciam in suffraganeorum diœcesibus, Diœcesano invito, vel inscio, erectam crucem habere, vel mozzettam deferre, sive benedictionem impartiri concedatur, præterquam, ubi jurisdictionaliter, metropoliticum jus exercendo, in ea diœcesi moretur; puta occasione visitationis Provinciæ, quando illa fit in ufu (qui in Italia sine Apostolica commissione non habetur;) sive quod occasione causæ in gradu appellationis, ad faciem loci, accessum fieri contingat, cum similibus.

Singulare autem privilegium est Archiepiscopi Nazarenæ residentiam habentis in Oppido Barolitano Tranen. diœcesis, ob sibi impeditum accessum ad propriam Ecclesiam, tam ab infidelibus, quam a Schismaticis, ut ea ex peculiari ratione, quod sit Episcopus Patriæ Domini Nostri Jesu Christi, ut ubique mozzettam deferre, & crucem erigere valeat: *Sub tit. de jurisdict. disc. 20. & in supplemento.*

Dubitari autem quandoque contingit, an in Ecclesiis exemptis, intra diœcesim existentibus, de licentia Prælati ipsius Ecclesiæ exemptæ, per alterius diœcesis Episcopum, honorificus seu præeminentialis pontificalium usus haberi valeat, atque ubi

ubi usus sit talis, quod jurisdictionem, ac diœcesanam potestatem denoret, puta pontificaliter celebrandi cum baculo & mitra, aliisque vestibus pontificalibus, aut sedere sub baldachino, vel deferre mozzettam, seu cappam magnam, sive impartiri benedictionem populo, & tunc id fieri non potest, secus autem ubi agatur de illis honorificis tractamentis, quæ dignitati Episcopali ubique congruere videntur, puta parare genuflexorium cum strato, & pulvinaribus, quoties ipse Diœcesanus in ipsa Ecclesia non sit præsens, aut sibi præbere sellam magis honorificam in loco digniori, cum aliquo strato, & scabello, ut ab alio reliquo populo distinguatur, cum similibus honorificis actibus, in quibus Episcopus habeat se mere passive, illos recipiendo, ipse autem actus jurisdictionales, vel Diœcesanos non exerceat, adeo ut eos denegare, potius incivilitatem, & incongruentiam redoleret, quoniam si ipse Diœcesanus in suis Ecclesiis vult esse incivilis, prohibere non debet Ecclesiarum exemptarum Prælatos, vel superiores, ne hujusmodi urbanitatis, & congruentiæ actus exerceant: *Ita decisum fuit per Sacram Congregationem Rituum de anno 1672. pro Archiepiscopo Nazareno contra Archiepiscopum Tranen sem, ut infinuatur etiam in tit. Miscellan. disc. 1.*

Quoad secundum punctum super exercitio jurium Episcopalium, vel pontificalium cum propriis subditis in aliena diœcesi, distinctio est, quod aut agitur de actibus voluntariæ jurisdictionis, qui non exigant usum pontificalium, ut sunt provisiones beneficiorum, ac deputationes Officialium, vel delegationes causarum, quarum cognitio in propria diœcesi a delegato facienda sit, cum similibus, & tunc id fieri potest, unde propterea prima tonsura proprio subdito conferatur, cum illa juxta unam opinionem non sit ordo, sed introductio ad ordines, atque simplex adscriptio cœlesti, seu clericali militiæ, ideoque etiam in camera privatim sine vestibus pontificalibus ea dari potest, & consequenter connumeratur inter dictos actus mere voluntariæ jurisdictionis, idemque in tonsura, quæ alterius diœcesis clerico cum licentia seu literis dimissorialibus proprii Ordinarii conferatur.

Ubi vero agatur de actibus quamvis voluntariis, pro quibus requiratur usus pontificalium, ut sunt, collatio ordinum, ministratio sacramenti confirmationis, consecratio lapidum pro altaribus, seu vasorum sacrorum, cum similibus, & tunc id fieri non potest, atque est contravenire huic Decreto. *Dicto disc. 20. de jurisd.*

Respectu vero actuum jurisdictionalium, non tamen pontificalium, ut sunt, citare, carcerare, reum constituere, testes examinare, seu cedulones consorarum affigere, cum similibus; & tunc ipse Episcopus, qui in alieno territorio existat, id ibi demandare poterit cum proprio subdito, qui in sua diœcesi existat, adeo ut in ea sequatur exequutio, seu exercitium actus; secus autem si subditus in aliena quoque diœcesi moretur, ubique actus exerceatur, quoniam id fieri non potest, cum sit exercere jurisdictionem in alieno territorio, atque id importet jus territoriale, quod sine licentia domini territorii fieri non potest. *Dicto disc. 20. de jurisd. & in Miscellan. Ecclesiast. disc. 22. hoc eodem libro.*

Atque hinc sequitur quod hujusmodi licentia, sive ut vulgo dicitur, brachii impartitio super exercitio jurisdictionis cum proprio subdito, qui in aliena diœcesi moretur, quamvis actus sit expeditus in diœcesi propria, pertineat ad Diœcesanum seu Ordinarium, non autem, ad Nuntium, vel alium Apostolicum Delegatum ad certum genus causarum, sive habentem jurisdictionem cum certo genere personarum, quoniam istud dicitur jus territoriale, ideoque pertinet ad Dominum territorii. *Dicto disc. 22. Miscellan. Ecclesiast.*

Procedunt hæc, ubi agatur de actibus, qui requirant exequutionem, vel coercitionem de facto, ut sunt carcerare, torquere, fustigare, seu alias personam punire, vel bona ibi existentia exequi, & subhastare cum similibus: si vero agatur de actibus mere verbalibus, ut est citatio per nuncium, seu cursorem, vel per edictum, & tunc si citatio decreta est in alieno territorio, invalida quoque censenda erit, quoniam decernere importat jurisdictionem, quæ ibi non habetur, sed si decernatur in territorio proprio, verbalis autem executio fiat in territorio alieno cum proprio subdito, qui moneatur ad comparendum coram proprio superiore, cum comminatione, quod alias contumax reputabitur, atque ad comminatas pœnas contumaciales procedetur, tunc DD. in diversas abeunt sententias; alii enim negant, alii vero affirmant; istaque posterior opinio probabilior videtur, quamvis altera neque improbabilis dici valeat, ideoque stylis, ac moribus locorum deferendum videtur. *Dicto disc. 20. de jurisdict. & discurs. 22. Miscellan. Eccles.*

Cæ-

Cessant vero hæc, ubi de illo Judice, vel Prælato agitur, qui jurisdictionem habeat in personis, quæ in alieno territorio permanere vivant; ut (ex. gr.) sunt dictus Archiepiscopus Nazarenus in Oppido Barolitano, Episcopus Fesulanus in Civitate Florentiæ, ac Protector Almæ Domus Lauretanæ in ipsa Lauretana, & Recanetendiœcesi, vel in aliis respectu clericorum, ac inferiorum, aliorumque subditorum, quoniam data jurisdictione, ac potestate puniendi, & coercendi, concessa censentur per necessarium antecedens omnia ea, sine quibus ad id perveniri non potest; ut etiam exemplificari potest in Prioribus, aliisque Prælatis Hierosolymitanæ Religionis, cujus milites, vel capellani professi vivunt more sæcularium in privatis domibus, in Civitatibus, & Oppidis extra Commendæ, vel Prioratus septa, & sic in alieno territorio, in quo tamen jurisdictio cum persona subdita sine licentia Ordinarii, seu Domini territorii exerceri potest.

Tertius casus est, ubi in aliena diœcesi, cum ipsius Diœcesani subditis, pontificalia, vel alii actus jurisdictionales exercentur; & tunc est casus indubitatus, cum sit formiter usurpare alienam jurisdictionem, & auctoritatem, unde properea de plano inirat utrumque decretum prædictum.

Idque verum, quamvis ille, qui hunc usum exercet, aliquam jurisdictionem, tam in Ecclesia, quam in personis habeat, atque in ordine Episcopali accidentaliter reperiatur, adeo ut cumulentur, tam jurisdictio, quam potestas ordinis, quoniam sufficit, ut ista non concurrant cumulative in idem, sed disjunctive, ad effectum, ut id fieri non valeat, cum pariter esset usurpare jurisdictionem Diœcesani in iis, quæ illi specialiter competunt; ut puta Prælatus inferior, qui sine vera qualitate Nullius, ac sine territorio vere separato, ordinariam quasi Episcopalem jurisdictionem habeat in Ecclesia exempta, ac etiam cum clero, & populo alicujus loci existentis intra limites alienæ diœcesis, ut sunt aliqui Archidiaconi, vel Archipresbyteri, seu Decani, vel Præpositi, &c. ipsique Prælatus, reperiatur quoque in ordine Episcopali constitutus, vel quia (ut frequenter contingit) decoratus sit aliquo Episcopatu titulari in partibus infidelium; vel quia dimissa Ecclesia Cathedrali, quam habebat, de hujusmodi prælatura inferiori provisus fuerit, ut præsertim ego vidi practicatum in quodam Salvatio Bitontino, qui prius fuit Episcopus Motulensis, deindeque pro meliori residentia, ac vicinitate propriæ patriæ, Episcopatum dimisit, atque obtinuit Prioratum Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Nicolai intus Civitatem Barii, de regio jurepatronatus, quoniam non exinde pontificalia hæc exercere poterit, dum in iis quæ collationem ordinum, aliaque pontificalia concernunt, neque illi de clero, & populo dici possunt ejus subditi, cum isti inferiores Prælati post Concilium Tridentinum nullam habeant potestatem in collatione ordinum, vel in aliis sacramentalibus, & pontificalibus, & consequenter est alienam jurisdictionem usurpare vel turbare.

Quartus casus est, ubi in propria diœcesi confertantur ordines clerico alienæ diœcesis; & tunc ubi aliqua non accedat circumstantia, ob quam ille, cui ordines conferuntur, ipsius collatoris subditus effectus fuerit, & pariter planum est, ut id fieri non possit, atque contraveniri dicatur posteriori decreto, *Sess. 23. cap. 8.* Ideoque solent esse quæstiones, quando alienæ diœcesis clericus effici dicatur subditus, ratione beneficii, vel familiaritatis, & de hoc agitur infra in loco peculiari collationis ordinum, *Ad sess. 23. de ref. c. 8.*

In quinto demum, aut agitur de aliis pontificalibus, ut sunt consecrationes Ecclesiarum, & altarium, ac vasorum, aliaque similia præter collationes ordinum; & fieri possunt de licentia Prælati, qui est in omnibus Ordinarius, atque legem habet diœcesanam; aut vero agitur de collatione ordinum, & de hac agitur ad dictam *Sess. 23. de ref. c. 8.*

Item in hac materia usus pontificalium in aliena diœcesi, habetur frequens usus privilegiorum Apostolicorum, quæ concessa fuerunt aliquibus inferioribus Prælatis, ut in eorum Ecclesiis præsertim exemptis habeant usum pontificalium, etiam cum titulo, seu baldacchino, mitra, baculo, faldistorio, & aliis more Episcoporum, ut præsertim pro frequentiori usu, sunt Abbates Regulares Congregationum Sancti Benedicti & similes, ac etiam adsunt plures Dignitates principales in Ecclesiis Collegiatis exemptis cum jurisdictione, ac jure Prælaturæ; in Abbatibus enim Regularibus, per decreta Sacræ Congregationis Rituum statuta sunt certa tempora, ut scilicet nonnisi in tribus anni solemnitatibus pontificaliter celebrare valeant. *Tit. de præeminent. disc. 15. & tit. de jurisd. disc. 31.*

Quæstione cadente, an funera veniant sub

sub nomine solemnitatum, quod in eadem Sacra Rituum Congregatione quandoque disputatum fuit. *Eodem disc. 31. de jurisdict.*

Ubi vero de illis Prælatis sæcularibus agitur, hunc usum habentibus, in quibus hæc restrictio non vigeat, adhuc tamen iste usus non vigeat, moderatus esse debet, adeo ut aliqua dignoscatur differentia inter ipsos, & Episcopum, cui in propria diœcesi, utpote inferiorum Prælatorum habituali, ac etiam in pluribus actuali superiori, major utique præeminentia competit. *Dicta disc. 15. de præeminent. & 31. de jurisdict. & in Miscell. Eccles. disc. 1.*

DISCURSUS VII.

Ad Sessionem septimam de Reform. cap. 2.

SUMMARIUM.

1 *Non debent uni personæ conferri plures Ecclesiæ.*
2 *Commenda, vel administratio non cessat, ut unus sit spiritus plurium Ecclesiarum & de ratione.*
3 *De ratione unionis plurium Cathedralium.*
4 *De eadem, quodque ista unio non causat inconvenientia, de quibus num. 1.*
5 *De pluribus speciebus unionis.*
6 *Episcopus plurium Ecclesiarum unitarum in una earum residere potest, ac Tridentinum habere.*
7 *Quomodo fieri debeat distributio Olei S. confecti per Episcopum duarum Ecclesiarum unitarum.*

1 NImium opportuna fuit ista Conciliaris provisio, ut unus Prælatus duas, vel plures Ecclesias obtinere non possit, ita tollendo abusum, qui etiam in Italia, aliisque partibus nimium irrepserat, ut uni quamplures darentur Metropolitanæ, & Cathedrales Ecclesiæ, in commendam, seu simplicem administrationem, absque onere residentiæ, eo modo quo dantur Monasteria, aliæque Ecclesiæ inferiores, ac etiam hodie in ipsis Metropolitanis, vel Cathedralibus ultra montes adhuc permittere congruit ex prudentialibus regulis, dum ita ores nunquam videbant faciem Pastoris, neque ille illas agnoscebat, unde propterea multa exinde irrepserunt mala, & inconvenientia.

Quamvis etenim, ex legali subtilitate, seu fictione, tolli diceretur absurdum, quod ita refultet, ut unus vir plures habeat uxores, ex eo quod non conferrentur in titulum, ideoque verum matrimonium non intercederet, sed darentur in simplicem administrationem, eo modo quo in dictis ultramontanis partibus cernimus, quod Metropolitanæ, & Cathedrales (ultra pluralitatem) committuntur etiam adolescentibus, atque constitutis in minoribus tantum ordinibus, adeo ut non sint vere Episcopi, sed Ecclesiæ vacare dicantur, earum provisione ex aliquo justo motivo interim suspensa, ad instar illius administrationis, quæ Sede vacante committitur œconomo, & Vicario per Capitulum deputandis; attamen spectato effectu, adsit dictum absurdum, ut unus vir plures habeat uxores, quorum nulli incumbat; vel alsetum resultat inconveniens, quod istæ spirituales mulieres longam, pæneque perpetuam viduitatem patiantur, ipsique greges sint sine pastore.

Adhuc tamen, isto decreto non obstante, firma remansit plurium Metropolitanarum, vel Cathedralium antiqua unio fixa, & perpetua, quæ ex justo motivo tenuitatis, vel ex alia causa facta sit, ut frequens in Italia hujusmodi unionum usus habetur æque principaliter, ut (ex. gr.) sunt Metropolitanæ Ecclesiæ Acheruntina, & Materanen. & Cathedrales Sutrina, & Nepesina, Cortonen. & Civitæ Castellanæ, & Viterbien. & Tuscanen. Pistorien. & Praten. Avellina, & Frequentin. Melphien. & Rapollen. & pleraque aliæ similes in meis annotationibus catuum particularium enunciatæ.

Isto vero casu non intrant inconvenientia, quæ in alio urgent, quoniam committuntur personæ in Episcopali ordine constitutæ, cum onere residentiæ, adeo ut matrimonium spirituale vere intercedat, ipsique provisus, verus pastor dicatur seu vir, non plurium, sed unius uxoris, quoniam quoad Episcopum, unio habetur, ac si esset incorporativa, & perinde, ac si ex duabus unica diœcesis effecta esset, quamvis quoad singularum Capitula ac fines, & prærogativas, ex pluries alibi enuntiata natura, seu qualitate unionis æque principalis, dicantur inter se ita distinctæ, adeo ut quælibet proprium, ac antiquum statum retineat, cum id petuntiat quoddam diversos effectus præeminentiales privilegiativos, potius Sede vacante, quam plena; quamvis etiam sub attui-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS

utriusque Episcopo adhuc plures resultent effectus divertitatis, non tamen quoad regimen naturale, quod vere fixum, ac unicum est, atque quoad ipsum Episcopum ambo habentur pro unica, jure potius incorporationis. *De præeminent. disc. 7. de benef. disc. 19. & sequ.*.

Ut enim pluries advertitur plures species unionis in jure habemus; alia enim est subjectiva vel accessoria, per quam una Ecclesia omnino extinguitur, atque sit alterius nudum membrum accessorium seu prædium; alia e converso est æque principalis, quæ ambas relinquit in primævo statu, cum omnimoda independentia unius ab altera, perinde ac si unio facta non esset; & tertia per incorporationem, seu jure cujusdam coæqualis societatis, seu communionis, per quam duæ, vel plures personæ, earum patrimonia, vel aliqua bona in communione ponunt, unicum sociativum corpus constituendo, seu unicum negotium sociale, quod ab omnibus in solidum pro eorum quotis obtineri dicitur; istæ siquidem duæ posteriores species sunt inter se compatibiles pro respectuum diversitate, ut scilicet quoad singularum præeminentias, ac privilegia, & jura, unio dicatur æque principalis juxta tertiam speciem, pro effectu præsertim distincti regiminis Sede vacante, vel impedita, ut advertitur ad *Sess. 24. de ref. c. 16.* cum similibus; sed quoad ipsum Episcopum, juxta secundam, adeo ut censeatur (ut dictum est) unica Ecclesia vel diœcesis.

Hinc proinde manat, quod (ut alibi advertitur) Episcopus in qualibet parte unius earum residentiam habere potest, cum unico Tribunali, & unico Vicario generali; atque in iis temporibus, in quibus a Concilio demandatur præcisa residentia apud Cathedralem, sufficit id explere in una earum, cum ita quoad Episcopum, cujus persona individua est, intrare seu verificari dicatur illa propositio, quæ pluries in meis casuum particularium annotationibus enunciata habetur, quod scilicet quamvis Ecclesia Cathedralis formalis unica, & individua sit, attamen ea repræsentari, seu effomari potest a pluribus quedam sociativo jure, idem ac unicum corpus constituentibus. *Ibidem*. Et consequenter præsertim functio confecrationis olei sancti, in una earum pro Episcopi libitu fit, pro utraque diœcesi, quamvis super modo distribuendi controversiæ otiri soleant, quia nempe rectores Ecclesiarum unius diœcesis nolint accedere ad alteram magis incommodam Ecclesiam Cathedralem, in qua consecratio facta fit, sed illud transmittatur ab Episcopo ad aliam Cathedralem, a qua tamquam a propria matre aliæ Ecclesiæ inferiores accipiant, super quo certa non habetur regula, sed deferendum est consuetudini, ut præsertim me præsidante determinavit Sacra Congregatio Episcoporum in una *Acheruntina, & Materanen. agitur in Miscellan. Eccles. disc. 26.*

DISCURSUS VIII.

Ad Sessionem septimam cap. 6. Sess. 21. cap. 5. Sess. 23. cap. 18. Sess. 24. cap. 13. & Sess. 25. cap. 9. de Reformat.

SUMMARIUM.

1 *De quibus agitur in his decretis.*
2 *Regula revocatoria unionum præstat magnum obstaculum.*
3 *Distinguuntur plures species unionum.*
4 *Quare hodie non audiantur novæ unionis Cathedralium.*
5 *In quibus casibus etiam hodie istæ unionis Cathedralium fiant.*
6 *De quæstionibus cadentibus super confusione confinium.*
7 *Ex duabus Ecclesiis unitis, una est in una provincia, & altera in alia.*
8 *De differentia inter unionem subjectivam, atque principalem.*
9 *Quod plures Ecclesiæ materiales constituant unam Cathedralem.*
10 *Unio Ecclesiarum Cathedralium fit solum per Papam.*
11 *Illa parochiarum, & Ecclesiarum inferiorum fit per Ordinarium.*
12 *De solemnitatibus necessariis in unione Ecclesiarum inferiorum ab Ordinario.*
13 *De justa causa pro eadem solemnitate.*
14 *De unione beneficiorum canonicalium, & dignitatibus, ut fieri non possit de reservatis, etiamsi adsit indultum.*
15 *Quid de non vacantibus, unde reservatio sit incerta.*
16 *Qua causa requiratur pro ista unione.*
17 *Debet fieri singulis præbendis, vel canonicatibus.*
18 *Beneficia unius diœcesis non uniuntur illis alterius diœcesis.*

19 *Non potest fieri unio Ecclesiarum parochialium.*
20 *Neque liberæ possunt uniri beneficiis patronatis.*
21 *Facultas uniendi data Prælato, an sit personalis.*
22 *De regula revocatoria unionum, & de effectuatione.*
23 *An unio fieri possit dignitatibus Cathedralis.*
24 *De unione dispensativa ad tempus, vel personali.*
25 *De unione sociativa Ecclesiarum parochialium.*
26 *Ista unio fuit laudabiliter dissolvi, & num. 35.*
27 *De unione quæ fiat seminario.*
28 *Unio non præsumitur, & quomodo probetur.*
29 *Quod in hoc non detur regula certa.*
30 *Quid considerandum sit in hac probatione.*
31 *De præscriptione unionis.*
32 *De modo providendi Vicariam Ecclesiæ parochialis unionis.*
33 *De dissolutione unionis Ecclesiarum Cathedralium.*
34 *De eadem dissolutione Ecclesiarum parochialium, & aliarum inferiorum.*
35 *Et de dissolutione, de qua num. 26.*
36 *Quomodo isto casu dividio facienda sit.*
37 *De eadem, & de speciebus hujus societatis.*
38 *De aliis ad materiam.*

AGitur in his decretis, de Ecclesiarum, & beneficiorum unionibus, tam facta de tempore, quo eadem decreta prodierunt, quam etiam in futurum faciendis, de illa vero unionis materia judiciaria agi contingit, ideoque in meis beneficialibus annotationibus pluries de ea agitur, ibique latius in casu contingentia videndum est: *Sub tit. de benefic. disc. 7. & 19. & disc. 43. cum pluribus sequentibus, & de unione Ecclesiarum Cathedralium sub tit. de præeminen. disc. 7.*

Ipsarum autem unionum validitati, ac divisioni praxis docet majus obstaculum præstare Regulam Cancellariæ revocatoriam quarumcumque unionum, quæ de tempore ejus editionis adhuc effectum sortitæ non sint, cum ea per quoscumque Pontifices renovetur, & consequenter destruit, non solum uniones, quæ per Ordinarios locorum factæ sint, quas principaliter ista constitutio Decreta percutiunt, sed etiam illas, quæ factæ sint auctoritate Apostolica, cum ampliſſima derogatoria omnium obstantiarum; sub qua, etiam sine speciali mentione (ut initio dictum est) illius Concilii Trid. decreta veniunt: *Supra in proœmio.*

De pluribus itaque unionis speciebus agitur, ex quibus diversæ oriuntur quæstiones; ideoque de illis, pro clariori resolutione, distincte inspiciendum est: primo scilicet de unione duarum Cathedralium; secundo de illa duarum parochialium, seu alias æque residentialium, & compatibilium beneficiorum; tertio de illa unione beneficiorum simplicium, quæ ad præscriptum hujusmodi decretorum fiat canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis, aut alteri Ecclesiæ, vel Dignitati; quarto de illa quæ fiat seminario; quinto, ubi quæstio non sit de validitate, vel invaliditate unionis, sed de illius subsistantia seu probatione, an scilicet, & quomodo unio probetur; & sexto de unionis jam factæ dissolutione, an, & quando intret.

De prima specie agi nimium rato contingit in hac Sacra Congregatione Concilii; quinimo neque in Congregatione Consistoriali, cui magis ea congruit, quoniam, ut docet praxis, a Concilii publicatione citra, frequenter agi contingit præsertim in dicta Sacra Congregatione Consistoriali de novis erectionibus Ecclesiarum Cathedralium in locis Nullius, sive in aliqua parte diœcesis, quæ ampla sit, cum illius, vel aliarum adjacentium dismembratione, unde propterea examinari solet, an concurrant debita requisita. *Dicto disc. 7. de præeminentiis.* Sed ratus est casus, quod agatur de unione plurium Ecclesiarum Cathedralium, cum ille frequens usus, qui habetur præsertim in Italia, sit antiquus ante Concilium.

Aliqui vero hujusmodi unionis casus, qui post Concilium habentur, ut plurimum, non sunt de duabus Ecclesiis, quæ prius essent Cathedrales, adeo ut quælibet proprium haberet Episcopum, sed sunt occasione decernendi aliquem locum, qui prius esset Nullius, seu etiam in aliqua diœcesi cum prælato tamen inferiori exempto, habente jurisdictionem ordinariam in clerum & populum, unde propterea consuevere adesſem discordiæ inter talem prælatum, & Diœcesanum, ideoque clerus & populus hujusmodi loci pari nolit subjectionem erga locum, in quo sit Ecclesia Cathedralis, & ex qua causa hujusmodi controversiæ inconvenientia parere solent; tunc etenim, cum pro frequentiori contingentia,

gentia, ipse locus, tam in dote, quam in qualitate non sit aptus erectioni novæ Cathedralis cum proprio, ac distincto Episcopo, idcirco cum prudentissimo consilio factum est, quod illa Ecclesia in Cathedralem erigatur, illeque locus civitatis prærogativa, decorent, sed unico contextu; æque principaliter uniatur Ecclesiæ antiquæ, cum qua erant controversiæ, vel alteri paupri Ecclesiæ pro facti & loci totum qualitate, adeo ut in substantia, ac de facto unus sit Episcopus; quamvis quoad aliquas præeminentias, & prærogativas, inter se reputentur duæ omnino distinctæ cum omnimoda independentia. *Eadem disc. 7. de præeminent. & de benef. disc. 19. & in Miscellan. Ecclesiast. disc. 26.*

In illis autem, quæ alias ab antiquo essent Cathedrales, distinctos habentes episcopos, postea vero, etiam a tempore antiquissimæ inperiantur, cadere quandoque solent quæstiones, vel super finibus, eo quia ob unius episcopi præfecturam, illi confusi fuerint, & de quo agi solet, vel ad effectum distinctionis jurisdictionum Capitulorum sede vacante; vel ad effectum unionis beneficiorum, & ecclesiarum inferiorum stante prohibitione ejusdem Concilii, ut beneficia unius diœcesis non uniantur illis alterius. *Dicto disc. 19. de benefic.*

Ac etiam quandoque ex jure Metropolitanorum, seu alicujus ex illis, quoniam praxis docet quod ex hujusmodi Ecclesiis 7
ita principaliter unitis, una sit in una Provincia, & suffraganea unius Metropolitani, alia vero sit in altera sub diverso Metropolitano, seu etiam exempta, & immediate subjecta Sedi Apostolicæ. *Dicto disc. 19. de unsf. & disc. 7. de præmin.*

Prout inter ipsas Ecclesias, vel diœceses, esse solent quæstiones, super ipsius unionis 8
natura, seu qualitate, an scilicet illa sit æqualis, & æque principalis, adeo ut quælibet suas jurisdictiones, & prærogativas retineat, cum omnimoda independentia ab altera, perinde ac si nullatenus uniæ essent, vel potius esset unio accessoria, & subjectiva, cum tunc alia Ecclesia, quæ alteri ita subjective unita est, supprimi dicatur, atque amittendo nomen, ac essentiam Cathedralis, jure cujusdam alluvionis fiat pars, seu membrum illius, cui facta est unio, unde propterea antiqui fines confundantur, atque illud territorium, quod prius fuerat de per se, & constituebat unam diœcesim, efficitur pars alterius diœcesis, vel territorii, quoniam ubi est æque principaliter, habetur, ac si facta non esset, qualibet Ecclesia, vel diœcesi in suo primævo statu continuante. *Eo disc. 7. de præemin. & disc. 66. in Miscellan. & disc. 19. de benef.*

Audiuntur etiam aliquando quæstiones, in hoc proposito unionis, etiam in una, eademque Cathedrali, vel diœcesi, quæ ab 9
ejus primæva erectione semper unica fuerit, inter duas scilicet, vel plures Ecclesias in eadem Civitate existentes, earumque clericos, quod earum qualibet prætendit esse Cathedralis, dum in jure receptum est (ut alias insinuatur,) quod quamvis Ecclesia formalis sit unica & individua, attamen ea constitui, seu effomari potest per plures Ecclesias materiales, earumque Canonicos, & clericos, adeo ut una sit Ecclesia in tot membra distincta, atque unum & idem sit Capitulum, cum aliqua divisione exercitii jurium cathedraticorum, ipsa substantia indivisa remanente. *Sub tit. de præeminent. disc. 2. & 3. cum seq.* Adinstar illius divisionis, quæ datur in exercitio jurispatronatus, vel juris conferendi, quod est individuum, sive illius divisionis jurisdictionis, ac fructuum, quæ ex consuetudine Lombardiæ, aliarumque partium datur etiam in feudi dignitatibus, de sui natura individua sunt, cum similibus. *Tit. de feud. disc. 8.*

Altera unionis species est illa, quæ fiat plurium Ecclesiarum parochialium; Notabilis autem differentia est inter hanc speciem, ac præcedentem plurium Ecclesiarum Cathedralium, quoniam illa Cathedralium per alium fieri non potest, nisi per Papam, ad quem unice, ac privative ad quoscunque pertinet diœceses, ac territoria unire, vel dividere, unde propterea quæstiones potius sunt in fieri, quam in facto esse, in examine scilicet, quod fit in sacra Congregatione Consistoriali, & quandoque etiam (licet nimium raro,) in ista Concilii super consultatione Papæ faciendâ, an unioni, vel respective novæ erectioni locus esse debeat, necne. *Dicto disc. 6. de præeminent.* Sed postquam id jam sequutum est, nullæ vel nimium raræ sunt quæstiones super jam factæ unionis, vel respective novæ erectionis nullitate, eo quia, cum prævio diligenti examine, ac informatione, & justificatione omnium circumstantiarum, & causarum, non autem ad Partium solam supplicationem, vel assertionem id fieri soleat, idcirco non de facili intrare potest obreptio, vel subreptio, sive

sive defectus intentionis, cujus tantum quæstiones cadunt, cum nulla cadat potestatis. *Tit. de præeminent. disc. 1.*

Non sic est in ea unione, quæ fiat Ecclesiarum parochialium, seu aliarum inferiorum per Episcopum, seu alterum loci 11
ordinarium, quoniam potestatis etiam quæstio intrat, atque nullitas actus deduci solet ex defectu solemnitatis, vel ex altero causæ.

Siquidem tam dismembratio, quam respective suppressio, vel unio redolent speciem prohibitæ alienationis bonorum, ac jurium Ecclesiæ, ideoque ad validitatem copulative requiruntur solemnitas & causa.

Verum solemnitas hujusmodi actus in eo differunt a vera, & formali alienatione bonorum, in quibus non intrat dispositio Canonis. *In cap. Terrulas*, quod scilicet 12
ad præceptum juris canonici novi, *in Extravag. Ambitiosæ*, requiritur beneplacitum Apostolicum, in hujusmodi autem unionibus, vel dismembrationibus, istud non est necessarium, sed sufficiunt solemnitates ad normam antiquioris juris canonici, nempe consensus Capituli, ac etiam ille Rectoris, & populi, aliorumque interessatorum. *Tit. de alienat. & contract. prohib. discurr. 1. & de parochi. discurr. 34. & seq.*

Causa vero juxta generalem regulam alienationum consistit in necessitate, vel 13
in magna utilitate, ideoque desuper certa statui non potest regula generalis, cuicumque casui applicabilis, cum pendeat ex facti, ac singulorum casuum circumstantiis; illa vero generalis regula habetur, ut de justa causa constare debeat formiter cum processu servatis servandis desuper habito, non autem per assertionem ipsius Episcopi, vel Prælati, cui in hoc non creditur, nisi temporis antiquitas juncta cum observantia, justificationis causæ, ac solemnitatis præsumptionem induxerit. *Ibidem.*

Tertia species unionis est ea, quæ fiat beneficiorum simplicium præbendis canonicalibus ad præscriptum alterius Concilii in Decreti, & tunc, ut unio valida remaneat, sumuque sortiatur effectum, plura desiderantur: Primo nempe, ut fiat de iis, quæ jam vacata sub reservatione, vel affectione 14
Apostolica non cadant; sed fiat ad liberam collationem ipsius Ordinarii, qui unionem fecit; idque adeo verum, quod etiamsi ipse habeat indultum conferendi reservata & affecta (quod Cardinalibus & aliquibus nonnium qualificatis Prælatis concedi solet) non possit affecta, vel reservata unire. *Tit. de benef. disc. 7.*

Si vero fiat de vacaturis, quæ nullam personalem, vel realem habeant reservationem, vel affectionem, neque illorum vacatio immineat, adeo ut omnino incertum 15
sit, de quo tempore illa sequi debeat, & tunc sustineatur, dum contingere potest vacatio in mense Ordinarii; secus autem, ubi probabiliter credatur, quod vacatio debeat cadere sub reservationibus, vel quia ex infirmitate, aliove statu possessoris, vel ex tractatu matrimonii, aut militiæ, vel officii, adsit imminentia vacationis in mense reservato, tamquam per speciem eorum, quæ habemus ad materiam Regulæ de infirmis resignantibus; sive eorum, quæ habemus in materia fraudulentiæ seu infidelitatis, vel ubi (ut quandoque practicavi) possessor beneficii, occasione alicujus officii, vel exercitii, sive pro allequenda Episcopali dignitate, per plures annos moram traxerit in Curia Romana verisimiliter numquam discessurus, nisi quatenus occasio sperati Episcopatus causet residentiam, quoniam tunc beneficia per ipsum possessa, quamvis non subjaceant fixæ, ac invariabili reservationi, vel affectioni reali, vel personali, cum possit ille deserere Curiam, regrediendo ad patriam, vel alium locum, atque ita tollere occasionem reservationis localis, attamen sit casus verisimiliter non speratus, seu potius e converso verisimiliter speretur mors in Curia, seu vacatio per allequutionem Episcopatus, sed dispensativa retentio nascatur, quæ eumdem operatur effectum, quoniam tunc intrare videtur eadem ratio imminentiæ, vel fraudis. *Eadem tit. de benef. disc. 7. & 43. & seqq.*

Alterum requisitum consistit in justa causa tenuitatis præbendarum, adeo ut saltem moralis necessitas servirii, ac decentioris 16
cultus Ecclesiæ ita exigat, non autem si fiat ad ditationem vel superabundantem provisionem possessorum. *Eodem tit. de benef. disc. 43. & seqq.*

Tertium est requisitum, ut fiat singulis 17
præbendis pro earum respective tenuitate, ac necessitate, non autem Capitulo, seu mensæ Capitulari in universum, cum tunc unio non subsistineatur. *Ibidem.*

Quartum est, ut sit de beneficiis illiusmet diœcesis, cum Concilium expresse pro- 18
hibeat unionem beneficiorum unius diœcesis, præbendis canonicalibus, vel parochialibus alterius diœcesis; id etenim

contingere solet, quando unus & idem Episcopus duas, vel plures possideat Ecclesias simul unitas, adeo ut de facto quoad earum regimen pro unica reputentur, juxta primam speciem unionis, supra recensitam, quoniam si unio sit æque principaliter, intrat etiam prohibitio. *Eodem tit. disc.* 29.

19 Quinto, ut non sit de Ecclesiis parochialibus, seu aliàs residentialibus, sed de simplicibus; quamvis enim praxis docear unionem plurium Ecclesiarum parochialium canonicatibus, vel dignitatibus Cathedralium, seu Collegiatarum, ipsisque mensis capitularibus, vel monasterialibus, ut patet ex iis, quæ insinuantur infra *Discurs. sequent.* cessabone agendi de vicariis parochialium nonnatæ, attamen id contingit antiquiori tempore ante Concilium; atque si detur aliquis casus posterior, referendus est Apostolicæ auctoritati, **quæ concurrente**, prædictorum requisitorum necessitas negligitur, cum Papa hujusmodi prohibitionibus, absque dubio dispensare valeat, de iis vero agitur, quando uniones fiunt per Ordinarios, & sexto, ut beneficia liberæ collationis non uniantur beneficiis de
20 jurepatronatus, ut ita servilem naturam non allumant. *Dicto disc.* 19. & 43. & *sequent. tit.*

Et quoniam quandoque Ordinariis Sedes Apostolica concedit indulta faciendi uniones pro constructione, vel restitutione aliquarum Ecclesiarum, seu ecclesiasticorum
21 locorum, ut præsertim cum Sancto Carolo Borromæo (illorum temporum qualitate exigente) practicatum fuit; hinc proinde quæstiones cadere solent, an cessio cessetur personalis, adeo ut ad successorem transeat, nec ne, sive quomodo talia indulta intelligenda & practicanda sint; idque certam regulam generalem, cuicumque casui applicabilem non recipit, cum non sit punctus juris, sed facti, ex ipsius facti particulari qualitate, & circumstantiis decidendus, ut in meis beneficialibus notis, seu observationibus advertitur. *Eadem tit. de benef. disc.* 47.

Quomodocumque autem unio fiat, vel
22 fuerit cum Apostolica auctoritate, vel quam dictis requisitis non subjaceat, vel cum illa Ordinarii, in qua dicta requisita verificentur, unde propterea valida & legitima censenda sit, adhuc tamen alterum verificari debet requisitum, quod effectum sortita fuerit, antequam contingat novi Pontificis creatio, illa etenim contingente, re adhuc integra, præsumpsum solicet unio effectum sortiatur, tunc unio, ut plurimum, inutilis remanere solet, ob regulas Cancellariæ, quas novus Pontifex in creationem suæ assumptionis edere solet, inter quas est regula, quarumcumque unionum revocatoria, quoties pro Divini cultus necessitate factæ non sint, illoque casu necessitas non sufficit mortalis pro Ecclesiæ majestate, ac decentiori cultu, ut pro facti circumstantiis sufficere videtur ad veritatem unius ex dictis requisitis; sed debet esse vera & præcisa, quia nempe præbendæ canonicales, ac etiam distributiones quotidianæ essent adeo tenues, quod vel non repertirentur, qui eas acceptaret, ideoque vacationem paterentur, vel quod earum possessores cogerentur Ecclesiæ cultum, ac servitium deserere, ut victum sibi parare possent, ideoque magna differentia est inter unam, ac alteram speciem necessitatis. *Dicto disc.* 43. *eod. tit.*

Quæstione cadente, an & quando sequuta dicatur effectuatio, in qua regula est, ut illa sequuta in parte, sufficiat in totum, quod aliquas recipere solet declarationes, ut in dictis beneficialibus annotationibus advertitur. *Ibidem.*

Cum autem Decretum conciliare loquatur de prælatis canonicalibus, hinc oria fuit quæstio, an dignitatibus Cathedralium seu Metropolitanarum, hujusmodi uniones fieri valeant, ubi eadem urgeat ratio; atque licet litera legis negativam suadere videatur; affirmativam tamen probabilius suadet identitas, imo majoritas rationis, atque ita me scribente per Sacram Congregationem Concilii declaratum fuit, ut in eisdem beneficialibus notis advertitur. *Eod. tit. disc.* 46.

Ultra dictas unionis species, altera dari solet unio dispensativa, ex Apostolica auctoritate, perpetua, vel temporalis, pura dignitatis, & canonicatus eiusdem Ecclesiæ; verum desuper regula certa, & generalis non habetur, cum sit quæstio voluntatis, nulla vero potestatis, quæ in beneficialibus absoluta est in Papa. *Tit. de Regal. disc.* 148. *& frequenter tit. de benef.*

Datur etiam, potius ex antiqua consuetudine, quædam alia species unionis Ecclesiarum, præsertim parochialium, quæ coæquali jure sociativo sit per quamdam speciem communionis, quod scilicet, absque distinctione finium, vel personarum, in aliqua civitate, vel oppido, duæ, vel plures Ecclesiæ parochiales promiscue curam exerceant; idque ut plurimum contingere solet; vel quia antiquiori tempore unica esset

esset Ecclesia, postmodum vero populo excrescente altera constructa esset; vel (& frequentius præsertim in aliquibus Apuliæ, & Calabriæ, vel Siciliæ partibus, in quibus id in usu esse videtur) id contigit ratione ritus græci, cum quo in illis partibus antiquiori tempore populus vivebat, eo quia Imperatore Constantinopolitano aliquam dominationem retinente in Italiæ partibus respondentibus ad mare Adriaticum, vel Jonium, Constantinopolitanus Patriarcha in eis se ingerebat, atque ritu græco, ut plurimum vivebatur, unde propterea, dicta intrusione cessata, sedes Apostolica ejusdem ritus continuationem permisit, prudenter tamen curata fuit introductio ritus latini in alia Ecclesia ad hoc erecta, & cum diverso Rectore, usquequo paulatim universus populus latinum ritum assumpsit, ideoque ut raque Ecclesia eamdem sortita est naturam, atque continuavit idem promiscuum exercitium. *Tit. de præeminent. discurs. 9. & in Miscellan. Ecclesiastic. discurs.* 32.

26 In plerisque tamen partibus, ad ejusdem Concilii Tridentini monitum, finium divisio introducta est. *Tit. de paroch. disc.* 27.

27 De quarta inspectione super unione, quæ fiat seminatio, agitur infra ad *Sess.* 23. *de ref. c.* 18.

Circa quoniam inspectionem, quæ facti potius quam juris est, super unionis scilicet
28 probatione; regula generalis est, ut ea non præsumatur, sed per allegantem plene, & conficienter probanda sit, atque alias fundata est intentio ejus, qui dicit, ut beneficium, cujus unio negatur, stet de per se independenter. *Lucis citatis de benef. & tit. de paroch. disc.* 12. & 13.

Quando autem adest illius titulus explicitus, tunc nulla cadit quæstio probationis, cum ea non detur in claris, & expressis; solumque intrat quæstio potestatis seu validitatis, ideoque forenses quæstiones in hac materia cadunt, ubi de admiculativa, seu præsumpta probatione agitur, quæ etiam admittitur, sed est difficilis, cum admicula, & argumenta debeant esse univoca, non autem æquivoca, & referibilia ad jurpatronatus, vel ad subjectionem, seu continuationem, &c. *Proxime supra de paroch.*

Atque hinc manat, ut certa regula generalis dari non valeat, cuicumque casui
29 applicabilis, erroneumque sit cum regulis, ac propositionibus generalibus procedere, cum totum pendeat ex facti qualitate, & circumstantiis judicis arbitrio pensandis, cum solita regula, ut singula, quæ non prosunt, &c.

Illud autem potissimum, pro hujusmodi 30
arbitrio regulando, in consideratione habendum est, de qua scilicet specie unionis agatur, ex tribus pluries recensitis; ubi etenim agatur de illa, quæ æque principalis dicitur, sive de altera, quæ sit sociativa, vel coæqualis, tunc cum ista species sint favorabiliores, vel minus præjudiciales, idcirco leviores probationes admittuntur, secus autem ubi de accessoria, & subjectiva, quæ odiosa, magisque præjudicialis existitur. *Ibidem, & de præminent. disc.* 7.

Si vero adsit unionis titulus explicitus, qui de stricta juris censura invalidus, vel aliàs inefficax dici mereatur, quadrapenaria vero, vel major pacifica observantia 31
accedat, tunc id sufficit, nisi titulus adeo clare infectus sit, ut malam fidem positivam ita inducat, quod præscriptionem impediat. *Tit. de beneficio in supplemento in Rotana parochialis.*

Inter plures autem unionis effectus, ille 32
est præcipuus, circa modum providendi Ecclesiam, quæ sit unita, præsertim ubi animarum cura illi incumbat & de hoc habetur infra; & de aliquibus aliis effectibus. *In cap. proxime sequenti.*

Demum quoad sextam, & ultimam in- 33
spectionem, super unionis diffolutione, ubi agatur de illa duarum Cathedralium, tunc nulla desuper juris regula statui potest, cum id pendeat ab arbitrio, seu voluntate Papæ, qui pro facti qualitate, ex consultatione frequentius Sacræ Congregationis Consistorialis, in pleno Consistorio de ista agere solet; nullus autem vel minimum rarus est in Cathedralibus, ab antiquo unitis, casus dissolutionis; secus autem ubi agatur de illis unionibus portas de facto, quam de jure, quæ personales, vel accidentales tantum sint, puta quia Episcopo unius Ecclesiæ ex justa causa, altera commendatur, cum tunc vera non sit unio, & consequenter non intrat terminus dissolutionis, sed potius alter resolutionis actus, tamquam ex cessante causa.

In Ecclesiis autem inferioribus, præsertim 34
parochialibus; quando agatur de unione accessoria, & subjectiva, vel etiam de altera, quæ æque principalis dicitur, adeo ut de facto unus utriusque sit rector, tunc pariter animum rarus est casus dissolutionis, quæ cum species alienationis dicatur, exigit rigorosas solemnitates, & causam,

ideoque ubi Apostolica auctoritas non accedat, non de facili verificabilis est validitas illius dissolutionis, quæ cum sola auctoritate Ordinarii fiat. *Dicto disc. 34. & 35. de paroch.*

Ubi vero de illa unione agatur, quæ sociativa sit, in parochialibus frequenter contingibilis, ut supra, quis nempe quælibet suos habeat rectores, ac ministros, exercitium autem sit promiscuum, & cæquale, absque finium, vel ovium distinctione, & tunc Sacrum Concilium Tridentinum emixe laudat, quinimo præcipere videtur divisionem, ut oves certum ac proprium agnoscant pastorem. *Eodem tit. de paroch. disc. 33.*

Quæstiones autem cadere solent super modo divisionis, an ista æqualis, vel inæqualis esse debeat, regula vero est pro æqualitate, nisi facti circumstantiæ limitationem suadeant, ideoque certa norma statui non potest. *Eodem disc. 33.*

Atque in hoc major difficultas super ipsius sociativæ unionis substantia, vel origine esse solet, an scilicet Ecclesiæ unitæ, ab initio essent æque parochiales, eamdem habentes jurisdictionem, seu prærogativam jure communionis cæqualis explicitæ, vel implicitæ promiscuum exercitium habentes; vel potius ab initio unica esset, a qua altera tamquam filia, seu adjutrix prodiisset, ut larius in meis beneficialibus annotationibus haberur, cum tunc diversa sit dividendi ratio ex ibi deductis. *Eodem disc. 33.*

De aliis autem ad materiam unionis in rerum beneficialium adnotationibus agitur, ideoque ibi videndum est. *Tit. de benef. disc. 7. 19. & 43. cum plurib. seqq. & in supplemento, & de paroch. disc. 12. & 13. & de præmiment. disc. 7.*

DISCURSUS IX.

Ad Sessionem septimam cap. 7. Sessionem 21. cap. 6. & Sessionem 25. cap. 16.

SUMMARIUM.

1 *De provisione Vicarii in Ecclesia parochiali unita cum assignatione congruæ.*

2 *Etiam ubi Ecclesia sit unita Capitulo, vel Collegio.*

3 *Idque solet demandari per Sac. Congregat. Concilii.*

4 *An Vicarius debeat esse unicus, vel plures.*

5 *Quod hæc multiplicitas non adversetur unitati Ecclesiæ, ejusque Rectoris, & de ratione.*

6 *An Vicarius debeat esse perpetuus, vel mannalis, & regulariter debet esse perpetuus in formalibus.*

7 *Quanta sit congrua Vicarii.*

8 *Quænam incerta in congrua non computentur.*

9 *Quando possit esse minor, quam quinquaginta, & quid in Ecclesia pauperi præficiatur.*

10 *Et quando debeat esse major.*

11 *Si loco congruæ assignentur certa bona, non curatur subsequent diminutio, vel augmentum.*

12 *Item si Vicario assignentur omnia bona cum certa pensione Curato habituali.*

13 *De ratione differentiæ inter Curatum actualem, & habitualem.*

14 *Hæc taxa pertinet ad Ordinarium, exemptione non obstante.*

15 *De aliis specialibus deputationis Vicarii.*

16 *An vicarius deputet alium Vicarium.*

PRæsupposita validæ unione, juxta annotationes in capit. proxime præcedenti; præcipitur in hoc Decreto, Ecclesiæ unitæ visitatio, ac provisio, ut onera eidem injuncta, illud præsertim curæ animarum, non negligantur, sed exacte impleantur, ideoque in eis, pro exercitio curæ, vicarius deputari debeat, cui ex toris vices suppleat, atque de facto parochi personam repræsentet, partesque gerat, congrua eidem vicario pro subsistentatione, ac laboris mercede assignanda per rectorem, vel prælatum Ecclesiæ, vel beneficii, cui parochialis unita sit, ideoque habitualis cura incumbat, quatenus jam per vicarium provideri solitum, illud onus expleatur.

Ubi vero id non practicetur, quia nempe (ut in plerisque partibus etiam hodierna praxis docet, atque antiquioci tempore frequentior erat) Ecclesia curata, unita esset alicui Capitulo, vel Collegio seculari, vel regulari, cum exercitio promiscuo penes omnes canonicos, vel collegiales; tunc providetur, ut certus vicarius, sive sit de eodem corpore, sive extra, deputari debeat, ut ita oves certum habeant pastorem, quem agnoscere debeant; & e converso certa sit persona, quæ sciat illud onus sibi incumbere, & a qua Episcopus in visitatione, seu alias, rationem red-

reddi tionem de sibi commissis ovibus petere valeant. *De paroch. disc. 18. 20. 22. & in aliis.*

Hinc proinde, quando contingit, quod occasione relationis, quæ fieri solet in visitatione limina, Sacræ Congregationi Concilii, ad ipsius notitiam deveniat, ut adhuc in eodem antiquo usu continuetur, quod scilicet exercitium curæ sit promiscuum penes omnes de Collegio, vel Capitulo, per eam enixe præcipi solet hæc deputatio vicarii ex eodem Collegio, vel extra, prout facti qualitas exigat, *ibidem.*

Super vicarii autem unicitate, vel pluralitate, nihil statutum est, & merito, cum id ex facti qualitate pariter pendeat, an scilicet unus tantum supplere possit, vel potius duo, vel plures requirantur.

Quamvis etenim rectorum, seu parochorum pluralitas de jure prohibita sit ob inconvenientes, ne una mulier duos, vel plures habeat viros; attamen id procedit in eo, qui sit verus rector, ac sponsus ecclesiæ, non autem in hujusmodi vicariis, qui potius famulorum, ac operariorum jure censendi sunt, cum id dictæ unitati non adversetur, eodem modo quo eidem non adversatur, ut ipsamet cura habitualis sit penes aliquod Capitulum, vel Collegium, constitutum ex pluribus personis, quoniam unicus censetur parochus repræsentatus ab ipso corpore mystico, seu politico, constituente unam personam formalem, seu intellectualem, singuli autem non sunt parochi, ut de hoc advertitur supra in proposito ætatis, quæ in beneficiis necessaria est, quod scilicet in singulis non desiderantur illa requisita, quæ necessaria sunt ad beneficii curati assequutionem. *Sub tit. de benef. disc. 55. & 95.*

Minusque expresse, ac determinate statutum est, circa vicarii qualitatem, an scilicet perpetuus, vel mannalis esse debeat, cum id Ordinarii arbitrio remissum sit; Constitutionibus comprobatum est, ut perpetuus esse debeat, quatenus ille particularis extra gremium Capituli, seu Collegii deputari soleat, vel expediat; ubi vero de ipso Capitulo, vel Collegio, tunc destinetur canonicatus, cui fixa sit ista vicaria, ut præsertim super hujusmodi perpetuitate per Constitutionem Pii V. provisum est in Capitulis Ecclesiarum Urbis, quibus cura animarum incumbat. *Tit. de paroch. disc. 22.* In Ecclesiis autem regularibus mannalitas magis congrua est.

Conc. Trid. cum Gall.

Quo vero ad congruam vicario assignandam; Concilium in his nihil certum determinavit, sed Ordinarii arbitrio remisit, pro facti qualitate, ac oneris proportione; desuper tamen providit Constitutio Pii V. ut scilicet congrua esse debeat certa, non major centum, sed non minor quinquaginta scutorum, seu ducatorum monetæ regionis; remanente arbitrio circa medium inter utrumque extremum; in ea tamen non computaris illis incertis emolumentis, quæ ratione mere personalis laboris habeantur, sive quæ ex mere voluntaria accidentali devotione obveniant; adeo ut ex plurium annorum experimento quandam certitudinem saltem moralem non habeant, secus autem, ubi dicta moralis certitudo accedat, cum tunc in fructu, seu redditu veniant. *Eodem tit. de Paroch. disc. 17. cum pluribus seqq. & de hac distinctione incertorum sub tit. de benef. disc. 90. & sub tit. de jurepatronat. disc. 10.*

Eatenus autem congrua minor quinquaginta esse non potest, quatenus ipsius Ecclesiæ curatæ, quæ unita sit, emolumenta sint majora; secus autem si ad hanc summam non ascendant, cum tunc sufficiat Capitulo, vel alteri curam habitualiter habenti, omnia emolumenta vicaria assignare; sive in quibusdam exiguis Cathedralibus, vel Collegiatis, loco congruæ assignari solet vicario, qui etiam sit Canonicus portio massæ grossæ distributionum, supplendo quod deest, administrando servitium curæ loco servitii chori. *Eod. tit. de paroch. disc. 20.*

Et e converso summa major centum (cujus excessus prohibitus est) intelligenda venit de congrua pro ipsius vicarii mercede, ac sustentatione, non autem, ubi populi numerus, vel Ecclesiæ qualitas, aliæve facti circumstantiæ, majores operarios, aliosque sumptus exigant, adeo ut quandoque praxis doceat, quod etiam ter, vel quatuor centum, aliave major summa assignetur vicario, qui alia onera supportare debeat: *Insinuatur locis citatis, ac etiam in Barchionensi, eod. tit. in supplemento.*

Quandoque autem contingit, quod ad hujusmodi oneris annuam præstationem evitandam, ac etiam ad illas dirimendas lites, & controversias, quæ oriri solent, præsertim super emolumentis incertis, usus inolevit, quod capitulum, vel alter, cui habitualis cura incumbat, assignent vicario certa bona, vel jura, loco congruæ, per quamdam speciem transactionis,

aliis bonis penes ipsum Rectorem habitualem remanentibus, tractu vero temporis, bona, vel jura assignata, diminutionem recipiant, unde propterea vicarius supplementionem petere soler, verum ea regulariter negatur, quoniam in hac attenditur tempus conventionis, non autem subsequuta eventualitas, quæ sicuti produxit decrementum, ita produceret potuisset incrementum, quod ipsius vicarii esset, nisi diminutio adeo magna esset, ut ea quæ remanent, non sufficiant ad sustentationem, adeo ut cogatur vicarius curæ exercitium deserere, cum tunc intret Judicis arbitrium pro suppletione. *Eadem sic. de paroch. disc. 19. & in dicta Barchinonen. in supplemento.*

11 Et e converso, idem ius præbuit, ut remanentes omnia Ecclesiæ bona, & emolumenta penes vicarium, qui certam quantitatem fructuum vel pecuniarum, singulis annis, vel temporibus præstare debeat Rectori habituali; tractu vero temporis, bona, emolumenta, magnum recipiant incrementum, unde propterea Rector habitualis, nimium modicam reputet ejus portionem, atque petat proportionarum augmentum: verum particulare illud regulatiter denegandum est, nisi forte tales sint facti circumstantiæ, ut magnam iniquitatem, ac speciem iniquitatis repleant, adeo ut Judicis officium, vel arbitrium intret. *In dicta Barchinonen. congrua in supplemento.*

Ubi vero agatur de casu converso, quod 12 scilicet bona assignata vicario cum onere certæ quantitatis, tamquam per speciem pensionis notabiliter diminuantur, adeo ut pensio nimium excessiva remaneat: tunc, licet eadem sit regula, attamen facilius intrat limitatio pro moderatione, quoties scilicet id, quod remanet, non sufficiat ad sustentationem vicarii, aliasque expensas necessarias.

Ratio differentiæ, inter unum casum, & 13 alterum consistit, non in favore personæ, sed in favore Ecclesiæ vel animarum, ne alias cura, & cultus respective, deperdantur. ista enim ratio e converso non intrat, quoniam nihil refert, quod illa Ecclesia, vel dignitas, cui facta est unio, atque habitualis cura competit, majorem, vel minorem habeat provisionem, cum id personæ possessoris dignitatis, vel prælaturæ, privatam utilitatem concernere videatur; in casu autem converso viget præjudicium tertii, ipsius scilicet Ecclesiæ ejusque cultus, vel animarum, quarum cura vicario commissa est. *In eadem Barchinonen. in supplemento.*

in his autem controversiis, ab Ordinario decidendis Ecclesiæ, vel personarum privilegia exemptiva, nil suffragantur, cum 14 in iis, quæ animarum curam concernunt, etiam tum Ecclesiis, vel personis exemptis, intret pluries in præcedentibus insinuata jurisdictio a Concilio Trident. delegata Ordinario loci, habita potius ratione ovium regendarum, quam Rectoris.

Alia est vicarii, vel coadjutoris deputa- 15 tio, quæ præcipitur a Concilio ob Ecclesiæ vacationem pendente concursu, vel ob illiteraturam parochi, & de hac specie agitur *ad sess. 24. de reform. cap. 18.* ubi de materia concursus ad parochiales, earumque provisione.

Regulariter autem vicarius alium non 16 deputat vicarium, sed id petunt ad Rectorem habitualem, nisi legitima consuetudo, vel conventio aliud suadeat. *Dict. tit. de Paroch. disc. 17.*

DISCURSUS X.

Ad Sessionem septimam de Reform. cap. 15. Sessionem 22. cap. 8. & 9. & Sess. 25. etiam de Reform. cap. 8.

SUMMARIUM.

1 *De visitatione hospitalium, & piorum locorum.*
2 *In quibus cadat hæc visitatio, & potestas.*
3 *Ad quid profint declarationes S. Congregationis.*
4 *Quid? ubi obstet lex fundationis.*
5 *De eadem de quo num. 3.*
6 *De eadem lege fundationis.*
7 *De limitatione ubi fundator vivat, quomodo intelligatur.*
8 *Quomodo Episcopi in hoc se gerere debeant, & 13.*
9 *An Communitates veniant sub nomine fundatoris viventis.*
10 *De privilegiis exemptionis, præsertim illis Basilicæ Lateranensis.*
11 *De Confraternitatibus existentibus in Ecclesiis Regularium.*
12 *De præmissis ubi agatur de locis, in quibus illorum decretorum observantia negetur.*
13 *De eadem, de quo num. 8.*

DE visitatione Ecclesiarum, & piorum locorum in genere agitur supra, in his

his autem decretis agitur de hospitalium, aliorumque piorum locorum, vel collegiorum, & confraternitatum recta administratione, ipsiusque hospitalitatis congruo exercitio, ac rationum redditione; in primo etenim Episcopis, aliisque Ordinariis injungitur cura, ut (exemptionis privilegio non obstante) hospitalia ab eorum administratoribus bene, ac fideliter administrentur; in secundo disponitur, ut ea visitare valeant, in tertio, ut administratores rationes reddant Ordinario, qui earum reddirioni assistere potest, & in ultimo præcipitur, ut ipsa hospitalitas bene, & cum debita charitate exerceatur, quatenus illam exercendi occasio adsit eum peregrinis, vel respective infirmis, juxta eorum qualitatem, seu fundationem; quatenus vero pro locorum qualitate occasio desit, disponitur super fructuum, ac redituum applicatione aliis piis operibus; quare de his distincte agendo.

Quatenus pertinet ad visitationem, ex qua de consequenti resultat inspectio rectæ 2 administrationis, in temporali Ecclesiæ Ditione, sub Status Ecclesiastici vocabulo explicari solet, aliisque Ditionibus, in quibus hujus Sac. Concilii observantia viget, adeo ut non intrent illæ quæstiones, quæ in aliquibus Ditionibus cadere solent ratione limitationis contentæ in eodem Decreto conciliari ob immediatam scilicet Regis, vel alterius Principis protectionem, quando hæc verificari dicatur, necne, sive ob contrariam consuetudinem, ob quam præteritur hujusmodi conciliaria Decreta, in toto, vel in parte, non esse usu recepta.

Tunc nullæ, vel nimium raræ desuper audiuntur quæstiones super ipso jure visitandi in genere, ac super jure demandi ea, quæ concernunt hospitalitatem, sive Divinum cultum, aut circa ipsa ecclesiastica, vel pia opera, quæ pro instituto exercentur; sed cadunt quæstiones circa ea, quæ respiciunt meram temporalitatem; sive quia Ordinarius velit, ultra contenta in his decretis, ejus dilatare fimbrias, atque sub prætextu visitationis, vel revisionis rationum, procurationes, vel alias contributiones exigere, aut de redditibus participare, ut in aliquibus directibus vidi practicatum, adeo ut ex alias supra infinitatis, occasione agendi de visitatione directis in genere, hujusmodi emolumenta haberi soleant in nota tamquam fructus certi, & corpora tenuum.

Super hoc enim desuper haberi solent recursus ad hanc Sacram Congregationem Concilii, vel ad alteram Episcoporum, a quarum una vel altera opportunæ dantur provisiones, seu manant declarationes, quarum plures recensentur per consutos Collectores aliaeve circumferri solent manuscriptæ, quarum notitia opportuna quidem & congrua est, quoniam præcedentibus declarationibus nimium deferri soler pro decidendis casibus, qui jam decisis similes videantur; non tamen (ut supra inisio, 3 seu in prœmiali parte advertitur) mordicus, ac ad literam in eis immorandum est per ipsammet Congregationem, quoniam rari sunt casus, in quibus omnimoda verificetur similitudo, cum sæpius ex diversis locorum, ac personarum, & operum, ac temporum circumstantiis, diversimode decernere congruat, prudentialibus regulis quandoque id exigentibus, præsertim inspiciendo finem, seu animum, ex quo Ordinarius se ingerere velit, & quandoque inhibendo, & quandoque certum modum præscribendo.

Prout etiam quæstiones cadunt super altera limitatione in eisdem Decretis contenta, quando lex fundationis aliter suadeat, 4 cum desuper variæ habeantur resolutiones, ac etiam opinionum diversitates, super dictæ legis intelligentia, & an respectu visitationis specifica, seu individua mentio necessaria sit, sive an, & quæ dignoscatur differentia inter dispositionem contentam in uno Decreto super visitatione, & contentum in altero super jure perendi redditiones rationum, sive illas revidendi: ideoque revera nulla desuper certa, & determinata regula generalis cuicumque casui applicabilis statui potest. *De his habetur sub tit. de jurisd. disc. 40. & 41. & seqq. & 95. & plura colligit* Pignatell. *consult. canon. 117. lib. 1.*

Hinc proinde, pro meo judicio, error est, quando aliqua desuper circumfertur declaratio, quæ alicujus particularis controversiæ occasione prodita sit, absque alio discursu, in ea firmiter, ac ad litteram immorari, quoniam, ubi non sint declarationes generales, quæ pro aliorum decreti conciliaris interpretatione in genere prodierint, haberi quidem debent in consideratione pro quadam norma: sed principaliter est reflectendum ad singulorum casuum individuas circumstantias, ex quibus super eodem puncto, qui pene identificus videatur, frequenter congruat diversimode decernere.

Præsertim vero circa fundationis legem reflectendum est, an illa sequuta sit ex causa onerosa, & correspectiva, adeo ut congruant ea, quæ habemus in legibus, quæ in limine fundationis adjiciantur etiam contra Canonum, vel Conciliorum dispositionem in Ecclesiis, ac beneficiis de jurepatronatus cum similibus.

Cumque in eisdem Decretis, altera continuetur exemptio, ubi fundator adhuc vivat, hinc propterea quæstiones pariter oriri solent, in quibus hæc exemptio intelligenda sit, an scilicet in temporali administratione tantum, non autem in iis, quæ spiritualitatem, vel pietatem concernunt, ne sub istius nomine, vel pallio ea fiant, quæ non licent, atque ita abusus inducantur; ideoque ubi locorum Ordinarii divina, & spiritualia zelantes in his tantum immorentur, non autem in temporalium administratione, pro lucro, & emolumento se ingerete satagant, tunc nullæ, vel nimium raræ sunt quæstiones, quæ cum laicis habeantur; & præsertim circa istam exemptionem fundatoris viventis quæstiones cadunt, an ea sit adaptabilis illis personis fictis, vel intellectualibus, quæ numquam moriuntur, ut sunt communitates, aliave similia corpora, ut in meis jurisdictionalibus annotationibus insinuatur, *Dist. disc. 40. de jurisdict.*

Exemptionum privilegia hujusmodi quæstionibus frequenter ansam præbere solent, ubi præsertim de illis hospitalibus aliisque piis locis agatur, quæ in Lateranensi Basilicæ solo constructa sint, ob ejusdem Basilicæ Apostolica privilegia exemptiva, quibus regula assistit, quoties ratio curæ animarum & administrationis Sacramentorum contrarium non fundeat, ut in eisdem jurisdictionalibus annotationibus advertitur, ubi etiam de aliquibus hujusmodi privilegiorum declarationibus, sive quando talis constructio adesse dicatur, ut privilegia intrent, *Disc. 38. & 39. de jurisdict.*

Idemque ex iis confraternitatibus, vel piis locis, & institutis, quæ in regularium Ecclesiis exemptis, vel in monasteriis existant, cum ex legibus fundationis, atque retroacta observantia, potissimum vero ex dicta distinctione eorum, quæ pietatem; & spiritualitatem, ac respective temporalitatem concernunt, decisio pendere soleat pro facti qualitate, ideoque certa regula generalis cuicumque casui indefinite adaptabilis non de facili statui potest. *Dict. disc. 40. cum pluribus sequente. de jurisdict. & de Regular. disc. 30.*

Ubi vero de illis temporalibus Ditionibus agatur, in quibus ex constructione, vel particularibus privilegiis, seu legibus, & stylis, diversa habeatur prætensio, multo minus certa desuper dari potest regula, ideoque integrum in hoc relinquendo locum veritati, prudentiales potius, quam legales regulæ pro casuum contingentia, in hujusmodi quæstionibus decidendis adhiberi solent, ac debent, antiquæ observantiæ nimium deferendo, cum novitates frequentius inconvenientia producere soleant, cum praxis sæpius doceat, ut in eadem ditione varia sit locorum, ac decessum observantia, sive in eodem loco varia sit lex fundationis, plurium quamvis consimilium piorum locorum, vel operum, ideoque observantiæ nimium deferendum videtur.

Potissime vero Ordinarii, aliique Prælati monendi sunt (atque alias agendo, fevere corrigendi) ut bono animo, atque ex solo spiritualitatis, vel pietatis zelo, istorum conciliarium Decretorum praxim fervent, cum zelantibus, ac probis Prælatis, qui ex solo zelo in hoc se ingerant, eo quia vere abusus existant, non de facili se opponant laici, ut egomet expertus sum, ideoque facti potius quam juris istæ quæstiones videntur pro singulorum casuum circumstantiis decidendæ.

DISCURSUS XI.

Ad Sessionem septimam cap. 13. Sess. 14. cap. 12. & 13. & Sess. 25. de Reformat. cap. 9.

SUMMARIUM.

1 *De iis quæ continentur in his Decretis.*
2 *In jurepatronatus privatorum Concilium nil innovavit, sed innovato ab in personis potentibus, & qui sint potentes.*
3 *Data potentia, requiritur situatio beneficii sub ejus jurisdictione.*
4 *Jurisdictio præterita quamvis cessata, inducit potentiam.*
5 *Qui sint Principes exceptuati a dispositione conciliari.*
6 *Ad effectum potentiæ attenditur origo.*
7 *An attendatur potentia, & Episcopus sit potentia majoris.*
8 *Non datur potentia in personis Ecclesiasticis, licet habeant jurisdictionem.*

9 *Ubi*

9 *Ubi constat de titulo expresso fundationis, & dotationis non intrat Concilium.*
10 *Quando proprie intrat dispositio conciliaris.*
11 *De signis probationis jurispatronatus privatorum, & ad quid hæc deserviant etiam in potentibus.*
12 *De forma probationis conciliaris, & præsertim de immemorabili, ejusque requisitis.*
13 *An testes vassalli sint idonei ad hanc probationem.*
14 *Quale tempus sit subducendum ratione litis.*
15 *An actus, qui continent prestationes, debeant deduci.*
16 *De requisito immemorabilis, ut non constet de initio.*
17 *An immemorabilis possit probari per scripturas.*
18 *De altera specie probationis per plures præstationes.*
19 *An sufficiant duæ ad pluralitatem.*
20 *Quomodo probetur effectuatio.*
21 *An media præsumantur.*
22 *De cautela habendi penes se acta, & processus.*
23 *Præstationes an justificentur per scripturas privatas.*
24 *De causa universali, & an probatis quoad aliqua, suffragetur quoad omnia.*
25 *Quando causa universalis noceat rationi verisimilitudinis.*
26 *Probatio vigorosa non requiritur inter compatronos agentes de pertinentia.*
27 *De institutione, a quo fieri debeat.*
28 *De rationibus, ob quas institutio est necessaria.*
29 *In beneficiis de jurepatronatus habentibus annexam curam animarum quid agendum.*
30 *Capitulum Sede vacante habet jus instituendi.*
31 *De beneficiis ad nominationem, vel præsentationem Academiarum & universitatum non potentium, quid Concilium innovet.*
32 *De prohibitione patroni, ne se ingerat in administratione Ecclesiæ, & perceptione fructuum.*
33 *De revocatione facta per Concilium privilegiorum, & quando intrent Constitutiones revocatoriæ, vel reservationes Apostolicæ.*
34 *De eodem, & quando jurepatronatus dicatur de justitia potius quam ex gratia, & privilegio.*

AGitur in his Decretis de materia jurispatronatus, tam circa illius probationem, quam circa modum instituendi eos, qui a patronis præsentati fuerint, ac etiam de patronorum prohibitione, ne se ingerant in administratione bonorum spectantium ad Ecclesias, vel in fructuum perceptione; necnon de jurepatronatus privilegiorum revocatione; ideoque de his distincte agendo.

Quatenus pertinet ad primum; receptum est, quod per ultimum Decretum contentum *in Sess. 25. cap. 9.* circa probationem jurispatronatus privatorum, quales dicuntur omnes, quibus potentium nomen non congruit, nihil innovatum est, sed integri remanent termini juris communis supra hujusmodi justificatione per quascumque probationis species etiam per præsumptiones, & admiscula, ex iis, quæ in meis annotationibus in sua materia habentur. *Sub tit. de jurepatronat. disc. 57.*

Innovatio itaque solum facta est respectu potentium, quorum nomine illæ personæ singulares veniunt, quæ jurisdictionem in dominio pleno, vel utili tantum in loco habeant, sub Baronum & Domicellorum, vel consimili nomine explicari solitæ, sive locorum Communitates, quæ alicubi universitates dicuntur, sub quarum nomine in hoc proposito veniunt illi Magistratus, seu illa collegia, vel corpora ficta, quæ loci universum populum repræsentant; secus autem ubi agatur de aliqua communitate, vel universitate, quæ licet plurium personarum constitutiva sit, attamen comparatione totius populi, privatam potius, quam publicam personam repræsentat, quia nempe sit universitas aliquorum artificum, seu professorum, aut aliqua pia confraternitas laicorum, aut aliquod collegium, &c. cum similibus; cadente difficultate, ubi sit universitas alicujus partis, vel contratæ, loci, seu populi, puta omnium habitantium intra limites alicujus parochiæ, vel in aliquibus viis seu contratis.

Posita enim qualitate universitatis, vel communitatis constitutivæ totius populi, vel alicujus partis, ut supra, tunc non requiritur illa jurisdictio, quæ consistat in cognitione causarum, ac in imperio, & in gladii potestate eo modo quo in Baronibus, ac locorum Dominis, aliisque per-

Præsertim vero circa fundationis legem reflectendum est, an illa sequuta sit ex causa onerosa, & correspectiva, adeo ut congruant ea, quæ habemus in legibus, quæ in limine fundationis adjiciantur etiam contra Canonum, vel Conciliorum dispositionem in Ecclesiis, ac beneficiis de jurepatronatus cum similibus.

Cumque in eisdem Decretis, altera continuetur exemptio, ubi fundator adhuc vivat, hinc propterea quæstiones pariter oriri solent, in quibus hæc exemptio intelligenda sit, an scilicet in temporali administratione tantum, non autem in iis, quæ spiritualitatem, vel pietatem concernunt, ne sub istius nomine, vel pallio ea fiant, quæ non licent, atque ita abusus inducantur; ideoque ubi locorum Ordinarii divina, & spiritualia zelantes in his tantum immorentur, non autem in temporalium administratione, pro lucro, & emolumento se ingerete satagant, tunc nullæ, vel nimium raræ sunt quæstiones, quæ cum laicis habeantur; & præsertim circa istam exemptionem fundatoris viventis quæstiones cadunt, an ea sit adaptabilis illis personis fictis, vel intellectualibus, quæ numquam moriuntur, ut sunt communitates, aliave similia corpora, ut in meis jurisdictionalibus annotationibus insinuatur, *Dist. disc. 40. de jurisdict.*

Exemptionum privilegia hujusmodi quæstionibus frequenter ansam præbere solent, ubi præsertim de illis hospitalibus aliisque piis locis agatur, quæ in Lateranensi Basilicæ solo constructa sint, ob ejusdem Basilicæ Apostolica privilegia exemptiva, quibus regula assistit, quoties ratio curæ animarum & administrationis Sacramentorum contrarium non fundeat, ut in eisdem jurisdictionalibus annotationibus advertitur, ubi etiam de aliquibus hujusmodi privilegiorum declarationibus, sive quando talis constructio adesse dicatur, ut privilegia intrent, *Disc. 38. & 39. de jurisdict.*

Idemque ex iis confraternitatibus, vel piis locis, & institutis, quæ in regularium Ecclesiis exemptis, vel in monasteriis existant, cum ex legibus fundationis, atque retroacta observantia, potissimum vero ex dicta distinctione eorum, quæ pietatem; & spiritualitatem, ac respective temporalitatem concernunt, decisio pendere soleat pro facti qualitate, ideoque certa regula generalis cuicumque casui indefinite adaptabilis non de facili statui potest. *Dict. disc. 40. cum pluribus sequente. de jurisdict. & de Regular. disc. 30.*

Ubi vero de illis temporalibus Ditionibus agatur, in quibus ex constructione, vel particularibus privilegiis, seu legibus, & stylis, diversa habeatur prætensio, multo minus certa desuper dari potest regula, ideoque integrum in hoc relinquendo locum veritati, prudentiales potius, quam legales regulæ pro casuum contingentia, in hujusmodi quæstionibus decidendis adhiberi solent, ac debent, antiquæ observantiæ nimium deferendo, cum novitates frequentius inconvenientia producere soleant, cum praxis sæpius doceat, ut in eadem ditione varia sit locorum, ac decessum observantia, sive in eodem loco varia sit lex fundationis, plurium quamvis consimilium piorum locorum, vel operum, ideoque observantiæ nimium deferendum videtur.

Potissime vero Ordinarii, aliique Prælati monendi sunt (atque alias agendo, fevere corrigendi) ut bono animo, atque ex solo spiritualitatis, vel pietatis zelo, istorum conciliarium Decretorum praxim fervent, cum zelantibus, ac probis Prælatis, qui ex solo zelo in hoc se ingerant, eo quia vere abusus existant, non de facili se opponant laici, ut egomet expertus sum, ideoque facti potius quam juris istæ quæstiones videntur pro singulorum casuum circumstantiis decidendæ.

DISCURSUS XI.

Ad Sessionem septimam cap. 13. Sess. 14. cap. 12. & 13. & Sess. 25. de Reformat. cap. 9.

SUMMARIUM.

1 *De iis quæ continentur in his Decretis.*
2 *In jurepatronatus privatorum Concilium nil innovavit, sed innovato ab in personis potentibus, & qui sint potentes.*
3 *Data potentia, requiritur situatio beneficii sub ejus jurisdictione.*
4 *Jurisdictio præterita quamvis cessata, inducit potentiam.*
5 *Qui sint Principes exceptuati a dispositione conciliari.*
6 *Ad effectum potentiæ attenditur origo.*
7 *An attendatur potentia, & Episcopus sit potentia majoris.*
8 *Non datur potentia in personis Ecclesiasticis, licet habeant jurisdictionem.*

9 *Ubi*

9 *Ubi constat de titulo expresso fundationis, & dotationis non intrat Concilium.*
10 *Quando proprie intrat dispositio conciliaris.*
11 *De signis probationis jurispatronatus privatorum, & ad quid hæc deserviant etiam in potentibus.*
12 *De forma probationis conciliaris, & præsertim de immemorabili, ejusque requisitis.*
13 *An testes vassalli sint idonei ad hanc probationem.*
14 *Quale tempus sit subducendum ratione litis.*
15 *An actus, qui continent prestationes, debeant deduci.*
16 *De requisito immemorabilis, ut non constet de initio.*
17 *An immemorabilis possit probari per scripturas.*
18 *De altera specie probationis per plures præstationes.*
19 *An sufficiant duæ ad pluralitatem.*
20 *Quomodo probetur effectuatio.*
21 *An media præsumantur.*
22 *De cautela habendi penes se acta, & processus.*
23 *Præstationes an justificentur per scripturas privatas.*
24 *De causa universali, & an probatis quoad aliqua, suffragetur quoad omnia.*
25 *Quando causa universalis noceat rationi verisimilitudinis.*
26 *Probatio vigorosa non requiritur inter compatronos agentes de pertinentia.*
27 *De institutione, a quo fieri debeat.*
28 *De rationibus, ob quas institutio est necessaria.*
29 *In beneficiis de jurepatronatus habentibus annexam curam animarum quid agendum.*
30 *Capitulum Sede vacante habet jus instituendi.*
31 *De beneficiis ad nominationem, vel præsentationem Academiarum & universitatum non potentium, quid Concilium innovet.*
32 *De prohibitione patroni, ne se ingerat in administratione Ecclesiæ, & perceptione fructuum.*
33 *De revocatione facta per Concilium privilegiorum, & quando intrent Constitutiones revocatoriæ, vel reservationes Apostolicæ.*
34 *De eodem, & quando jurepatronatus dicatur de justitia potius quam ex gratia, & privilegio.*

AGitur in his Decretis de materia jurispatronatus, tam circa illius probationem, quam circa modum instituendi eos, qui a patronis præsentati fuerint, ac etiam de patronorum prohibitione, ne se ingerant in administratione bonorum spectantium ad Ecclesias, vel in fructuum perceptione; necnon de jurepatronatus privilegiorum revocatione; ideoque de his distincte agendo.

Quatenus pertinet ad primum; receptum est, quod per ultimum Decretum contentum *in Sess. 25. cap. 9.* circa probationem jurispatronatus privatorum, quales dicuntur omnes, quibus potentium nomen non congruit, nihil innovatum est, sed integri remanent termini juris communis supra hujusmodi justificatione per quascumque probationis species etiam per præsumptiones, & admiscula, ex iis, quæ in meis annotationibus in sua materia habentur. *Sub tit. de jurepatronat. disc. 57.*

Innovatio itaque solum facta est respectu potentium, quorum nomine illæ personæ singulares veniunt, quæ jurisdictionem in dominio pleno, vel utili tantum in loco habeant, sub Baronum & Domicellorum, vel consimili nomine explicari solitæ, sive locorum Communitates, quæ alicubi universitates dicuntur, sub quarum nomine in hoc proposito veniunt illi Magistratus, seu illa collegia, vel corpora ficta, quæ loci universum populum repræsentant; secus autem ubi agatur de aliqua communitate, vel universitate, quæ licet plurium personarum constitutiva sit, attamen comparatione totius populi, privatam potius, quam publicam personam repræsentat, quia nempe sit universitas aliquorum artificum, seu professorum, aut aliqua pia confraternitas laicorum, aut aliquod collegium, &c. cum similibus; cadente difficultate, ubi sit universitas alicujus partis, vel contratæ, loci, seu populi, puta omnium habitantium intra limites alicujus parochiæ, vel in aliquibus viis seu contratis.

Posita enim qualitate universitatis, vel communitatis constitutivæ totius populi, vel alicujus partis, ut supra, tunc non requiritur illa jurisdictio, quæ consistat in cognitione causarum, ac in imperio, & in gladii potestate eo modo quo in Baronibus, ac locorum Dominis, aliisque per-

personis singularibus requiritur; sed sufficit illa minor jurisdictio, quæ communitatibus inest collectandi cives & incolas, eosque convocandi ad consilia seu parlamenta, aliasque publicas & populares functiones, adeo ut ei conveniant illa, quæ in jure communi disposita sunt de puribus universitatum, earumque Magistratibus, & Decurionibus. *Ead. tit. disc. 58.*

5 Respectu vero personatum singularium, jurisdictio, vel dominium publicum, ac territoriale loci, sive sit in feudo, sive in allodium, hanc inducit potentiam, quatenus in eodem loco existat beneficium, de cujus patronatu agitur, secus autem si ille, qui sit dominus aliquorum locorum, etiam cum aliquo dominio supremo, ac jure principatus, jus patronatus possideat in diverso loco, in quo nullam habeat jurisdictionem, vel dominium publicum, ac territoriale, cum ibi jure privati censeatur. *Ead. disc. 58.*

4 Nisi de præterito tale dominium publicum, ac jurisdictionem habuerit ipse, vel illi, a quibus causam habeat, deindeque per devolutionem, seu alio modo cessaverit, quoniam adhuc sufficit illa antiqua qualitas, ex qua resultat illa mala præsumptio, de qua infra. *Ibidem.*

Cum autem in hoc Decreto excipiantur non solum Reges, sed etiam illi Principes, ac Duces & Domini, qui jura regni in 5 suo dominio habent; hinc difficultas intrat in possessoribus feudorum, quæ vere Regalia sint, & dignitatis, quia nempe præter illud dominium, quod altum, seu altissimum dicitur, illamque superioritatem, quæ pro majori temporis parte habitualis, seu intellectualis, absque exercitio remanet, vulgo *suvranità* nuncupata, reliqua omnia regali etiam majora, seu primi ordinis transeunt in feudatarium, adeo ut circa jurisdictionem, ac imperium absoluti sint, nullumque alium habeant superiorem, eisque congruat Jurisfarum assumptum, ut tanram habeant ibi jurisdictionem, quantam habet Imperator in suo imperio; sive (quod magis est) si tale dominium non habeant, & possideant in eo puro ac vero allodio, per quod alter recognoscs non debitur nisi Deus, de facto tamen, atque communi æstimatione Baronum, seu Domicellorum potius, quam Principum jure censeantur, quia nempe minoris potentiæ sint, neque exercitium habeant, neque jus belli, & pacis cum aliis Principibus de facto exerceant; ista etenim, quamvis de stricta juris censura, abstracte, seu theorice, eadem jura regni, vel Imperii habeant, quæ habent alii consimiles feudatarii veræ dignitatis, eamdemque obtineant dignitatem, seu nuncupationem, adhuc tamen non veniunt sub nomine illorum Principum, & Ducum, ac aliorum, de quibus illud conciliare decretum loquitur: eodem modo quo non veniunt sub illis præeminentiis ac prærogativis, quæ hujusmodi Principibus per cerimoniale concedunrur; cum jus regni ad hos effectus proprie verificari dicatur in illa majori potentia, per quam de facto in supremorum Principum sphæra recenseantur, & quos in Italia vulgo Potentatus dicimus, non autem veniant alii inferioris ordinis, quamvis dominium sit in feudo, vel in allodio ejusdem qualitatis & naturæ, eadem jue jura regalia secum ferat. *Ead. tit. de fur. patr. disc. 1. & 2. & 58.*

Item circa hujusmodi potentiam, ob 6 quam illud conciliare decretum intret, attenditur origo, non autem status præsens, ideoque nil refert, quod de præsenti juspatronatus possideatur a persona potenti, si ad eam coasset ex successione vel alio titulo obvenisse a persona privata, de cujus legitima possessione constet, cum tunc persona potens ejus auctoris personam, ac jura repræsentare dicatur, ideoque privati jure potius censendus veniet; & e converso nil refert, quod ille, qui de præsenti possidet, sit persona privata, quamvis etiam pia, vel ecclesiastica, si causam habeat a potente, cujus personam ita repræsentare dicitur, nisi diuturna possessio, aliæque circumstantiæ accedant, ex quibus dici valeat purgata macula illius malæ præsumptionis, quæ in potentibus causa fuit hujus legis, ut in meis singulorum casuum annotationibus in hac materia jurispatronatus advertitur. *Ead. tit. disc. 5. & 6.*

Et quamvis alias dubitarum sit, an jurisdictionalis, vel communitativa qualitas, ex qua ista potentia resultat, in consideratione habenda sit, ubi agatur de beneficio sito in diœcesi, cujus Episcopus majorem jurisdictionem, majoremque potentiam habeat, quasi quod ita cessare dicatur legis ratio, verius tamen est, magisque recoptum, ut id non excuset. *Disc. 2. & 3. & 58.*

In sæcularibus tamen personis, vel com- 7 munitatibus ista potentia in consideratione habetur, secus autem in ecclesiasticis, non quidem accidentaliter, quia nempe Baro seu loci dominus, in ecclesiastico sta- 8 tu jure personali sit constitutus, sed quia dominium, seu jurisdictio, ratione Ecclesiæ, seu ecclesiasticæ jurisdictionis competat,

tat, adeo ut vere penes Ecclesiam residere dicatur ipsum dominium, cui annexum sit jusparronatus, persona vero Prælati habeat solum exercitium jurisdictionis ac imperii, cum in hac specie, dominorum potentiam coæqualem in loco habeatium æque ac domicelli, habeant illi Prælati. *Ead. disc. 58. & in aliis.*

Posita vero hac potentia, adeo ut ista 9 conciliaris lex possessori congruat; altera intrat difficultas; an jurispatronatus justificatio deducatur ex titulo explicito fundationis & dotationis; & tunc pariter jus commune incorrectum remanet, neque desuper ab ista Conciliari lege aliquid statutum est, nisi circa modum probationis hujusmodi explicitti tituli fundationis, & dotationis, per authentica scilicet documenta, seu per alias species probationis, alias tamen quam per testes, de quibus Concilium in hac materia confidere noluit, nisi quatenus illi deserviant pro documentorum adminiculo, seu corroboratione, quia nempe circa formam probantem aliquam pari valeant difficultatem, quæ per adminicula tollatur, juxta ea, quæ generaliter in probationum materia habentur, cum tali casu principale fundamentum, non in testibus, sed in documentis, consistere dicatur, secus autem, ubi casus esset conversus, pro facti qualitate, & circumstantiis prudenti arbitrio perlandis, ideoque non de facili certa & determinata regula generalis, cuicumque casui applicabilis desuper statui potest; cum verius videatur, ut ex singulorum casuum qualitate, & circumstantiis id pendeat. *Ex eisdem disc. 3. cum segq. & 58.*

Illud enim conciliare Decretum vere, ac 10 proprie illum casum percutit, in quo, ex sola antiqua possessione, jurispatronatus justificatio a porenti persona deducatur, ejusdemque Decreti ratio ex communi, receptoque sensu consistit in mala usurpationis præsumptione ratione potentiæ, ob quam ecclesiastici superiores contradicere ausi non sint, seu quod ob antiquiorum temporum qualitatem & circumstantias dissimulare, seu tolerare oportuerit; ac propterea, quando ad solam possessionem justificatio non restringatur, sed allegetur titulus explicitus fundationis, vel dorationis, ad cujus probationem publica producantur documenta, quæ tamen aliquo indigeant adminiculorum fomento, tunc nulla fuppetere videtur congrua ratio, ob quam, etiam ex testibus, aliisque argumentis, hæc suppletio fieri non valeat, illa attendendo argumenta seu adminicula, quæ in probatione jurispatronatus privatorum admittuntur, ut (ex. gr.) sunt infigita in aliquibus Ecclesiæ 11 partibus ab antiquo insculpta vel depicta, seu Ecclesiæ nuncupatio, vel denominatio, ac similia in ejus propria sede recensita. *Disc. 1. vid. & disc. 57. ead. tit.*

Ipsam quoque diuturnam possessionem capiendo tanquam unum ex adminiculis, cum leges discrete intelligendæ sint ad limites earum rationum, spectato fine, vel effectu per eas contemplato, non autem grammaticali, vel judaico more in solo sensu litteræ, præsertim si nunquam conserti consuevit tanquam liberum.

Ubi vero cessante dicta via, tituli explici- 12 ti fundationis, vel dorationis ex sola diuturna possessione, ista probatio desumatur, tunc proprie intrat ista forma rigorosa, quam Concilium desuper introduxit, super copulativo scilicet concursu duplicis probationis; primo nempe, immemorabilis bene probatæ cum suis requisitis; & secundo plurium præsentationum per authentica documenta, quæ effectum fortitæ sint, continuato spatio annorum quinquaginta, itaque duo requisita copulative desiderantur, adeo ut unum sine altero non sufficiat.

Quatenus igitur pertinet ad primum immemorabilis, quotidianam, nimiumque vulgarium est hodie, quomodo ea justificari debeat, cum tam occasione istius probationis, quam etiam in materia decimarum, ac in altera jurisdictionis, vel exemptionis, cum similibus, nil forte in Curia frequentius videatur, ut scilicet bene verificari debeant vulgaria requisita posita *per glossam in cap. 1. de præscript. in 6.* quæ sunt ut testes alias ad probandum habiles, subducto tempore pupillaris ætatis, ac altero litis, deponant de vita super pacifica observantia, & possessione per annos quadraginta, ac etiam de auditu ab eorum majoribus, necnon de fama publica, de qua positive ac principaliter, per articulum, seu capitulum separatum deponere debent, adeo ut non sufficiat illa depositio, quæ fiat super ista fama, seu publicitate, ac notorietate, quæ in fine cujuslibet articuli pro quodam consueto formulario per cancellicos adjici solet, quodque nunquam aliquod in contrarium gestum, dictum, vel auditum sit, adeo ut unus actus contrarius eam interrumpat, seu verius impediat, ne adesse dicatur.

Quamvis etenim vulgo aliud requisitum adjici soleat super auditu a majoribus, quod scilicet illi ab eorum majoribus audie-

dierint, attamen verius est id esse ad superabundantem probationem, non autem ad necessitatem.

Super istorum itaque requisitorum verificatione plures cadunt difficultates, vel quæstiones latius insinuatæ in meis annotationibus ad hanc materiam in judiciorum sede. *Sub tit. de judiciis agendo de præscriptione disc. 21.*

Primo nempe, circa testes, an sufficiet præsupposita illa idoneitate, quæ in quacumque alia materia indifferenti pro concludenti probatione necessaria est, ac etiam ad minus dicta ætas annorum quinquaginta quatuor ante motam litem, ut ita subducto tempore ætatis pupillaris, concluso remanere valeat quadragenaria, obstet necne qualitas vasallagii, vel civilitatis respective, quia nempe testes sint subditi illius Baronis, vel Domini temporalis, qui juspatronatus probare velit, vel cives illius loci, cujus universitas, vel communitas eandem faciat probationem; & quamvis non desint dubitantes, magis tamen receptum est, ut hæc exceptio non obstet, & probabiliter quidem, cuoniam cum agatur de facto, quod contingit in eo loco, non de facili, quam ejusdem loci incolis id innotescit, non autem exteris; est tamen qualitas, quæ aliqualiter de fide minuit, unde propterea nimium prodesse solet mixtura testium non subditorum, quamvis ejusdem loci sint, ut (ex. gr.) sunt clerici, aliique exempti, vel quod numerus, & qualitas, aliave adminicula, hanc suspicionem tollant; ideoque certa & determinata regula desuper statui non potest, sed desideranda est prudentia juncta cum integritate in judice, cujus arbitrio lex merito reposuit, quanta fides testibus adhibenda sit.

14 Super altero item requisito subductionis litis ac respective omnino pacifici status, quæstiones quoque cadunt, an & quæ lis, vel molestia, seu contradictio illum producat effectum impediendi immemorialis probationem; & quamvis pro generali juristarum stylo, non desit opinionum diversitas, probabilius pariter, magisque receptum est, ut ea lis, vel molestia, quam eventus calumniosam, vel injustam comprobet, quia nempe possessor jurispatronatus favorabilem rem judicium reportaverit, huic probationi non obstet, sed potius suffragetur, secus autem, ubi id non verificetur. *Eod. disc. 38. & in aliis eod. tit. de jur. patr.*

Prout controverti solet, an illæ protestationes, quæ pro aliquarum Episcopalium Curiarum stylo introductæ fuerunt, pro quadam cautela desumpta ex Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ stylo, quod scilicet Ordinarius instituendo præsentatum a patrono, in vim tamen præsentationis, non autem ex alio titulo, de ipso jure patronatus dubitative loquatur, quia nempe *præsentatum* appellet, sive clausulam præservativam adjiciat, *quod non exinde jus patronatus approbare intendat, quatenus de jure non competat*; atque licet pro eodem more dubitantes non desint, probabilius est, ut id obstare non debeat, cum sit protestatio contraria facto. *Eod. disc. 4.*

Super altero quoque requisito, quod non consistet de initio, quæstiones frequenter cadunt, quod scilicet super eodem jurepatronatus aliquod Apostolicum privilegium, vel Ordinarii, sive alterius ecclesiastici superioris concessionem aliquam adesse dignoscatur, an scilicet & quando id immemorabilis probationem destruat, vel impediat, & licet pariter non modica desuper opinionum diversitas habeatur, probabilius tamen est, magisque receptum, ut eatenus hujus tituli exillentia hanc probationem destruat, vel impediat, quatenus duo copulativæ accedant, primo nempe ejusdem tituli productio, pute, ac principaliter, ita ut per ipsum principalem, seu procuratorem, qui ad id expresium, vel præsumptum sufficiens mandatum habeat, dubium titulus ita productus sit, quod de jure denoter sestridionem ad illum tanquam unicum, sive tanquam meliorem. *De hoc puncto productionis sub tit. de Regul. disc. 47.*

Et secundo, ut idem titulus sit incompatibilis cum altero meliori, quem allegari posse, virtus immemorialis concedet, quia nempe privilegium, ad majorem alterius præsumpti tituli, ac possessionis firmitatem, & corroborationem, pro majori cautela obtineri potuerit, sive quod ad alium compatibilem effectum referri valeat, cum tota vis in compatibilitate consistat, sive in ærtatione. *Dec. 29. part. 7. rec. & 218. part. 6. & sæpius eod. tit. de jur. patr. disc. 2. & seqq.*

Atque hinc resultat, quod licet regula sit, ut immemorabilis per scripturas probari non possit, cum ita dari dicatur initium, quod illi oppositum est; adhuc tamen eadem probatio per illas scripturas fieri potest, quæ sint compatibiles, quia nempe in ipis ipsamet antiqua, & immemorabilis possessio enuncietur, vel canonizetur, adeo ut privilegium, non in ratione gratiæ, & privilegii, sed in ratione probativa deducatur; ideoque a facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis determinationem id recipit, neque de facili determinata regula generalis, cuicumque casui applicabilis, desuper statui potest. *Ibidem.*

Quod vero ad alterum requisitum plurium præsentationum, quæ continuato spatio ad minus annorum quinquaginta effectuatæ sint, atque per authentica documenta justificentur, cum aliquo forsan indiscreto rigore atque ad sensum literæ procedi solet, istudque requisitum frequentius hanc probationem impedire solet, quoniam receptum est, ut ipsæ institutiones, quamvis effectum fortitæ, ac univocæ, ad aliam titulum non referibles, ipsaque præsentationes enunciantes, ad id non sufficiant, nisi ipsæmet præsentationes per authentica documenta justificentur, excluta testium, vel alterius speciei probatione, quod alperum quidem videtur, quoniam cum præsentationes, quæ a patronis fiant, penes ipsos custodiendæ, & conservandæ non remaneant, sed in ipsius Ordinarii actis, ac processibus relinquantur, ita de facili inconvenitos dari potest, ut Ordinarius, vel alter officialis, ad hoc, ut beneficium libertatem obtineat, hujusmodi scripturas, quæ in sua potestate sunt, occultet, seu laceret, sive quod ex Cancellarii, vel Archivistæ negligentia pereant, quodque ita justertii indebite tollatur, ideoque circumspecte in hoc procedendum videtur, spectato sine habito per Concilium, ejusque intentionis substantiam attendendo, non autem judaico more, immorando in sola litera, cum id ex facti qualitate cum prudenti arbitrio regulando, decisionem recipiat, ut in meis hujus materiæ particularibus annotationibus advertitur. *Eod. tit. disc. 3. & seqq.*

Cadit etiam quæstio super earumdem præsentationum multiplicitate; seu pluralitate, an scilicet sufficiant duæ, quæ adeo diuturno tempore effectum fortitæ sint, ut dictum quinquagenarium spatium concludant, atque verior videtur affirmativa; unica vero non sufficit, quamvis idem tempus includat, cum in ea verificari non possit numerus pluralis in verbis a Concilio requisitus. *Ibidem.*

Effectuationis probatio vulgaris est, ut scilicet constet, quod per mortem præsentati, vacatio respective sequuta sit, cum id effectuationem denoter, quoties ejus possessio ad alium titulum non sit referibilis, majorque difficultas cadere solet super verificatione continuationis, an scilicet obstet alterius intermedia possessio, de cujus causa non constet, atque probabile videtur, ut bene justificatis extremis, quæ dictum spatium includant, hujus medii præsumptio admittenda sit, ita tamen, quod ista præsumptio non suffragetur in dicti temporis calculo, sed solum, ut ea suffragetur, ne præjudicialem interruptionem causet, quoniam aliud est, ut præsumptio non suffragetur ad probationem, aliud vero, ut ista præservet ab illa interruptione, quæ ipsam probationem impediat, vel destruat, cum in dubio præsumendum sit, ut ille intermedius possessor, de cujus possidendi titulo, vel causa non constat, vel eodem jure præsentantionis beneficium obtinuerit, vel ex Apostolica provisione, quæ cum explicita, vel etiam implicita jurispatronatus derogatione facta sit, ex regula quod Apostolicæ provisiones beneficii statum non immutant, nec alterant, nisi quoties positive tanquam de libero, atque cum positiva negatione jurispatronatus illas factas esse constet. *Eodem tit. sæpius.*

Hinc proinde, hujusmodi rigoribus stantibus, prudens cautela est patronotum, & singulorum processuum in qualibet vacatione, & institutione fiat instrumentum, vel sumptum authenticum penes se conservandum, cum, etiam quando Ordinarii sententia jurispatronatus expresse canonizativa habeatur; dubium ea sit, an illa sine actis suffragetur; atque regula est negativa, quoties temporis antiquitas, aliaque adminicula non suadeant limitationem, super cujus admissione non leves difficultates haberi solent. *Ibidem.*

An autem authenticorum documentorum nomine, per quæ Concilium præsentationes justificari debere præcipit, veniant solum instrumenta publica, vel sufficiant etiam scripturæ privatæ, quarum veritas sufficienter justificata sit, dubium est; istaque posterior pars verior, magisque recepta est, ut sufficiant etiam privatæ, cum frequentior Baronum & Magnatum stylus sit per eorum apochas in forma illatum literarum, quæ parentes vulgo dicuntur, hujusmodi præsentationes facere. *Ibidem.*

Cum autem frequenter contingat, ut omnium alicujus Ecclesiæ beneficiorum jus patronatus prætendator, ista vero rigorosa probatio, bene concluta remaneat respectu aliquorum, non autem aliorum beneficiorum; Dubitari contingit, an probatio bene facta quoad aliqua beneficia, suffragetur

getur quoad omnia, & quamvis regula sit negativa, super ptobationis extentione, non admittenda de casu ad casum, vel de ie ad rem; ea tamen limitari solet, quando causa universalis ita fuadeat, quia nempe allegatio tituli, quæ in vim immemorabilis tieri potest, percutiat ipsius Ecclesiæ fundationem, vel dotationem, unde propterea resultet causa universalis omnium beneficiorum; fortius autem si hæc allegatio, quæ ex virtute immemorabilis concedirur, aliud habeat extrinsecum adminiculorum fumentum pro facti qualitate, & circumstantiis, a quibus totum pendet, ideoque certam non recipit regulam. *Dict. disc. 3. & in Terracinen. jurispatronat. de quæ in supplemento cod. tit. in qua ista consideratio canonizata fuit.*

Quemadmodum autem præfata est causæ universalis allegatio, quoties ad unam, vel plures certas Ecclesias restringatur, ob fundationis, ac dotationis possibilitatem, ita e converso est nociva, ubi ea sit nimium universalis, pro omnibus scilicet alicujus loci, vel Dittionis beneficiis, ob nimiam improbabilitatem, quod ab eo omnes Ecclesiæ fundatæ, ac dotatæ sint, cum a nascentis seu primitivæ Ecclesiæ initio, Ecclesiæ jam fundatæ, ac dotatæ supponendæ sint, presuquam hujusmodi Baronum, ac Dominorum temporalium præsertim utilium & subditorum usus introductus esset, circa Ecclesias parochiales, quæ decimarum, ac parochialium jurium, & emolumentorum connaturalem, & quodammodo necessariam annexam dotem habeant; ubi enimim hæc adeo inverisimilis universalis possessio accedat, tunc privilegio potius ea referenda est, atque impedita remanere videtur illius præsumptæ, vel possibilis dotationis vel fundationis, quam in vim immemorabilis allegare licet. *In eadem Terracinen. in supplemento.*

Omnium autem præmissorum rigorosa probatio tunc necessaria est, quando de beneficii statu, cum Ordinario, vel cum
26 provisu tanquam de libero, contentio sit; secus autem, ubi Ordinario in causa non existente, non de jurispatronatus existentia, sed solum de permixtia contendatur, cum tunc inter ipsos compatronos nulla potentium, ac privatorum differentia cadat, neque deluper per Concilium juris communis dispositio alterata sit. *Dict. disc. 38. eod. tit.*

27 Altera est lex Conciliaris circa instituendi potestatem, ac modum; siquidem quoad institutionem ac præsentationem patronorum, nil de novo statuit, nisi quod præsentatio fieri debeat coram Ordinario, vel alio superiore, ad quem alias de jure beneficii collatio spectaret, ubi illud esset liberæ collationis, atque in hoc Concilium in nihilo alteravit dispositionem juris communis, seu legem particularem fundationis, aut aliam consuetudinariam, seu privilegiatam instituendi potestatem, de qua in propria jurispatronatus sede agitur, solumque illud decretum prodiit ad tollendos abusus, qui forsan irrepserant, ut præsentati non expectantes legitimam ecclesiastici superioris institutionem, in vim solius præsentationis in possessione beneficii, ac perceptione fructuum se intruderent, quod utique abusum manifestum continebat.

Siquidem institutio ex pluribus causis de jure necessaria est, primo nempe quia, ubi agitur præsertim de beneficiis in titulum laicali potestati concedenda, non est 28
institutio, nisi Sedis Apostolicæ speciale indultum accedat, quod tarum est, secundo, ne beneficia obtineantur per inhabiles, vel per indignos, ideoque per ecclesiasticum superiorem capacitas, tam circa litteraturam, quam circa mores investigetur, tertio, ne absque legitimo jurispatronatus ritulo in beneficiis liberæ collationis, sæculares & præsertim potentes se intrudant; quarto, ut ita non præjudicetur compatronis, vel aliis jus habentibus, unde propterea sequita vacatione factisque præsentationibus per aliquos, praxis inolevit assignandi edicta, pro jure, ac interesse aliorum, quoties de jurepatronatus privato agatur, cujus exercitium penes plures esse possit, quia nempe sit gentilitium, vel hæreditarium, aut penes unum de aliquo genere habentem certam qualitatem, quæ a pluribus ejusdem generis personis prætendi potest; secus autem, ubi competat ratione principatus, vel officii seu dignitatis, adeo ut notorium sit ad quem tantum privative competat, & quinto demum, ad effectum inspiciendi, an infra legitima tempora & juxta leges fundationis præsentatio fiat.

Adeoque verum est, ut in hac parte Concilium in nihilo alteraverit juris dispositionem, quod licet agatur de beneficiis habentibus annexam curam animarum, etiam de jurepatronatus Laicorum, cum exemption privilegio, atque cum institutione 29
a Prælato exempto, adhuc tamen approbatio ratione curæ pertineat ad Ordinarium, saltem jure delegatæ jurisdictionis, ut advertitur infra occasione providendi beneficia curata. Adhuc tamen sequuta Ordinarii approbatione, institutio facienda est per eum, ad quem alias ex lege fundationis, vel ex consuetudine, seu ex privilegio pertinet, quamvis esset inferior Prælatus, imo etiam persona ecclesiastica, absque jurisdictione, ac formali Prælatura. *Sub tit. de Paroch. disc. 37. & aliis ibidem.*

Ordinarii autem appellatione in hoc proposito venit Capitulum sede vacante, tam circa approbationem, quam circa institutio-
30 nem, quamvis in jure conferendi beneficia libera, vel etiam de jurepatronatus devoluta, in Episcopali jurisdictione non succedat, ut advertitur infra agendo de potestate Capituli sede vacante.

Illud autem, quod a Concilio de novo statuitur, consistit in examine per Episcopum faciendo, ejusque approbatione, in iis beneficiis, quæ formiter non sint de jure-
31 patronatus, sed ex privilegio, vel consuetudine ad alicujus universitatis, vel corporis, aut respective personæ ecclesiasticæ nominationem, vel electionem conferenda sint, quorum praxis nimium rara est in Italia, frequens autem in Hispania, præsertim in diœcesi Calagurritana, & frequentior in Germania penes illas præsertim universitates, vel academias, quarum plures ex diversis privilegiis ab hoc decreto exemptæ sunt; ideoque uniformis regula generalis non de facili desuper habetur, illæ liquidem provisiones, quæ in Italia ad Capitulorum, aliorumque corporum vel personarum ecclesiasticarum nominationem fiunt, ut plurimum sunt de perpetuis Vicariis illarum Ecclesiarum parochialium, quæ alicui Capitulo, vel Monasterio, seu dignitati unitæ sint, unde propterea ad præcipuum Constitutionis Pii Quinti provideri debeant ad nominationem ejus, cui rectoria, seu cura habitualis incumbat ratione unionis juxta ea, quæ inferius habentur agendo de modo providendi Ecclesias curatas.

32 Altera conciliaris provisio in his Decretis contenta, ad tollendos pariter abusus, qui deluper irrepserant, strictam continet prohibitionem patronis, ne in administratione temporali ac perceptione fructuum bonorum Ecclesiæ, vel beneficii de eorum jurepatronatus sit ingerant, sub pœna privationis sui juris, de qua ejusque praxi, vel respective executione in sua peculiari jurispatronatus sede habetur. *Eod. tit. de jurepatr. disc. 12. & in aliis.*

Cum nimium rara sit in foro ista pœna, ex quo in privatis patronis Episcopi, aliique

Ordinarii invigilant, ac non de facilitate permittunt; in Regibus autem, aliisque supremis Principibus, qui Regum jure regulantur, Apostolicæ concessiones, seu antiquæ consuetudines, directam frequentius normam præbent super jure administrandi, præsertim sede vacante.

Demum in hac jurispatronatus materia, ista lex conciliaris de novo statuit revo-
33 cationem omnium privilegiorum, quæ deluper a quadraginta annis citra concessa essent, aliorum antiquiorum revisionem demandando, ithaque revocatio innovativa est aliarum præcedentium, quas Innocentii Octavi, & Adriani sexti Constitutiones continent; eaque de illis privilegiis intelligenda est, quæ pure, ac simpliciter sint talia, adeo ut ex mera gratia absque alicujus causæ onerosæ mixtura concessa sint; secus autem ubi dicta mixtura causæ onerosæ accedat, quam vis præponderantia non adsit, cum illa, ex qua jurispatronatus natura metienda est, an ex gratia, vel justitia competat, non istum conciliaris revocationis effectum percutiat, sed alium diversum, exemptionis scilicet, vel respective subjectionis Apostolicis reservationibus, ac assectionibus, quibus subjacent beneficia de jurepatronatus laicorum, ex gratia, & privilegio, non autem subjacent illa ex fundatione, vel dotatione, quæ de justitia comperum; unde propterea quæstio cadit in casu mixto, qui de utroque extremo participet, quia nempe sit jurpatronatus ex privilegio Apostolico concesso, tamen ex aliqua causa onerosa, puta augmenti dotis, vel restaurationis Ecclesiæ, vel simili, an scilicet, & de qua qualitate hoc jurpatronatus participare dicatur ad dictum effectum subjectionis, vel respective exemptionis, quoniam licet apud antiquiores id sub non modica quæstione fuerit, attamen hodie materia plana est, ut scilicet præponderantia attendi debeat; si enim augmentum dotis sit inferius, quam antiqua Ecclesiæ, vel beneficii dos esset, tunc dicitur competere ex gratia, & privilegio, secus autem, si e converso superaret, ex regula, quod actio, vel qualitas desumitur a præponderanti, ea benignitate cum laicis adhibita, ut data æqualitate, quia nempe tantum importet antiqua dos, quantum augmentum illud præponderet, atque operetur, ut concessio potius ex justitia, quam ex gratia confeatur. *Eod. tit. disc. 10. & 65. & in aliis.*

Super antiquæ vero dotis regulatione ad 34
effectum merendi dictam præponderantiam, quæ-

quæstiones cadere solent super reddituum, ac emolumentorum qualitate, an scilicet, & quæ veniant in valore seu calculo, dubitandi ratione manante, ex beneficiali regula, ut in valore veniant solum certa, non autem incerta; id autem ad hunc effectum recipiendum non est, cum alia sit valoris regulatio, ad effectum satisfaciendi regulæ beneficiali, quæ in materia valoris habetur; aliud vero ad hunc effectum regulandi Ecclesiæ dotem, quæ sufficiens, & congrua, quinimo pinguis esse potest, ita bene providos habeat rectores, aliosque ministros, cum illis emolumentis, quæ licet de stricta juris censura certorum fructuum nomen non mereantur, neque naturam habeant ad prædictæ regulæ effectum, adhuc tamen ex eis resultat Ecclesiæ provisio, pro qua dos desideratur; & consequenter ad regulandam dotem pro isto effectu probabilius est, ut in consideratione habeti debeant, ut latius distinguendo in meis particularibus annotationibus super jurispatronatus materia advertitur; ibique etiam magis distincte agitur de ista conciliari revocatione, ac etiam de altera contenta in instauratis Innocentii Octavi, & Adriani Sexti revocatoriis Constitutionibus hujusmodi privilegiorum. *Eod. tit. disc. 10. & 65.*

DISCURSUS XII.

Ad eandem Sessionem 14. cap. 7.

SUMMARIUM.

1 *Agitur de clerico homicida pro dispensatione ab irregularitate, & incapacitate beneficiorum.*
2 *Quomodo dari soleat dispensatio ab irregularitate.*
3 *De declaratione super non incursu irregularitatis.*
4 *De incapacitate assequendi, vel retinendi beneficia ob homicidium.*
5 *Secus est in pensionibus ecclesiasticis.*
6 *An, & quando per homicidium, vel per bannum capitale incurratur privatio beneficiorum.*
7 *De privatione per sententiam contumacialem.*
8 *Quæritur per militiam amittantur beneficia, & pensiones.*
9 *Vera assequutione diffamatio obstat.*
10 *Etiamsi adsit sententia absolutoria, & quando.*
11 & 12 *Et quando Episcopus dispensare huic irregularitati.*
13 *An dispensetur subdito moranti extra suam diœcesim.*

De clerico homicida in præsenti Decreto agitur, tam ad effectum dispensationis ab irregularitate, quam etiam circa beneficiorum capacitatem, vel incapacitatem. 1

Quatenus ergo ad primam partem, super dispensatione irregularitatis pertinet, de ea in foro non agitur, quoniam, aut homicidium est occultum, & tunc id pertinet ad Pœnitentiariam; aut vero illud publicum est, & tunc illi non dispensatur nisi per Papam, per organum Datariæ vel Secretariæ Brevium, prævia tamen consultatione his Sacræ Congregationis Concilii, cui supplicatio remittitur, ideoque per eam examinantur delicti circumstantiæ, & an illud sit commiseratione dignum, necne, ponderando, an ex improviso, vel appensate, istoque secundo casu ponderantur circumstantiæ aggravantes, vel minuentes, præsertim diuturnitatis temporis, & majoris, vel minoris scandali in populis, cum similibus, cum præsupposito tamen quod certus sit irregularitatis incursus. 2

Ubi vero ille per homicidam negetur, puta quia sit casuale, vel ad necessitatem defensionem, idque ab Ordinario controvertatur, sive quod idem ejus conscientiæ magis consulere velit, aut pro tollendo omnem occasionem scandali in populo, tunc proceditur per viam interpretationis, seu declarationis, quod fertur cum distincta narratione casus, ejusque circumstantiarum, ipsa Sacra Congregatio consulitur an adsit, necne, incursus irregularitatis, ad sacrorum Canonum præscriptum, quorum vestigiis, absque alia innovatione, in hoc præpositive inhæret illud conciliare Decretum. 3

Quod vero ad aliam partem capacitatis, vel incapacitatis assequendi, vel retinendi beneficia ecclesiastica, distinctio est, an agatur de assequendis post homicidium, vel de iis, quæ prius jam obtenta erant, ac possidebantur; in primo enim casu, illud præstat inhabilitatem, eo modo quo præstant aliæ irregularitates, adeo ut, non prævia dispensatione, provisio invalida fit, sive Apostolica, sive Ordinaria esset, & consequenter passim dantur impetrationes ex ista causa contra eos, qui de facto illa obtinuerint. 4

Non tamen hæc incapacitas obstat pro assequutione pensionum ecclesiasticarum, quoniam ut in sua sede, ac alibi pluries advertitur, pensiones veræ, & propriæ non habent naturam beneficiorum, sed important quid mere temporale super fructibus, cum nullum jus tribuant in vel super Ecclesia, seu beneficio ejusque administratione, solumque ex quodam Curiæ stylo exigunt clericatum, atque redolent quoddam jus spiritualitati annexum, ut prohibita sit contractio earum substantiæ, non autem commoditatis mediante pecunia, vel alia re temporali impropriè, & per quandam similitudinem, intrantibus terminis simoniæ. *De hoc agitur sub tit. de pensionibus.* 5

Ubi vero agatur de beneficiis jam assequutis, adeo ut non intrent termini inhabilitatis, sed illi privationis; regula est, quod per homicidium privatio non incurritur, nisi talem habeat circumstantiam, ut in ejus casu per sacros Canones ita dispositum sit, ut (ex. gr.) quando adsit qualitas assassinii, & consequenter, multo minus admittitur pœnitio. *Tit. de benef. disc. 70. & 71.* 6

Idque verum, quamvis pro delicto sententia banni capitalis accesserit, quoties illa hanc privationem expresse non contineat, quoniam homicidium pro ejus qualitate, & circumstantiis aggravantibus, est quidem justa causa, ut judex contra homicidam inter alias pœnas, ad istam privationis beneficiorum quoque procedere valeat, sed si omittit, non resultat de jure privatio. *Sub tit. de pensionib. disc. 49.* 7

Quatenus vero ad eam procedatur per sententiam contumacialem, adhuc vacatio in pendulo est infra annum, intra quem locus est contumaciæ purgationi, eo autem elapso, vacare dicitur cum aliquibus declarationibus, de quibus in meis annotationibus in sua sede beneficiali. *Dicto discurs. 49. de pensionib. & de benef. 78.*

Quamvis etenim sola assumptio militiæ secularis, absque homicidio, vel cædis, adeo ut nulla incurratur irregularitas beneficiorum, ac pensionum amissionem causet, unde propterea a fortiori videatur, ut multo magis idem effectus resultare debeat ab homicidio voluntario, quod sine dubio inducit irregularitatem, cui quandoque ob ejus aggravantes circumstantias, nunquam dispensari solet; non tamen hæc argumentatio intrat, quoniam amissio pensionis, vel beneficii propter militiam, non provenit ratione irregularitatis, sed ratione cessantis clericatus, qui in beneficiis de jure, in pensionibus autem de stylo Curiæ est necessarius, quasi quod clericus in minoribus se adscribendo militiæ temporali, quæ omnino contraria est cœlesti seu spirituali, statum omnino incompatibilem assumendo, censeatur dimittere clericatum; ex cujus cessatione, de consequenti cessant beneficia, & pensiones, non exclusis tamen aliquibus limitationibus, vel declarationibus, de quibus in eisdem meis particularibus annotationibus in pensionum sede, præsertim vero ubi militia esset pro servitio Papæ, ac Sedis Apostolicæ, sive pro defensione patriæ obsessæ, aut adversus infideles, ut ibi latius. *Tit. de pension. disc. 46.* 8

Ubi vero in foro externo, ad effectum aliarum pœnarum corporalium, homicidium incertum sit, illius tamen diffamatio, seu vehemens suspicio habeatur, tunc id non præjudicat quidem beneficio ante delictum obtento, minusque alteri, quod postmodum vere obtentum sit, adeo ut impetrationem, vel collationem effectum non sortiti, redoleret pœnam formalem privationis, secus autem ubi agatur de repellendo a beneficio assequendo, cum tunc talia diffamatio reputetur justa causa, ut in concursu, in quo de jure communi, vel conciliari, vel particulari, beneficium digniori, magisque idoneo debitum sit, ipse diffamatus, quamvis alias dignior, negligi valeat, eique minus dignus, dummodo idoneus, præponatur, sive ut justam causam id præbeat denegandi institutionem illi, qui a patronis ad beneficium de jurepatronatus præsentatus fuerit. *Dicto disc. 70. & 71. de benef.* 9

Idque verum, quamvis de tali crimine inquisitus, sententiam reportaverit absolutoriam, quoties ista, ex defectu probationum, non autem ex capite innocentiæ prodierit; multo vero magis, ubi formenta sustinuerit, cum hæc aliquam majorem inducant diffamationem; ista etenim species inhabilitatis non provenit ab ipso delicto tanquam pœna, cum ad hunc effectum ejus concludens probatio requiratur, sed a diversa provenit ratione ut scandalum populo, ita non resultet; eademque distinctio intrat non solum in homicidio voluntario, sed etiam in simonia, vel adulterio, aliisve similibus criminibus, in quibus eadem urgeat ratio scandali. *Eadem disc. 70. & 71. de benef.* 10

In Episcopis autem aliisve locorum Ordinariis, indefinite, ubi de voluntario homicidio agatur, dispensandi potestas negatur, 11

tur, etiamsi de minoribus ordinibus, vel de simplicibus beneficiis obtinendis agatur, ideoque irregularem promovere prohibentur, quamvis occulta esset irregularitas; si tamen de facto promoveant, quamvis ipsi male agant, atque sint correctione digni, ipseque promotus ab exercitio ordinum suspendatur, adhuc tamen character ecclesiasticus pro exemptione fori laicalis (aliis requisitis concurrentibus) bene impressus est, dispensans autem in ea occulta irregularitate, quæ proveniat ab homicidio casuali, vel ab alterio ad defensionem, quod tamen tales habeat circumstantias, ut ad sacrorum Canonum præscriptum ab irregularitatis incursu non excuset.

12 Ista vero dispensatio pro ministeribus tantum ordinibus, ac pro simplicibus beneficiis prodiit, non autem, ultra se extendit, cum pro ordinibus majoribus, vel pro beneficiis curatis, seu pro canonicatibus in Cathedrali, vel in Collegiata, aliisque similibus, quibus simplicium vocabulum non congruit, Apostolica dispensatio necessaria sit, quæ in occultis per Tribunal Pœnitentiariæ conceditur, vel respective denegatur, pro delicti qualitate, cum eidem circumspectionibus, cum quibus in homicidio publico per Sacram Congregationem Concilii procedi solet.

13 An autem Episcopus concedat dispensationem proprio subdito extra ejus diœcesim, non derelicto domicilio mutanti, sub quæstione est, in qua probabilior videtur affirmativa. *Aliqua adfert Pignatelli consult. tom. 2. cons. 20. apud quem concordantes.*

DISCURSUS XIII.

Ad Sessionem 14. cap. 10. & 11.

SUMMARIUM.

1 *De incapacitate Regularium obtinendi beneficia secularia.*
2 *Sunt etiam incapaces pensionum super secularibus.*
3 *Etiam ignanter in Religionibus militaribus.*
4 *Declaratur de quibus militiis intelligatur.*
5 *An Canonici Regulares sint capaces.*
6 *Quid de professoribus Societatis Jesu.*
7 *Regularibus soles aliquando dispensari.*
8 *Regularia non nisi Regularibus debentur.*
9 *De sæculari retentione plurium Ecclesiarum Regularium.*
10 *De beneficiis, & dignitatibus Religionis Hierosolymitanæ quomodo conferantur.*
11 *Non professis in hac Religione solent reservari pensiones.*
12 *An hæc beneficia dictæ Religionis sint patrona, vel manualia.*
13 *Quare in aliis Regularibus non audiantur ipsæ quæstiones beneficiales.*

DIsponitur in his Decretis, ut Regulares, beneficiorum sæcularium, quamvis curatorum, incapaces omnino existant; regularia vero non conferantur, nisi iis, qui illius ordinis habitum jam susceperint, ac religiosi sint, sive habitum suscipere ac professionem emittere velint, eamque statutis temporibus emittant, unde propterea beneficiis propositis passim recepta prodiit, ut sæcularia sæcularibus, regularia regularibus conferenda sint, atque alias collatio invalida est, nisi Apostolica dispensatio accedat. *Sub tit. de benef. disc. 64. & de pension. disc. 44.* 1

Quinimo regularium incapacitas in beneficiis sæcularibus, ad pensiones etiam ecclesiasticas super iisdem extenditur, non solum pro assequutione in futurum post professionem, sed etiam pro retentione beneficiorum vel pensionum, quæ in statu sæculari legitime obtenta sint, ac possideantur, cum adhuc per professionem in Religione ipso jure vacatio beneficii, vel amissio pensionis resulteret, nisi accedat Apostolica dispensatio præventiva, seu quæ futuræ vacationi occurrat, illamque impediat, antiquum jus conservando, potius in ratione cessativa, quam præservativa, quod ad plures effectus nimium refert, ut in suis beneficiorum, ac pensionum peculiaribus sedibus advertitur. *Dict. disc. 44. de pension.* 2

Procedit autem hæc incapacitas regularium, respectu beneficiorum, vel pensionum sæcularium, ubi de illarum Religionum professoribus agatur, qui vere religiosi professi dicendi sunt, quia nempe prævio formali novitiatu, ad præscriptum hujus Tridentini Concilii, solemnis fiat professio, cum emissione trium essentialium votorum, quamvis Religio sit militaris, ut præsertim est illa S. Joannis Hierosolymitani, dum professio in ea eamdem producit incapacitatem, etiam respectu pensionum ecclesiasticarum super beneficiis sæcularibus, *ibidem*. Secus autem, ubi de illis agatur militaribus Religionibus, absque institutis, quamvis a Sede Apostolica approbatis, in quibus id non verificetur, quia nempe per quamdam speciem, seu imaginem professionis, etiam cum alicujus habitus particularis susceptione, quædam promissio obedientiæ, aliaumque virtutum fiat, ut (ex. gr.) est militia S. Stephani cum similibus, quoniam isti vere non sunt religiosi venientes sub clero regulari, ut plures in meis annotationibus advertitur. *Sub tit. de jurisd. disc. 92. & sub tit. de jurepat. disc. 20.* 3

4

In Canonicis autem regularibus adesse videtur quædam specialitas, ut servitio Ecclesiarum sæcularium curam animarum habentium addici valeant. *Plura desuper colligit Pignatel. consultat. comm. 44.* 5

Prout non circa novam assequutionem, sed circa retentionem eorum, quæ in statu sæculari jam obtinebantur, specialiter habetur in Societate Jesu, non obstante prima professione, cum emissione trium votorum, quoniam donec fiat professio magis solemnis, cum emissione quarti voti, per quam contrahitur omnimoda incapacitas, atque professus constituitur in statu regulari irretractabili, videtur esse in quodam statu medio, ob facilem revertionem ad sæculum, non quidem ex propria electione, liberaque voluntate, ut est in iis, qui adhuc novitiatum peragunt, sed ob libertatem superioris eos dimittendi. *Sub tit. de Regular. disc. 63. ubi concordantes, & infra disc. 35.* 6

Tam super retentione quam etiam (licet rarius) super nova assequutione, dispensari solent regulares in pensionibus ecclesiasticis super fructibus beneficiorum sæcularium, occurrendo, (ut dictum est) cessationi, quæ ex professione resultaret, nimium autem raro in beneficiis titulum collativum hæc dispensatio concedit. *Dict. disc. 44. de pension.* 7

8

Quo vero ad alteram partem, ut beneficia regularia non ferantur nisi actualibus regularibus ejusdem ordinis, vel saltem iis, qui Religionem ingredi atque habitum suscipere, ac professionem emittere parati sunt, exceptis illis Monasteriis regularibus, quæ Cardinalibus, ac prælatis ex Apostolica dispensatione, ipsorum beneficiorum natura non alterata, commendari solent; in Italia nullus videtur hujusmodi quæstionum casus, quoniam, ut in regularium annotationibus advertitur, omnes Religiones redactæ sunt ad formam Reipublicæ, ac sociativi regiminis omnium Monasteriorum, cum distributione prælaturarum ad tempus per circulum, adeo ut non

verificetur illa prælatura fixa Monasterium, qua singulariter ac independenter regantur, ut erat antiquitus, cum id solum in aliquibus Germaniæ, & Galliæ, aliarumque regionum ultra montes Monasteriis hodie praxis docear, & quorum occasione de isto requisito, seu capacitate in Rota, vel in Sacra Congregatione Consistoriali agi solet. *Sub tit. de jurisd. disc. 28. sub tit. de Regul. disc. 29. & 31.*

In Hispania vero antiquiori tempore, etiam in Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis aliisque Collegiatis, frequens erat usus Canonicorum regularium, qui tamen hodie minimum tarus remanet, cum ad instar ejus, quod prius in Italia practicatum est, pro majori parte illæ Ecclesiæ ad statum sæcularem redactæ fuerint. *Tit. de præmin. disc. 3. & seq.* 9

Et quamvis occasione Commendarum, ac dignitatum nempe Basilivatuum, & Priorat uum, vel Marescialatuum Hierosolymitanæ Religionis, frequentes quæstiones beneficiales audiri soleant, non tamen in eis ille punctus cadit, cum ex ejusdem Religionis stabilimentis in non professis certa sit sæcularium, vel novitiorum incapacitas, hujusmodi commendas, vel dignitates obtinendi; nisi Apostolica accedat dispensatio, quando Pontifex præveniendo ipsam Religionem, seu ejus Prælatos collatores hujusmodi beneficia confert, quandoque in titulum, & quandoque in commendam cum dispensatione dicti requisiti professionis. 10

In iis autem, quæ constituntur ab ipsa Religione, ejusque M. Magistro, & Consilio, non datur ille casus, excepto quibusdam commendis, quæ militibus devotionis causa concedi solent, cum hujusmodi collatio non pendeat ab arbitrio, seu libera facultate Religionis, sed fieri debeat (respectu commendarum) per ordinem antianitatis, cum pluribus requisitis, non solum professionis, sed etiam servitii militaris præstiti in caravanis, ac residentiæ conventualis, quodque non sit debitor ærarii, ac etiam, ubi alia jam obtineatur commenda, cum ejus residentia, & meliorazione; respectu vero dignitatum, cum ordine benemerentiæ, ut latius, magisque distincte advertitur in meis annotationibus beneficialibus. *Tit. de benef. disc. 68. & 69. & in aliis Melevitan. eodem tit. in supplemento.* Unde propterea cum non professis, qui tamen habitum susceperint, pensionum, vel aliquorum inferiorum beneficiorum de mensa ipsarum commendarum, seu dignitatum quæstiones quandoque audiri solent. *Tit. de pension. disc. 42.* 11

De hujus autem Religionis beneficiis, aut prælaturis frequenter in foro disceptatur, eo quia licet adhuc retineant qualitatem manualem, quæ regularibus beneficiis connaturalis est; attamen cum non ex gratia, sed ex justitia conferri soleant, ut supra, hinc proinde de facto perpetua sunt, neque amittuntur, nisi per optionem majorum.

In aliarum autem Religionum prælaturis, officiorum potius temporalium, quam beneficiorum termini cadere videntur, ideoque super eis summarie quæstiones audiuntur solum in Sac. Congregatione Regularium occasione electionis, quæ invalida prætendatur, sive malæ distributionis, aut remotionis infra tempus consuetum, ut in Regularium annotationibus habetur. *Sub tit. de Regular. pluries.*

DISCURSUS XIV.

Ad Sessionem 21. de Reform. cap. 1. & 2. & Sessionem 23. cap. 8. ac etiam Sess. 14. cap. 1. 2. & 3.

SUMMARIUM.

1 *Collatio ordinum est de rebus gravioribus.*
2 *Recensentur plures provisiones conciliares in materia.*
3 *Accedente licentia proprii Episcopi nulla cadit dubitatio.*
4 *Certum est, quod in aliena diœcesi illius diœcesis clericus ordines conferri non possunt.*
5 *Regulæ in aliena diœcesi conferri clericis diversæ diœcesis.*
6 *Quid de collatione facta a subdito proprio in diœcesi aliena.*
7 *De collatione in propria diœcesi clerico alieno accidentaliter subdito.*
8 *De subjectione accidentali ratione domicilii, vel beneficii, aut familiaritatis.*
9 *Potest quis esse civis plurium locorum, ac subditus plurium diœcesum.*
10 *De domicilio, quando bene contractum censeatur.*
11 *De qualitate originaria quando adsit.*
12 *De familiaritate.*
13 *De beneficio ad hunc effectum.*
14 *De subjectione clerici alieni de diœcesi occupata ab infidelibus.*
15 *De Episcopis habentibus sedem fixam in aliena diœcesi.*
16 *De contentione inter Episcopos vicinales de Sede vacante.*
17 *In locis inferiori Prælato subjectis, ad quem pertineat collatio ordinum.*
18 *Quid de Regularibus professis.*
19 *Episcopis titularibus interdicta est ordinatio etiam familiarium.*
20 *De Episcopis græcis.*
21 *De ratione ritus græci etiam in Italia, & frequentia exiguorum Episcoporum.*
22 *An dentur duo Episcopi in una Ecclesia.*
23 *Episcopus an sit Vicarius alterius Episcopi.*
24 *De quæstione præcedentiæ inter Episcopos titularem, & actualem.*
25 *De ætate, aliisque qualitatibus pro prima tonsura, & minoribus ordinibus, & de differentia inter tonsuram, & ordines.*
26 *De diligentiis adhibendis in prima tonsura.*
27 *De ætate pro ordinibus sacris.*
28 *De literatura ad id necessaria.*
29 *De temporibus ordinationum, & interstitiis.*
30 *Ordinum collatio debet fieri gratis, & de fraudibus, quæ desuper committuntur.*
31 *Ad sacros ordines non sit promotio sine titulo beneficii, vel patrimonii.*
32 *Beneficium hoc non potest resignari.*
33 *Quale ad hunc effectum dicatur beneficium.*
34 *Pensio Ecclesiastica etiam sufficit.*
35 *Quid de Cappellaniis manualibus, & servitoriis.*
36 *De patrimonio ejusque prohibita alienatione.*
37 *De fraudibus, quæ desuper committi solent.*
38 *Quando dicatur provisio sufficiens pro titulo.*
39 *De pœna Episcopi promoventis absque dicto titulo.*
40 *In quibus Regularibus iste titulus requiratur.*
41 *De panis Episcopi male promoventis.*
42 *De panis male promoti.*

CUm ordinum collatio, manuumque impositio, sit de gravioribus materiis, quæ in Ecclesia Catholica habeantur, dum ex hujus potestatis non bene regulato usu, majora sæpe inconvenientia resultent; hinc proinde Sacrum Concilium plures dare curavit provisiones, ob quarum diversitatem, pro congrua annotatione, & ne 1

unus casus cum altero confundatur, plures diversi casus distinguendi sunt: primo 2
scilicet, ubi agatur de Episcopo conferente ordines in aliena diœcesi personæ subditæ illi Diœcesano, in cujus diœcesi id agat, absque aliqua propria competentia: secundo de Episcopo conferente ordines, pariter in aliena diœcesi, personæ ejus non subditæ, non tamen subditæ illius Diœcesani, sed alterius: tertio ubi de collatione ordinum etiam in aliena diœcesi cum proprio subdito: quarto ubi de collatione ordinum in diœcesi propria, subdito alienæ, vel nullius diœcesis: quinto ubi de collatione ordinum personæ, de qua fit quæstio, an unius vel alterius diœcesis subdita sit: sexto in Episcopo titulari, nullam habente diœcesim, sive in Episcopo ritus græci: septimo ubi certa sit potestas conferendi, adeo ut nulla ex dictis difficultatibus cadat, sed ea sit super modo conferendi: & demum octavo super pœnis, quæ in præmissis casibus illicitis, injunctæ sint, tam ordinanti, quam ordinato respective.

In omnibus casibus, ut supra, inspectio cadit, quando collatio ordinum fiat absque 3
licentia, & commissione ejus, ad quem legitime pertineat illos conferre, vel alteri committere, ut conferat, quoniam ubi accedunt voluntas & potestas, tunc nulla cadit ratio dubitandi, ut literaliter supponitur in his Decretis conciliaribus, ac probat vulgare axioma, quod omnia nostra facimus, quibus nostram impertimur auctoritatem; quare de singulis agendo.

Quatenus pertinet ad primum, ille est casus indubitatus, cum contineat politivam duplicem turbationem, ac usurpationem 4
alienæ potestatis, & jurisdictionis, tam circa personam, quam circa territorium, ordinando scilicet clericum alienum, atque exercendo pontificalia in aliena diœcesi, quod generaliter etiam extra collationem ordinum, non dato legitimo titulo particulari, est prohibitum ex infinuatis supra *Disc. 6.*

Quoad secundum casum ordinationis non 5
subditi proprii in aliena diœcesi, cujus neque sit subditus ille, qui ordinatus est, puta quia Episcopus Tusculanus in diœcesi Albanen. ordinet subditum diœcesis Velitern.; & tunc respectu Episcopi Albanen. in cujus territorio id gestum est, quamvis ordinatio facta sit cum licentia Episcopi Velitern, illicite actum dicitur ob generalem prohibitionem, de qua *dicta disc. 6.* super exercitio pontificalium *Conc. Trid. cum Gall.*

in genere, non autem super collatione ordinum, cum in nihilo ei præjudicatum sit, atque de hoc pertineat ad superiorem personæ ordinatæ, cujus potestas turbata est, quatenus ejus licentia non accelerit.

Tertius est casus ordinationis factæ subditi proprii in diœcesi aliena, & tunc paritec 6
ex alia causa actus dici non potest illicitus, nisi ob usum pontificalium juxta præmissam generalem prohibitionem; unde præterea si ageretur de concessione primæ tonsuræ, quæ nullum exigit usum pontificalium, sed etiam in cubiculo, privato more, dari potest, si id cum proprio subdito fiat, una opinio credit, quod Diœcesanus conqueri non possit, cum in nihilo ejus jurisdictio turbari dicatur, super quo locus veritati relinquitur.

Quartus est ordinationis in propria diœ- 7
cesi subditi alieni, quoties ille dici non possit quoque subditus proprius, adeo ut practicati valeat cumulativa subjectio diversis respectibus; & tunc pariter planum est, quod actus sit illicitus, quoniam licet bene exerceantur pontificalia in proprio territorio, attamen male fit collatio ordinum subdito non proprio, cum non debeat unus pastor se ingerere in ovibus alieni ovilis, quæ alteri pastori commissæ sint.

Quare disputandi ratio cadit, quando præ- 8
tendatur subjectio accidentalis, etiam cum clerico alienæ diœcesis, puta quia esset quis originarius unius diœcesis, prætendatur autem effectus domiciliatus alterius, sive quod effectus sit subditus illius Episcopi, ratione familiaritatis, aut ratione beneficii, quod in ea diœcesi quæsierit; ista etenim sunt tria capita, ex quibus uni Diœcesano conceditur facultas conferendi ordines personæ, quæ naturaliter, ac inspecta origine, sit de diœcesi aliena.

Quemadmodum enim generaliter in pro- 9
phanis receptum est, ut quis retinere possit compatibiliter duplicem veram civilitatem, unam scilicet originariam, & alteram domiciliariam; *de præeminent. disc. 36. & seqq.* Ac etiam potest esse subditus plurium diversis respectibus, unius scilicet ratione originis, alterius vero ratione domicilii, & alterius ratione delicti vel contractus, ac etiam alterius ratione rei sitæ; *de jurisdict. disc. 57. & seqq. & de judic. disc. 3.* Ita potest esse subditus plurium Episcoporum ex dictis diversis respectibus, originis, domicilii, familiaritatis, & beneficii. *Plura colligunt Barbos. de Episcop. alleg. 4. & alii moderni Collectores passim.*

10 Verum quia ex his præcitatibus, fraus de-
ctis prohibitionibus de facili fieri solet; hinc
proinde nimium circumspecte procedendum
est in istorum requisitorum verificatione,
super qua frequentius cadunt quæstiones;
præfertim vero circa domicilium, quando
scilicet illud ad hunc effectum legitimæ
contractum dicatur, necne; atque super hoc
DD. nimium se involvere videntur cum
confusa opinionum varietate; aliis præcis-
se exigentibus decennalem habitationem;
aliis vero opinantibus, ut sola declaratio
animi sufficiat etiam sine lapsu temporis;
& aliis credentibus, ut neutrum sufficiat
sine aliis adminiculis facti, puta mediante
acquisitione bonorum stabilium, ac for-
mali apertura domus cum familia, tan-
quam vere in propria patria, ita vere sibi
constituta.

Verius autem videtur, ut ista sit quæ-
stio potius facti quam juris, ideoque apta
non sit certam recipere regulam generalem
cuicumque casui applicabilem, sed ejus de-
cisio pendeat ex facti qualitate, & circum-
stantiis, quoniam stant bene simul, ut quis
non solum per decem, sed etiam per vigin-
ti, & triginta annos, ac majus tempus in
loco moretur cum familia, & domo for-
mali, ac etiam cum acquisitione bonorum
stabilium, & tamen illius loci domiciliarius
non fiat, quia nempe ejus habitatio ibi fuc-
rit occasionalis, ex causa officii, vel mercatu-
ræ, aut alicujus muneris; & e converso ejus
habitatio non fuerit decennalis, sed tamen tà-
les accedant circumstantiæ, quod secum fe-
rant verum domicilium fixum. *De his agitur*
sub tit. de præmiis. disc. 65. & 57. & de Regal.
disc. 104. & de Canon. & Cap. disc. 21.

Idemque dicendum est circa originem,
11 quoniam licet de jure ad alios effectus pro-
phanos; præsertim honorificos, ista civilitas
non amittatur per habitationem, etiam
vere domiciliariam, quæ alibi sequatur,
quinimo sufficiat origo patris, atque in
plurium sententia, etiam illa avi, quamvis
ipse in patria domiciliaria natus esset; cla-
rius vero ubi parentum, ac majorum habita-
tio fuitlet occasionalis, cum tunc teneatur
civilitas originaria, perinde ac si vere, &
realiter sequuta esset. *Ibidem de matrimonio*
disc. 14. Adhuc tamen cum debita circumspe-
ctione procedendum est, ne sit color quæsi-
tus, atque sit talis origo remota, ut deferta
videatur; ideoque totum pendet ex circum-
stantiis facti.

Idemque quoad alterum subjectionis ca-
put, ratione familiaritatis, non solum ra-
12 tione temporis triennalis continui, sed etiam,
ut ea sit vera, & realis, cum copulativo con-
cursu duplicis requisiti, mentis scilicet, &
denris, de quibus requisitis frequentius in
foro agitur in materia beneficiali ad effectum
reservationis ratione familiaritatis Cardina-
lium, *de benef. disc. 11. & 11.* Adeo ut pa-
riter non sit color quæsitus, ac in fraudem,
quæ frequentius in hoc committi solet;
ideoque pariter ex facti circumstantiis deci-
sio pendet.

Et quoad beneficium, illud deber esse ve-
re residentiale cum annexione ordinis, vel
de præsita necessitate, vel saltem de morali, 13
puta quia sit provisus de Ecclesia parochia-
li, vel de canonicatu, alioque beneficio resi-
dentiali, & servitorio in Ecclesia Cathedra-
li, vel Collegiata, secus autem ubi (ut
quandoque practicari vidi) agatur de be-
neficio simplici, nullam præferente arcta-
tionem ordinum, & quod affectate ad hunc
effectum procurati solet, quamvis exigui
redditus, imo quandoque de novo erigi
juxta illam frequentem praxim, quam ha-
bemus in illis valde exiguis, ac pene idea-
libus beneficiis, quæ eriguntur, vel acqui-
rantur ad effectum gaudendi privilegio fo-
ri absque requisitis ab hoc Sacro Concilio
præscriptis, cum utrique ista species
beneficiorum ad id sufficere non debeat.
Barbos. *& alii ibidem*. Quinimo neque
altera residentialium, atque secum ferentium
arctationem, nisi quando sincere ob-
tineantur animo retinendi, cum frequens
praxis doceat, quod fraudulenter affecta-
ti solent pro hoc solo fine obtinendi or-
dines, qui parum digno a proprio Dioe-
cesano negentur, ut eis obtentis benefi-
cium dimittatur, atque ad propriam dioe-
cesim seu consuetum domicilium sem-
per animo retentum reverso fiat, ideo-
que totum pender ex facti circumstan-
tiis, neque desuper certa regula statui po-
test.

Circa quintum casum supra distinctum, 14
quod collatio fiat personæ, de qua sit quæ-
stio, an collatoris, vel alterius subdita sit,
ultra dictas species accidentalis subjectionis
in præcedenti casu recensitas, plures aliæ
species dari possunt, primo nempe in illis
personis, quæ nullam habeant actualem
Catholicam dioecesim, propriamque Catho-
licum Antistitem, quia nempe eorum origi-
naria dioecesis ab infidelibus, vel ab hæreticis
occupata sit, unde propterea ad hoc, ut ca-
tholice vivere valeant, in alienas dioeceses
Catholicas confugiant; tunc etenim de jure
efficiuntur subditi, ac Dioecesani illius dioe-
cesis, in qua se receperint, sed quoniam
post-

postquam se receperunt in una dioecesi, se
transferre solent in aliam, hinc proinde ca-
dere solet ista quæstio, an Antistes istius se-
cundæ illum ordinare valeat, sine licentia
ejus, cujus primo Dioecesanus effectus est,
idque pariter certum non recipit regulam,
sed ex facti qualitate, & circumstantiis de-
cisionem expectat, ut in jurisdictionalium
rerum annotationibus specialiter advertitur.
De jurisdict. disc. 32.

15 Secundo, ubi agatur de illis Episcopis qui
ex concessione Apostolica fixam sedem ha-
beant in aliena dioecesi, cum plena jurisdi-
ctione Episcopali, in aliqua Ecclesia, & cle-
ricis ibi inservientibus, unde propterea
oporteat assumere ad servitium, & ordina-
re personas, quæ naturaliter, atque inspecta
origine, sint subditæ Dioecesani, juxta alias
insinuatum exemplum Episcopi Fesulani in
Civitate Florentiæ, Archiepiscopi Nazareni
in Oppido Baroli dioecesis Tranen. & Cardina-
lis Protectoris Almæ domus Laurentanæ cum
similibus. *Eod. tit. de jurisd. disc. 20. & in ejus*
supplemento.

Tertio, ubi agatur de clericis alienæ dioe-
16 cesis, super quorum ordinatione contentio
sit inter duos Episcopos vicinos ob impedi-
mentum proprii Dioecesani, ut contingit Se-
de vacante in primo ejus anno, in quo per
istud Concilium interdicta est Capitulo, vel
ejus Vicario ista potestas, unde propterea
desuper obtineantur literæ Apostolicæ dire-
ctæ Episcopo vicinori, quod etiam post
annum sequi solet occasione dispensationis
interstitiorum, vel similis, cum Papa ejus-
que Dataria, vel Secretaria Brevium non
scribat Capitulo, vel ejus Vicario, unde
propterea quæstio cadit, quinam ut vicinior,
quod pariter facti quæstionem continet, cu-
jus decisio pendet a mensura distantiæ,
attendenda ab una Ecclesia ad alteram, non
autem a loco, de quo sit ille, qui ordina-
ri debeat, cum vicinitas sequatur a capite,
non autem a membris. *Eod. tit. de jurisdict.*
disc. 40.

17 Et quarto magis, ac frequentius, ubi per-
sonæ ordinandæ habeant Prælatum inferio-
rem cum Ordinaria spirituali, seu quasi
Episcopali jurisdictione, dictusque Prælatus
alteri Episcopo licentiam concedat ordinandi
proprium subditum, id autem impugnet Epi-
scopus in cujus dioecesi situs sit locus ha-
bens hunc inferiorem Prælatum, sive ille
qui sit vicinior, atque contendat id ad se per-
tinere, neque alteri per Prælatum inferiorem
committi posse.

In hoc autem distinctio est, aut agitur de
locis, vel Ecclesiis vere sitis in aliena dioecesi,
unde propterea inrret solum ratio, tam exem-
ptionis passivæ a Dioecesano, quam etiam ju-
risdictionis activæ prælati inferioris cum il-
lius loci clero, & populo, sive cum certo ge-
nere personarum; aut vero agatur de illis lo-
cis, quæ sint vere Nullius extra omnem dioe-
cesim, cum vero ac materiali territorio se-
parato, ranquam per speciem dioecesis illius
inferioris Prælati, qui verus Ordinarius cen-
sendus veniat juxta alias recensitas inferiorum
Prælatorum species.

In prima specie illorum inferiorum Præ- 18
latorum exemptorum vere existentium in-
tra fines alienæ dioecesis, distinctio est inter
sæculares, & regulares; ubi etenim agitur
de Regularibus professis, qui ad titulum Re-
ligionis, & pauperratis ad ordines promo-
venrur, tunc ad Superiores regulares pertinet
eligere Antistitem, a quo promoveri
debeant, quoniam ob plurimes insinuatam lau-
dabilem introductionem regiminis Religio-
nis ad formam Universitatis, vel Reipublicæ
cum crebris obedientiariis mutationibus Re-
ligiosorum de loco ad locum, ita Religiosi
professi de nulla certa dioecesi esse viden-
tur. Apud Barbos. *dict. alleg. 4. & alios Col-*
lectores passim.

Ubi vero agatur de illis, qui sint de cle-
ro, & populo sæculari, hodie ex his con-
ciliaribus Decretis, neglecta quavis ampla
exemptione, extra controversiam est, ut
hujusmodi inferioris Prælati istam non ha-
beant potestatem, quæ pertinet ad Ordina-
rium, seu Dioecesanum jure delegationis fa-
ctæ a Sacro Concilio Tridentino, adeo ut
nulla desuper dignoscatur differentia inter
exemptos, & non exemptos.

Ubi vero agatur de loco vere Nullius
cum territorio separato; in illis primis
temporibus post Concilii publicationem id
in ambiguo fuit, unde propterea per hanc
Sacram Congregationem provisionaliter Epi-
scopo vicinori commissum fuit, donec
punctum maturius decideretur, deindeque
aliquibus ex hujusmodi Prælatis instantibus,
pro eis proferirum resolutiones, ut
scilicet ipsis facultas competeret concedendi
literas dimissoriales cuicumque Catholico
Antistiti eis bene viso directas, eo
modo, quo cuilibet loci Ordinario licet;
aliqui vero id neglexerunt, unde propte-
rea diu in dicta provisione continuatum
est, eis vero moderno tempore idem po-
tentibus per Sacram Congregationem de-
negatum fuit, cum moderne Congrega-
tionis sensus videatur, ut etiam in his
Prælatis Nullius quoad ordinum collatio-
nem ista conciliaris dispositio procedat,

quod ad viciniorem Episcopum pertineat, ideoque observantia in hoc nimium conferre videtur. *De jurisdict. disc. 16.*

Sextus casus duplicem habet inspectionem, unam scilicet Episcoporum titularium, & alteram Episcoporum ritus Græci; in prima specie eautum est, ut nullatenus hæc facultas tribuatur Episcopo titu- 29
lari, adeo ut nulla in eis competentia inveniatur, non potest enim intrare illa origimia, minusque domicilii vel beneficii, cum Titularibus nullum ex his verificabile remaneat, quamvis aliquis de Ecclesia ab infidelibus occupata ad loca catholica veniat, ut catholice vivat, quoniam efficitur subditus illius diœcesis, ut supra insinuatur; unde propterea remaneret solus titulus familiaritatis, qui per hoc Decretum conciliare sublatus fuit, dum sub hoc prætextu plures committebantur fraudes atque multi, qui ob illiteraturam, vel ob vitam, & mores, alias justas causas per Ordinarium repellebantur, ita ordines assumebant.

De Episcopis autem ritus Græci in his Decretis non disponitur, nisi implicite sub nomine Titularium, quales aliquando esse solent illi, qui in Ecclesia Latina conversantur, est bene verum, quod adsint quoque illi, qui diœcesim actualem habent in illis partibus, in quibus eodem ritu retento, damnatoque schismate Græcorum, recognoscatur obedientia Papæ, ac unitas Ecclesiæ Romanæ; in Italiam vero venire solent, ibique aliquo tempore permanere, occasione certiorandi de statu Ecclesiæ, S. Congregationem de Propaganda Fide, atque aliquam subventionem ab ea obtinendi, sive etiam, quia in plerisque partibus præsertim in provinciis ultiusque Calabriæ, Lucaniæ, seu Basilicatæ & Hydrunti, plura adsunt oppida, vel castra Græcorum, vel Albanensium ritu Græco adhuc viventium cum clericis in sacris uxorem habentibus, qui ritu Græco ordinantur, ideoque licet subditi sint Episcopo Latino, in cujus diœcesi morantur, atque nonnisi de ejus licentia, & delegatione ad ordines promoveri possint, attamen eos recipere debent ab aliquo Episcopo Græco, eo quia diversa est forma collationis ordinum inter Ecclesiam Græcam, & Latinam. *De Regalibus disc. 60.*

Ideoque antiquiori tempore frequens erat usus ritus Græci in Italia, præsertim in 21
partibus respondentibus ad mare Adriaticum, vel Jonium ob dominationem Imperatoris Constantinopolitani, qua durante; istæ partes, vel regiones, in schismate Græcorum vivere coactæ fuerunt, sub obedientia Patriarchæ Constantinopolitani, qui plures Episcopatus erexit, unde provenit illud inconveniens, præsertim in Apulia, apud omnes alicujus admirationis, quod scilicet quilibet locus cum valde exiguo territorio sive diœcesi proprium habet Episcopum, adeo ut eis parochorum habentium usum pontificalium, titulus magis congruat, quod scilicet, postquam sequuta expulsione Græcorum per Normandos, istæ partes ad unitatem, ac obedientiam Ecclesiæ Romanæ redierunt, atque continuationem Episcopi Græci, ac etiam deputationem aliorum Episcopi ritus Latini, per aliquod tempus practicate oportuit, quod tamen moderni temporibus ab aula recessisse videtur. *De præmin. disc. 31 & seq. de hac materia, & de jurisdict. disc. 20.*

Id autem unitati Ecclesiæ Cathedralis non adversatur, quoniam licet regulariter non detur, nisi unus Ecclesiæ Cathedralis Epi- 22
scopus, ex ratione inconvenientis, ne una sponsa duos habeat viros, sive quod unum corpus duo habeat capita; attamen, quemadmodum compatibiliter (ut alibi infinuatur) plures Ecclesiæ materiales, sociativo quodam jure concurrere possunt ad effomandam unicam Cathedralem absque unitatis præjudicio. *De præem. disc. 2 cum pluribus seqq.* Ac etiam plures personæ materiales constituere possunt unicam personam formalem, seu intellectualem rectoris Ecclesiæ parochialis; ita pariter pro respectuum diversitate dari possunt in eadem Ecclesia Cathedrali, eademque diœcesi duo Episcopi, unus pro ritu Latino, & alter pro ritu Græco, *ibidem.* Vel quia dicta sociativo jure, istæ duæ personæ materiales pro meliori administratione Ecclesiæ habentis utrumque ritum, efforment unam intellectualem; vel, quia unus revera sit Episcopus, & Ecclesiæ sponsus, ille scilicet ritus Latini, alter vero adjutoris, ac vicarii partius partis gerat, qui in Episcopali ordine constitutus est pro exercitio pontificalium præfati ritus diversi, quod Episcopo latino non congruit.

Eo modo quo plures magni, & qualificati Præsules, præsertim in Germania, & quandoque etiam in Hispania, & in Italia retinent pro vicariis personas in Episcopali dignitate constitutas, præsertim Episcopos ti- 23
tulares, & quandoque etiam actuales, aliquam exiguam adjacentem diœcesim habentes, quod etiam in Italia per sacram Congregationem (licet raro) permitti solet; illique Epi-

scopi Adjutores vulgo præsertim in Germania appellantur, unde quando Archiepiscopatus titularem habeant, sive sint Episcopi antiquiores, oriri solent quæstiones præcedentiæ cum actualibus Episcopis suffraganeis illius Metropolitani, cui hunc famulatum præstant, ut in meis præeminentiarum rerum annotationibus habetur. 24
De præeminent. disc. 16.

Septimus est casus collationis ordinum, quæ citra omnem potestatis quæstionem, per Episcopum in propria diœcesi fiat proprio subdito diœcesano; & tunc intrat inspectio super modo tenendo, ut bene ista collatio sequatur, unde propterea per hæc decreta ad tollendos abusus, qui irrepserant, plures prodierunt provisiones; primo nempe, circa habilitatem personæ, ut scilicet ordines non conferantur, nisi personis habilibus ac dignis, non autem indigais, vel incapacibus ratione ætatis, vel ratione illiteraturæ, sive natalium, aut criminis, & irregularitatis juxta ordinum qualitatem.

Ubi enim agitur de prima tonsura ex communi, ac recepto sensu DD. sufficit ætas septem annorum, atque alia non de- 25
sideratur literatura, nisi quod saltem sciant scribere, neque ad hunc effectum obstat defectus natalium, vel irregularitatis, cum super eis Episcopus dispensat; idemque in quatuor minoribus ordinibus; in quibus tamen aliqua major ætas, non tamen certa, & præfinita, & aliqua major literatura super intelligentia linguæ latinæ, vel saltim quod adsit habilitas, ac aliqua honesta præparatio ad illam obtinendam.

Male autem agunt Episcopi, si criminosos & inquisitos ad hujusmodi etiam minores ordines, ac præsertim ad primam tonsuram promovent, unde propterea sæpe Congregatio Episcoporum, vel ista 26
Concilii prudenter injunxit, ut ad instar matrimonii publicationes in Ecclesia fieri debeant de promovendis ad primam tonsuram.

Diversum autem est in ordinibus sacris, pro quibus necessarii sunt legitimi natales, cisque Episcopus non dispensat, sed necessaria est dispensatio Apostolica, ac etiam 27
obstat irregularitas, ideoque irregulares ad eos promovendi non sunt, necnon præfinita est certa ætas, pro Subdiaconatu scilicet illa anni vigesimiprimi completi, adeo ut sufficiat attigisse unam diem anni vigesimisecundi, pro Diaconatu initium anni vigesimitertii, & pro Præsbyteratu initium anni vigesimiquinti; nisi accedat dispensatio Apostolica, quæ regulariter pro tredecim mensibus concedi solet, raro autem, & ex gratia speciali pro tempore majori.

Obstat quoque pro his ordinibus illiteratura, quæ speciem irregularitatis causat, ubi ad minus non habeatur notitia linguæ latinæ, quamvis per Concilium aliqua major literatura, saltim in Theologia morali, seu in casibus conscientiæ desiderari videatur, idque diversam habet praxim, pro diversis locorum moribus, seu etiam ex majori, vel minori Episcoporum zelo, & diligentia, in illis enim partibus, in quibus incolæ ingeniosi, ac studiosi sint, unde propterea literatorum copia habeatur, magis circumspecte, ac rigoroste procedi solet, atque sacri ordines non conferuntur, nisi bene versatis saltim in Theologia morali; in aliis vero, in quibus naturaliter incolæ sint grossolani, vel parum studiosi, ut præsertim est in Apulia, sive in parvis & obscuris locis, in quibus studiorum occasio non habeatur, tunc mediocris, ac talis qualis notitia linguæ latinæ reputatur magna literatura.

Aliud requisitum consistit in temporibus, quæ interstitia nuncupantur, siquidem prima tonsura, & quatuor minores ordines, quocumque tempore conferri possunt, cum ea differentia, quod prima tonsura (ut supradictum est,) nullum exigit usum pontificalium, sed quacumque die, & hora, etiam in camera, & privato more conferri potest; cum una opinio credat non esse ordinem, sed solum introductionem ad ordines, adscriptionem militiæ cœlesti; alii vero ordines conferri debent diebus festivis, inter Missæ solemnia, vel in ejus celebratione. 29

Pro ordinibus autem sacris statuta sunt certa anni tempora, extra quæ sine Apostolica dispensatione Episcopus ordinationes, quæ ita solemnes, ac publicæ dicuntur, tenere non potest, atque nonnisi unus ordo facere, uni eidemque personæ conferri potest, solaque potestas dispensandi, quæ Episcopo in his interstitiis conceditur, est circa illud spatium anni, quod ab hoc sacro Concilio præscribitur inter diaconatum & præsbyteratum, ac etiam promoti ad unum ordinem non debent ad alium sacrum promoveri, nisi prius in eo ministraverint, de facili autem, ista promotio per saltum hodie practicatur ob unicam facilitatem concessionis Apostolicæ dispensationis super his interstitiis, quodque in tribus diebus festivis omnes ordines obtineri possint.

Aliud

30 Aliud est præcipuum requisitum a sacro Concilio enixe desideratum, ut ordinum quorumcumque etiam minorum collatio gratis, & absque aliqua mercede etiam a sponte dantibus fieri debeat; verum hoc Decretum parum servatur, quoniam ultra munera & corruptelas, quibus improbi, ac simoniaci Episcopi nimium vacant; adhuc etiam publice, & sub specie licitæ rei, ex ordinationibus notabilia obrinent emolumenta sub nomine actorum judicialium, quæ facere oportear pro justificatione vitæ, ac morum, & legitimorum natalium, aliorumque requisitorum, & præsertim sufficientia beneficii, vel patrimonii, idque causa est, ut Episcopi cum tam magno abusu sint adeo faciles, & frequentes in ordinum collatione, ac etiam dictorum requisitorum verificationem frequentius cum exacta diligentia affectare solent pro notabilibus emolumentis actorum, quæ pro majori parte tendunt ad ipsorum Episcoporum utilitatem; vel quia Cancellarium locant pro annua, vel mensirua pensione; vel quia eorumdem emolumentorum quorum obtineant, reliqua dimissa Vicario, & Cancellario loco salarii, seu mercedis, & consequenter collationes ordinum, isto decreto non obstante, recenseri solent inter corpora reddituum, eodem modo quo recenseniur procurationes, ac alimenta visitationis, non obstantibus plerisque decretis, ac provisionibus sacræ Congregationis, quoniam punctum est circa observantiam, quoniam cum non facilis sit continuus subditorum recursus ad sacram Congregationem, atque magis forte expediet istas pati concussiones, quam recursuum incommoda & dispendia; hinc seculo remedio timoratæ conscientiæ, ac honestatis ipsorum Episcoporum, quorum plures qualificati Prælati exacte id servant, ista remedia non profuse.

Quartum est requisitum, ut ad sacros ordines promoveri non debeant nisi sufficienter provisi de Ecclesiastico beneficio, vel de patrimonio, ex quo decenter vivere valeant, ne alias cum ordinis clericalis dedecore mendicare cogantur, cum prohibitione resignationis hujusmodi beneficiorum, vel alienationis bonorum, ad quorum titulum promotio ad ordines facta sit.

32 Hinc ubi ad beneficii titulum id requisitum sit, ad istius decreti limites recepta est beneficialis conclusio, ut in hujusmodi beneficii resignatione, quamvis in manibus Papæ facta sit, specialis meutio hujus qualitatis fieri debeat, ac alias ea irrita censeatur, ut in sua beneficiali sede latius advertitur. *De benef. disc. 37.*

Quæstiones itaque in proposito cadere solent, quidnam sub nomine beneficii ad hunc effectum eadat, ut ad ejus titulum promotio fieri valeat; cumque Concilium patrimonio quoque contentetur, hinc pro- 33
inde verius, magisque receptum est, æquipollentem provisionem sufficere, quamvis in stricta juris censura, ecclesiastici beneficii nomen non comperat, ut illæ sunt capellaniæ, quibus utpote cum legitima auctoritate non erectis, beneficii nomen non congruit, sed potius legati pii, unde propterea regulæ beneficiales non intrant, quoniam sufficit, ut ejus titulis, quamvis prophanus perpetuus esset; sive ubi etiam de jus natura manualis, atque ad nutum amovibilis, adhuc tamen per accidens in ea persona perpetuus sit, quia nempe illi, ad quos amovere pertinet, id agere valide permittant. *Eodem tit. de benefic. disc. 97.*

Prout etiam ecclesiastica pensio cum legitima auctoritate reservata, ad id sufficiens reputatur. Barbos. *dict. all. 4. &* 34
alii communiter. Secus autem, ubi de in mere servitoriis, ac manualibus capellaniis, 35
vel muneribus agatur, in quibus nullus accedat titulus, qui hanc securitatem induceat. *Dict. disc. 97. de benef.*

Adhuc tamen in hac specie distinctio est, an de illa capellania, vel alio servitorio manuali munere agatur, qui famulatus speciem redoleat, ut in illis clericis contingit, qui ex alicujus Ecclesiæ administratorum deputatione illius servitio sub mensuro, aut anno, seu diurno stipendio adscribuntur, seu autem, ubi licet nullus specialis, vel personalis titulus accedat, attamen promovendus tale jus habeat, ut titulo æquipolleat, adeo ut illud servitium, etiam ex parte recipientis necessarium sit, neque libera competat dimittendi facultas, juxta frequentem praxim, non solum parochialium, sed etiam collegiatarum, & cathedralium, ad quarum servitium ex consuetudine cum numero præfinito, vel sine, loci cives, seu nationales, qui certas habeant qualitates, recipiuntur ad quamdam massam, seu participationem, ut in capitularium rerum fede, ac notis advertitur, *de Can. & cap. disc. 17. cum plur. seq.* Quoniam ad hujus servitii titulum, promotionem fieri posse receptum est, cum beneficio, vel titulatæ perpetuæ capellaniæ, spectato effectu, id æquipolleat. *Ibidem.*

Hu-

Hujusmodi autem provisione cessante, alia succedit, cujus frequentior est usus, 36
ad titulum patrimonii, temporalium scilicet bonorum, ac redditiuum, quorum alicnario, vel etiam obligatio interdicta est, spectato quoque effectu, ne scilicet exinde libera fructuum, vel redditurum perceptio impediatur, donec ipse clericus vivat, sive aliunde provisionem æquivalentem obtineat, spectato effectu, non autem verbali forma; atque si bona magni redditus desuper assignata sint, non in omnibus hæc alienandi, vel obligandi prohibitio urget, sed in ea rata, quæ congruæ sustentationi pro loci moribus adaptata sit, juxta declarationes, vel distinctiones, de quibus pro qualitate personarum in sede prohibitarum alienationum in meis annotationibus actum habetur. *De alienat. & contract. disc. 38.*

Fraudes autem desuper committi fre- 37
quens praxis docet, ut scilicet clericis ad ordines promoveri cupientibus, istamque non habentibus provisionem, a conjunctis, vel benevolis simulatæ fiant donationes bonorum, vel redditiuum, simulationis expressæ declaratione per diversam scripturam reportata; adhuc tamen, ubi effectus jam consummatus esset, adeo ut re non integra simulatio deregatur, in nulla ratione habenda est, atque præcedens conventio, vel declaratio donatorem non relevat, ob mixturam juris tertii, Episcopi scilicet promovendis, quem alias lex ad alimenta promoto suppeditanda obligat. Vel etiam ut ob secundarium jus vel interesse ipsius ordinis clericalis donatio firma remaneat; ad instar eorum, quæ in consimili prophana donatione habentur carnalis matrimonii contemplatione facta, ut hujusmodi occultæ, ac fraudulentæ conventiones, vel declarationes, seu etiam retrodonationes, quibus eadem congruæ ratio, pro infectis habeti debeant. *De donat. disc. 1. & seqq. & in specie disc. 11.*

Super redditus, vel emolumenti quanti- 38
tate, sive de beneficio, sive de patrimonio, aliave æq ipolleuti provisione agatur, certa regula desuper statui non potest, cum ex regionum, seu locorum diversa qualitate id pendeat, ratione majoris, vel minoris victualium affluentiæ, unde propterea ad congruam sustentationem major provisio necessaria sit, vel respective minor sufficiat, ideoque cujuslibet diœcesis legi diœcesanæ, vel Synodali, quatenus adsit, seu consuetudini deferendum est, cum non implicet, ut in eademmet diœcesi diversa sit taxa pro locorum, vel regionum diversitate, ubi præsertim de ampla diœcesi agatur, cum aliter esse soleat victualium valor, seu vivendi honoristcentior usus in Civitate, vel in conspicuis ac civilibus oppidis, quam in castris & pagis, ideoque prudenti Episcopi arbitrio id remissum est. *Dict. disc. 38. de alien. & contract.*

Quamvis autem, Episcopo alias male 39
provisum ordinanti, lex onus imponat suppeditandi ordinato alimenta; numquam tamen praxis id docet, quoniam pro frequentiori contingentia, promoti non remanent in duobus primis sacris ordinibus, sed assumunt sacerdotium, quod sufficientem provisionem ad victum præbere solet cum eleemolyna celebrationis missæ diurnæ. Adhuc tamen Episcopus male agit, atque correctione dignus est, sub hac licet probabili, ac frequentius comingibili spe provisionis, ad ordines sacros promovere, cum extra quæstionem sit, ut in minoribus hæc provisio non requiratur ob libertatem redeundi ad statum sæcularem, atque artibus, aliisque machanicis exercitiis pro victu comparando se abdicendi.

In clericis sæcularibus hæc procedunt, 40
ac etiam in illis Regularibus, qui licet verbaliter paupertatis votum emittunt, de facto tamen clericorum sæcularium more in privatis domibus proprio sumptu vivunt, unde propterea eadem congruit ratio (ut illi sunt clerici, qui servitio militarium Religionum addicti sunt, præsertim Hierosolymitanæ;) secus autem ubi de illis agatur Religionibus, in quibus intra claustra communis vita agatur, atque Religio de omnibus ad victum, & vestitum necessariis pro ejus instituto providcat, cum tunc ad titulum Religionis, ac paupertatis promotio fiat; itaque novæ professionis, quæ prioris convalidatoria sit, vim, ac speciem habere videtur. *Tit. de Regul. disc. 41.*

Demum ultima est inspectio super pœ- 41
nis, quæ ubi præmissa non serventur, tam Episcopo collatori, quam ipsis male promotis in his respective Decretis infernuur, præsertim ubi Episcopus in aliena diœcesi, vel respective in propria cum alieno subdito illud pontificale exerceat, quoniam præsertim sibi injuncta est pœna suspensionis; unde propterea quandoque disputare occasio dedit, an Metropolitanus, cujus subditus ordinatus fuerit, ad hujus pœnæ declarationem contra suffraganeum procedere valeat, ut in jurisdictionalium quæstionum annotationibus habetur; *supra allegatis.*

disc. 52. de jurisdict. Licet enim ut supra, quando promovet non bene provisos de sufficienti beneficio, vel patrimonio, teneatur ipse Episcopus promovere ad illis suppeditandum alimenta, attamen quia nimium raro, ac forte numquam id praestatur, ideirco ad alias poenas arbitrarias, Apostolica Sedes, vel Sacra Congregatio Episcoporum hujusmodi Episcopos male agentes condemnare solet ac debet.

Ipsis autem male promotis, quamvis male agatur, adhuc ordinum charactec imprimitur; verum injungitur poena suspensionis, ne in illis ordinibus ministrare valeant, ac alias ministrando irregularitatem incurrant, aliasque patiuntur poenas, de quibus frequenter apud consuetos Collectores, vel Morales habetur, cum de his raro in foro agatur, sed potius in Tribunali Poenitentiariae pro hujusmodi irregularitatis, vel suspensionis dispensatione, ideoque alia, quae desuper cadunt, apud dictos Collectores, vel Morales videri possunt.

DISCURSUS XV.

Ad Sessionem 21. de Reformat. cap. 3. Sess. 22. cap. 3. & Sess. 24. cap. 12.

SUMMARIUM.

1 *Expedit Ecclesiarum servitia, ut distributiones sint pingues.*
2 *Pro fructibus sufficit residentia sine servitio.*
3 *Secus in distributionibus, pro quibus requiritur servitium.*
4 *Quando infirmitas causet lucrum distributionum.*
5 *De aliis impedimentis pro lucro distributionum.*
6 *Quando exercitium curae animarum excusat.*
7 *De eodem, de quo num. 5.*
8 *De conclusione, quod distributiones massae grossae succedunt loco praebendae, quod declaratur.*
9 *De laudabili introductione reducendi omnia ad distributiones.*
10 *Iste casu facilius datur lucrum in absentia.*
11 *De differentia inter fructus, & distributiones pro lucro in absentia.*
12 *De alia differentia ad effectum regulae de valore.*
13 *Et circa pensiones Ecclesiasticas.*
14 *Et circa transmissionem inexactorum.*
15 *Circa decimas papales.*
16 *Non possunt absentibus condonari distributiones.*
17 *Quod servitium debeat esse in omnibus horis.*
18 *De injusta carceratione, an excuset pro lucro distributionum.*
19 *De aliis ad hanc materiam.*

IN istis Decretis pro Ecclesiarum Cathedralium, vel Collegiatarum meliori servitio, ac decentiori cultu, prudenter disponitur, quod ubi distributiones quotidianae tenues essent, adeo ut Canonicos, ac Beneficiatos, aliosque Ministros ad servitium non allicerent, quia nempe ob tenuitatem de facili negligantur, tunc tertia pars fructuum singularum praebendarum, cum debita proportione, ut aequalis, non autem inaequalis contributio sit, quotidianis distributionibus assignari debeat.

Ea etenim inter fructus, ac distributiones differentia est, quod pro fructuum adequutione, sola residentia sufficiat absque interesseniae, vel servitii necessitate; quinimo etiam praesentia, seu residentia ficta sufficit, quia nempe ex causa studiorum, vel pro Episcopi, seu Ecclesiae servitio, vel ex alia justa causa quis absit. *Sub tit. de Canon. & Capitul. disc. 12. cum seqq.* At etiam sine causa, donec ad ejusdem Concilii praescriptum, clericus non residens poena privationis fructuum, vel eorum partis mulctetur, eos obtinet, ut alibi in his annotationibus ad residentiae materiam advertitur.

In distributionibus autem quotidianis secus est, quoniam pro earum lucro, praecise interessentia, cum actuali servitio requiritur, neque illae causae, quae a residentia excusant, sufficiunt pro distributionibus, sive sint minutae, & vere quotidianae, sive reducantur ad massam grossam, ac distribuantur in fine anni, seu in aliis statutis temporibus, quoties distributio sit per puncios ratione servitii, quoniam tunc licet reducantur ad massam grossam, attamen dicuntur vere quotidianae, adinstar minutarum, etiam ad effectum Regulae de valore, ac etiam ad alterum, ut pensiones super eis non subsintineantur absque speciali mentione, ut in suis sedibus advertitur, *De pension. disc. 61.*

Ideoque pro frequentiori contingentia, sola causa infirmitatis excusat, atque fingit ipsa-

interessentiam, etiam ad effectum hujusmodi distributionum; quoties tamen ille, qui infirmitatis impedimentum habet, de tempore valetudinis residere, ac interesse solitus esset, adeo ut cessante hoc impedimento pro ejus consuetudine servitium praestiturus esset; secus autem in casu converso, quod non esset solitus, quoniam tunc non intrat ficta suppletio, istudque impedimentum non prodest, *de Canon. & Capitulo dicto disc. 12.*

Dantur etiam alii casus justi impedimenti, ob quod concedatur participatio distributionum praesertim massae grossae cum excusatione a punctaturis, pura quia extra chorum Canonicus poenitentiarius, vel alter, qui de mandato superioris, vel de consensu Capituli, pro majori Ecclesiae cultu, in confessionario assistat, seu alterius sacramenti ministrationi incumbat, etiam extra Ecclesiam, ut contingit in iis locis, in quibus consuetudo est, quod sacramentum Eucharistiae pro viatico ad infirmos deferatur, a sola Ecclesia Cathedrali, vel ab aliis Matrice, atque baculi & baldachini pro decentiori associatione deferantur a Canonicis, vel Beneficiatis, aut quod alias sacramentum associentur; sive quod iidem exeant a choro missam celebraturi in eadem Ecclesia pro commoditate populi, seu pro decentiori ejusdem Ecclesiae cultu, cum similibus impedimentis pro Ecclesiarum; ac locorum moribus.

Secus autem ubi non praestatur servitium, ut vacetur alteri muneri diverso; puta (ex. gr.) pro exercitio curae, & administratione sacramentorum in aliqua parochia, quam Canonicus ex Apostolica dispensatione sive in solam administrationem, ac manualem vicariam habeat, ut in plerisque locis contingit, quoniam ita consideratur tamquam duplex, ac diversus homo, neque servitium unius Ecclesiae operatur, ut illud alteri Ecclesiae praestari fingatur.

Quinimo etiam si agatur de exercitio curae annexae eidem Ecclesiae Cathedrali, vel Collegiatae, ubi Canonicatus annexam habeat vicariam cum ejus oneribus distincta a participatione massae distributionum ratione canonicae, quoniam tunc non poterit utrumque luctum facere, nisi ubi, (ut ex provisione Sacrae Congregationis frequenter practicatum vidi,) in congruam computetur participatio massae, cum tunc punctari non debeat. *De paroch. disc. 20.*

Sub quaestione autem est, an a punctaturis excusentur illi canonici, qui ad Sacri concilii praescriptum assoctantur Episcopum visitantem Civitatem, vel dioecesim; sive illi, qui pro Episcopi, vel ipsiusmet Ecclesiae servitio absint; nimium vero consuetudini in hoc deferendum est, sive Ecclesiarum, ipsorumque beneficiorum qualitati, & praesertim, an Canonicus habeat pinguem, seu honestam praebendam, unde propterea juxta illius conciliarii Decreti praesuppositum, distributiones sint potius modicae, ac a praebendis distinctae, vel potius, nullis, seu nimium modicis existentibus praebendis, totum canonicae emolumentum in participatione distributionum, praesertim massae grossae consistat, cum tunc ista species distributionum loco praebendae succedere videatur, ad hujusmodi effectus, non ramen ad alios, in quibus absentia dici quidem potest justa pro excusatione a residentia, non autem pro altera interessentiae. *In eisdem locis citatis.*

Quamvis etenim regula sit, quod in illis Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, in quibus nullae distinctae sint praebendae, sed totum reducatur ad massam grossam in fine anni, seu alias statutis temporibus distribuendam, hujusmodi distributio succedat loco praebendae, sine qua canonica stare non debet, ideoque tam ad istum effectum lucri in casu justae absentiae, puta causa studiorum vel simili, quam etiam ad effectum pensionum, quae reservantur, praebendarum naturam habeant, attamen id intelligitur, quando haec distributio non penderet a punctaturis ratione servitii, unde propterea sit quaedam species communionis, vel societatis, quam praebendae faciant inter se pro meliori oeconomica administratione; secus autem ubi participatio fit per punctaturas ratione servitii, quoniam tunc etiam, si nullae adsint praebendae, totumque emolumentum canonicae consistat in hujusmodi participatione, ipsaque massa constituatur, non solum ab iis emolumentis, quae obveniant ab anniversariis, aliisque divinis, sed etiam a redditibus bonorum stabilium antiquorum mensae capitularis, adhuc tamen distributionum quotidianarum in omnibus veram naturam habent, etiam ad effectum Regulae de valore, vel ad alios quoscumque, praeterquam ad illum, ut ipsae in consideratione habendae sint pro regulando dotem Ecclesiae, & ne illa indotata dici valeat, ad effectum juris-patronatus concessi ob augmentum dotis. *De his de jurepatr. disc. 10. dict. disc. 61. de pension. & in aliis locis cit.*

In

In plerisque etenim Ecclesiis, ut docet praxis Basilicarum, Patriarchalium, aliarumque Collegiatarum Urbis, ac etiam forte omnium Insignium Metropolitanarum, & Cathedralium Hispaniæ, & frequenter etiam in Italia, nimium laudabiliter, pro meliori Ecclesiarum cultu, & servitio, introductum est, ut abolito præbendarum usu, universus Ecclesiæ sive mensæ capitularis assis ponatur in massa, sub annua, vel menstrua distributione, per puncturas ratione servitii, adeo ut illi, qui in anno nullam præstant servitium, nullam habeant participationem, quoniam tunc pro veris distributionibus quotidianis habentur, ad omnes effectus. *Ibidem.*

10 Bene verum, quod isto casu, facilius ex causa studiorum, seu altera simili, ob quam Canonicus lucraretur fructus præbendæ, Sacra Congregatio indulgere solet participationem hujusmodi massæ in toto, vel in parte, pro Ecclesiarum seu locorum ipsius-que causæ qualitate.

Effectus, qui ex hac distinctione præbendarum, ac distributionum resultant, sunt 11 quamplures, & præsertim: Primo jam dictum, ut sola residentia vera, vel ficta sufficiat pro lucro fructuum præbendæ, non autem pro illo distributionum, pro quo necessaria est interessentia cum præstatione servitii, neque causæ excusantes a residentia excusant ab interessentia, nisi ubi agatur de infirmitate, vel de alia simili, ut supra.

Secundo ad effectum Regulæ de valore, & solutionis annatæ, quoniam distributiones quotidianæ, quamvis sint massæ grossæ ut supra, non computantur in valore, 12 *de benefic. discurs. 90. & dicto disc. 10. de percepte.*

Tertio circa reservationem, vel respective translationem pensionum ecclesiasticarum, quoniam pariter distributiones non veniunt in valore respectu reservationis, minusque veniunt in facultate transferendi, nisi specialis mentio fiat. *Dicto disc. 61. & in aliis de pension.* 13

Quarto potissimum, circa transmissionem ad hæredes, vel ad se ipsum, per mortem naturalem, & respective civilem, pro fructibus inexactis, quoniam ubi vere fructus sunt, (quales dicuntur illi, qui obtinentur ratione præbendæ) non transmittuntur, sed pertinent ad Ecclesiam, sive ad Cameram Apostolicam, pro locorum diversis moribus, vel Apostolicarum Constitutionum usu, ut in beneficiali sede advertitur, secus autem in distributionibus, 14 quæ transmittuntur, ex ea congrua ratione, quod istæ non important emolumentum, cum quo beneficiatus assimilatus usufructuario, ex legato, vel donatione foveat causam lucrativam, sed dicuntur præmium, vel salarium laboris, & servitii, unde propterea illarum lucrum perficitur singulis diebus ac horis, in quibus servitium præstatur, dilata solum solutione, vel exequutione pro majori commoditate. *Ibidem.*

Quinto eadem differentia dignoscitur de jure in decimis papalibus aliisque oneribus, 15 & contributionibus super fructibus beneficiorum, quoniam eis non subjacent distributiones, nisi in Apostolico diplomate alias disponatur, ut sequi solet, cum similibus differentiis, ex rationis identitate resultantibus.

Cumque Concilio cordi fuerit, ita distributiones impinguare pro meliori Ecclesiæ cultu & servitio, ad alliciendum ad interessentiam, ac actualem servitii præstationem, unde propterea nimium commendabilis reputatur enunciatus usus reducendi omnes præbendas, totumque mensæ capitularis ad formam distributionum; hinc proinde ab eodem Concilio bene provisum est, ut adeo rigorose solis interessentibus distributionum participatio concedenda sit, non autem illis, qui non inserviunt, ut id quod amittant non inservientes, accrescere debeat inservientibus, qui propterea cum hoc majori lucro ad servitium magis alliciantur, adeo ut neque volentes eas remittere, vel condonare possint non inservientibus; & merito quidem, quoniam, licet regula sit, quod quilibet est rei suæ moderator & arbiter, attamen id non conceditur, quando redundat interesse, vel præjudicium tertii, ut in præsenti sequi diceretur ob præjudicium Ecclesiæ, quæ ita cultu destituta remaneret ob hujusmodi reciprocam, ac vicissitudinariam urbanitatem, seu condonationem. *De Canon. & Capitula disc. 10. & seq.*

Quinimo cum idem Concilium decretum distributionum lucrum decernat pro integro servitio in omnibus horis canonicis, idcirco hac sacra Congregatio Concilii improbare consueverit illarum Ecclesiarum consuetudines excusantes Canonicos ab interessentia & servitio in aliquibus horis, dummodo excusatio sit generica & continua, adeo ut dari valeat casus, quod nullus Canonicus in illis intervenit, dum cessat mulcta punctaturæ; secus autem si fiat distributio per dies, vel hebdomadas; cum aliqua majori dispensatione, seu laxiori turno in aliquibus anni temporibus, quoniam id conceditur, atque in omnibus statutis horis inservire dicuntur, & huic conciliari decreto satisfaciunt interessendo in omnibus horis sibi assignatorum dierum, vel hebdomadarum cadentium sub ejus turno. *Eodem disc. 10. & 11. de Canon. & Capit.* 16

Inter causas autem, quæ infirmisti assimilatæ, justi impedimenti productivæ reputantur, etiam pro lucro distributionum, recenseri solet injusta carceratio vel detentio, quæ proprie sequi dicitur ad hunc effectum, quando de facto sequatur ex laicali potestate, sive etiam ex baronitorum, vel hostium detentione, adeo ut injustitia sit notoria, & incontrovertibilis, quæ tyrannidem importare censeatur, non de facili id admittendum venit; licet id certam non habeat regulam, cum diversimode sacra Congregatio pro facti qualitate responsere soleat: *Quandoque ob detectam innocentiam decrevit distributiones, & quandoque carceratæ alimenta ex distributionibus.* 17

Plurisque alios casus magis distincte recensent consueti Collectores; quamvis, ut supra in proœmio insinuatum est, certa 19 regula deluper statui non valeat cuicumque casui applicabilis, cum frequentius ex locorum moribus, ac singularum Ecclesiarum qualitate, vel singulorum casuum circumstantiis decidenda; quoniam possunt simul stare, ut in uno casu eadem populi multiplicitate, eademque distantia, vel itineris asperitate, aliisque causis accedentibus, id denegandum sit, ac in altero concedendum, eo quia diversi mores regionis, vel major, seu minor contiguæ parochialis majestas, vel decor, in uno casu permittant, & in alio prohibeant. *De his agitur sub tit. de Paroch. disc. 34. & 35.*

Quoties enim sola ratio excreti populi, vel incommoditatis itineris in aliquibus anni temporibus urgeat adhuc absque necessitate procedendi ad hanc dismembrationem, seu divisionem, quæ alienationem redolet, ideoque regulariter prohibita est, recte consuli potest cum destinatione unius, vel plurium inferiorum Ecclesiarum, quæ per territorium jam sparsæ sint, ac existant, vel denuo construantur, cum deputatione

4 *De circumstantiis prohibentibus divisionem.*
5 *Et e contra de illam exigentibus.*
6 *De novis erectionibus Cathedralium.*
7 *Quando præsertim erectio nova Cathedralis fieri debeat.*
8 *Et quandoque sit erectio Ecclesiæ Cathedralis in Metropolitanam.*
9 & 10. *De quæstionibus inter Ecclesiam matricem, & filialem.*

DISCURSUS XVI.

Ad Sessionem 21. cap. 4.

SUMMARIUM.

1 *Quid fecundum sit in parochialibus populo excrescente.*
2 *Quomodo ista materia decidi, seu regulari debeat.*
3 *Regulariter ist prohibita dismembratio, & quomodo potius providendum sit.*

POpulo excrescente, seu alias tractu temporis immutato rerum statu, adeo 1 ut unus rector, vel parochus, vel respective una Ecclesia parochialis universo populo non sufficiat, vel non congruat; tunc prudenter sacrum Concilium in hoc decreto providet, ut pro facti qualitate Ordinarius unum de duobus remediis adhibeat; vel felicem vicarios seu adjutores, ac etiam unam, vel plures Ecclesias adjutrices deputet, parochi & Ecclesiæ parochialis unitate non immutata, vel quod, prævia dismembratione partis populi, ac territorii, unam vel plures novas parochias erigat, quoties omnium opportuna provisio sit practicabilis.

In hoc autem certa regola generalis cuicumque casui adaptabilis utique statui non potest, ideoque manifestus error est illorum, qui cum aliquibus sacræ Congregationis declarationibus, vel cum Rotæ decisionibus, aut aliquorum Doctorum traditionibus, pro hujusmodi nova erectione facienda, vel deneganda, in sola litera procedunt; cum sit potius quæstio nudi facti, ex singulorum casuum particulari qualitate, ac individuis circumstantiis decidenda; quoniam possunt simul stare, ut in uno casu eadem populi multiplicitate, eademque distantia, vel itineris asperitate, aliisque causis accedentibus, id denegandum sit, ac in altero concedendum, eo quia diversi mores regionis, vel major, seu minor contiguæ parochialis majestas, vel decor, in uno casu permittant, & in alio prohibeant. *De his agitur sub tit. de Paroch. disc. 34. & 35.* 2

Quoties enim sola ratio excreti populi, vel incommoditatis itineris in aliquibus anni temporibus urgeat adhuc absque necessitate procedendi ad hanc dismembrationem, seu divisionem, quæ alienationem redolet, ideoque regulariter prohibita est, recte consuli potest cum destinatione unius, vel plurium inferiorum Ecclesiarum, quæ per territorium jam sparsæ sint, ac existant, vel denuo construantur, cum deputatione 3

In plerisque etenim Ecclesiis, ut docet praxis Basilicarum, Patriarchalium, aliarumque Collegiatarum Urbis, ac etiam forte omnium Insignium Metropolitanarum, & Cathedralium Hispaniæ, & frequenter etiam in Italia, nimium laudabiliter, pro meliori Ecclesiarum cultu, & servitio, introductum est, ut abolito præbendarum usu, universus Ecclesiæ sive mensæ capitularis assis ponatur in massa, sub annua, vel menstrua distributione, per puncturas ratione servitii, adeo ut illi, qui in anno nullam præstant servitium, nullam habeant participationem, quoniam tunc pro veris distributionibus quotidianis habentur, ad omnes effectus. *Ibidem.*

10 Bene verum, quod isto casu, facilius ex causa studiorum, seu altera simili, ob quam Canonicus lucraretur fructus præbendæ, Sacra Congregatio indulgere solet participationem hujusmodi massæ in toto, vel in parte, pro Ecclesiarum seu locorum ipsius-que causæ qualitate.

Effectus, qui ex hac distinctione præbendarum, ac distributionum resultant, sunt 11 quamplures, & præsertim: Primo jam dictum, ut sola residentia vera, vel ficta sufficiat pro lucro fructuum præbendæ, non autem pro illo distributionum, pro quo necessaria est interessentia cum præstatione servitii, neque causæ excusantes a residentia excusant ab interessentia, nisi ubi agatur de infirmitate, vel de alia simili, ut supra.

Secundo ad effectum Regulæ de valore, & solutionis annatæ, quoniam distributiones quotidianæ, quamvis sint massæ grossæ ut supra, non computantur in valore, 12 *de benefic. discurs. 90. & dicto disc. 10. de percepte.*

Tertio circa reservationem, vel respective translationem pensionum ecclesiasticarum, quoniam pariter distributiones non veniunt in valore respectu reservationis, minusque veniunt in facultate transferendi, nisi specialis mentio fiat. *Dicto disc. 61. & in aliis de pension.* 13

Quarto potissimum, circa transmissionem ad hæredes, vel ad se ipsum, per mortem naturalem, & respective civilem, pro fructibus inexactis, quoniam ubi vere fructus sunt, (quales dicuntur illi, qui obtinentur ratione præbendæ) non transmittuntur, sed pertinent ad Ecclesiam, sive ad Cameram Apostolicam, pro locorum diversis moribus, vel Apostolicarum Constitutionum usu, ut in beneficiali sede advertitur, secus autem in distributionibus, 14 quæ transmittuntur, ex ea congrua ratione, quod istæ non important emolumentum, cum quo beneficiatus assimilatus usufructuario, ex legato, vel donatione foveat causam lucrativam, sed dicuntur præmium, vel salarium laboris, & servitii, unde propterea illarum lucrum perficitur singulis diebus ac horis, in quibus servitium præstatur, dilata solum solutione, vel exequutione pro majori commoditate. *Ibidem.*

Quinto eadem differentia dignoscitur de jure in decimis papalibus aliisque oneribus, 15 & contributionibus super fructibus beneficiorum, quoniam eis non subjacent distributiones, nisi in Apostolico diplomate alias disponatur, ut sequi solet, cum similibus differentiis, ex rationis identitate resultantibus.

Cumque Concilio cordi fuerit, ita distributiones impinguare pro meliori Ecclesiæ cultu & servitio, ad alliciendum ad interessentiam, ac actualem servitii præstationem, unde propterea nimium commendabilis reputatur enunciatus usus reducendi omnes præbendas, totumque mensæ capitularis ad formam distributionum; hinc proinde ab eodem Concilio bene provisum est, ut adeo rigorose solis interessentibus distributionum participatio concedenda sit, non autem illis, qui non inserviunt, ut id quod amittant non inservientes, accrescere debeat inservientibus, qui propterea cum hoc majori lucro ad servitium magis alliciantur, adeo ut neque volentes eas remittere, vel condonare possint non inservientibus; & merito quidem, quoniam, licet regula sit, quod quilibet est rei suæ moderator & arbiter, attamen id non conceditur, quando redundat interesse, vel præjudicium tertii, ut in præsenti sequi diceretur ob præjudicium Ecclesiæ, quæ ita cultu destituta remaneret ob hujusmodi reciprocam, ac vicissitudinariam urbanitatem, seu condonationem. *De Canon. & Capitula disc. 10. & seq.*

Quinimo cum idem Concilium decretum distributionum lucrum decernat pro integro servitio in omnibus horis canonicis, idcirco hac sacra Congregatio Concilii improbare consueverit illarum Ecclesiarum consuetudines excusantes Canonicos ab interessentia & servitio in aliquibus horis, dummodo excusatio sit generica & continua, adeo ut dari valeat casus, quod nullus Canonicus in illis intervenit, dum cessat mulcta punctaturæ; secus autem si fiat distributio per dies, vel hebdomadas; cum aliqua majori dispensatione, seu laxiori turno in aliquibus anni temporibus, quoniam id conceditur, atque in omnibus statutis horis inservire dicuntur, & huic conciliari decreto satisfaciunt interessendo in omnibus horis sibi assignatorum dierum, vel hebdomadarum cadentium sub ejus turno. *Eodem disc. 10. & 11. de Canon. & Capit.* 16

Inter causas autem, quæ infirmisti assimilatæ, justi impedimenti productivæ reputantur, etiam pro lucro distributionum, recenseri solet injusta carceratio vel detentio, quæ proprie sequi dicitur ad hunc effectum, quando de facto sequatur ex laicali potestate, sive etiam ex baronitorum, vel hostium detentione, adeo ut injustitia sit notoria, & incontrovertibilis, quæ tyrannidem importare censeatur, non de facili id admittendum venit; licet id certam non habeat regulam, cum diversimode sacra Congregatio pro facti qualitate responsere soleat: *Quandoque ob detectam innocentiam decrevit distributiones, & quandoque carceratæ alimenta ex distributionibus.* 17

Plurisque alios casus magis distincte recensent consueti Collectores; quamvis, ut supra in proœmio insinuatum est, certa 19 regula deluper statui non valeat cuicumque casui applicabilis, cum frequentius ex locorum moribus, ac singularum Ecclesiarum qualitate, vel singulorum casuum circumstantiis decidenda; quoniam possunt simul stare, ut in uno casu eadem populi multiplicitate, eademque distantia, vel itineris asperitate, aliisque causis accedentibus, id denegandum sit, ac in altero concedendum, eo quia diversi mores regionis, vel major, seu minor contiguæ parochialis majestas, vel decor, in uno casu permittant, & in alio prohibeant. *De his agitur sub tit. de Paroch. disc. 34. & 35.*

Quoties enim sola ratio excreti populi, vel incommoditatis itineris in aliquibus anni temporibus urgeat adhuc absque necessitate procedendi ad hanc dismembrationem, seu divisionem, quæ alienationem redolet, ideoque regulariter prohibita est, recte consuli potest cum destinatione unius, vel plurium inferiorum Ecclesiarum, quæ per territorium jam sparsæ sint, ac existant, vel denuo construantur, cum deputatione

4 *De circumstantiis prohibentibus divisionem.*
5 *Et e contra de illam exigentibus.*
6 *De novis erectionibus Cathedralium.*
7 *Quando præsertim erectio nova Cathedralis fieri debeat.*
8 *Et quandoque sit erectio Ecclesiæ Cathedralis in Metropolitanam.*
9 & 10. *De quæstionibus inter Ecclesiam matricem, & filialem.*

DISCURSUS XVI.

Ad Sessionem 21. cap. 4.

SUMMARIUM.

1 *Quid fecundum sit in parochialibus populo excrescente.*
2 *Quomodo ista materia decidi, seu regulari debeat.*
3 *Regulariter ist prohibita dismembratio, & quomodo potius providendum sit.*

POpulo excrescente, seu alias tractu temporis immutato rerum statu, adeo 1 ut unus rector, vel parochus, vel respective una Ecclesia parochialis universo populo non sufficiat, vel non congruat; tunc prudenter sacrum Concilium in hoc decreto providet, ut pro facti qualitate Ordinarius unum de duobus remediis adhibeat; vel felicem vicarios seu adjutores, ac etiam unam, vel plures Ecclesias adjutrices deputet, parochi & Ecclesiæ parochialis unitate non immutata, vel quod, prævia dismembratione partis populi, ac territorii, unam vel plures novas parochias erigat, quoties omnium opportuna provisio sit practicabilis.

In hoc autem certa regola generalis cuicumque casui adaptabilis utique statui non potest, ideoque manifestus error est illorum, qui cum aliquibus sacræ Congregationis declarationibus, vel cum Rotæ decisionibus, aut aliquorum Doctorum traditionibus, pro hujusmodi nova erectione facienda, vel deneganda, in sola litera procedunt; cum sit potius quæstio nudi facti, ex singulorum casuum particulari qualitate, ac individuis circumstantiis decidenda; quoniam possunt simul stare, ut in uno casu eadem populi multiplicitate, eademque distantia, vel itineris asperitate, aliisque causis accedentibus, id denegandum sit, ac in altero concedendum, eo quia diversi mores regionis, vel major, seu minor contiguæ parochialis majestas, vel decor, in uno casu permittant, & in alio prohibeant. *De his agitur sub tit. de Paroch. disc. 34. & 35.* 2

Quoties enim sola ratio excreti populi, vel incommoditatis itineris in aliquibus anni temporibus urgeat adhuc absque necessitate procedendi ad hanc dismembrationem, seu divisionem, quæ alienationem redolet, ideoque regulariter prohibita est, recte consuli potest cum destinatione unius, vel plurium inferiorum Ecclesiarum, quæ per territorium jam sparsæ sint, ac existant, vel denuo construantur, cum deputatione 3

tationæ vicariorum, seu coadjutorum, ut ita commodior sacramentorum, aliorumque divinorum administratio, præsertim infimis, ac aliis respective sequi valeat, non diminuta Ecclesiæ parochialis unitate, ac majestate tam circa numerum clericorum, & interventium, quam circa populi majorem concursum, in aliquibus præsertim majoribus anni solemnitatibus, dum cum prætacto remedio recte consulvum remanet, idemque obtinetur finis, vel resultat effectus. *Ibidem.*

Multoties etenim Ecclesiæ parochiales, ob populi & cleri copiam (ut plurium locorum praxis docet) collegiarum etiam insignium figuram faciunt, quia nempe clerici naturales, seu patrimoniales, loci ejus servitio, ac missæ adscripti, quamdam Capituli speciem constituunt, seu figuram faciunt, cum diurnæ missæ conventualis, aliorumque divinorum celebratione, ac etiam statutis diebus cum missa solemni, & cum concionibus in Adventu & Quadragesima, magisque exacto doctrinæ christianæ, aliarumque spiritualium rerum exercitio, quæ omnia cum hac scissura cessarent, vel diminutionem paterentur; sive ubi ea jam talis populi & cleri copia sit, ut in utraque antiqua & nova Ecclesia, pariformiter eædem functiones continuati valeant, atque emolumenta talia sint, ut omnium congrua provisio adsit; adhuc tamen quandoque non expedit, quoniam frequens experientia docet, quod hujusmodi Ecclesiarum parochialium duplicitas, scissuras ac factionarios æmulationes inter utriusque clerum & populum respective causare solet. *Ibidem.*

E converso autem, ob aliquarum regionum, vel contratarum ejusdem parochiæ antipatias; vel quia una pars æmula alterius, in qua ipsa parochia sita sit, illam subjectionem ægre ferat, unde propterea resultent incouvenientia, quibus cum adjutricis Ecclesiæ, seu vicariorum & coadjutorum deputatione consultum non sit; ad hanc divisionem procedendum est, adeo ut in uno casu, in quo major populi numerus, majorque territorii amplitudo adsit, divisio facienda non sit, in altero autem expediat; & consequenter prudenti, benequeregulato arbitrio totum committum est. *Ibidem.*

Adinstar eorum, quæ cum debita proportione (a majoribus minora regulando) habemus in novis cathedraliis, ac diœcesium erectionibus; cum antiquarum dismembratione, statuta *in Extravag. Salvator*, atque frequenter in forma potius extrajudiciali, & consultiva, disputari, ac examinari solent in sacra Congregatione consistoriali; quamvis enim generales regulæ sint, ad ejusdem Extravagantis præscriptum, aliorumque antiquorum Canonum sensum, a quibus istud conciliare decerum quoque derivat, ut quando diœcesis amplitudo ea causet inconvenientia, quod oves faciem pastoris non de facili videant, neque pastor omnes oves frequenter recognoscere, ac personaliter visitare valeat, talisque sit provisio, & qualitas respective, ut antiquæ Ecclesiæ majestas non vilescat, atque novam debiram, ac proportionatam majestatem habere valeat, ad hujusmodi dismembrationes, novasque erectiones deveniri debeat; unde propterea pluries contigit, ut ex una diœcesi quamplures constituræ sint, ita temporum aliarumque contingentium necessitate, vel opportunitate exigente; attamen non omnium locorum vel regionum eadem est regula, quoniam frequenter praxis docet, quod in una regione non congruit diœcesim quantumvis amplam dividere, quia sic illius regionis mores exigant; in altera vero, etiam in uno loco, & absque alia diœcesi, Cathedralem erigi, atque Episcopum deputari non incongruum reputetur, quia nempe adjacentium Cathedralium eadem pene conditio sit, ut in aliquibus Italiæ partibus praxis docet, ideoque magna differentia est, ubi citra vel ultra montes de his agatur. *Tit. de præeminentiis. disc. 6. & in ejus suppl.*

Potissime autem, præsertim in Italia, inspici solet ea congrua ratio, quæ per dictam Extravagantem, & antiquiores Canones non de facili cognita est, ubi scilicet melior Ecclesiæ administratio, melioraque animarum cura ita exigat, quoties scilicet de illis locis agatur, quæ cum territorio separato quod *Nullius* dicitur, sub inferioris Prælati omnimoda, ac plenaria quasi Episcopali jurisdictione sint; id etenim promea experientia, ut alias insinuatum est, parum commendabile videtur, ideoque, quando loci qualitas congruave provisio ita permittant; opportunum videtur Episcopum ibi deputare, sive (ut ad materiam unionum insinuarum est) illam Ecclesiam Cathedralis titulo, ac Oppidum, seu locum Civitatis prærogativa, decorare, eodemque contextu, cum alia adjacenti Cathedrali æque principaliter unire, ut ita utriusque unus sit Episcopus, cum meliori earumdem Ecclesiarum, ac populorum regimine, ita quoque diriminendo frequentes scandalosas controversias, quæ inter vicinores Episcopos, ac hujusmodi inferiores Prælatos vigere solent; ideoque totum pender ex locorum moribus, aliisque factis circumstantiis absque eo quod certa regula generalis desuper statui valeat, cum ex prudentialibus potius, quam legalibus regulis, ac principiis hujusmodi quæstionum decisio pendeat.

Unde propterea quandoque praxis docuit, quod ad dirimendas scandalosas lites inter inferiores Prælatos, & Episcopos, istud remedium adhibitum est; & quandoque etiam ad tollendas pariter scandalosas lites ob populorum, præsertim æmulationem, vel antipatiam inter aliquem Metropolitanum, & suffraganeum de exemptione concedentem, ipsa Ecclesia Cathedralis, de cujus subjectione, vel respective exemptione quæstio erat, in Metropolitanam quamvis cum brevi diœcesi, ac sine provincia, per quamdam speciem Archiepiscopatus titularis, ac honorifici erecta est, dum id in Italia non incongruit, cum aliæ adsint Ecclesiæ Metropolitanæ, quæ ultra montes, vix exiguæ, ac infimæ classis Cathedralem constituerent: ita regionum moribus exigentibus, ut quod in uno loco licitum est, illicitum atque incongruum reputetur in altero. *Eod. tit. de præeminent. disc. 1. 2. & 6.*

Posita vero, ad præscriptum hujus decreti, novæ parochiæ erectione, unde propterea resultat alias insinuatus titulus seu vocabulum, quod antiqua matrix, moderna vero filia seu filialis appellatur; inter istas exoriri solent præeminentiales quæstiones, & quandoque etiam bursales, præsertim vero super jure decimandi, aliisque jutibus, illo præsertim funerandi, quod pariter facti potius, quam juris est; quamvis etenim regula sit, ut data valida, ac legitima dismembratione novaque respective erectione, habeantur ac si ab initio fuissent duæ omnino diversæ, cum animoda independentia penes antiquam, aliquibus honorificis remanentibus præeminentiis compatibilibus, pura circa præcedentiam sive circa illas functiones, quæ unicæ ac individuæ sint; attamen, vel ex lege electionis, vel ex consuetudine aliquod jus penes matricem remanere solet, ut præsertim comprobat alias insinuatum exemplum insignis Ecclesiæ parochialis Sancti Joannis majoris Neapolitanæ Civitatis, quod a moderno tempore ob Regum delitiosam residentiam, ac successive Tribunalium sedem, majori, ac nobiliori illius Civitatis parte constructa in dictæ parochiæ alias deserris, & campestribus finibus, magnus supra vigesimum parochiarum numerus intra eosdem fines erectus est, quarum singulæ numerosæ, & qualificatæ dici possunt; jure tamen funerandi penes ipsam Ecclesiam matricem, quæ collegiata quoque est, remanente, adeo ut associationis funerum emolumenta satis congruam plurium Hebdomadarum sustentationem, ac etiam alterius ibidem erectæ congregationis clericorum eo nomine *frantiæ*, explicatæ producant, ut in parochialium annotationibus advertitur. *Tit. de paroch. disc. 28.*

Atque hujusmodi controversiæ præsertim audiri solent super jure decimandi, ut in propria decimarum sede advertitur. *Sub tit. de decim. in hoc eodem libro pluries.*

DISCURSUS XVII.

Ad Sessionem 21. cap. 7.

SUMMARIUM.

1 *De demandata demolitione Ecclesiarum collabentium.*
2 *Quæ regula desuper statui valeat.*
3 *Quando etiam Ecclesiæ non collabentes demoliri, vel prophanari debeant.*
4 *Si clerici sæculares, vel regulares transferantur ad alium locum, atque Ecclesiam trahant, an secum ferant bona & jura pro missis, & anniversariis.*
5 *Quid in specie Monasterii monialium.*
6 *De translatione Congregationis, vel Collegii, aut nationis de una Ecclesia ad aliam.*
7 *Quid, ubi sequatur suppressio Conventus, vel Monasterii.*
8 *Ad quem pertineat refectio Ecclesiæ Cathedralis, vel parochialis.*

ECclesiarum vetustate, ac respective paupertate, vel indecentia exigente, adeo ut illæ restitui, vel ad decentiorem formam reduci non valeant; bene, ac nimium laudabiliter in hoc decreto provisum est, ut illæ prophanari debeant, ac prophanatæ destrui, seu aliis usibus applicari, ibique erecta beneficia, vel capellaniæ, vel missarum onera, ad alias conspicuas, sive ad parochiales, sive respective ad matricem, aut majorem Ecclesiam transferendo, pro singulorum casuum qualitate, & circumstantiis; ideoque

2 pariter certa, & generalis regula, circumque casu applicabilis desuper tradi non poteſt, ideoque dignoſcitur error proxime ſupra *diſc. præced.* inſinuatus, protedendi cum regulis generalibus, ſive cum DD. traditionibus, aut cum aliquibus Sacræ Congregationis declarationibus, vel proviſionibus, quæ (ut pluries advertitur) pro diverſarum cauſarum particularibus circumſtantiis non ſemper ſunt uniformes.

Quandoque autem, ceſſantibus etiam cauſis in iſto conſiliari decreto conſideratis, adhuc, ex prudentibus proviſionibus Sacræ Congregationis Immunitatis, ſive illius Epiſcoporum, aliquarum Eccleſiarum, quamvis alias bene, ac decenter conſtructæ ſint, neque alia indigeant refectione, demolitio, vel prophanatio demandari ſolet, quod etiam ipſi Ordinarii, quando facti circumſtantiæ ita exigant in viſitatione facere deberent; pura ubi agatur de Eccleſiis exiſtentibus extra loca habitata, & in locis campeſtribus, ſeu alias ita ſituatis, ut pro delinquentium, aut facinorioſorum hominum confugio, cum publicæ quietis perturbatione deſerviant.

Ubi vero Eccleſiæ demolitio, vel prophanatio non ſequatur, ſed ea deferatur per clericos ſæculares, vel regulares ibi morari ſolitos, eique inſervientes, qui alibi Eccleſiam fundent, ſeu alterius Eccleſiæ ſervitio addicantur, tunc cadit dubitatio circa onera miſſarum, & anniverſariorum, an remaneant in ipſa Eccleſia, ſub diſpoſitione Ordinarii, qui alios deputet clericos pro adimplemento, pro quo melius faciendo ad Eccleſiam matricem, vel aliam transferat onera; vel potius cum dictis clericis, vel religioſis eadem onera tranſeant ad aliam Eccleſiam, & tunc diſtinctio eſt, quod aut conſtat, quod miſſarum, & anniverſariorum legata facta non ſint taxative pro particulari devotione illius Eccleſiæ materialis, ſed potius reſpectu clericorum, ſeu religioſorum ibi morantium; & tali caſu cum eorum corpus ſive univerſitas non diſſolvatur, ſed agatur tantum de tranſlatione de loco ad locum, præſertim intra eamdem Civitatem, vel diœceſim, verius eſt, ut perſonæ ſecum trahant hæc bona, vel jura, cum oneribus, juxta celebrem *Deciſionem Seraphini* 1149. *& Rot. in Tudertinæ celebrationis miſſarum* 23. *Maii* 1653. *coram Melino*, in qua agitur de tranſlatione Monaſterii monialium de uno loco ad alterum, ut ſecum trahant legata cum oneribus miſſarum, quamvis in verbis concepta eſſent ad favorem antiquæ Eccleſiæ, quoniam ea ſtare ceſſerunt demonſtrative tamquam illa Eccleſia, in qua Moniales miſſas audiunt, atque divinis aſſiſtunt.

Et merito quidem (ut in me ipſo experiri) quoniam libentius in Eccleſiis Monaſtiorum fundari ſolent capellaniæ, pro celebratione miſſarum, aliorumque divinorum; tum ad ſublevandum Monaſterium ab onere alias neceſſario habendi proprios capellanos, ſaltem pro miſſa quotidiana ſeu conventuali; tum etiam, quia ita magis certus reddirur diſponens de injuncti implemento, quod tractu temporis in Eccleſiis clericorum ſæcularium, vel regularium, ob eorum multiplicitatem, negligi ſolet, quod a Monialibus negligi non ſolet; ideoque Monaſterium ſecum trahit hujuſmodi bona & jura cum annexis oneribus.

Ita patiter, ubi de alicujus Collegii, vel Monaſterii, aut alterius univerſitatis translatione agatur, ut docet frequens praxis Urbis in Eccleſiis nationalibus, in quibus nationalium congregationes habentur, cum diligenti ipſarum Eccleſiarum cultu, ex legatis, aliuſque diſpoſitionibus, & oblationibus eorumdem nationalium, vel aliorum, qui ipſis annexi ſunt, quoniam aliquando mutare ſolent ſitum, ſeu Eccleſiam materialem, ut noſtris temporibus experti ſumus, in Urbe, præſertim in natione Picena habente Eccleſiam ſub invocatione Almæ Domus Lauretanæ, quod fere intra decennium, vel parum plus, plures mutavit Eccleſias.

Ubi vero id ſequatur ob illius corporis, vel univerſitatis diſſolutionem, vel ſuppreſſionem, & tunc pro facti qualitate onera remanent penes ipſam Eccleſiam materialem, ſi in ea decenter, & commode impleri poſſunt, ſin minus ad aliam Eccleſiam transferuntur, ut melius videatur Ordinario, vel Sacræ Congregationi, prout praxis noſtri ſæculi docuit in ſuppreſſionibus Religionum in univerſum, ſive parvorum Conventuum, quoniam Religioſi bona & jura non traxerunt ſecum ad alios ejuſdem Religionis Conventus, ut facere poſſe credebant, atque diſputatum fuit cum fundamento dictæ deciſionis *Seraphini*, ſed ſuper eis diverſæ factæ fuerunt proviſiones, rejectis pluribus prætenſionibus excitatis per fundatores, vel benefactores ſuper reſolutione donationum, aliarumque diſpoſitionum, ac bonorum reverſione ad eos, ſive onerum translatione ad alias Ec-

Eccleſias; eorum arbitrio, quoniam ceſſante expreſſo pacto reſolutivo, ſive ratione imperfectæ ac vere non ſequutæ fundationis, hujuſmodi prætenſiones neglectæ fuerunt, ut alibi in meis annotationibus advertitur, *ſub tit. de donation. diſc.* 12. *& ſeqq.*

Ad quem autem pertineat refectio Eccleſiæ parochialis, vel Cathedralis reſpective, non de facili certa regula generalis cuicumque caſui applicabilis ſtatui poteſt; quamvis enim regulariter ſpectet ad Rectorem, vel Epiſcopum, aliumve Prælatum reſpective; attamen in plerisque partibus, ut præſertim frequentius eſt in Hiſpania, fabrica Eccleſiæ ſuam dotem, ſeu menſam diſtinctam habere ſolet, & in plerisque partibus ex conſuetudine ſolet eſſe onus Communitatis, & populi, atque conſuetudine ceſſante, inſpiciendæ ſunt vires ipſius Eccleſiæ, vel menſæ Epiſcopalis, aut Rectoris, quoniam ſi redditus non exuberant poſt neceſſariam ipſius Rectoris, vel Prælati ſuſtentationem, tunc populi, vel parochianorum onus erit. *In tit. Miſcellan. Eccleſiaſt. diſc.* 28.

Et in ſumma deciſio pendet ex facti qualitate, & circumſtantiis particularibus.

DISCURSUS XVIII.

Ad Seſſionem 21. cap. 9.

SUMMARIUM.

1 *Prohibitio quæſtuariorum.*
2 *Ad quid in hoc adverti debeat.*
3 *De quæſtionibus ſuper quæſtuatione inter Regulares.*
4 *Et de aliis inter clericos ſæculares, vel Confraternitates.*
5 *De oblationibus, & eleemoſynis, ad quem pertineant.*

1 INnovatur per hoc Decretum, antiquiorum Canonum, & Conciliorum pia, prudenſque prohibitio, illorum quæſtuariorum, qui oriolam vitam ducere ſtudendo, ex profeſſione hoc munus agunt, atque catholicum Orbem peragrando, ut plurimum vagabundi, ac vitioſi ſunt, atque idiotas præſertim perſonas, ac mulieres pias, ac devotas, ut pecunias extorqueant, decipere ſtudent, cum indulgentiarum, aliorumque ſpiritualium privilegiorum amplis aſſertionibus, & communicationibus, plures etiam errores diſſeminando.

Quamvis autem ita proviſum ſit, adhuc 2
tamen eorum uſus non omnino extirpatus eſt, quoniam præſertim, in vim facultatum, quas aliquæ piæ Confraternitates Urbis habent, alias aggregandi, cum communicatione indulgentiarum, & privilegiorum, adhuc iſtæ perſonæ, quæ huic miniſterio, ſeu vinæ modo deditæ ſunt (ut ex frequentiori praxi, præſertim jure quodam hæreditario, ſeu naturali, eſſe videntur incolæ aliquorum caſtrorum, aliorumque obſcurorum locorum Appennini) idem continuant; ideoque totum pendet ex majori, vel minori vigilantia Ordinariorum ſuper hujus decreti obſervantia; potiſſime quia Sacræ Congregationes, præſertim illa Viſitationis Apoſtolicæ ſuper hoc invigilant, Eccleſiis, & confraternitatibus Urbis inhibendo, ne hujuſmodi quæſtuarios tranſmittant, ſed potius pro eleemoſynis comparandis pro fabrica Eccleſiæ vel pro implemento aliorum piorum operum, ſe commendent locorum Ordinariis; ſpecialiter vero inhiberi ſolet, ne ad id deputentur perſonæ dictorum locorum etiam in caſibus, in quibus videtur pro facti qualitate hujuſmodi facultas concedenda; verum in hoc ſuperiores deſipiuntur, quoniam idem alias ſupponere ſolent perſonas, ſub quarum nomine iſtud connaturale miniſterium exercent.

Super hoc autem jure quæſtuandi, in 3
Sacra Congregatione Regularium præſertim, ac in aliis, quæſtiones adhuc auditi ſolent, potiſſime inter Regulares mendicantes per veritatem, quia nempe vere ex mendicitate vivant, quorum privilegia per iſtud decretum revocata non ſunt, ut de his quæſtionibus habetur in regularium annotationibus *ſub tit. de Regular. diſc.* 28. *cum ſeqq. & ſub tit. de Regulib. diſc.* 57.

Ac etiam oriri ſolent inter alias Eccle- 4
ſias clericorum ſæcularium vel confraternitates laicorum ſive alia pia loca, ne quæſtuatio fieri poſſit ſub invocatione alicujus imaginis, vel capellæ, aut Inſtituti, in præjudicium alterius, cui aliquod jus in hujuſmodi quæſtuatione ſub ea invocatione quæſtium eſſet, *in Miſcellan. Eccleſiaſt. diſc.* 31. *& 32. & de Regular. dicto diſc.* 28. *& ſeqq.* Super his tamen certa regula generalis ſtatui non poteſt, cum ex privilegiorum tenore ſive ex conſuetudine, aut locorum, vel operum qualitate totum pendeat, ex quibus ſuperiorum arbitrium regulandum eſt.

De controverſiis autem inter parochos, 5
& locorum Ordinarios, vel aliarum Eccleſiarum rectores ſuper eleemoſynis, ac obla-

tionibus, quæ fiant per populum devotis, ac miraculosis imaginibus de novo repertis, agitur in parochorum, & oblationum sedibus particularibus. *Sub tit. de parochis disc. 32. & sub tit. de decim. disc. 19.*

DISCURSUS XIX.

Ad Sessionem 22. cap. 1.

SUMMARIUM.

1 *De vita & honestate clericorum, & quid eis prohibeatur.*
2 *Quales sint vestes clericales.*
3 *De ludis, qui clericis sint prohibiti.*
4 *De mercatura clericis prohibita, & quæ.*
5 *Damnatus usus Commissariorum, qui peregrinantur diœceses ex causa illicitæ negotiationis.*
6 *An contractus cambii sit licitus.*
7 *De panis illicitæ negotiationis.*
8 *In quo Concilium Tridentinum innoverit jus commune.*
9 *An sit mercatura componere pharmaca vel aquam vitam ex vino, & similia.*

1 SAcrorum Canonum dispositio, super vita, & honestate clericorum generaliter in hoc decreto innovatur, tam circa habitum, quam circa alia, quæ clericis illicita sint, præsertim, ut abstineant a ludis alearum, & a choreis, aliisque sæcularibus luxibus, ac etiam a negotiatione, seu mercatura, nihil speciale, vel de novo desuper statuendo, sed solum innovando id, quod jam per Canones provisum erat.

Circa vestes clericales, quales illæ sint, habetur *infra disc. 24.* quo vero ad ludos alearum, & taxillorum, ac alios; quamvis generaliter prohibiti sint, attamen certa regula generalis desuper statui non potest, cum totum pendeat a diversorum locorum moribus, & an indefinite clerici lusores populo scandalum præbeant, quamvis occulte, ac modeste recreationis gratia id fiat; & e converso circa ludorum diversas species, etiam in eodem genere aleatum, quod scilicet aliquæ scandalosæ reputentur, aliæ non, ut ipsismet Urbis, vel Romanæ Curiæ praxis docet, pro locorum, ac ludorum respective, moribus, & qualitate prudens Ordinariorum, aliorumque superiorum arbitrium in hoc regulandum est quoad clericos sæculares, cum respectu regularium indefinite, præsertim circa ludum alearum, nulla data distinctione, ille scandalosus videatur; quamvis non desint aliqui volentes, ut eis permitti possit moderatus ingeniosus ludus, qui *ama* seu *ambre* vulgo nuncupatur *tit. de alien. & contract. disc. 49.* Quod tamen ita obiter insinuatur, referendo, quod aliqui dicunt; non autem id affirmando.

Majores itaque controversiæ, quæ desuper oriri solent, pertutiunt materiam mercaturæ, seu negotiationis, super qua solent quidem aliquando Ordinarii locorum inquietare, frequentius autem diœceses custitare solent Camerales officiales, vulgo commissarii nuncupati, stantibus Apostolicis Constitutionibus applicantibus Cameræ Apostolicæ ea, quæ per clericos ex illicita negotiatione facta sint, quod juxta communis dispositionem innixum est, ut scilicet fiscus tamquam ab indigno auferat omnia, quæ turpiter, ac illicite quæsita sint; verum commendabilius videretur, ut hujusmodi commissariorum usus prohiberetur, quoniam forte ablque ulla, vel nimium exigua Cameræ utilitate, magna inconvenientia audiuntur, magnæque fieri solent extortiones, adeo ut sine præjudicio proborum, qui rari sunt, videatur species iteruntiæ latronum, seu bannitorum.

Quamvis etenim Sacra Congregatio, ut his inconvenientibus occurreret, plures dederit salubres provisiones, ac ediderit declarationes super actibus licitis, ex quorum prætextu hujusmodi Commissarii clericos molestare solent, atque ut dictum est aliqua Cameræ Apostolicæ utilitate, magnas, & scandalosas facere extortiones, ubi scilicet de Ecclesiarum, vel patrimonialium terrarum cultura agatur, sive de industria animalium pro stercoratione agrorum, aut pro pastura propriarum herbarum, seu glandium, vel pratorum, &c. aut ubi bombices fiant pro reportando fructum solorum propriarum arborum, cum similibus, *Sub tit. de cambiis disc. 18. & in supplem.*

Non tamen istud sufficiens remedium videtur, quoniam sub hoc prætextu examinandi, an dictarum declarationum requisita verificentur, necne, extortiones fiunt, ideoque usus hujusmodi Commissariorum omnino aboleri deberet, dum experientia docet, quod exinde nulla, vel nimium exigua utilitas Cameræ resultat, ex ista illicitæ negotiationis inquisitione.

Disputari autem quandoque consuevit an contractus cambii in ea forma obliqua iniri solitus, ut mutuum, ac circulationem

contineat, illicitam negotiationem redolere dicatur, atque pro affirmativa, quandoque Rota respondit, cujus contrarium de stricta juris censura probabilius videtur, nisi vel ratione communis opinionis, vel ratione modi, ad formam scilicet vel stylum camporis, cum publicitate, ac multiplicatione contractuum, scandalum id præbeat, ut in cambiorum annotationibus advertitur. *Sub tit. de cambiis disc. 18. & in supplemento.*

In tali casu autem, in quo illicita negotiatio exerceatur, jus quidem est superioris, clericum negotiatorem punire, ac etiam loca tamquam ab indigno auferre, atque Ecclesiæ, vel pias operibus, aut respective Cameræ Apostolicæ applicare, pro locorum, vel diœcesum diversis moribus; aliamque clericus pœnam sentit privationis ecclesiasticæ immunitatis realis in iis, quæ mercaturam concernunt. *In Miscellan. Ecclesiast. disc. 2. & 5.* Non tamen exinde acquirendi dominium lucrorum ex negotiatione resultantium incapacitatem patitur, quoniam bene acquirit, licet male retineat. *Dicta disc. 18. de cambiis.*

Illud autem hoc decretum conciliare antiquorum Canonum dispositioni addidisse videtur, ut in iis, quæ morum correctionem concernunt, Ordinarius quidam Apostolicæ Sedis jure etiam delegato, appellatione remota procedat, ut supra *disc. 5.* occasione visitationis advertitur.

An autem mercatura clericis prohibita dicatur componere pharmaca, ut vendantur, in Regularium sede advertitur. *Tit. de Regul. disc. 60.*

Ac etiam in altera Regalium, an ex vino liceat componere illum liquorem, qui aquavita appellatur. *Tit. de Regal. disc. 53.*

DISCURSUS XX.

Ad Sessionem 22. cap. 4.

SUMMARIUM.

1 *Non existentes in sacris non habent votum in Capitulo.*
2 *Non prohibentur habere votum consultivum.*
3 *An Dignitates habeant vocem in Capitulo.*
4 *De possessione adipiscenda capitulariter.*
5 *Consuetudo dandi votum in Capitulo, quomodo attendi debeat.*
Conc. Trid. cum Gall.
6 *De consuetudine, ut Episcopus, vel Prælatus habeat votum duplicatum, vel præponderans.*
7 *An beneficiati, vel capellani, aut simplices præsbyteri habeant vocem in Capitulo.*
8 *Distinguuntur actus capitulares.*
9 *De modo proferendi vota, & quæ debeantur computari.*
10 *De obligatione assumendi ordines.*
11 *A quo tempore currat terminus ad id præfinitus.*
12 *De beneficiis, quibus sint annexi ordines sacri, & qui.*
13 *Beneficia simplicia, quod sint sacerdotalia.*
14 *Quæ regulæ desuper statui valent, & quomodo procedendum.*
15 *Qualitas sacerdotalis, de quo tempore adesse debeat.*
16 *Quod beneficia non possint stare in suspenso, & de differentia cum fideicommissis.*

1 PRoviso de Canonicatibus, aliisque beneficiis capitularibus, seu collegialibus, quibus de ipsorum beneficiorum natura jus competit votandi, seu vocem habendi in Capitulo, ut ad sacros ordines suscipiendos alliciantur, jure votandi privantur, per hoc Decretum, quonique in minoribus steterint, ideoque Apostolica dispensatione non accedente, jus habendi vocem in Capitulo, tam in electionibus, quam in aliis actibus vere capitularibus a votorum majori parte conficiendis, solum habent cum voto decisivo illi, qui in sacris, saltem in ordine subdiaconatus constituti fuerint, quod etiam in Cardinalibus non dispensatis procedit.

Non exinde tamen prohibentur alii, qui 2
in sacris non sint, in Capitulo intervenire, eorumque judicium tamquam votum consultivum proferre, cum id non sit prohibitum.

In hoc autem proposito habendi vocem 3
in Capitulo, inter ejusdem Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ Dignitates, & Canonicos, quæstiones cadere solent, quæ facti potius quam juris dicuntur, super justificatione scilicet consuetudinis, qua accedente etiam Dignitates vocem habent, atque de Capitulo dicuntur, ut præsertim in majori parte Cathedralium, vel Collegiatarum Italiæ praxis docet; de jure autem in contrarium est regula, ut non dicantur de Capitulo, neque vocem habeant. *Tit. de Canonic. & cap. disc. 4.*

4 Atque exinde resultat modus capiendi possessionem, quoniam canonicatuum, aliorumque beneficiorum capitularium, possessio capitulariter apprehendenda est ac alias invalida, & inefficax censetur, nisi Capitulum ad id requisitum se convocare noluerit; id autem dicendum non est in dignitatibus, quoties juxta juris regulam non sint de Capitulo, neque vocem in eo habeant, secus autem in casu converso. *Eodem disc.* 4.

5 Uti vero dicta consuetudo non sit generalis, in omnibus actibus capitularibus, sed in aliquibus tantum, & tunc in iis, in quibus inducta fuit, observanda est, in aliis autem stima remanet juris regula, ex consuetudinis natura, ut stricte in casu praxis attendenda sit, neque ejus extensio detur de casu ad casum, eodem modo quo non extenditur de persona ad personam vel de loco ad locum. *Tit. de benef. disc.* 30.

Idemque pluries decisum est in ea consuetudine, quæ in Hispaniarum præsertim Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, viget, ut Episcopus vel Prælatus, sive ut ratione ipsius Prælaturæ, sive ratione sibi annexi Canonicatus, adeo ut potius tamquam Canonicus, quam tamquam Episcopus intervenire dicatur, super ejus voti duplicitate, vel præponderantia, ad effectum, ut in paritate votorum actum capitularem concludat; quoniam nisi probetur consuetudo generalis, ejusque justificatio, quæ in aliquibus tantum particularibus actibus accedat, in iis tantum attendenda est, non autem in aliis, ex eadem regula prohibitæ extensionis de casu ad casum, cum de jure tanta sit vox Prælati, quanta est illa cujuslibet Canonici vel Capitularis, quoties in Capitulo, tamquam unus ex Capitularibus intervenit, quoniam ubi personam gerat Episcopi (ut in collatione beneficiorum simultanea cum Capitulo contingit,) extra Capitulum suum jus exercet, ejusque jus est coæquale, adeo ut tanta sit vox solius Episcopi, quanta est illa totius Capituli; quando vero tamquam Episcopus suum jus exercet jure devoluto, tunc nulla Capituli mixtura dignoscitur, sed integrum est jus ipsius Episcopi, ut latius in beneficialibus meis annotationibus advertitur. *Dicto disc.* 30. *de benef.*

7 In hoc item proposito habendi votum in Capitulo, quæstiones haberi solent inter canonicos, & beneficiatos, vel hebdomadarios, aut capellanos eidem Ecclesiæ inservientes, atque de communi massa participantes, quamvis revera nullum beneficialem titulum collativum habeant, ut in plerisque Ecclesiis, etiam Cathedralibus contingit, quæ pro locorum consuetudine, recipitiæ sunt, civium seu naturalium, quibus aliqua requisita habentibus jus competit, cœqualem, vel respective inæqualem participationem habendi cum Omnibus & Beneficiatis, de communi massa capitulari; atque licet regula sit negativa, etiam respectu beneficiatorum, aliorumque portionariorum habentium beneficium in titulum, quoniam de jure Beneficiati, vel similes non dicuntur de Capitulo, quod a Canonicis tantum constituitur, non autem a beneficiariis, qui Capituli ministri, ac servitores de jure dicuntur; adhuc tamen, ubi consuetudo vigeat, illi deferendum est eum eadem superius insinuata distinctione, an ea sit generalis, vel particularis, cum prohibitione extentionis ut supra. *De Canonic. & Capitul. disc.* 20.

8 Potissime vero attenta actuum capitularium diversa natura, seu qualitate, quoniam alii sunt mere jurisdictionales, ut præsertim est electio Vicarii, aliorumque officialium sede vacante, vel collatio canonicatuum, aliorumque beneficiorum, cum similibus; alii vero sunt œconomici, ut (ex. gr.) sunt deputationes, quæ singulis annis, vel statutis temporibus fiant de sindicis, seu procuratoribus, ac etiam de pancratoribus, aliisque officialibus super administratione bonorum, vel massæ, quoniam ex interventu in hujusmodi actibus capitularibus œconomicis, inferri non potest ad alios actus capitulares jurisdictionales, ex ea differentiæ ratione, quod in actibus œconomicis congruum ac rationabile est, ut ii audiantur, ac intervéniant, qui sunt interessati, atque participationem habent. *Eodem disc.* 20. *de Canon. & dicto disc.* 30. *de benef.*

9 Super modo autem proferendi votum, atque caneludendi actum capitularem, quænam vota computanda sint, quæ vero non, aliquid insinuatur infra *Discurs.* 32. occasione agendi de electione vicarii capitularis, ac etiam habetur in annotationibus ad marcham Canonicorum, & Capituli. *Tit. de Canonic. & Capitul. a discurs. 24. ad* 30.

10 In hoc decreto quoque injungitur provisis de canonicatibus, vel dignitatibus, aliisque beneficiis, quibus ordines distributi sint, ut ad eosdem ordines, sub pœna privationis promoveri debeant infra annum, quod etiam in provisionibus Apostolicis cum decreto annullativo injungi solet.

11 Quamvis autem, in dicto præsertim decreto, quod per Datariam adjici solet in provisione, in verbis dicatur, ut a die provisionis, seu datæ gratiæ, annus computari debeat; usus tamen rationabiliter recepit, ut hic terminus non currat, nisi a die adeptæ pacificæ possessionis, adeo ut tempus litis, vel aliorum impedimentorum, de facto non computetur, nisi cessante quocumque impedimento, per ipsum provisum culpose steterit, quominus possessionem adipiscatur; quod etiam in susceptione gradus Doctoratus, aliisque necessariis qualitatibus statutum est, quoniam arctari non debet quis ad suscipiendum certum statum, præsertim irretractabilem, ex causa illius beneficii, de cujus effectiva assequutione, ac retentione adhuc incertus vivat. *Tit. de benef. disc.* 42.

12 Qualia vero sint hæc beneficia, quibus annexa sit sacerdotii, vel aliorum sacrorum ordinum necessitas, aliquid infinuatum est *Disc.* 24. occasione agendi de ætate, quæ necessaria est pro beneficiorum assequutione, quod scilicet, ubi agatur de Ecclesiis parochialibus principaliter in titulum conferri solitis, cum habituali, & actuali cura animarum promoveri debeat ad sacerdotium, quod pro munere parochiali, ac administratione sacramentorum, præsertim pœnitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ unctionis requiritur, ideoque justo impedimento cessante privatio incurritur ipso jure; idemque in vicariis in titulum conferri solitis, pro ejusdem curæ exercitio, secus autem in iis canonicatibus, & beneficiis, quibus ratione unionis habitualis cura tantum incumbat, quoniam tunc sufficit habere ætatem, vel ordinem, qui requiritur pro ipsius beneficii qualitate.

22 In canonicatibus autem, vel dignitatibus in Cathedrali, inspiciendum est, an adsit distributio ordinum in hoc decreto præsupposita, quod scilicet alii sint præsbyterales, alii vero diaconales, & alii subdiaconales, ut ita munera distributa sint, quoniam habere oporteat illum ordinem, qui canonicatui annexus est; ubi vero hæc distributio non adest, tunc contraria consuetudine non accedente (ut in Germania exigere supponitur) magis receptum est, ut saltim ordo subdiaconatus sit necessarius, secus vero in collegiatis, pro quibus sola ætas quatuordecim annorum sufficit, nisi lex fundationis, vel consuetudo aliter statuat. *Eod. tit. de benef. disc.* 95. & 96.

Pleraque tamen adsunt inferiora beneficia, sive servitoria sint, sive etiam simplicia, sub capellaniarum nomine explicari solita, in quibus ratione annexi oneris celebrationis missarum, quæstio frequenter cadit, an sacerdotalia dicenda sint, necne; 13 regula vero est negativa, quamvis annexum habeant onus celebrationis missarum, quoniam illud recte adimpleri potest per sacerdotem substitutum, nisi ex lege fundationis conster de diversa fundatoris voluntate, etiam præsumpta ex conjecturis & argumentis deducta, sive ubi fundatio ambigua sit, adeo ut interpretationis capax dici valeat, recte eadem probatio resultat seu defumi potest ex observantia tamquam optima interprete.

Hinc proinde adinstar eorum, quæ generaliter habentur in materia fideicommissorum, aliarumque ultimarum voluntatum, certa regula generalis, cuicumque casui applicabilis desuper statui non potest, ac propterea manifestus error est, cum aliquibus Sacræ Congregationis declarationibus, vel Rotæ decisionibus, quæ in aliquibus casibus particularibus prodierint, indebite procedere, quoniam, ut advertitur in eadem ultimarum voluntatum materia, atque in omni alia, in qua ambiguæ voluntatis quæstio cadat, decisio in quibuslibet casibus pendeat ex ipsorum individuis circumstantiis, ex quibus frequens praxis docet, quod in uno judicari debet aliquam; & in altero nigrum, quamvis primo aspectu omnino similes videantur, ob aliquam alterativam circumstantiam, quodque eadem individualia argumenta in uno casu sufficiant, in altero autem aliis quoque additis insufficientia sint, quia sic unius, vel respective alterius aliqua diversa qualitas exigat, in dubio autem inhærendum est regulæ. *Ibidem.*

Expedit vero notitiam habere declarationum, vel decisionum, quæ desuper prodierint, ad effectum illuminandi intellectum pro bene regulando arbitrium, cui totum commissum esse videtur.

Posita vero qualitate sacerdotali, alia 15 cadere solet quæstio, an in concursu personarum certi generis, cui ea debita sit, ista qualitas verificari debeat de tempore vacationis, vel respective de tempore præsentationis, vel potius sufficiat habilitas ad illam obtinendam infra annum, juxta ea quæ habemus in parochialibus, aliisque beneficiis, quæ sacerdotalem ordinem annexum habeant, atque pariter certa & determinata regula desuper statui non potest,

quoniam licet generaliter, seu abstracte, ea sit juxta dictam ultimam partem, ut habilitas sufficiat de tempore, quo obtinetur, nihilominus eadem intrat limitatio ex diversa lege fundationis expressa, vel conjecturali, ideoque ex singulorum casuum qualitate determinatio pendet, quoties tamen, ut dictum est, intra annum eadem qualitas obtineri valeat. *Sub tit. de jurepat. & dicto tit. de benef. disc. 96.*

16 Quamvis etenim, ubi vacatio sit cum certo ordine prædilectionis, ad favorem unius generis personarum, in fidei commissis aliisque indifferentibus dispositionibus, regula sit, ut sola potentia, seu habilitas etiam remota, imo in sola spe sufficiat, ut existentibus personis de genere prædilecto, non admittantur aliæ de genere minus dilecto, ac subsidiarie vocato, multoque minus extraneæ, attamen in beneficiis, vel capellaniis id non admittitur, cum non admittant hanc diuturnam vacationem; idcoque remotiores, vel extranei admittuntur, neque supervenientes habilitas personæ prædilectæ, illas jam admissas excludit, nisi lex fundationis aliter suadeat. *Rot. tit. de jurepat. & tit. de fideicommiss. disc. 7. & seqq.*

DISCURSUS XXI.

Ad Sessionem 22. cap. 6. & Sess. 25. cap. 4.

SUMMARIUM.

1 *De commutationibus ultimarum voluntatum per Ordinarios, & quid requiratur.*
2 *Pia dispositio non corruit, quia impleri non possit opus voluntum, & de ratione.*
3 *De facultatibus Fabricæ Sancti Petri.*
4 *Quæ sint vere, & proprie commutationes.*
5 *De potestate Papæ, aliorumque Principum in commutatione, vel derogatione ultimarum voluntatum.*
6 *In spiritualibus est solius potestatis pontificiæ.*
7 *De gravis super subsidiis dotalibus.*
8 *De reductione missarum.*
9 *De acceptione onerum perpetuorum, missarum.*
10 *Quid in reductione onerum ponderandum sit.*

1 DE ultimarum voluntatum commutationibus in isto decreto agitur, ut per locorum Ordinarios non concedantur, nisi ex justa causa, unde propterea disputare solent moderni, an necessitas, & justitia copulative, vel alternative requirantur, atque probabilior videtur hæc posterior pars; rari autem videntur casus, in quibus præsertim in Italia, & in locis, in quibus adsit Tribunal Fabricæ Sancti Petri, ista facultas per locorum Ordinarios exerceatur; ea etenim exerceri non potest pro mero arbitrio, sive ex aliqua causa, quæ ex quadam non scripta æquitate, vel alio congruo motivo justa videatur, sed solum ubi vel ex insufficientia ejus, quod assignatum est, vel ex aliis accidentibus, ultima voluntas effectum sortiri non potest in eo opere, quod a disponente votum fit, unde propterea, non per hoc pia dispositio 2
caduraa remaneat, ut aliqui male credidere-
runt, sed effectum sortiri debebit in alio pio opere, quod explicari valeat, atque in ista, unius, vel alterius operis electione, vel destinatione consistit Episcopi arbitrium, quod, ut dictum est, raro ad praxim deduci solet, in iis locis, in quibus Fabricæ facultates intrent, cum ex Apostolicis Constitu- 3
tionibus istud opus, loco eorum, quæ a defunctis volita sunt, subrogatum sit, quoties res sit integra, quia nempe Episcopus legitime non præveneris. *De facultatibus Fabricæ tit. de testament. disc. 22. & 23. tit. de legat. disc. 27. & de Regular. disc. 65.*

Impropriæ autem iste commutationis terminus adhiberi videtur, quoniam, posita impossibilitate adimplendi id, quod disponens voluit, suppletio, vel subrogatio, potius quam commutatio dicenda videtur, ne alias dispositio caducata remaneat, ex ea congrua ratione, quod pia dispositio principaliter directa dicitur in Deum, propriamque animam, unum vero, vel alterum opus dicitur accidentaliter destinatum, ut ubi impleri potest, servetur defuncti voluntas, ubi vero non, id sequatur in eo, in quo sequi potest. *Ibidem, & in aliis pluries in eisdem titulis.*

Commutationes autem sunt illæ, quæ continent omnimodam immutationem pro voluntate, vel arbitrio, etiam in casibus, in quibus impleri possint, eo modo, quo per dispositionem volitum est, adeo ut speciem dispensationis, vel derogationis redoleant.

Id autem in piis operibus, ac dispositionibus, solius Pontificiæ potestatis est, quamvis enim rejecta dubitantium opinione in foro externo ubique receptissimum sit, ut supremus Princeps, qui potestatem habet con-

condendi leges, easque dispensandi, atque tollendi jus tertii, possit in ejus ditione, cum propriis subditis, derogare fideicommissis, aliisque ultimis voluntatibus, seu alias eas commutare, eo quia testandi facultas, summaque voluntatem conferendi in tempus inhabile, in quo per mortem annihilatus est, ac desiit esse dominus, non proveniat a lege Divina, vel naturali, cui lex positiva dispensare non valeat, sed proveniat a lege positiva, cui eadem derogare potest, & consequenter princeps, qui Lex animata dicitur. *Sub tit. de Regal. disc. 148.*

6 Attamen in iis dispositionibus, quæ Deum, & animam concernunt, id solius Pontificiæ potestatis est, ex quo facultatis potestas in his non se ingerit. *De hac potestate dicit, tit. 28. part. 12. vers.*

Quare præsertim frequens praxis docet, 7
quod illa dotalia subsidia, quæ pluribus pauperibus puellis ex testatoris judicio distribuenda sunt, ex Pontificia concessione dantur alicui puellæ conjunctæ testatoris, quæ pro ejus qualitate majori indigeat dote cum similibus, atque in hoc differunt Pontifex, & Episcopus, quod ille gerit solum partes justitiæ tanquam Judex, hic autem partes gratiæ tanquam princeps supremus.

Quamvis autem posterius decretum con- 8
ciliare, ex eadem ratione contenta in præcedenti descendendo ad speciem, magis explicite, non solum locorum Ordinarius, sed etiam majoribus Prælatis regularibus faculatem concedat, ut Ordinarii in Synodo, Prælati autem regulares in Capitulo generali, reductionem onerum missarum facere valeant, quia nempe, ob exterorum victualium, aliarumque rerum valorem, illa eleemosyna, quæ antiquis temporibus assignata fuit, & quæ tunc, attenta illorum temporum conditione sufficiens erat, de præsenti non sufficiat, sive quod bonorum, ac redditiuum defectu, aliquorum accidentalis diminutio sequatur sit, ut quotidiana praxis docet, verum quia nimia facilitas defuper irrepseret, unde propterea aliquis dignoscebatur abusus, hinc proinde hæc Sacra Congregatio Concilii, in decretis generalibus de anno 1625. editis, quæ vulgo decreta de celebratione missarum dicuntur, Pontificia auctoritate Urbani VIII. roboratis, hanc facultatem ademit, ideoque ipli Congregationi reservatum est, quæ id concedere soleat, audita prius relatione Episcopi, vel respective Prælati regularis, ac cognito statu Ecclesiæ, ita arbitrium diversimode pro locorum diversa qualitate, prudenter interponendo, adeo ut certa regula desuper statui non valeat, cum ex regionum majori, vel minori victualium affluentia, seu vivendi commoditate id procedere soleat, ad effectum decernendi majorem, vel minorem taxam eleemosynæ pro qualibet missa, seu anniversario.

Eademque consideratio haberi solet circa 9
acceptationem onerum perpetuarum missarum, super quibus per eadem decreta anni 1625. plures provisiones prodierunt, præsertim super modo investiendi pecunias ad hunc effectum relictas, ut scilicet investimentum fieri debeat in bona stabilia fructifera, vera non autem ficta (ut sunt census) absque specioli licentia ejusdem Sacræ Congregationis, quæ divertimode in hoc se gerere solet pro locorum qualitate, aliisque factis circumstantiis.

Præsertim vero ubi agitur de reductione, 10
inspici solet, an agatur de oneribus ex legatis, aliisque piis dispositionibus, vel e converso de adjectis in fundatione per speciem contractus, ut isto casu difficilius, quam in præcedenti procedatur.

DISCURSUS XXII.

Ad Sessionem 22. cap. 10.

SUMMARIUM.

1 *De examine Notariorum, & quare istud decretum sit parum in usu?*
2 *Notarii Apostolici in aliquibus Provinciis non admittuntur in rebus laicalibus.*
3 *Et quid e converso de Notariis laicis in rebus ecclesiasticis.*
4 *An clerico sit licitum officium Notarii.*
5 *Et an dicatur idoneus negotiatio.*
6 *De Notariis, id est secretariis Regularibus.*
7 *An dari valeat de non usu illius decreti.*

1 NOTariorum examen, quod per hoc decretum Episcopis committitur, fatetur pro Italiæ moribus, nimium rarum est in praxi, quoniam, ut plurimum Apostolica authoritate, vel ex illa Supremi Principis creantur, ideoque per illorum Statuta, vel provisiones regulariter non impeditur exercitium illius facultatis, quæ a superiore concessa est, atque in aliquibus Principum sæcularium Ditionibus, respectu Notariorum, qui ab eodem Principe creantur, id usu receptum non videtur, occasione etiam defi-
cien-

ciente, quoniam quemadmodum Notarii
2 Apostolica auctoritate creati, ad acta judi-
cialia fori laicalis pertractanda admitti non
solent, qui imo neque ad instrumenta, alia-
que acta extrajudicialia in eodem laicali fo-
ro expedienda, adeo ut pro scripturis pri-
vatis eorum instrumenta habeantur, ita e
converso in spiritualibus, seu ecclesiasticis,
tam judicialibus, quam extrajudicialibus
actibus non de facili admittendi sunt Notarii,
qui cum sola auctoritate laicali creati sint,
3 quamvis desuper certa regula generalis cui-
cumque casui applicabilis statui non valeat,
cum diversi sint illyli, seu mores principa-
tuum, quibus ex legalibus seu prudentia-
libus regulis deferendum videtur. *De his
sub tit. de judic. agenda de fide instrumen-
torum disc.* 26.

Super hoc autem Notarii munere, an
scilicet clericis licitum sit, nec ne, quæ-
4 stio est inter scribentes, nedum ad effec-
tum, ut locorum Ordinarii, aliique su-
periores ecclesiastici id eis prohibere va-
leant, sed etiam, ad alterum amissionis,
vel implicitæ dimissionis clericatus, in mi-
noribus, unde propterea resultet vacatio
beneficii ecclesiastici, vel amissio ecclesia-
sticæ pensionis, *sub tit. de pension. disc.* 47.
5 Ac etiam an illicita negotiatio dici va-
leat, adeo ut intrent pœnæ clerico nego-
tiatori per sacros Canones inflictæ, illa præ-
sertim spolii, quod per Cameram fieri so-
let de bonis, quæ ex illicita negotiatione
quæsita sint, atque licet dignoscatur opi-
nionum divertitas; ea tamen videtur ve-
rior magisque recepta distinctio, ut in ec-
clesiastico foro indistincte id permissum sit,
sive de civilibus, sive de criminalibus cau-
sis agatur prophanis, & ecclesiasticis, cum
ecclesiastici superioris, ac judicis servitium
clerico non incongruat, potissime cum fo-
rus ecclesiasticus non tractet causas capita-
les, ab ipso exequendas, adeo ut ratio
retrogradationis intret; aut vero de propha-
nis, seu laicalibus negotiis agitur, & tunc
aut illa extrajudicialia sint, seu voluntaria
jurisdictionis, ut est conficere instrumenta aliaque documenta conventionalia
inter partes, & pariter clericis prohibitum
non videtur; majorque difficultas in hoc
provenit potius ab ipsa laicali potestate id
non facili de facto id permittente inter lai-
cos; aut vero de actibus laicalibus fori
laicalis, & tunc a quibusdam distinguuntur inter
causas criminales & civiles, sive inter cle-
ricos in sacris, & in minoribus; alii vero me-
lius distinguunt effectus superius insinuatos,
vel similes; aut etenim de illo agitur, ut
ecclesiasticus superior clerico id prohibeat,
& indefinite affirmativa procedit; aut vero
ad alium effectum pœnarum illicitæ nego-
tiationis, & tunc distinctio inter clericum
in minoribus, ac in majoribus intrare vide-
tur; aut demum ad alterum graviorem
amissionis beneficiorum, vel pensionum;
& tunc licet aliqui cum criminalium, &
civilium causarum distinctione procedant;
verius tamen videtur, ut certa desuper
statui non valeat regula generalis cuicum-
que casui applicabilis, sed ex facti qualita-
te pendeat, ejusque circumstantiis, quæ
de officii natura per assumptionem status
laicalis redoleant hanc implicitam dimissio-
nem clericatus, ex qua de consequenti re-
sulter amissio beneficii, vel pensionis, ex eo
quod siee clericatu obtineri non possunt,
ut latius inpensionum notis advertitur. *Eod.
disc.* 47. *de pension.*

Quia vero Regulares Prælati, Notarios
ipsiusmet ordinis regularis creare solent, pro 6
ipsorum regularium negotiis pertractan-
dis, quibus secretarii, vel socii, aut scri-
ptoris vocabulum pro Religionum diversis
moribus congruit; Hinc proinde, aliqui
Episcopi, hunc decreto innixi, hujusmodi
Notariorum examen facere, ac sufficientiam
perscrutari posse crediderunt, sed male,
nisi quando in iis se ingerant litibus, &
causis, ac negotiis Ecclesiasticis, ac spiri-
tualibus, quorum cognitio (exemptione
non obstante) ad ipsum Episcopum ordina-
rio, vel delegato jure pertineat; Cumque
in his hujusmodi regularem Notarii, vel se-
cretarii nullarenus se ingerant, idcirco ex
facto cessat hujus quæstionis occasio.

Atque ex hac ratione provenit supra in- 7
sinuatum assumptum aliquorum, quod in se-
cularium Principatibus, illud decretum in
usu non sit cum aliis Notariis, qui ipsius Prin-
cipis laici auctoritate creati sint. Id etenim
non provenit ex illo non usu, qui legis auc-
toritatem tollat, ut male vulgus credit; Tum
quia in laicorum potestate non est, hanc le-
gem conciliarem tollere, ubi ipsum Concilium in genere receptum sit? Tum etiam ra-
tione decreti irritantis contenti in Constitu-
tione Pii IV. super Concilii confirmatione,
& publicatione, per quod quicumque con-
trarius usus impeditur, vel inficitur. Sed pro-
venit ratione deficientis occasionis, cum No-
tarii laicali auctoritate creati, adhiberi non
soleant in causis Ecclesiasticis, ac spiritualibus, de quibus Concilium loquitur; Sed
quando de facto adhibeantur, atque in eis
se ingerant, tunc in iis, quæ ipsum exercitium
hujusmodi causarum concernunt, de hac subjectio-

jectione dubitandum non videtur, ex qua-
si eodem contractu, qui resultat mittendo
manum in messem alienam, ut habemus de
Regularibus exemptis, qui se ingerunt in cu-
ra animarum.

DISCURSUS XXIII.

Ad Sessionem 22. cap. 11.

SUMMARIUM.

1 *De quæ usurpantium bona Ecclesiæ, & patroni bona Ecclesiæ patronatæ.*
2 *De ampliatione bullæ Cœnæ.*
3 *Quomodo in hujus decreti praxi debeant se gerere Episcopi, & Prælati.*
4 *An in hoc procedant ad censuras contra exemptos.*

DE duobus in hoc decreto agitur: pri-
mo nempe de occupatoribus, & usur-
patoribus jurium, ac bonorum Ecclesiarum,
1 tam sæcularium, quam regularium, vel Mo-
nium pietatis, aliorumque piorum locorum;
& secundo de prohibitione patroni laici, ne
se ingerat in perceptione fructuum, ac admi-
nistratione bonorum Ecclesiæ vel beneficii,
cujus patronus existat, adjectis etiam pœnis
clericis, qui hujusmodi usurpationibus, vel
occupationibus assensum præbeant, seu alias
cooperentur.

De secunda parte aliquid insinuatur *supra
disc.* 11. occasione agendi de Jurepatronatus;
Quatenus vero ad primam partem pertinet,
2 ea latius continetur in Apostolica Constitu-
tione, quæ singulis annis renovari, ac pu-
blicari solet in die cœnæ Domini, a qua nun-
cupationem accipit.

Quemadmodum autem tam hujus De-
creti, quam dictæ Constitutionis usus nimium
frequens est apud Episcopos, aliosque Ec-
clesiasticos superiores, ita e converso in
Curia Romana, pro ejus prudentia, & cir-
cumspectione, idem usus nimium rarus est,
damnando inferiorum facilem abusum,
dum etiam contra privatos delinquentes, qui ex
impotentia, vel ex aliqua prætensione, de-
cimas, vel canones, seu livellos, aliasque
prædationes statutis temporibus non sol-
vunt, ad has pœnas procedunt, sive contra
eos, qui ex privatis juribus, ac prætensio-
nibus aliqua possideant bona, quæ ad Ec-
clesias, vel pia loca spectare prætendatur,
cum in his alia juris remedia intrent, non au-
tem illud, quod auctoritativas, ac potentia-
les occupationes & usurpationes pertrahit, adeo
ut Episcopo, vel alteri Ecclesiastico superiori
aliud non suppetat remedium, quo mediante,
Ecclesiarum, piorumque locorum indemnita-
ti consuli valeat, unde proposterea cogantur
ad censuras, aliaque Ecclesiastica remedia de-
venire tanquam per speciem defensionis,
ita cum armis spiritualibus vim vi repel-
lendo; quod etiam in forma ramen potius
extrajudiciali, quam judiciali, ac in prædicta
defensionis forma, cum non subditus, ac pro
bonis extra propriam diœcesim existentibus,
pro facti qualitate, vel defensionis necessita-
te, quandoque conceditur. *Tit. de jurisdict.
disc.* 47. & 48.

Nimium itaque salubre est istud remedium, 5
quando opportune illud adhibetur,
sed e converso, Episcopi, aliique Ecclesia-
stici superiores, nimium parce, ac circum-
specte in ejus usu se habere debent, ne alias
ob assiduitatem, seu ob incongruum usum in
casibus, in quibus non intrat, illud parum
proficuum remaneat, atque laici opinentur,
ut quemadmodum in aliquibus casibus male
adhibitum est, ita quoque male adhibeatur in
altero, in quo in effectu intret, atque ex hoc
indistincto abusu pene omnia Ecclesiasticæ au-
ctoritati, vel immunitati præjudicialia incon-
venientia resultrant.

An autem contra exemptos possit Ordina- 4
rius procedere ad hujusmodi censuras con-
tentas in hoc decreto, & in Bulla cœ-
næ, particulariter alibi advertitur *in Mi-
scellan. Ecclesiast. in hoc eodem lib. disc.* 14.
& alibi.

DISCURSUS XXIV.

Ad Sessionem 23. de Reform. cap. 6.

SUMMARIUM.

1 *De quibus agitur in hoc decreto, præfertim circa ætatem 14. annorum pro beneficiis.*
2 *De jure communi ad beneficia sufficit ætas septem annorum.*
3 *Decretum Concilii procedi etiam in beneficiis de jurepatronatus.*
4 *Etiam in Canonicatibus Collegiatarum & similibus ipsa ætas sufficit, & in quibus requiratur ætas pro sacerdotio.*
5 *Quamvis Capitulo, vel Collegio sit annexa cura animarum.*
6 *De ætate requisita in Canonicatibus in Cathedrali.*
7 *Quid in Germania.*

8 *In Canonicatu panitentiario requiritur ætas 40. annorum.*

9 *Pro pensione Ecclesiastica, quæ ætas requiratur, & an pensio sit jus Episcopale.*

10 *Beneficiorum appellatione quænam veniant, & quæ non.*

11 *De requisitis, ut clerici in minoribus gaudeant privilegio fori.*

12 *Quale sit beneficium quod eximat ab his requisitis.*

13 *An simplex exigui redditus sufficiat.*

14 *An sufficiat pensio Ecclesiastica ad eumdem effectum.*

15 *De simplicibus capellaniis, vel cadjutoriis, & svatantiis.*

16 *An solus titulus absque possessione sufficiat.*

17 *Et e contra sola possessio sine titulo legitimo.*

18 *Quomodo in hac materia procedi debeat.*

19 *De verificatione requisitorum ad superiorem ecclesiasticum cognoscere pertinet.*

20 *Unde proveniant inconvenientia in hac materia.*

21 *Quod super habitu clericali non detur regula certa, & quare.*

22 *Vestis clericalis, quæ propria sit.*

23 *De toga doctorali, & de usu Urbis, & Status Ecclesiastici.*

24 *Episcopus potest prohibere laicis usum vestium clericalium, & quid de toga doctorali.*

25 *In tonsura debet attendi usus regionis.*

26 *Idemque circa usum comæ.*

27 *De requisito servitii in divinis, quomodo intelligendum sit.*

28 *Quod sit error procedere cum declarationibus, vel doctrinis generalibus, vel particularibus aliquorum locorum.*

29 *De considerationibus, cum quibus est procedendum.*

30 *De eodem errore, de quo n. 28.*

31 *Et quomodo procedi debeat in materia, & quod adscripsio non sit præcise necessaria.*

32 *De modo cum quo intelligendum est requisitum delationis habitus.*

33 *An hæc requisita desiderentur pro aliis privilegiis clericalibus.*

34 *In specie circa onera realia, & expendunt rationes, ob quas idem in aliis privilegiis est dicendum.*

35 *Privatio privilegiorum est ad tempus, donec non impleantur requisita.*

36 *Potest reassumi, quandocumque habitus etiam propria authoritate non obstante inhibitione.*

37 *Non potest Episcopus privare habitu, & declarare aliquem invitum laicum.*

38 *Quomodo debeant in hoc se gerere Episcopi abstinendo a collatione tonsuræ.*

39 *Quod habitus possit reassumi etiam post matrimonium, vel militiam.*

40 *Etiam matrimonio durante, si est cum virgine, potest reassumi habitus; secus autem per bigamum.*

41 *Non potest clericus propria auctoritate dimittere habitum, atque adhuc remanet subditus.*

42 *Etiam si fiat coram non legitimo superiore.*

43 *De vestione, ab quam in dimissione requiratur auctoritas superioris.*

44 *De clericis conjugatis, quibus privilegiis gaudeant.*

45 *De clericis græcis, seu orientalibus, eorumque exemptione.*

46 *Ad quem pertineat cognoscere de clericatu & requisitis.*

47 *De probatione clericatus, quomodo fiat.*

48 *De eodem, & de distinctione, quæ desuper cadat.*

DE tribus agitur in hoc Decreto; Primo nempe de ætate necessaria ad obtinenda beneficia Ecclesiastica; Secundo de requisitis necessariis in clericis, in minoribus non beneficiatis, ad effectum, ut potiantur clericali privilegio fori; Et tertio de eodem privilegio fori respectu clericorum conjugatorum. 1

Quatenus pertinet ad primum, innovatur per hoc Decretum dispositio juris communis, atque ita restringitur ea libertas obtinendi beneficia, quæ prius habebatur etiam ante septem annorum; Non quod canones, vel antiquiora concilia aliquid desuper expresse disponant, sed ex recepto usu derivante a communi DD. sensu præscribendo hujus ætatis annorum septem necessitatem potius argumentative seu illative aptima tonsura, quæ ante dictam ætatem conferri non debet, cum sine illa, Ecclesiastica beneficia obtineri non possint, *tit. de benef. disc. 95.*

Hujus autem ætatis conciliaris præfinitio, ex magis recepta opinione, locum habet, etiam in beneficiis simplicibus de jurepatronatus laicorum, nisi voluntas fundatoris, seu lex fundationis aliter suadeat; Quia nempe fundator dixerit, ut præsentari possint etiam illi, qui minorem ætatem habeant; Atque ubi ipsa voluntas sit clara, & expressa, tunc nulla cadit dubitatio, cum tali casu sufficiat, ut prima tonsura sit initiatus; quæstio autem est in casu voluntatis ambiguæ, quæ dedocatur per argumentum, quia nempe dictum sit, ut præsentati valeat clericus primæ tonsuræ; illa etenim dispositio æquivoca est, utpote duplicem habens intellectum, unum scilicet circa ætatem, ut sufficiat illa, quæ sufficit pro tonsura; & alterum, ut id expressum sit ad tollendam ambiguitatem, seu quæstionem, quæ cadere solet, an beneficium sit sacerdotale, necne, præsupponendo tamen in relicquis terminos habiles; Et quamvis desuper opinionum varietas habeatur; attamen magis recepta est distinctio, an fundatio facta sit ante vel post Concilium, ut in iis, quæ sunt priores hac non obstante, ætas conciliaris necessaria sit; secus autem in posteriotibus nisi alia accedant argumenta voluntatis, cujus tevera est quæstio, *tit. de benef. disc. 95.* 2

Quemadmodum autem, ista ætas necessaria est, etiam in beneficiis simplicibus, ita sufficit etiam in residentialibus, & qualificatis, quoties non sint curata, seu aliquem ordinem sacrum annexum non habeant, seu alias certa ætas a jure vel a Concilio præfinita sit, ut contingit in principalibus dignitatibus, vel in Abbatiis cum conventu & administratione actuali, & consequenter etiam in Canonicatibus, ac inferioribus dignitatibus in Collegiata, sive in beneficiis, vel portionariis, aut hebdomadariis Cathedralis eadem sufficit ætas, nisi Ecclesiæ statutum, vel consuetudo, aut lex fundationis aliter disponat, *eodem disc. 95.* 3

Idque verum est, quamvis illi Ecclesiæ, seu Collegio annexa sit aliqua Ecclesia parochialis, vel cura animarum totius populi illius loci, ut in plerisque partibus contingit; Licet enim pro animarum cura, necessarius sit ordo presbyteralis, & consequenter, in beneficiis curatis, illa saltem ætas requiratur, ut infra annum ad sacerdotium promoveri possit *ibidem*. Attamen id intelligitur, in ipsa principali rectoria, sive in vicaria, cui exercitium curæ incumbit; sive in illis Canonicatibus, vel in aliis beneficiis, quibus idem exercitium annexum sit; in aliis autem, sola cura habitualis, quæ est penes Collegium, seu corpus universale, in singulis hunc effectum non producit, nisi ex Ecclesiæ usu, (quem tamen Concilium non laudat,) idem exercitium sit penes omnes Canonicos, vel Beneficiatos, *ibidem*. 4

In Canonicatibus autem, vel Dignitatibus inferioribus in Cathedrali, quoties ad ejusdem Concilii mentem, adest ordinum annexio, & distributio; tunc extra controversiam est, ut ea sit necessaria ætas, quæ habiliteatem contineat ad illum annexum ordinem obtinendum infra annum, ubi vero hæc annexio non adsit, tunc quamvis variæ desuper habeantur opiniones, magis receptum est, ut ea saltem ætas necessaria sit, ut infra annum ad primum sacrum subdiaconatus ordinem promoveri valeat, *ibid.* Nisi diversa alicujus Ecclesiæ consuetudo aliter suadeat, ut sola ætas quatuordecim annorum sufficiat, ut in Germania generaliter, vel in aliquibus ejus Ecclesiis vigere (non tamen extra quæstionem ac variationem) Rota censuit, *eod. disc. 95.* 6

Pro Canonicatu autem pœnitentiario est ætas quadraginta annorum, quoties loco adsint personæ, quibus in hac ætate conferri possit, sin minus ætas, quo magis fieri potest aptior, & provectior, *eodem disc. 95.* 7

Quamvis autem pensiones super beneficiis ecclesiasticis, clericatum exigant, ad instar beneficiorum, quibus ad aliquos effectus exæquatæ sunt, præsertim (juxta unam opinionem,) etiam ad effectum hujus Decreti pro fori privilegio, sine aliorum requisitorum necessitate, ut infra, adeout quemadmodum per matrimonium, vel per militiam vocant beneficia ipso jure, ita quoque (Indulto Apostolico non suffragante) cessent ac extinguantur pensiones. Non tamen ad illas istud conciliare Decretum extenditur, ex ea ratione quod pensio de sui regulari, ac intrinseca natura, est res mere temporalis, cujus est capax etiam laicus, vel infans, cum pensionarius nullam habeat participationem in Ecclesia, vel in ejus administratione; Atque præsens necessitas clericatus provenit potius ex recepto stylo Curiæ Romanæ, ex quo etiam ob quamdam annexionem spiritualitatis, provenit illa simoniaca infectio, quæ in pensionibus ecclesiasticis habetur circa earum substantiam, ne in conventionem deducantur cum pecunia, vel cum alia re temporali, secus autem ubi sola commoditas. Et consequenter illa sufficit ætas, quæ necessaria est ad obtinendum clericatum tanquam requisitum necessarium, etiam de stylo Curiæ, non autem de intrinseca natura, *sub tit. de pensionibus pluries.* 8

Beneficiorum autem appellatione, ad hunc effectum, ea solum veniunt, quæ vere, ac legaliter talia sint, quia nempe, cum Apostolica, vel Ordinaria auctoritate, sive cum illa alterius ecclesiastici superioris, ad id sufficien- 10

cientem potestatem habentis, legitime, ac stricte servandis fundata sint; Secus autem ubi agatur de capellaniis manualibus, sive de legatis piis, ex sola privata dispositione fundatis, quamvis cum onere celebrationis missarum, quod per substitutos recte impleri potest, adeo ut dicta formalis fundatio, seu erectio non accedat, cum hujusmodi capellaniarum, ac piorum legatorum, etiam mulieres, ac infantes sint capaces, *eodem tit. de benef. dict. disc. 95. & 97. & in aliis.*

Quo vero ad dictam secundam partem hujus decreti, ut scilicet clerici in minoribus, 11 nullum ecclesiasticum beneficium habentes, ad effectum privilegii fori, habere debeant requisita in hoc decreto præscripta; Primo nempe, ut habitum, & tonsuram clericalem deferant; Secundo, ut alicujus Ecclesiæ servitio per Episcopum adscripti sint; Et tertio, ut actualiter inserviant; Plures desuper ob minimam (parum tamen commendabilem) frequentiam clericorum in minoribus, cadunt quæstiones; Primo nempe qualia sint ea beneficia, quæ ab hujusmodi requisitorum necessitate eximant, qualisve titulus vel possessio in eis requiratur; Secundo, posita dicta necessitate requisitorum, super ipsius clericatus probatione; Tertio super habitu clericali, qualis dicatur, vel an continuus esse debeat: Et quarto super servitio in divinis, ejusque adscriptione.

Ad primum; Cum Decretum in verbis 12 exigat beneficium ecclesiasticum, hinc sequitur, ut illud superius enunciatum requisitum habere debeat, legitimæ scilicet fundationis factæ cum auctoritate Ordinarii, non autem ubi sit capellania manualis, vel simplex pium legatum, ut supra.

Posita vero dicta qualitate beneficii, illud etiam simplex, quod nullum annexum habeat servitium, vel residentiæ onus, etiam 13 exigui redditus sufficere videtur, ex magis communi sensu scriptorum, Ideoque non audeo desuper aliquid in contrarium asserere, vel firmare; Verum relinquendo locum veritati, insinuare cogor, quod ista opinio mihi nullatenus placet, cum ita non impleatur laudabilis finis a Concilio desideratus, ut clerici in minoribus, beneficium, vel dicta requisita, habeant, ut scilicet, uno vel alio modo populo innotescat, quod ipsi sint clerici, non autem laici, atque ita a laicalibus distinguantur; Et consequenter de illis beneficiis Concilium sensisse videtur, quæ cujus Ecclesiæ administrationem, seu actuale servitium annexum habeant, cujus occasione per necessitatem in illis saltem functionibus, quæ prædictæ administrationi, vel servitio annexæ sunt, faciant figuram clericorum, atque ita eorum qualitas, saltem aliquibus anni temporibus, ad populi, ac Magistratuum sæcularium, notitiam deveniat, unde propterea sequatur dictorum requisitorum implementum per æquipollens; Secus autem ubi de illis parris, ac omnino ignotis beneficiis agatur, quæ, etiam in remotis diœcesibus existentia, affectate procurantur, facilis obtentionis, ob exiguitatem, quia pene derelicta sint, adeo ut quodammodo titulus beneficii de pertica eis congruat, ut frequentissima praxis docet: Sive quod illi, qui licentiosam, & criminosam vitam ducere volentes, in habitu, ac statu de facto mere laicali, a sæculari tamen foro se asseurare volunt, curant, vel directe per se ipsos, vel per eorum conjunctos fundari cum redditibus alicujus derelicti prædioli, vel cum aliquo exiguo censu, aliquod ideale beneficium; ad meram fraudem, ac formalitatem; Lex enim imposita dicitur rebus non autem verbis; ideoque spectari debet finis, seu effectus, ob quem illa emanavit: Et consequenter, pro meo judicio, id intelligendum est, de illis beneficiis, quæ residentiam, vel saltem aliquod personale servitium, ita annexum habeant, ut ista occasione, ita ille publice dignoscatur clericus apud populum, ac apud Magistratus.

Atque hinc sequitur, quod (relinquendo pariter integrum locum veritati, nihilque ex meo sensu firmando,) neque placet alterum assumptum, quod ex Scriptorum ec- 14 clesiasticorum magis communi sensu receptum videtur, ut etiam pensio ecclesiastica ad hunc effectum beneficio æquipolleat, quoniam ut præmissum est pensio vere, & proprie non est quid spirituale, sed mere temporale, atque accidentaliter ex stylo Curiæ, & pro quodam frequentiori usu, exigit clericatum, ac dicitur habere quandam annexionem spiritualitatis remotam, & impropriam. Ideoque nullatenus eis congruere potest dicta ratio, quæ a Concilio ad hunc effectum ponderata fuit.

Et quamvis aliqui ponderent, quod dum magis receptum est, ut etiam simplices capellaniæ perpetuæ ad id sufficiant, vel etiam co- 15 adjutoria per Papam concessa, sive illa frantania, quæ in Civitate Neapolis in usu est, pro cadaveribus associandis in funere; Attamen id clarum continet æquivocum, quoniam capellaniæ perpetuæ, & collativæ, sunt vera beneficia, seu eorum jure regulantur, dictæque frantaniæ pariter conferuntur in titulum. *Tit. de paroch. disc. 28.*

Posita vero qualitate beneficii veri, atque 16 ad

ad id sufficientis; Quamvis aliqui credant, ut solus titulus, absque possessione, ad id sufficiat, attamen ex eadem superius ponderata ratione, id parum probabile videtur, cum spectandus veniat effectus, vel finis a Concilio considerata, ut supra, atque ita recepta praxis docere videtur.

E converso autem, sola possessio, ubi non sit notorie intrusiva, sufficit, quamvis titulus deinde detegatur minus legitimus, ut frequenter contingit, an illis be- 17 neficiis, quæ aliquam habeant Apostolicam reservationem, vel affectionem, eaque non obstante, conferantur ab Ordinario, quoniam ille status de facto sufficit, cum ita dictus finis impleatur.

Commendabilis quidem, regulariter, est ecclesiasticorum Scriptorum, ac præsertim Moralium, zelus, tuendi quo magis fieri po- 18 test, ut clerici, laicalis fori exemptionem obtineant, sed cum præsupposito, ut illi retineant statum clericalem, atque tales dici mereantur; Secus autem, ubi ex verbis, vel ex mente Concilii resultet, ut tales dicendi non sint, quoniam tunc non est subjicere clericum foro laicali, sed est eum declarare non clericum, sed laicum.

Nimium etenim improbabile est, ut per generale œcumenicum Concilium, in quo intervenientibus tot Episc. & Prælatis, ac Principum Oratoribus, insinuantibus hunc abusum, ut ei occurreretur, post maturam discussionem, ordinari voluerit lex, quæ adeo de facili eludibilis esset, cum obtentione alicujus ex dictis beneficiis depertica, vel alicujus modicæ pensionis, absque eo quod id præberet occasionem, vel necessitatem, ut ille agnoscatur sanquam clericus, atque a populo distinguatur, quodque sensus aliquorum Moralium, vel Collectorum, ita destruere debeat id quod, per tot Patres in generali Concilio congregatos, sub inspiratione Spiritus Sancti statutum est, quoniam inspici debet finis, seu effectus a Concilio considerata, quodque ista non sit dicenda lex imposita verbis, sed rebus.

Quarenus vero sine præjudicio veritatis 19 ista quæ insinuantur, aliquam probabilitatem forte habere videretur; Adhuc tamen istud firmiter asserendum, ac tenendum est, ut non exinde laicalis potestas licentiam sibi assumat in jus dicere, atque sub hoc prætextu, manus apponere, super iis, qui clerici sint, vel supponantur, cum de his cognoscere pertineat ad Episcopos, aliosque competentes superiores ecclesiasticos, qui tamen justitiam, ac publicam quietem ante oculos habere debent, ut delicta jam patrata puniantur, atque futuris occurratur, ne committantur, non autem affectare zelum immunitatis vel fori, ad lucrum, & mercaturam, ita malefactores, ac delinquentes alliciendo ad nova delicta.

Hinc proinde malum consistit in utriusque 20
extremi vitio, quod scilicet, sæculares facere volunt id, quod non possunt, atque ecclesiastici facere volunt id, quod non debent. Ideoque superiores majores, & præsertim sacræ Congregationes, quemadmodum prudenter rigorose procedunt contra primos, ita rigorosius procedere deberent contra secundos, quando in suo munere deficiunt.

Ubi vero prima pars hujus conciliaris De- 21
creti non verificetur, quia nempe clericus in minoribus non habeat beneficium ecclesiasticum, quod ad id sufficiens reputetur, unde propterea (præsupposito clericatu agendum sit de secunda parte super requisitis; Quatenus pertinet ad habitum, qualis scilicet ille sit, qui clericalis dici valeat) Non de facili certa regula generalis cuicumque loco, vel personarum generi applicabilis dari potest, unde propterea moribus regionis nimium deferendum videtur, adeo ut alle adimpleatur finis, vel sequatur effectus, qui a concilio prudenter considerata fuit, ut scilicet ita ille habitus contradistinguat clericos a laicis, atque ita Magistratus sæculares, eorumque familiæ arcuatæ, dignoscant, ac videant, super quibus manus apponere possint, & a quibus respective abstinere debeant, cum ad hunc etiam effectum probabiliter desiderata sit tonsura.

Vestis enim clericalis, ex sacrorum Canonum præscripto, vere, & proprie, illa est, 22
quæ sit intra genua, & talos, ut scilicet nec sit nimium brevis more laicorum, neque nimium longa, ut importet togam honestificam, & ad luxum, quæ clericali humilitati incongrua sit.

Varius tamen est locorum, ac respective Personarum usus, quoniam in Civitatibus, aliisque locis civilibus, in quibus cum decore vivitur, adinstar usus Urbis, vestes clericales sunt longæ ultra talos, ad formam togæ; In parvis autem, vel obscuris locis, ob clericorum paupertatem, vix ad genua ascendant; Sive etiam in Civitatibus, contradistinctio esse solet inter constitutos in sacris, seu canonicatum vel dignitatem habentes & clericos in minoribus, quod scilicet illi vestes talares deferre solent, isti vero breviores ad genua, adhuc tamen, ob diversum usum sæculatium ita bene distinguuntur.

In Urbe autem, & Statu ecclesiastico, aliis-

aliisque forsan Italiæ partibus, non de facili hæc certa distinctio haberi potest : quoniam antiquus retinetur usus togæ in aliquarum scientiarum professoribus seu gradum Doctoratus habentibus, eodem adamussim modo quo utuntur clerici, adeout nullatenus distinguantur ratione habitus, sed pro diversis moribus diversa habeatur distinctio; Idcirco jus non est in modo præciso, sed in dicto fine, vel effectu, ad quem potius, quam ad generales propositiones, vel formalitates reflectendum videtur. *De hac agitur sub. tit. de jurisd. disc. 93.*

23

Hinc proinde receptum est, ut Episcopi aliique Prælati, tacularibus sub censuris, aliisque remediis pro locorum statu, vel moribus, prohibere possint usum illius habitus, quem solum clerici, non autem laici deferunt, quamvis attenta dispositione legis scriptæ, ille habitus laicis certam qualitatem habentibus, potius quam clericis congruat; Ut pura, juxta casum de quo agendi occasionem habui, quod laicus gradum doctoratus habens, in legibus, vel in alia facultate longam, seu talarem vestem deferre velit, tanquam togam doctoralem, eo modo quo in Urbe DD. deferunt, quoniam si in ea regione DD. seculares vestibus brevibus admittar aliorum secularium utantur, adeout toga non sit in usu nisi apud clericos, tunc recte prohiberi potest; Tum, quia jus non scriptum, quod a loci consuetudine resultat, antiquum jus scriptum abolevit. Tum etiam, quia apud populum præsertim infimum, vel medium hujusmodi antiquæ eruditionis ignarum, scandalum præberet, videndo laicum qui in eo habitu faciat eos actus, qui laicis licent, clericis autem omnino illiciti sunt; Ut quotidiana probat experientia in illis advenis, qui antequam de consuetudine informationem habeant, in Urbe vident in curribus togatos publice incedentes cum mulieribus, ac adolescentulis, quia scilicet sint medici, vel Advocati, seu Procuratores, aliive Curiales uxorati, more laicorum incedentes cum uxoribus ac filiabus, exteri autem credunt, quod sint parochi, vel in aliqua ecclesiastica dignitate constituti, ideoque materia regulanda videtur pro locorum diversis moribus, dicto fine, vel effectu spectato, *vid. disc. 93. de jurisdict. & disc. 21. de Regular.*

24

Idem quoque circa tonsuram, quoniam in plerisque partibus, per clericos in minoribus, præsertim nobiles, seu alias qualificatos, quinimo (ut præsertim in Urbe frequens praxis docet,) etiam per illos in sacris, ea negligi solet; Ac etiam circa usum comæ, quæ in aliquibus locis & præsertim in urbe etiam per clericos in sacris more secularium, præsertim togatorum, absque aliquo scandalo geritur? In aliis autem locis, in clericis etiam in minoribus, omnino illicita, & scandalosa est, tanquam signum quod contradistinguat seculares a clericis, unde propterea locorum Ordinarii antiquorum canonum rigorem in hoc bene adhibent.

25

26

Prout etiam, circa Ecclesiæ servitium, quoniam in plerisque partibus, præsertim vero in parvis Civitatibus, vel oppidis, prima tonsura ad hunc effectum principaliter conferri solet, ut scilicet missis, aliisque divinis inserviatur, cum id per laicos explicari non soleat, adeout in usu sit quod Ordinarii, aliique superiores, clericos quamvis nullum beneficium, vel officium, seu stipendium habentes, cogant etiam sub pœnis & mulctis ad præstandum istud quamvis gratuitum servitium per hebdomadas, seu per alia tempora pro moribus distributa, nemine excepto; Unde propterea ita resultet distinctio clericorum a secularibus, cum usus cottæ, seu albæ vestis lineæ, quæ superpellicea vulgo dicitur, non permittatur nisi clericis, atque in laicis scandalosa esset: In aliis vero partibus, præsertim in magnis Civitatibus, & in ipsamet Urbe prælatur per ipsos seculares conductos, qui in actu inserviendi quamdam adhibent longam vestem, cum cotta, seu superpelliceo, postmodum vero finito servitio, ea dimissa incedunt in consueto habitu brevi secculari, adeout in personis præsertim nobilibus, vel civilibus id incongruat, cum speciem famulatus redoleat: Neque in usu est adscriptio, quæ de mandatu Episcopi fiat alicui Ecclesiæ, ut practicatur in dictis locis, in quibus tale servitium prælandum est, ut supra, *de hoc servitio & aggregatione agitur sub tit. de Canonic. & Capit. disc. 17. cum plur. seqq.*

27

Igitur manifestus error est, cum aliquibus declarationibus, vel doctrinis generalibus Collectorum in hac materia procedere, quoniam stant bene simul, quod in uno loco dicta requisita uno modo impleri dicantur, in alio autem altero; Et consequenter retenta dicta regula, quæ in omnibus facti quæstionibus principaliter attendenda est, spectandi scilicet rei substantiam, seu finem, ac effectum a lege consideratum, non autem verborum formalitates, vel aliquas decisiones, quæ particularites circumstantias habere potuerunt, pro locorum, ac personarum qualitate id regulandum videtur.

28

Atque si (ex. gr.,) juxta casus inferius insinuandos, in Rota, vel in alio Tribunali Romanæ Curiæ, de aliquo clericali privilegio, vel effectu disputari contingit, an scilicet adsint, necne dicta requisita? Videndum est, an agatur de clerico, qui sit civis Urbis, vel incola, ubi ea de facto in usu non sunt. Vel de clerico, qui licet in Curia litem habeat, seu incolatum faciat, sit civis seu incola loci, in quo requisita sint in usu, atque per ea ex communi opinione, clerici distinguuntur a laicis. *Ponderatur d. disc. 93. de jurisd. & sub tit. de testament. disc. 34. & in supplemento, & sub tit. de Regal. disc. 62. & tit. de credito disc. 119.*

29

Atque in hoc præsertim consistere solet pragmaticorum ineptia, quæ tot æquivocorum productiva est, cum magno justitiæ detrimento, attendendi scilicet doctrinas, vel decisiones in sola litera, non distinguendo locorum, aliarumque circumstantiarum diversitatem, atque id, quod Hispanus, vel Gallus, aut Germanus Auctor, pro illarum respective regionum moribus, asserat, applicare cuicumque loco, ubi omnino diversi sint mores, Idemque in eadem provincia, vel regione pro locorum, vel personarum variis usibus.

30

Quodque substantia veritatis attendi debeat, inspiciendo scilicet finem, vel effectum ad quem id ordinatum est, ex eo præsertim comprobatur, quod licet istud decretum in verbis copulative exigat habitum & tonsuram, ac etiam servitium, & adscriptionem factam ab Episcopo. Attamen si verificetur de facto servitium more clericali, quamvis desit adscriptio, id non præjudicat, sive si deferatur habitus vere clericalis, qui dictam clericorum contradistinctionem inducit, unde propterea quis in loco pro notorio clerico habeatur, non ex eo, quod tonsuram negligat, exinde sequitur quod sub hujus decreti pœnis cadere debeat, ut ex magis recepto sensu inconcussa praxis docet.

31

Prout circa delationem habitus, ea moraliter, non autem physice intelligenda venit, pro frequentiori scilicet usu, adeout dictus resultet effectus notitiæ, seu contradistinctionis apud populum, vel apud Magistratus; Quoniam si de nocte recreationis, vel negotiorum causa, sive itineris, vel venationis occasione, aut alias accidentaliter in habitu secculari incedat, non tamen exinde, fori privilegio aliisque clericalibus privilegiis vel effectibus privandus erit: Solumque incessus in habitu secculari pro facti qualitate excusatos reddere poterit illos Curiæ secularis ministros, qui in eos, occasione armorum vel alicujus criminis, manus apponant, ab incursu censurarum, quoties tamen in bona fide sint, justeque crediderint, non autem ex affectata ignorantia, illum esse laicum, non autem clericum, dummodo post notitiam, illico eum proprio superiori remittant.

32

Cum autem istud decretum, dictis requisitis non accedentibus, privilegio fori eos privet; Hinc proinde inter modernos, qui post Concilium super his materiis scripserunt, (quorum major pars Collectorum, vel Moralium est, pauci autem videntur illi, quibus Doctorum nomen vere congruat,) exorta est quæstio, an ad privilegii fori tantum privationem, conciliaris dispositio restringatur; aliis privilegiis, ac effectibus clericalibus fit mis remanentibus; Pura circa exemptionem realem ab oneribus laicalibus; Sive circa privilegium *cap. Odoardus de solut.* Aut circa factionem testamenti, ac alia, quæ filiisfamilias clericis conceduntur, laicis autem denegantur; cum similibus; Et quamvis plurium sententia sit, capiendo conciliare decretum ad literam, ut alia privilegia firma remanent.

33

Merito tamen Rota Romana aliam probabiliorem sequuta est sententiam, præsertim occasione dicti privilegii *cap. Odoardus*, ac etiam occasione alterius, circa facultatem testandi de bonis adventitiis, patriæ potestatis impedimento non obstante; Sive circa exemptionem ab usufructu legali, qui patri in bonis adventitiis filii debetur, cum similibus *in locis proxime supræ allegatis.*

34

Potissime autem, ista opinio probabilior est atque omnino recipienda videtur, circa exemptionem onerum, dum ista denegatur etiam clericis, in quibus omnia requisita hujus decreti exacte verificentur ex folio defectu cœlibatus, quia nempe sint conjugati; Igitur multo magis in iis, qui ob requisitorum defectum, præsertim habitus, laicorum potius figuram de facto faciant.

Prorsus enim improbabile est, ut denegari debeat illud privilegium fori, quod concernit præjudicium totius ordinis clericalis, adeo ut, neque volens possit clericus illi renunciare, ac se laicali foro subjicere, retenta clerici figura, vel statu, adeo ut possit ira per Magistratum secularem, furcis suspendi atque in frusta scindi, seu ignominiose fustigari, aliisque subjici pœnis, clericali statui omnino incognuis, & tamen ultra retinere debeat privilegia, quæ interesse privatum concernunt, & quibus sine aliquo ordinis præjudicio, renunciare potest, ut est illud factionis testamenti, vel exemptionis ab usufructu legali, cum similibus; Ac etiam est illud

cap. Odoardus, quod etiam clericis in sacris, vel ratione doli, vel ratione actionis obligationis, & in plerisque aliis casibus denegari solet.

Alia etiam valde congrua, & convincenti ratione accedere, quod juxta probabiliorem magisque receptam opinionem apud ecclesiasticos, clericorum exemptio a foro laicali reputatur de jure Divino, de quo non sunt dicta alia privilegia minora. Idque dicendum non est, quod Concilium, cum quem supponat adhuc clericum, atque in clericali statu perseverantem, contra juris Divini dispositionem, laicali foro subjicere voluerit, sed omnino verius est, ut de isto majori privilegio tanquam magis dubitabili loquutum sit, ut ita generaliter non clericus, sed potius laicus declaretur, *ibidem proxime supra*.

Hæc autem privatio, ob requisitorum defectum, perpetua non est, solumque durat, eousmodem requisitorum deficientia durante. Cum etenim juxta opinionem, in Ecclesiana Curia magis receptam, tonsura (sive sit ordo, sive sit solum introductio ad ordines,) imprimat characterem indelebilem; hinc proinde, licitum est etiam post dimissum habitum, imo post expresse factam dimissionem ipsius clericatus, cum formali suscriptione status incompatibilis matrimonii, imo post patratum delictum, ac inquisitione pendente, habitum quandocumque resumere, atque requisita adimplete, ut propterea privilegium fori, aliaque privilegia obtineat.

Quamvis enim, ubi, de expressa dimissione clericatus agitur, soleant Episcopi, vel alii superiores, adjicere decretum, ut habitus clericalis resumptio, nonnisi de ejus licentia fieri valeant; Attamen, si de facto quis resumat habitum & tonsuram, ac inferviat in divinis eo modo, quo locorum consuetudo exigit, adeo ut impleri dicatur præcidius effectus, vel finis a Concilio desideratus, adhuc reputandus erit clericus, cum non possit Episcopus, vel alter Prælatus hanc facultatem tollere.

Eo modo quo pluries ab hac S. Congregatione Concilii, & ab altera Episcoporum declaratum fuit, ut non possit Episcopus, vel alter Prælatus tollere habitum clericalem, seu clericalibus privilegiis aliquem privare, eo quia negligat assumere ordines sacros, vel ad eos assumendos omnino inhabilis deregatur.

Ideoque vigilantia, & charitas eorum, qui Episcopi & Pastoris, non autem mercenarii, & mercatoris partes facere volunt, consilia in ingressu, id est non de facili conferendo tonsuram, cum ea jam empressa, deferi ab eisdem non valeat, neque precepti per viam privationis, sed solum per viam declarationis, quando ad hujus decreti formam, aliorumque canonum, vel Apostolicorum decretorum in clericali statu, ejusque privilegiis de jure reputandas veniat, & sic declarare id, quod jam de jure inest ad istas executionis gratia a Episcopis, non autem ex sua potestate de novo disponere, vel decernere.

Quinimo etiam si clericus assumpserit militiam secularem, vel alium statum omnino incompatibilem cum clericatu, qui proinde sit in minoribus, ipse illico cessat. Sive contraxerit matrimonium cum unica & virgine, quoniam si militia; vel alio statu incompatibili dimisso, ad priorem statum clericalem redeat, recte id agere potest, neque irregularitas id impedit, minusque aliquod crimen commissum, quamvis inquisito adsit cum ejus terminis & moderationibus, ne scilicet positivæ fraudis ratio id prohibeat *tit. de purgat. disc. 40.*

In casu autem matrimonii, eo durante, adhuc status clerici conjugati assumpserit, ubi autem ibi solutum, ille clerici exibit, pleno jure, cum solum bigamia utroque casu id impediat, nisi Apostolica dispensatio accedat, quæ soluto matrimonio dari solet, non autem eo durante.

Procedunt hæc omnia, contra ipsum clericum, ne foro, aliisque clericalibus privilegiis potiatur, non autem ut, exinde licentia ibi stibuatur, propria marte de facto deferendo habitum, vel non servanda requisita, ne eximere ab Episcopi, vel alterius ecclesiastici superioris jurisdictione, vel potestate, quoniam ita in ejus odium utrique foro subjectus remaneret, ut pluries declaravit hæc sacra Congregatio, ac etiam Rota, *sub tit. de jurisd. disc. 55.*

Quinimo etiamsi expressam fecerit dimissionem alias, quam coram Episcopo, vel alio superiore, ad quem pertinet eam admittente vel admittere debente, adeo ut alias a non admissione detur appellatio, vel recursus; Adinstar eorum, qui in jure habentur de resignatione beneficiorum, quæ fieri non potest nisi coram superiore acceptante, ut ita ex mutuo consensu dissolvatur ille contractus, qui eo modo initus est.

Ac etiam quia, cum clericatus in minoribus aliud non sit, nisi quædam adscriptio militiæ cælesti, idcirco quemadmodum in militia terrestri ille, qui per Ducem, vel alium officialem, ad

ad quem pertinet militum rotulo, seu matriculæ adscriptus est tanquam per speciem contractus, non potest cum deserere absque ejusdem Ducis, vel alterius superioris licentia, per quam ex mutuo consensu distractus sequi dicatur, atque alias adhuc militia deserta dicitur foro militari subjectus, ita a pari, cum in omnibus eadem sit ratio.

Tertia est pars hujus decreti circa clericos conjugatos, quorum respectu innovata fuit Constitutio Bonifacii Octavi, ut scilicet, præsupposita a forticri illis requisitis, quæ pro locorum moribus, ut supra necessaria sunt etiam in clericis, qui sint celibes, gaudeant privilegiis clericalibus canonis, & fori criminalis, non autem aliis privilegiis, præsertim illo exemptionis onerum laicalium, nisi respectu mere personalium ac sordidorum; unde properetea sub quæstione est, an id procedat in illis muneribus, quæ sunt quidem personalia, sed non sordida, ut (ex. gr.) est munus Decurionis, vel Magistratus Communitatis, vel Ærarii, Baronis, sive exactoris publicorum vectigalium, vel Præfecti publicorum onerum juxta varios regionum mores; Atque in hoc aliqua opinionum diversitas dignoscitur; verius tamen videtur, ut ex observantia, seu consuetudine loci decisio pendeat.

Eodemque modo decidenda videtur alteza quæstio, super qua pariter habentur opiniones hinc inde per collectores referri solitæ, an post illud decretum conciliare, in parte innovata sit dispositio juris communis quoad exemptionem eos in civilibus, ut scilicet locorum consuetudini, receptaque observantiæ potius deferri debeat.

Cum autem Ecclesia Latina permittat etiam intra ejus viscera & in plerisque Italiæ partibus ritum græcum in iis, quæ græcorum fidelium damnantes, ejus unitatem agnoscunt, ac propterea clerici, etiam in sacris, cælibatus vinculo adstricti non sint, sed uxorem habeant uniciam, & virginem; hinc proinde dubitari contigit, an hujusmodi clerici ritus græci, qui orientales appellari solent, in minoribus constituti, ac uxorati, omnibus clericalibus privilegiis indefinite potiri debeant, vel potius iis, quibus potiuntur clerici conjugati ritus Latini, quibus assimilari debeant; ita quæ secunda pars verior est, atque ita declaravit Sac. Congregatio Immunitatis, *tit. de Regul. disc. 60. & in ejus supplemento.*

Præmissa omnia recte procedunt, ubi nulla sit quæstio clericatus in genere, sed eo posito, agatur solum de requisitis ut supra; Ubi vero ipse clericatus in quæstione sit, atque de ejus justificatione agatur; illud in primis de jure certum est, ut ista cognitio ad Episcopum, vel alium Ecclesiasticum superiorem pertineat, non autem ad Magistratus seculares, quamvis enim in aliquibus Dictionibus consuetudo diversa vigeat, quod scilicet vel ex Apostolica concessione, quæ in vim antiquissimæ consuetudinis allegari valeat, seu ex aliis motivis (de quorum subsistentia mecum non est judicare) ista justificatio fiat coram illo sæculari magistratu, a quo causæ remissio ad Judicem ecclesiasticum petitur? Attamen dicitur cognitio potius facti pro ejus institutione, ac informatione, quam juris, *sub tit. de jurisdict. disc. 64.*

Super modo autem probandi clericatum, certa, & determinata regula generalis tradi non potest, quoniam licet magis consueta omnium melior probatio sit illa, quæ fit per literas testimoniales Episcopi, qui tonsuram proprio diœcesano, vel alicui de proprii superioris licentia contulit, dummodo tamen ea vera, beneque recognita sit, cum frequentius in literis Episcoporum ultra montes ista dubietas cadat, ideoque magis circumspecte procedatur, magisque exacta legalitas exigatur: non tamen ad hanc solam speciem probationis id restrictum est, cum per alias species id justificare prohibitum non sit, etiam per præsumptam, seu adminiculatissam probationem, cujus sufficientia certum regulam non habet, sed Judicis, vel superioris arbitrio commissa est, *tit. de testament. in supplemento ad disc. 34. & in eisdem locis, in quibus supra.*

Ea tamen distinctio in facti contingentia adhibenda mihi videtur, ut spectari debeat finis, vel effectus, ad quem ista probatio facienda sit, an scilicet pro privilegio exemptionis fori laicalis, vel pro aliis privilegiis, quæ ipsius clerici commodum prophanum, seu burlale continentur, puta exemptionem onerum, sive pro factione testamenti non obstante patria potestate, cum similibus; in primo enim casu minus perfecta probatio sufficit, ex ea ratione, quod in dubio eligenda est illa pars tutior, per quam totius ordinis clericalis, atque immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium evitetur; secus autem in altero, in quo, ista ratione cessante, magis concludens, & perfecta probatio desiderata debet, *ibidem.*

DISCURSUS XXV.

Ad Sessionem 23. de Reformatione, cap. 18.

SUMMARIUM.

1 *Demandatur erectio Seminarii puerorum.*
2 *Solet injungi Episcopis visitantibus limina.*
3 *Collectari possunt pro sustentatione omnia beneficia quandoque exemptione non suffragante, etiam Regularia, non autem Monasteria actualia, & quare.*
4 *Declaratur quando etiam Monasteria Regularia huic collectæ subjaceant.*
5 *Quod expediat Monasteria Regularium esse provisa copiose numero Relig. & de ratione.*
6 *Quandoque loco seminarii cum eadem contributione erigunturur collegia Societatis Jesu vel similia.*
7 *De eodem de quo n. 4.*
8 *De Hospitalibus.*
9 *De exemptione beneficiorum Religionis Eliemosinæ, & de ratione.*
10 *Quando hæc exemptio cesset.*
11 *De aliarum militiarum commendis.*
12 *De confraternitatibus laicorum, aliisque piis locis.*
13 *Episcopus etiam huic contributioni subjacet.*
14 *An distributiones veniant in ista contributione, & quando.*
15 *De unione beneficiorum, quæ seminario fieri potest jam erecto, non autem erigendo.*
16 *Pro erigendo fieri potest collecta, seu contributio.*
17 *Quando dicatur erectum seminarium.*
18 *Quænam beneficia possint unire.*
19 *De ratione ob quam hæc erectio in multis diœcesibus non est practicabilis.*
20 *De provisione adhibenda in isto casu.*

1 SEminarium puerorum, seu adolescentium, ut literis, bonisque moribus, atque fidei catholicæ æquelis, bene imbuantur, atque ita, boni parochi, aliique spirituales operarii in vinea Domini idonei, beneque instructi haberi valeant, prudentissime in hoc Decreto disponitur, ut in qualibet diœcesi, quantum possibile sit, ab Episcopis erigatur seminarium, illudque ab eodem, atque ab aliquibus Cathedralis Canonicis regatur, atque administretur.

Hujus autem decreti observantia præ cæteris Apostolicæ Sedi, atque huic Sac. Congregationi nimium cordi est, unde propterea in ejusdem Sacræ Congregationis Responsis, quæ dantur Episcopis, qui per seipsos, vel per substitutos, intra montes singulo quoque 2
triennio, & ultra singulo quinquennio, ad præscriptum Constitutionis Sixti V. Apostolorum limina visitant, istaque occasione relationem Status Ecclesiæ, huic Sac. Congregationi faciunt, præsertim injungi solet seminarii erectio, quando adhuc erectum non esset, vel restitutio, quando alias erectum, dissolutum fuisset.

Pro hujusmodi autem proficuo opere adimplendo, Concilium, collectam, seu contributionem omnium beneficiorum simplicium imponi mandat, etiam illorum beneficiorum regularium, quæ absque actuali conventu in commendam, Cardinalibus, 3
vel Prælatis, aliisque clericis sæcularibus, ex Apostolica dispensatione concedi solent, nulla exemptione ad id suffragante, cum solum exempta sint ea Regularium Monasteria, vel Conventus, in quibus religiosi actualiter vivant, adeo ut omnes reddirus, in necessarios religiosorum usus, ejusdemque Religionis taxas, & collectas convertantur; ac etiam exempta sunt Monasteria monialium, ex ea congrua ratione, quod nihil detractis necessariis oneribus pro Prælato, seu rectore superest, dum in Monasteriis, vel Conventibus actualibus, præsertim Italiæ (ubi omnia Monasteria, ut plurics infinustum est Reipublicæ, vel universitatis more gubernantur) tot religiosi assignari solent, quot ibi sustentari valeant, cum quadam verisimili taxa pro qualibet persona, juxta diversam locorum qualitatem, unde propterea nihil superest, quod, adinstar beneficiorum secularium Prælati, vel rectoris commodo cedat, eo modo quo etiam hodie contingit in illis Monasteriis Regularibus, quæ in pleriique partibus ultra montes, singulari jure, ac independenter, per aliquem Prælatum administrantur, adeo ut Abbates, vel Priores, seu Guardiani, aliove nomine nuncupati locales superiores, in iis, quæ redditus, & œconomicum regimen concernunt, administratorum personam vere gerant, cum obligatione, adinstar tutoris exactæ redditionis rationum, ut nihil in eorum manibus remaneat, & consequenter nil superest, ex quo contributio facienda sit, *de hac distinctione Monasteriorum sub tit. de Regular. disc. 19. & sub tit. de jurisd. disc. 29.*

Nisi

Nisi forte Monasteria, vel Conventus adeo divitiis affluant, & e contra diœcesis, beneficiorum sæcularium copiam non 4
habeat, ut Sedes Apostolica speciali jure, pro erectione, vel substentatione seminarii, istam contributionem, dicta exemptione non obstante, opportunam reputet, ac demandet; quia nempe ob magnum religiosorum numerum, quem subsistentiæ valet, parum, seu nihil refertæ judicetur, ut unius, vel duorum numerus diminuatur, ut ita istud proficuum opus implcatur.

Id autem, nimium raro praxis docet, 5
quoniam pro Catholicæ fidei, & vitæ spiritualis conservatione, ipsarumque literarum doctrina, nimium proficere solent regularium Monasteria, vel Conventus, in quibus magnus religiosorum numerus vivat, cum in hujusmodi Monasteriis, pro frequentiori contingentia, fundari soleant studia, quæ licet pro ipsorum regularium doctrina, & profectu principaliter destinata sint; Adhuc tamen adolescentes, tam clerici, quam sæculares Civitatis, vel diœcesis, in eisdem studiis nimium proficere solent, unde propterea quædam æquipollens seminarii species adesse videtur; Quoties tamen dicta ratio verificetur, secus autem, ubi de illis numerosis Monasteriis agatur, in quibus, ut incumbatur vitæ contemplativæ tantum, nullum peragatur exercitium ex iis, quæ sæcularibus proficiant, cum tunc dicta arbitrii interpositio nimium opportuna, & commendabilis videretur, ut scilicet aliqua superflui numeri diminutio, seminarii substentationi applicaretur pro facti qualitate, & circumstantiis, ex quibus totum pendet; ideoque certa regula generalis cuicumque casui applicabilis desuper statui non potest, cum ex prudentialibus, more Principis potius, quam ex legalibus regulis, more judicis, id pendere videatur.

Aliquando autem, ex eisdem regulis prudentialibus, loco seminarii, cum eadem contributione demandari consuevit per Se-
6 dem Apostolicam fundatio seu pinguior provisio Monasterii, seu Conventus alicujus Religionis, cujus Institutum sit, grammaticæ, aliarumque scientiarum scholas, etiam pro sæcularibus exercere, adeo ut illa contributio, seu collecta, quæ seminario facienda est, hujusmodi collegio, seu domui regulari fiat; ut præsertim est Societas Jesu, cum qua id in specie, quandoque practicatum fuit, cum ita pinguius huic conciliari decreto satisfieri videatur, *in specie agitur sub tit. de benef. disc. 83.*

7 Si vero de illis regularibus Monasteriis *Conc. Trid. cum Gall.*

agatur, in quibus adsit quidem religiosorum conventus actualis, sed cum mensa pro istorum religiosorum substentatione distincta ab illa Commendatarii, qui cum bonis, ac redditibus sibi assignatis, more beneficiorum sæcularium de privato lucro, privativave utilitate contendat, tunc contributio Commendatarii intrat, cum eadem congruat ratio. *Advertitur per Barbos. in annot. hic atque ita servat praxis, & de ista distinctione mensarum sub tit. de locat. & conduct. disc. 25.*

Idemque, ex eadem ratione, procedit in hospitalibus, aliisve Ecclesiasticis locis, quocumque nomine nuncupati solitis, quæ in titulum, seu commendam uni personæ conferantur, absque actuali hospitalitate, vel etiam si actualis adsit, sed cum eadem 8
distinctione mensarum seu reddituum superius in regularibus Monasteriis enunciata, adeo ut eadem congruat ratio, quod scilicet provisus in eo excessu lucrativam causam foveat, atque privatam utilitatem reportet.

Solumque ab hac regula, ex Apostolicis indultis excepta sunt regularia beneficia Hierosol. Religionis, quæ sub Commendarum, vel 9
Prioratuum, seu Bajulivatuum vocabulis explicari solent, quamvis possessor, in eo quod consueta Religionis onera excedit, causam lucrativam fovere dicatur; istud autem privilegium congruam quidem habet rationem, quia nempe hujus militiæ professores commendas & dignitates non obtinent per viam gratiæ, ac benevolentiæ superiorum, sed per viam justitiæ, cum ordine antiquitatis, ac benemerentiæ, prævio implemento requisitorum, nempe servitii in caravanis, ac residentiæ conventualis, aliorumque Religionis munerum *sub tit. de benefic. discurs. 65. & 69. & in supplemento eod. tit.* pro beneficiorum qualitate; unde propterea, quando casus præbeat, quod hoc ordine intervento, clericis sæcularibus istæ commendæ, vel dignitates, & quandoque etiam pueris in commendam, vel in administrationem concedantur, tunc, tanquam ex cessante privilegii causa, vel ratione, huic contributioni locus esse deberet.

Aliarum autem commendarum possessores huic contributioni subjacere non solent, 11
eo quia sæcularia potius, quam ecclesiastica beneficia esse videntur, ut sunt militiæ Sancti Stephani, & similes pro earum qualitate, ac privilegiis, *de his commendit sub tit. de jurepatr. disc. 20. & sub tit. de fideicommiss. disc. 8.* unde propterea certa regula desuper statui non potest.

Ex eadem quoque ratione, aliqua pia loca per seculares administrari solita, vel aliquæ piæ confraternitates, ab ista contributione, exemptionem obtinent; non quidem
12 in ratione privilegiativæ exemptionis, sed quiabona potius laicalia sunt, sive quia omnes redditus, jure simplicis, ac puræ administrationis, in opera sibi incumbentia erogentur absque aliqua privata utilitate; nisi aliquorum ecclesiasticorum bonorum, vel beneficiorum annexio aliter; Aut quod redditus adeo exubertantes essent; ut congruum censeatur, aliquid conducis oneribus subtrahere, ut illud, forte onus pium, ac opportunum opus implerent; super quo tamen, neque certa regula dari potest, præsertim in temporalium Principum unionibus, in quibus ratione laicalis protectionis, sive ex consuetudine, vel ex privilegiis, diversa praxis esse solet, neque congruat hoc prudens arbitrium interponere unde propterea ex singulorum casuum circumstantiis hæc determinatio pendere debebit.

Illud autem pro regula generali statuendum est, quod ubi speciale indultum Sedis Apostolicæ limitationem non suadeat,
13 nulla datur privilegiativa exemptio, etiam in ipsomet Episcopo, qui primus esse debet in contribuendo, aliisque exemplum præbendo, aliasque male se gereret, quod scilicet alios invitando, vel cogendo, se ipsum eximeret.

Ex distributionibus vero quotidianis, ista contributio pro seminario facienda non est,
14 ex eadem ratione alibi assignata, quod scilicet, non dicuntur fructus, seu emolumenta, ad lucrum, & utilitatem, sed potius merx, vel salarium laboris. Barbos. *in collectan. ad hoc decretum & ceteri Collectores communiter, & conferunt, quæ ad materiam distributionum pro exemptione a pensionibus habentur sub tit. de pension.*

Id autem intelligendum venit, ubi tales sint, ut ad servitii proportionem recipiantur, adeo ut præfata ratio adapetur, quodque earum diminutio, non beneficiatorum, sed ipsius Ecclesiæ præjudicium concerneret, quia nempe alias ipsum servitium negligeretur. Secus autem ubi etiam redditus aliàs de sui natura certi, consistentes in fructibus bonorum stabilium in notabili quantitate more præbendarum, in quas forte antiquitus distributio esset, ex majori, nimiumque commendabili motivo, majoris interessentiæ, & cultus Ecclesiæ, jure implicitæ societatis inter omnes canonicatus, & beneficia redacti essent ad mallam per punctos, ad formam distributionum quotidianarum; inter inservientes tantum repartiendam; Portiones ramen sint tales, ut pinguem reddituum constituant, longe excedentem proportionatum salarium servitii. Ut ex. gr. sunt Canonicatus, & Dignitates Ecclesiarum Toletanæ, & Hispalen. & similium Hispaniæ: Ac etiam ille dassicarum, aliarumque Ecclesiarum Urbis, quorum quemadmodum (ut quotidianæ praxis docet) gravantur pensionibus, eram in notabili quantitate, ita contribuere debent pro seminario, dum, excepta illa pars, quæ congruæ, seu præmio laboris, & servitii proportionata est, excessus, quamvis ex ista causa, jure distributionum percipiatur, ne alias absentes & non inservientes, de illis participent; Attamen in effectu, lucrum & utilitatem importat; Talisque est praxis in collecta contributionum decimarum papalium, quæ pro Ecclesiæ, vel Religionis catholicæ urgentiis, quantoque imponi solent, quoniam vere, & proprie ad istos effectus distributiones dicuntur illæ, quæ pro locorum, & Ecclesiarum qualitate necessariæ sint ad sustentationem, non autem illæ, quæ in effectu sunt ad ditationem juxta distinctionem occasione concessionis ispartantarum ex causa augmenti doris, vel occasione unionum, quæ præbendis canonicalibus faciendæ sint, ut alibi insinuatum est, *tit. de jure patr. disc. 10. & tit. de benefic. disc. 43.*

Ultra contributionem, ex omnibus beneficiis, ut supra faciendam, datur etiam Epi-
15 scopo, cum consensu tamen Capituli, qui per quamdam speciem formæ necessarius videtur, facultas unius di seminatio beneficia simplicia; dummodo tamen ista unio fiat post seminarium jam erectum, cum magis necessarium sit, ut seminario erigendo, unio fieri non possit, atque facta invalida sit. Cavalet. *dec. 372. dec. 373. part. 4. rec. tom. 2. ubi late*
16 *Add. multa cumulant ad materiam.* Secus autem in raxa, de qua supra, quoniam nil prohiber, ut ex prius fiat, atque prudenter quidem; tum ut dignosci valeat, an ea sufficiat necne; tum etiam, quia oportet illam præparare, ac etiam exigere anticipate, ut ita in eadem anticipata exactione continuetur, ad effectum ut congruæ provisiones victualium fiant, cum ventet non patiatur dilationem.

Erectio autem, quæ actu necessaria est, 17
ad effectum sustinendi unionem formalis, non autem materialis requiritur, cum introductione scil. puerorum verisimiliter duraturæ; nisi enim refert, quod domus materialis, cum omnibus necessariis officinis, jam constructa, & destinata sit, si puerorum vera & formalis introductio sequuta non sit; vel si sequuta, & non continuata, adeo ut illud dissolutum dici valeat, quia nempe pueri ad proprias domos redierint: Et e converso, nil refert, quod domus non esset propria, sed conducitia, & variabilis, si pueri in forma seminarii, in ea vivant, cum effectus in hoc spectari debeat, *advertitur sub tit. de Regular. disc. 33.*

Positis vero erectione: Quomodo unio
18 fieri valeat, id est de qua specie beneficiorum; & quando reservata, vel affecta uniri valeant, procedendum videtur cum eisdem distinctionibus, de quibus habetur in annotationibus *disc. 8.* occasione unionis, quæ ad ejusdem Concilii præscriptum fieri potest, præbendis, vel distributionibus canonicatuum, aliorumque beneficiorum Cathedralium, ideoque ibi videri potest.

Quamvis autem Concilium enixe id præcipiat, atque ut dictum est, ista Sacra Con-
19 gregatio, occasione visitationis liminum inculcare soleat; adhuc tamen in Italia, & forte in majori parte diœcesium, hæc introductio sequuta non est, vel ubi sequuta fuerit, attamen intermissa fuit, ob impotentiam, cum diœceses exiguæ sint, beneficiis ecclesiasticis parum provisæ, atque ea, quæ adsunt, adeo tenues habeant redditus, in distributionibus quotidianis ut plurimum consistentes, ut vix ad congruam sustentationem, ac servitii strictam mercedem sufficiant, unde propterea canonicatus, & dignitates, aliaque beneficia residentialia, & servitoria subventione potius indigent quam ut alios subvenire valeant.

Isto autem casu, ab eodem Concilio pro-
20 visum adhuc est cum remedio in præcedentibus sessionibus excogitato, potiusque illud adhibendum videtur utpote facilius, ut scilicet Episcopus curet, saltem introducere in loco magistros grammaticæ, & musicæ, ut ita pueri edoceri valeant, cum id de facili practicabile sit, ut alibi advertitur *sup. disc.* adque ubi cum debito zelo per Episcopos practicetur, nimium proficuum est, ut egomet practicavi.

DISCURSUS XXVI.

Ad Sessionem 24. de Reform. matrim. cap. 1. & cap. 9.

SUMMARIUM.

1 *De nova forma introducta super celebratione matrimonii.*
2 *Quæ sint quæstiones juris desuper cadentes.*
3 *Et quæ sint quæstiones facti.*
4 *In quo consistat forma præcisa, cujus omissio causat nullitatem.*
5 *Denunciationes, & liber, vel descriptio in eo non sunt de forma.*
6 *Quomodo matrimonium probari possit.*
7 *De diligentiis super statu libero.*
8 *Forma de qua n. 2. & 4. non procedit, ubi receptum non est Concilium.*
9 *An ista sit forma præcisa, vel probatoria.*
10 *Per quam habitationem efficiatur quis de parochia.*
11 *De eodem, & quando dicatur contractum domicilium.*
12 *Quomodo id decidi debeat.*
13 *De errore procedendi cum generalitatibus, vel cum aliquibus deciffonibus diversorum casuum.*
14 *Quomodo legales quæstiones in foro decidi debeant.*
15 *An & quando mutatio domicilii in fraudem obstet.*
16 *An Capellanus exercitus sit parochus militum.*
17 *De infirmitalibus in Hospitalibus.*
18 *Vicarius, vel coadjutor parochi est sufficiens pro matrimonio.*
19 *Licentia dari etiam potest per Episcopum vel Vicarium Generalem, seu Capitularem.*
20 *Quod si Vicarius non sit in sacris.*
21 *Archipresbyteri Cathedralis.*
22 *An valeat delegatio seu concessio licentiæ per parochum sine expressione nominum.*
23 *Quid ubi est expressum nomen, sed adest alteratio in cognomine.*
24 *Deferendum est potius Canonistis quam Theologis in foro.*
25 *Licentia data per Ordinarium ad unum effectum, an suffragetur, &c.*
26 *An Vicarius parochi Vicarium deputet.*
27 *Non est necessaria solemnitas interrogationis, vel benedictionis.*
28 *Quomodo sufficiat explicari consensum contrahentium.*
29 *De matrimonio contracto per procuratorem.*
30 *An unus ex testibus sit procurator.*
31 *De tempore matrimonii mandatum non debet esse revocatum.*
32 *Mandatum debet esse datum ad contrahendum cum certa persona.*
33 *Quid ubi consensus exterius detur simulate.*

34 *Matrimonium inter libidum habet vim sponsalium, quæ obligant.*

35 *Non requiritur consensus patris in matrimonis filiifamilias.*

36 *An pater denegat dotem, vel exheredet filiam absque ejus consensu nubentem.*

37 & 38 *De conditionibus libertati matrimonii præjudicialibus, & quæ non.*

39 *Quando Principes, & Magistratus sæculares prohibeant matrimonia.*

40 *De sequestro nullæ pro exploratione voluntatis.*

41 *Quomodo in ista & similibus quæstionibus jurisdictionalibus procedi debeat.*

1 POstquam Sacrosancta Synodus in eadem *sessione* 24. per duodecim Canones, plures determinavit quæstiones super hoc matrimonii Sacramento, ad confulendum frequentibus, atque scandalosis inconvenientibus, quæ a matrimoniis clandestinis resultabant, noram præscripsit formam celebrandi matrimonium in faciem Ecclesiæ coram proprio scil cet parocho, & duobus testibus ub decreto irritanti, adeo ut ista forma non servata, illud invalidum censeatur, atque pro infecto habendum sit; Demandando quoque denunciationes inter missarum solemnia festivis diebus interpolate faciendas, ad effectum, ut ad impedimentorum notitiam devenire valeat, ac etiam injungendo parochis confectionem, ac retentionem libri, in quo matrimonia cum hac forma concepta describantur, prohibendo aliis quibuscumque Sacerdotibus, vel clericis, in quavis dignitate constitutis, ne in hoc se ingerant, nisi licentiam habeant ab ipso parocho, vel Ordinario loci.

Super hujus autem formæ observantia frequenter disputari contueverunt, atque indies solent oriri quæstiones, quæ sunt duplicis generis. Aliæ namque sunt juris, istaque hodie pene sopitæ videntur per plures declarationes Sacræ Congregationis & Rotæ Romanæ decisiones, seu communes, ac receptas traditiones Canonistarum, & Moralium, qui post hujus formæ introductionem adeo frequenter istam matrimonialem materiam pertractarunt.

3 Aliæ vero sunt quæstiones facti; vel scilicet super probatione sufficienti, quod hæc forma servata sit, vel super contrahentium subjectione, ut propterea ille dici valeat proprius parochus, necne, sive an legitimam, ac sufficientem habuerit facultatem a proprio parocho vel ab Ordinario; super his autem certa, & determinata regula dari non potest; cuicumque casu applicabilis, quoniam juxta generalem naturam quæstionum facti, decisio pendet a singulorum casuum individuis circumstantiis.

Quatenus igitur ad illas primi generis pertines; Illud in primis receptum est, ut non omnia, quæ in isto conciliari decreto continentur, redoleant formam præcisam, cujus non implementum ex decreto irritantæ, actum vitiet. Sed forma, cujus omissio actum vitiet, & in qua decretum annullativum cadit, solum consistit in præsentia & interventu proprii parochi, vel alterius de ipsius, vel de Ordinarii licentia, & duorum testium: Reliqua vero continent opportunas quidem, nimiumque laudabiles provisiones, quæ tamen non respiciunt formam; ideoque eorum non implementum perfectioni, ac validitati matrimonii non præjudicat, ut præsertim sunt denunciationes, quoniam licet parochus ad id teneatur, adeo ut alias voluntarie assistendo matrimonio, eis omissis, peccet, atque punibilis reddatur, (cum Ordinario tantum competat ex justa causa facultas in eis dispensandi); Attamen earum omissio validitati matrimonii nullum causat præjudicium, *sub tit. de matr. disc.* 2. & 6.

Idemque circa non implementum confectionis, ac retentionis libri, vel describtionis matrimonii, in eo qui retineatur, quoniam male quidem parochus agit id negligendo, non tamen id præjudicat validitati matrimonii, minusque facultati illud probandi per testes, vel alias species probationis, cum negligentia parochi præjudicare non debeat partibus, earumque jus tollere, *late decis.* 233. *part.* 10. *rec.* Otthobon. *decis* 271.

Itaque probatio favorabilis est, adeo ut etiam per testes conjunctos, vel alias imperfectos species, pro facti qualitate fieri valeat, Barbos. & Adden. ad *dec.* 143. 530. 713. & 893. *decis.* 375. *part.* 11. *rec. & hoc tit. disc.* 2. *infine*. Unde properera certa & determinata regula desuper tradi non potest, cum probationum materia arbitraria sit, ex facti qualitate, & circumstantiis regulanda, quia nempe in uno casu parentes, vel conjuncti sint side digni, in altero autem secus, quia sic unius, vel alterius qualitas exigat, *apud proxime allegator.*

Prout, licet strictius per decreta generalia Sacræ Congregationis universalis Inquisitionis, tam parochis, quam Ordinariis aliqua injungantur diligentiæ super justificatione status liberi contrahentium, ad consulendum inconvenientibus poligamiæ; attamen contraventio reddit quidem parochum punibilem, quatenus voluntarie matrimonio interveniam præbeat, non tamen nullitatem causat, quatenus servetur forma, aliudque legitimum impedimentum dirimens non adsit, *hoc eodem tit. de matrim. disc.* 1. & *seqq.*

Quo vero ad prædictam formam præsentiæ parochi, & testium, ea necessaria est in illis locis, in quibus Concilium receptum fuit; in aliis autem, in quibus receptum non est, proceditur cum dispositione juris communis; & consequenter, licet per istud conciliare decretum sublatum fuerit matrimonium præsumptum, quod de jure communi dabatur, attamen illud adhuc hodie viget, ubi Concilium receptum non sit, ideoque cum dispositione juris communis procedatur, *add. ad decis.* 431. *part.* 4. *rec. tom.* 2. *ubi multa cumulantur.*

Opinantur aliqui, ut hæc forma sit probatoria potius, quam solemnis; verum erronea opinio est, ideoque merito rejecta, quoniam verius est, ut solemnis censenda veniat, ac propterea præsitum exigat implementum, neque illud admittatur per æquipollens, *hoc eod. tit. disc.* 1. & *seqq.*

Nil enim refert, quod matrimonium publice & palam, coram magno, & qualificato cœtu celebretur, si proprius unius contrahentium parochus, vel alter de ipsius, aut Ordinarii licentia, desit.

Sufficit autem, ut unius contrahentium parochus intervenias, sive sit viri, sive sit mulieris, cum in hoc nulla dignoscatur differentia; Ideoque dubitandi rationes cadere solent super ipsius parochi intervenientis qualitate, seu legitimatione, an sciliset, & quando talis esse dicatur, quodque contrahentes, vel eorum alter sit ejus subditus, unde propterea per ejus interventum hujus formæ satisfactum sit; istaque dubitandi ratio cadere solet, quoniam non omnis materialis habitatio contrahentium intra parochiæ fines, parochianum, seu parocho subdium facit, ad effectum administrationis hujus Sacramenti, quamvis pro aliorum Sacramentorum administratione talis habitatio sufficeret, cum ad hunc effectum formale domicilium requiratur, animo ibi permanendi, ac vivendi, tamquam in domo habitationis, non autem accidentaliter gratia rurandi, vel fecurandi, aut mutationis aeris, aliave simili ex causa accidentali, per quam de jure domicilium ad hujus jurisdictionis, vel Sacramenti effectum non contrahitur, *eod. disc.* 1. & 4. *eod. tit.*

Quando autem, & quomodo domicilium, quod ad hunc effectum sufficiat, contractum dicatur (Quamvis moderni Canonistæ & Morales, qui post Concilium scripserunt, nimium se involvere videantur; Verius tamen est, ut ramquam in quæstione, quæ facti, & voluntatis potius est, quam juris, nulla desuper statui valeat regula certa & generalis, cuicumque casui applicabilis, cum totum pendeat ex facti qualitate, ac particularibus circumstantiis, cum probantibus voluntatem, quod illa ovis, discedendo ab alterius pastoris ovili, alteri ovili se addixerit, ejusque pastoris subdita effecta sit, adeo ut illa novum pastorem agnoscat in suum, isteque in suam agnoscat ovem, unde propterea satisfiat fini, vel rationi, cui hæc forma innixa est, circa interventum proprii Parochi pro forma solemni potius, quam probatoria, adeo ut parochus accidentalis, occasione rurandi, vel coloniæ, seu colligendi fructus, seu curæ, ac mutationis aeris, cum similibus, ad id non sufficiat, quamvis per illum alia Sacramenta ministrari valeant, quoniam requisitur illa determinata voluntas constituendi fixe in ea parochia domicilium altero deserto, *eodem disc.* 1. *hoc tit.*

Ea vero, quæ circa aliqujus temporis decursum, sive alia signa, quæ considerari solent, regulam certam non habent, sed sunt argumenta, seu admicula, quæ pro facti qualitate ponderanda veniunt, cum illis generalibus regulis, quas in quibuscumque adminicularibus habemus, præsertim cum ea, *ne singula, quæ non prosunt, &c.* ex prudentis judicis bene regulato arbitrio; Ideoque vis non est in tempore, quoniam stant bene simul, ut ille breve sit, & tamen ex aliis circumstantiis, domicilium contractum dicatur, & e converso si temporis considerabilis, & tamen illud non adsit, quoniam ita facti qualitas non exigat, *eodem disc.* 1.

Erroneumque propterea est, (ut aliis adveritur,) in aliquibus declarationibus Sacræ Congregationis, vel Rotæ decisionibus prodiisse in diversis casibus particularibus, fundamentum indefinite constituere, nisi casus, de quo agatur, eisdem omnino individuas habeat circumstantias, cum aliis, etiam modica facti diversitas, toralem juris diversitatem causare soleat; Unde propterea partes judicis, in judicio, vere constituunt, ut scilicet bene ponderatis circumstantiis facti, illisque combinatis cum illis diversi-

diversi casus, in quo declaratio sacræ Congregationis, vel alterius magni Tribunalis prodierit, congrue, ac judiciose faciat applicationem.

Mentoque, (ut pluries advertitur), legalis facultas, in forensibus pro justitiæ
24 practica administratione, jurisprudentiæ portus, quam scientia dicitur. Iste siquidem scientiæ terminus per apices in abstracto scholasticis bene congruit, in quibus partes ingenii magis desiderantur, in forensibus autem partes judicii, ac prudentiæ, cum præsupposito tamen, ut dictas alias ingenii partes scientificas in scholis & academiis, jam bene quis exercuerit, ac expleverit, ut aliæ partes judicii per tramites juris, non autem pro sola cervice, seu lumine naturali, rullicano more expleantur *in relatione Curiæ agendo de Rota Auditorio, ubi de idea judicis*.

Quamvis autem aliqui, istam domicilii materiam confundant cum altera fraudis, vel affectationis, ubi scilicet quis volens, parum dignum, seu alias parentibus, vel conjunctis parum gratum contrahere matrimonium, ne ab eis impediatur, a propria patria discedendo seu alias antiquo
25 domicilio deserto, ad aliam Civitatem, vel ad alium locum, seu diversam parochiam affectare se conferat ad hunc effectum, dum pluries ista sacra Congregatio Concilii declaravit ut fraudis, vel affectationis circumstantia matrimonii validitati non obstet, *dicto discursu primo hoc titul. de matrimonio*. Attamen clarum æquivocum est istos terminos confundere, quoniam: Aliud est agere, an domicilium vere contractum sit, ita & taliter, quod (ut dictum est) ista ovis a priori ovili, ac primo pastore discedendo, vere de alterius pallorit ovili effecta sit; Aliud vero, ut id in fraudem conjunctorum, ac affectate factum sit, dum aliud est considerare causam faciendi; Aliud vero considerare ipsum factum, *Ibidem*.

Ubi vero de militibus agatur, qui in castris, atque in exercitu sint, ejusdem exercitus capellanus, etiam pro isto matrimonii Sacramento, parochi partes bene
16 explicat, eodem modo, quo in aliis Sacramentis & divinis. Quæstione cadente in eo tempore puta hyberno, in quo milites, non in castris, ac papilionibus, sed in Civitatibus, locisque habitatis, vulgo in quarteriis, vivant, an si idem capellanus hanc potestatem habeat, vel potius tunc, parocho subjaceant; quod ab observantia, vel a tenore facultatum, eidem capellano, seu vicario exercitus attributarum, nimium pendere videtur, *eod. tit. disc. 4*.

Si vero de illis agatur, qui ex causa infirmitatis morentur in hospitalibus, quæ propios capellanos, vel ministros habeant, qui omnia jura parochialia, cum eis donec ibi sunt, cum omnimoda independentia, a parocho, exerceri possunt, ut præsertim sunt professores Religionis Beati
17 Joannis Dei illud habentes institutum *tit. de parochi. disc. 23*. Non tamen hanc potestatem habent, cum ista, accidentalis, non autem domiciliaria mora sit, magnaque differentia est inter potestatem administrandi alia Sacramenta, & *jura* parochialia, & istam assistendi matrimonio, *dicto disc. 1. ac etiam dicta disc. 23. de parochi*.

Sed si parochus, alium pro ejus adjutorio in administratione Sacramentorum, & cura animarum, sub vicarii, vel capellani
18 seu coadjutoris, aut substituti vocabulo, deputet; Ista generalis deputatio, pro isto quoque Sacramento matrimonii sufficit, cum licentia, seu delegatio specialis procedat in iis præsbyteris, qui huic muneri generaliter præpositi non sint, *eodem tit. disc. 6*.

Istaque licentia, seu delegatio specialis, non solum a parocho tribui potest, sed etiam ab Ordinario, ejusque Vicario gene-
19 rali, seu etiam a Vicario Capitulari, dum ipsi quoque respective istam habent facultatem, *eod. tit. disc. 3*.

Quæstione cadente, ubi Vicarius Generalis, vel Capitularis in præsbyteratus ordine non sit constitutus, cum tunc
20 possit quidem ratione habitualis jurisdictionis hanc facultatem alteri delegare, quamvis ipse per seipsum non assistat. Sanchez *& alii communiter agentes de hac materia*.

De Archipræsbytero Ecclesiæ Cathedralis quæri solet, an hanc potestatem habeat assistendi matrimoniis in universa dioecesi, ex ea dubitandi ratione, quod de jure dicitur Episcopi Vicarius natus in spiritualibus; Verius autem est, ut hanc non habeat potestatem, nisi quando particularis consuetudo aliud suadeat, per quam esset consuendo generalis, atque antiquum jus convertetur, dum alias ex communi consuetudine, Archidiaconi & Archipræsbyteri hodierni, non habent illam nativam jurisdictionem, quam ad sacrorum canonum præscriptum, habebant; Unde propterea abusive, ac improprie tales hodierni dicuntur, cum aliquibus præeminentiis, tamquam reliquiis pristinæ dignitatis, *tit. de præeminen. disc. 20*.

In casu autem, in quo, non parochus, sed alter privatus sacerdos, ex parochi, vel
22 Ordinarii licentia, seu delegatione, matrimonio assistat, tunc plures circa hujusmodi delegationem quæstiones cadere solent. Et præsertim in facti contingentia, pro mea notitia, dubitari contigit, an ea delegatio, seu licentia sufficiat, in qua contrahentium nomina, & cognomina non exprimantur, sed indecenter per adjecta, seu arrituta generalia, Puta quia dicatur concedi licentiam assistendi matrimonio contrahendo inter quemdam nobilem virum, & quamdam nobilem mulierem eorum nominibus non expressis; Quamvis enim fixæ generales juris regulas, ista delegatio inutilis videatur, Tum ratione incertitudinis; Tum etiam quia cum ea non esset ad universitatem Sacramentorum, ut est illa, quæ datur vicario, vel coadjutori, sed fit ad unum matrimonium tantum, ita dari posset quod delegatus, absque voluntate delegantis, cum eadem licentia, eorum, & ultra, matrimoniis inter personas nobiles assistere posset.

Contrarium tamen in ea specie decisum fuit, eo quia ex facti circumstantiis bene cestificabitur voluntas delegantis quod præcise sentirerit de illis personis sibi bene cognitis; tacitis nominibus ex aliquibus justis causis, *dicta disc. 4. hoc tit.*

Item in alio casu; Cum Vicarius generalis Episcopi aliam consimilem dedisset licentiam simplici præsbytero, vel diverso
23 parocho, conjungendi Titiam cum Sempronio alterato tamen viri cognomine, non autem nomine. Dubitatum fuit de matrimonii validitate atque ista Sacra Congregatio, non absque magna vororum scissura, pro invaliditate respondit, ex natura delegationis non admittentis extensionem de persona ad personam, vel de casu ad casum; Adeo ut fuerit quidem generalis sententia inter Theologos & Canonistas, sed illorum votum prævaluit, persistendo in dicta rigorosa delegationis natura ad canonum præscriptum. Theologi vero opinabantur, quod sufficeret, ut latisfactum esset forum; Tum quia, ut infra parochi consensus in hoc non requiritur, neque ab ejus voluntate matrimonii validitas, ac perfectio pendet; Tum etiam quia error in nomine, vel cognomine non attenditur, ubi accedit veritas, quod scilicet vere, qui talem licentiam obtinuerat, erat ille, qui matrimonium contrahere volebat & contraxit.

Probabilior autem visa est opinio Canonistarum, juxta quam resolutio prodiit. Tum quia juxta distinctionem in iis, quæ 24
concernunt forensia, & judicialia, & alia quæ concernunt quæstiones fidei, vel forum internum in concernentibus primam partem defendum est potius Canonistis, quam Theologis, quibus e converso defendum est in altera parte *de usur. disc. 1. & seqq. & hoc tit. de matrim. disc. 3*. Tum etiam quia, ultra prædictam rationem generalem a delegationis stricta natura, seu intelligentia resultantem, duæ aliæ urgere videbantur. Prima nempe ejusdem inconvenientis supraconsiderati, quod in vim unius delegationis multa matrimonia fieri possent: Ac altera quoniam finis, ob quem parochi, vel Ordinarii præsentia præcise desideratur, adeo ut quodlibet aliud magnam æquipollens non sufficiat ille videtur, ut actus fiat, cum interventu illius, qui cognoscit contrahentes, ut ita quo magis fieri potest, occurratur fraudibus committi solitis. Unde propterea quando neglecto proprio parocho Ordinarius, vel ejus Vicarius Generalis minus informatus aditur, ita deceptio admittenda non est, ubi facti circumstantiæ doceant, quod eidem deleganti cognita esset persona, adeo ut si per verum cognomen expressum fuisset, licentiam fuisset denegaturus, cum tunc vere ac proprie non intrent termini erroris, cadentes quando vere faciens sentirit de illa persona, quæ ex errore sub diverso nomine, vel cognomine explicata sit, sed intrant alii termini deficientis animi, ac voluntatis, ut in particularibus meis notis plenius advertitur, *dicto disc. 3. hoc tit.*

In eodem quoque proposito, licentiæ, seu facultatis concessæ per Ordinarium, vel ejus Vicarium; Dubitari in casus contin- 25
gentia pariter contigit, an hæc licentia data ei, qui vere sit parochus, cum præsupposito quod contrahentes essent de ejus parochia ad alium diversum effectum, pro certificatione scilicet status liberi ad præscriptum decretorum generalium Sacræ Congregationis universalis Inquisitionis, sufficeret, ubi revera ille non esset proprius contrahentium parochus; Atque licet in eo casu, ex diverso præsupposito, quod domicilium per unum contrahentium in ea parochia sufficienter contractum esset, pro validitate responsum fuerit, Attamen isto præsupposito cessante, omnino probabilius pro invaliditate responderi debuisset, ex eadem ratione deficientis voluntatis delegan-

gantis, cum licentia concessa esset ad diversum finem, atque directa illi, qui proprius parochus supponebatur, ut patuit in meis hujus materiæ adnotationibus advertitur, ubi etiam de materia domicilii, quando ad hunc effectum censeatur sufficienter contractum necne, *dicto disc. 1. hoc tit.*

26 Et quemadmodum, Concilio loquente de Ordinario, acceptum est, ut sub ejus nomine veniat Vicarius Generalis, qui denunciationibus dispensate valeat, ac etiam alteri non parocho licentiam concedere possit; Ita si parochus vicarium, vel adjutorem ad universitatem curæ ac administrationem Sacramentorum deputaverit, dicendum videtur, ut iste non possit quidem alium vicarium ad eamdem universitatem deputare, possit autem dare licentiam specialem, suasque partes in negotio particulari alteri committere, *disc. 6. hoc eod. tit.*

27 Posito vero interventu ejus, qui unius contrahentium sit legitimus parochus, vel qui ab eodem, sive ab Ordinario, validam, ac sufficientem habeat auctoritatem; Quamvis conciliare decretum mandet, ut parochus debeat ipsas partes interrogare, earumque consensu intellecto, debeat eas conjungere cum illis verbis adhiberi solitis, *Ego vos conjungo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, vel similibus, aliisque adhibere solemnitates in Rituali præscriptas. Non tamen hæc ad matrimonii validitatem necessaria sunt, quoniam etiam coram parocho cum fraude & dolo ad id vocato, sive etiam expresse dissentiente, ac fugiente, aut per vim detento, seu aures claudente, ut non audiret, valide matrimonium contrahitur, cum ejus præsentia, seu interventus materialis sufficiat, consensus autem non requiratur, Dummodo tamen ipse, ac testes intelligant, seu intelligere possint, affectent autem non intelligere id, quod agitur, ad effectum ut coram eis dormientibus, seu aliud agentibus, atque ad id nullatenus advertentibus, id facere non liceat, *disc. 2. & 6. eod. tit.*

28 Minusque necessarium est, ut utriusque contrahentis consensus in verbis exprimatur, quoniam etiam nutus & signa ad id sufficiunt, dummodo ex eis certa & determinata voluntas arguatur, vel resultet, cum verba non sint de substantia, dummodo consensus vere accedat, *eod. disc. 2.*

Per procuratores quoque matrimonium cum hac forma contrahi potest, quotiescumque legitimum accedat mandatum, quod duret, ac persistat de tempore quo actus explicatur coram parocho; Ita tamen quod 29
mandatarii interveniant, qui consensum exprimant atque contractum perficiant, juxta generales aliorum contractuum regulas; Unde propterea consensus per absentem præsentibus per epistolam directam alteri contrahenti, sufficiens non videtur.

Ac etiam in facti contingentia dubitatum fuit, an aliquis ex testibus, istas mandatarii partes unius contrahentium explicare valeat, atque probabilior videbatur negativa, licet casus adhuc pendeat indecisus. Si vero de tempore actus, mandatum 30
revocatum sit, quamvis clandestine id sequutum esset, adhuc actus infectus remanet; Idemque mandatum certæ personæ 31
pro matrimonio contrahendo cum certa, & determinata persona directum esse debet, neque alias sufficit, *in supplemento eod. tit. de matrim.*

Si vero, dum hæc forma adhibetur, per unum contrahentium, vel utrumque extrinsecus consensus detur, intrinsecus autem vere absit, illeque postea superveniat, hæc ratihabitio absque alia solemnitate sufficit. 32

Quatenus autem, ex præmissis, vel aliis, ob istam formam non bene servatam, matrimonium corruat, atque invalidum censendum sit. Adhuc tamen, ubi alter non accedat defectus consensus, iste actus obligat, in ratione contractus, ac sponsalium, ut propterea, ex eorumdem sponsalium jure, cum remediis, quæ apud sacros canones habentur, ad matrimonium valide contrahendum cogi valeant, juxta terminos generales, qui habentur circa istam coactionis actionem resultantem a sponsalibus, *disc. 3. & 8. eod. tit.* 33

In hoc eodem conciliari decreto, expresse damnatur opinio volentium, ut ad matrimonii validitatem, quod per filios familias, vel eorum aliquem contrahatur, patris consensus necessarius esse debeat; Sive quod ob ejus defectum, filius exhæreditari valeat, vel alteri pœnæ subjici; Cum præsupposito tamen, quod digne natus sit; Si enim ante ætatem annorum viginti quinque, absque patris culpa filia nubat, non exinde resultat juris civilis correctio super exhæredandi facultate, bene tamen super ea matrimonii invaliditate, quæ ex defectu paterni consensus resultabat, *de his & aliis infra sub tit. de doce disc. 1.* 34

In casu autem non indignarum nuptiarum, Concilium nihil statuit circa dotem, ad

36 ad quam filiæ præstandam lex civilis patrem obligat, quamvis alias provisa sit, an scilicet eadem lege correcta per sacros canones, & claritas per hoc decretum conciliare circa necessitatem paterni consensus, ea in hac alia parte firma remaneat, quoniam licet plures id credant, ac etiam in facti contingentia judicatum sit, omnino tamen pro meo sensu verius videtur contrarium, quoniam tam per sacros canones, quam per hoc decretum, provisum est super matrimonii validitate, ac etiam super libertate, & ne huic præjudicetur per ea quæ indicant speciem pœnæ, ac privationis ejus, quod alias de jure certe competit, ut in casu exhæredatibus dici potest, ac etiam in casu denegationis dotis, quæ in filia alias non provisa pro communi usu necessaria videtur pro ejus sustentatione, cum negatio alimentorum dicatur species necationis, ideoque libertatem tollat, vel impediat; Secus autem ubi agitur de quodam exuberanti, parumque rationabili lucro, quod lex civilis, seu verius ejus communis mala intelligentia filiæ quamvis provisæ defert, ut in dotalis materiæ adnotationibus advertitur, *eod. disc. 1. de dote.*

37 Hinc proinde, in ea quæstione, an & quando conditiones, aliæve leges, quæ filiæ, vel alteri puellæ in institutione, vel legato, seu in alia dispositione injungitur, quæ matrimonii libertatem impediant, vel restringant. Quamvis non desint plures, qui hanc libertatem nimium zelantes, hujusmodi conditiones, seu leges indefinite reprobent, easque pro non scriptis haberi velint, adeo ut eis vitiatis dispositio firma remaneat; Ex veriori tamen, magisque communi sensu Canonistarum forensium (quibus in his materiis externi, ac judicialis fori, ac administrationis justitiæ magis deferendum est); Vera & recepta est distinctio inter pœnam, & lucrum; Si etenim contraventio speciem pœnæ redoleat, quia nempe damnum in re propria causet, sive etiam privationem illius juris quæsiti, quod alias quasi debitum sit, ut est legitima, vel etiam congrua, seu necessaria dos ejus, quæ aliunde provisa non sit, tunc rejectio, seu vitiatio intret; Secus autem ubi sit conditio, vel qualitas invitativa ad lucrum, ut in hujus matrimonialis materiæ adnotationibus, ac etiam in illis ultimarum voluntatum, & alibi advertitur, *hoc tit. de matrim. disc. 14. tit. de testam. disc. 73.*

Ibidemque habetur etiam de distinctionibus, seu reflexionibus, circa hujusmodi leges, & conditiones, an scilicet simpliciter, ac indefinite, seu irrationabiliter, vel indiscrete, hanc libertatem impediant, seu restringant, vel potius alium habeant diversum finem, qui sit compatibilis cum libertate; Puta quia adjiciatur laudabilis conditio, vel bonus finis virginitatis, ac vitæ spiritualis. Sive quod eadem lex vel conditio, tam circa tempus, quam circa locum, vel personarum genus sit compatibilis cum libertate recte exercebiti intra eamdem restrictionem, atque ad ejus limites, quoties restrictio indefinite ex alia ratione, puta ex privilegio legitimæ non corruat, *dicto disc. 14. hoc tit. & disc. 73. de testam.* 38

In isto itaque sensu intelligenda venit inhibitio in isto Concilio contenta Principibus, & Magistratibus sæcularibus, ne matrimonii libertatem impediant; Sive abolitio illarum legum temporalium, quæ desuper disponant; Ubi scilicet directe matrimonii libertatem percutiant, seu etiam ita per indirectum, quod directi speciem habeat: Secus autem ubi id alium honestum habeat finem. Ut (ex. gr.) sunt leges municipales prohibentes, ne bona præsertim stabilia, vel æquipollentia in proprio territorio existentia in forenses alienari seu alias transferri possint etiam ex causa dotis; Sive sunt prohibitiones, quas Domini directi feudorum faciant mulieribus feudatariis, ne feuda in dotem date possint, Sive ne extra Regnum vel Principatum nubant ob finem eorumdem feudorum, vel aliorum bonorum jurisdictionalium, seu alias qualificatorum, ne scilicet quamvis in dotem non dentur, adhuc tamen ex causa illius quasi dominicalis possessionis, ac administrationis, qua vir de facto pro frequentiori contingentia obtinet in bonis etiam extradotalibus uxoris, ita feuda, vel alia bona hujusmodi, transeant ad inimicos, vel infensos, aut suspectos, sive potentiores &c. cum similibus; Quoniam punctus est in fine seu effectu per sacros canones considerato, quos ita hæc decreta conciliaria, clarius, magisque præcise declaravere, ad diffinendas tot diversas interpretationes per scribentes datas, per quas eorumdem canonum dispositio circa matrimonii libertatem delusa, vel annihilata remanebat, *sic. de feud. disc. 20.* 39

Atque cum eadem distinctione, seu discreto modo intelligendi, & practicandi, decidenda videtur quæstio inter laicos, & ecclesiasticos, super potestate sequestrandi pueltas, 40

lus, ad effectum explorationis earum, verax, ac liberæ voluntatis, ut occurratur seductionibus, ac violentiis, & sic circa meram temporaliratem, ad prædictum tamen bonum, ac laudabilem finem ejusdem libertatis directam, non autem, ut ita indirecte, atque sub hoc pallio libertas vere impediatur.

Hinc proinde, totum consistit in fine, 41
ac moderatione, non autem in formalitatibus, adeo ut utrumque extremum vitiosum sit, ut frequenter tam in ecclesiasticis, quam in laicis scriptoribus contingit, qui, sive ex bono animo, nimioque zelo, sive etiam ex altero adulatorio, ad propriam ambitionem, honoresque, vel dignitates, & officia ita capiandum, factionario more scribunt, atque extrema de directo opposita sustinere volunt: quod utrique potestati potius pernicio sum est, ac præjudiciale: Unde propterea ab ea potestate, cui adulantur, magis quam ab altera, cui infensi sunt damnati, ac puniri deberent, cum eam potius offendant, eique præjudicent. Illaque, quo magis fieri potest, media via tenenda est, per quam, compatibilitere (quoties bonus finis rectaque intentio in idem tendant), verificari valeat, vere Divinæ Sapientiæ oraculum, tradendi scilicet, ea quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, quod etiam ab Apostolo Paulo, adeo bene explicatum est, atque injunctum, ac docent justitiæ, ac juris præcepta, dandi unicuique quod suum est.

DISCURSUS XXVII.

Ad Sessionem 24. de Refor. matrim. cap. 2. 3. 4. & 5.

SUMMARIUM.

1 *De provisionibus circa impedimenta matrimonii.*
2 *Ad quid hæc decreta prodierint.*
3 *In quibus Tribunalibus de his agatur.*
4 *Quare ad viros forenses hæc non pertineant.*
5 *De quæstionibus forensibus desuper cadentibus solitis.*
6 *An in sponsalibus contractis ante dispensationem, ista obtenta, novus consensus requiratur, & num. 12.*
7 *Tractantibus de materia.*
8 *An de jure communi sponsalia invalida causarent impedimentum, & quid pro Concilium.*
9 *Quando sint valida, quale impedimentum censeat.*
10 *De impedimento resultante a matrimonio, rato non consummato.*
11 *Si sint sponsalia inter prohibitos, deindeque superveniat dispensatio, an requiratur novus consensus, & num. 5.*
12 *De obligatione resultante a sponsalibus ad contrahendum matrimonium, & quæ causa excusat.*
13 *Ubi agi solent de concessione dispensationis matrimonialis.*
14 *De invaliditate dispensationis ad effectus tertio præjudiciales.*
15 *De eodem pro annullatione matrimonii.*
16 *An dispensetur matrimonio rato, & quando.*
17 *De dissolutione matrimonii propter impotentiam.*

DE impedimentis matrimonii, ex cognatione spirituali, vel ex publica honestate, sive ex illicito concubitu, in his decretis agitur, cum eorum prohibitione non contrahendi matrimonia, quoties hæc, aliave impedimenta dirimentia obstent, absque Apostolica dispensatione, super cujus facilitori, vel difficiliori usu, aliqua dantur monita ac etiam provisiones super earumdem dispensationum exequutione facienda per eos, quibus directæ sunt, ut gratis fiant. 1

Prodierunt autem hæc decreta, ad abusus tollendos, qui tunc irrepserant, sive ad plures quæstiones decidendas, ac aliquas opiniones, vel canonum interpretationes damnandas, sive ad earumdum canonum rigorem temperandum, circa aliqua impedimenta, ex spirituali cognatione, vel fornicatione, sive ex publica honestate resultantia, *hoc tit. disc. 7.* 2

Nimium autem taræ, penèque nulle in foro, ac etiam in Sacris Congregationibus, illæ quæstiones videntur, quoniam ubi de publicis impedimentis agatur eorumque dispensationibus, ad Datariam potius de eo agere pertinet, illaque ex quotidiano frequenti ejusdem Datariæ & Cancellariæ stylo, seu praxi, plana reddita sunt: Ubi vero de impedimentis occultis agatur, ad Sacram Pœnitentiariam, agere pertinet; Unde propterea viro forensi, exteroi fori contentiosas quæstiones disputare, ac pergere profitenti, ista parum congrua sunt, magisque congrua, & adaptata suis officialibus, ac expeditoribus Datariæ, & Cancellariæ sive procuratoribus, ainsique officialibus Tribunalis Pœnitentiariæ; Aut illis mere practicis ecclesiasticis, qui in Episcopi, seu Vicarii munere versantur pro dispensationum exequutione, sive pro dignoscendo impedimenta, quæ occasione denunciationum a Concilio laudabiliter demandatarum detegi contingat, Aut per interni fori professores ad effectum dignoscendi circa impedimenta occulta, an oporteat Pœnitentiariam adire, necne; cum similibus, de quibus ad Collectores, vel nudos practicantes, sive ad eorum moralium professores agere pertinet. 3 4

In foro autem, quandoque in facti contingentia, circa validitatem vel operationem Apostolicarum dispensationum agere contingit, pro effectibus exinde resultantibus, pro nullitate seu validitate matrimonii, sive pro legitimatione filiorum cum retractatione ad suum initium, atque ut vulgo dicitur, in radice, quando extrema sint habilia, cum similibus effectibus, de quibus in prophanis quæstionibus potius agitur, *sub tit. de dote disc. 78. & 79. & sub tit. de feudi & de fideicommiss.* Ideoque de his, ac similibus, in feudorum, vel fideicommissorum, ac successionum lebus agitur, ac etiam in illa doris. Ubi occasione agendi de tempore ex quo hypotheca dotalis defumenda est, agitur præsertim de quæstione inter Theologos, & Canonistas nimium controversa, an sponsalibus initis inter impeditos, ac prohibitos, dispensatione deinde obtenta, novus requiratur consensus, vel potius prior sufficiat per remotionem obstaculi, atque prior opinio magis in foro recepta est: In reliquis autem, dicti Collectores practicantes, aut Morales consulendi in his reperiunt, sive illi, qui hanc materiam matrimonialem in copioso numero peragere professi sunt. 5 6 7

De jure communi quæstio erat, an per invalida sponsalia, publicæ honestatis impedimentum contraheretur, atque probabilis magisque recepta reputabatur opinio affirmativa: Contrarium autem in hoc decreto statuitur, atque clarius eam dirimit quæstionem Motus proprius B. Pii V. ut in rerum matrimonialium adnotationibus, particulariter in casu contingentia, advertitur, *dicto disc. 8. hoc tit. de matr.* 8

Ubi vero sponsalia valida sint; Altera quoque decidirur quæstio variæ habens opiniones, ut scilicet primum gradum excedat, ut etiam a dicto Motu proprio Piano declaratur, *eodem disc. 8.* 9

Adhuc tamen sub quæstione remanet an matrimonium earum tantum, sed non consummatum, eodem jure debeat regulari, quo sponsalia valida, ut scilicet primum gradum ratione publicæ honestatis non excedant, vel potius inducant impedimentum affinitatis usque ad quartum gradum ad limites juris communis, adeo ut Concilium Tridentinum nil in hoc innovaverit, idque probabilius, magisque receptum videtur, *ibidem.* 10

Quando autem sponsalia inter prohibitos invalide contrahantur, deindeque Apostolica dispensatio superveniat, quæstio cadit, an ille prior consensus sufficiat, vel novus ex integro potius requiratur, illaque posterior opinio in foro magis recepta est, ut supra etiam advertitur, *dicto disc. 78. & 79. de dote.* 11

De obligatione autem resultante a sponsalibus valide contractis, & quando unus ex contrahentibus ad matrimonium præcise cogi valeat, vel debeat, sive quænam causa excusat, in eisdem rerum matrimonialium adnotationibus peragitur. 12

De dispensationum matrimonialium concessione super gradibus prohibitis, in Tribunalibus contentiosis agi non solet, minusque in Sacris Congregationibus, cum de hoc tractare soleant. Datariæ officiales in forma extrajudiciali, quando agatur de illis gradibus proximis, quibus regulariter dispensari non solet, cum sit materia arbitraria Papæ, ideoque certam non habeat regulam. 13

Agi vero quandoque solet in foro, de jam concessæ dispensationis validitate, vel operatione, præsertim circa illam sibi connaturalem operationem, convalidandi matrimonium in radice, ad effectum legitimationis prolis, partitionis ubi exinde, in feudorum, & fideicommissorum successione, tertio præjudicium resultet, ejusque jus tollat; Idque potestatis, ac voluntatis quæstionem habet, *tit. de Regal. disc. 148.* 14

Ac etiam ad effectum validitatis ipsius matrimonii de hoc agi solet, quando unus conjugum ab eo vinculum dissolvi cupiat, quod facti potius, quam juris quæstionem continet, ideoque certam non recepit regulam. 15

Super ea vero dispensatione, quæ petatur pro dissolutione matrimonii valide jam contracti, quod tamen ratum sit, adhuc non consummatum, quandoque hæc Sacra Congregatio consuli solet, cum isto casu apud forenses, certa hodie reputetur Papæ 16

Papæ potestas, ideoque agi solcat de regulanda voluntate, ex aliqua justa causa, qua accedente dispensari solet, *tit. de Regul. disc.* 148.

17 De illa dissolutione autem, cui locus de jure fiat, ob viri impotentiam, agi solet in foro contentioso, cum a juris dispositione id proveniat, ideoque per ejus tramites, ac justitiæ terminos agitur; Atque disputari solet quæstio circa experimenti modum, vel triennalis cohabitationis computationem, vel probationem non consummationis, ut in rerum matrimonialium adnotationibus etiam advertitur, *eodem disc.* 9.

DISCURSUS XXVIII.

Ad eamdem Sessionem 24. de Ref. matrim. cap. 6.

SUMMARIUM.

1 *De materia raptus, & de prohibita matrimonia cum raptore.*
2 *Ubi receptum non est Concilium, procedetur cum dispositione juris communis.*
3 *Quæ disputationes in Curia desuper cadant.*
4 *In Statu Ecclesiastico iste casus non de facili datur, & de ratione.*
5 *Distinguuntur plures casus.*
6 *Quando dicatur adesse raptus de jure civili.*
7 *Quid de jure Canonico antiquo decretorum.*
8 *Quod decretum Gratiani non sit authenticum.*
9 *Quale sit jus Canonicum authenticum.*
10 *Quid dispenset jus Canonicum in hac materia.*
11 *Et in quo Concilium Tridentinum Jus Canonicum alleviet.*
12 *Puella sunt facilis seductionis.*
13 *Cessat raptus ubi præcedat tractatus matrimonii.*
14 *De ratione.*
15 *Qualis debeat esse iste tractatus.*
16 *De eodem, & quomodo procedendum sit.*

1 INter raptorem, & raptam, donec ista in illius potestate sit, matrimonium consistere non posse, atque contractum irritum esse, in hoc decreto disponitur; Quamvis autem clara, & literalis sit ejus dispositio, adhuc tamen ea per Scribentes nimium involuta fuit, ut recens praxis docuit in disputatione habita in Rota super ea matrimonii nullitate, quæ ex isto capite ex parte mulieris, ejusque parentis intentata fuit, *tit. de matrim. disc.* 5. Non quidem circa theoricam in abstracto, ut scilicet posita qualitate raptus, matrimonium cum raptore irritum sit, cum expressa, nimiumque literalis sit Concilii dispositio, ideoque in illis partibus, in quibus illud receptum est, id remanet extra omnem quæstionem, ac disputationem, quæ in claris, & expressis non intrant, antiquis adhuc vigentibus quæstionibus, in iis partibus, in quibus Concilium receptum non sit, unde propterea cum canonum dispositione procedatur, ut supra ac alibi, occasione præsumpti, seu clandestini matrimonii advertitur.

Quæstiones autem sunt potius facti, & 2
applicationis, super verificatione qualitatis raptus veri, qui sufficiat ad matrimonii annullationem, ac incursum aliarum pœnarum in eodem decreto conciliari inflictarum; an scilicet, & quando talis dicatur concurrere ratio, quæ hunc præsertim effectum annullationis matrimonii prodecat, & de quo effectu præsertim in Romana Curia disputare contingit potius quam de aliis pœnis, de quibus, pro dictionum, seu regionum diversis legibus, 3
vel moribus, in partibus agi contingit; Cum in temporali Ecclesiæ ditione ob satis bene nimiumque commendabiliter restæmatam subditorum potentiam, vel licentiam, ac diligenter, & intrepide administratam justitiam, hujusmodi inconvenientia non de facili audiantur.

In hoc autem quatuor casus constituendi sunt; Primo scilicet, ubi cum vera, & 5
positiva violentia abducatur puella invita e domo patris, vel alterius conjuncti, seu educatoris etiam inviti, & contradicentis; Secundo, ubi absque matrimonii tractatu, puella volens abducatur e domo patris, vel educatoris, etiam positive inviti; Tertio, ubi patiter absque matrimonii tractatu puella volens abducatur a domo patris, vel alterius ignari, vel absentis, aut dormientis, adeo ut positiva non accedat violentia; Et quarto, ubi prævio matrimonii tractatu puella volens secundo, vel tertio modo abducatur. Ita quæ distinctio opportuna, imo necessaria videtur pro tollendis æquivocis, *eod. disc.* 3.

In primo casu, nulla cadit ratio dubi- 6
tandi, cum in eo omnes convordent, prout in secundo, quoties non adit matrimonii præcedens tractatus, verius est, magisque receptum, ut raptus adesse dicatur, idque verum, atque ab hac Sacra Congregatione declaratum, etiamsi de tutore, vel alio educatore agatur, quoniam consensus puellæ num, quæ nimium de facili subjacent seductionibus, non videtur habendus in consideratione.

In tertio autem casu aliqua dignoscitur opinionum diversitas; Verum probabilius est, ut etiam raptus adesse dicatur, Siquidem attenta juris civilis dispositione, indefinite raptus dicitur illicitus, ac punibilis, quamvis de puella non invita, sed consentiente fiat non solum ubi expressa, & positiva violentia inferatur patri, vel alteri, sub cujus tutela, seu custodia, vel educatione sit, sed etiam ubi sit violentia interpretativa, sed præsumpta, quæ, patre, vel tutore, seu alio educatore absente, vel dormiente, seu alias occupato, vel ignaro fiat, cum ita ei inferri dicatur injuria, quæ inferri quoque dicitur Reipublicæ ac Principis protectioni, publicæque quieti, adeo ut jure civili attento, neque excuset præcedens tractatus matrimonii, cum ex illius juris dispositione, absque patris consensu id quoque prohibitum sit.

7 Opinantur Aliqui, ut idem juris civilis rigor procedat de jure canonico antiquo inniti aliquibus canonibus regiſtratis in Decreto Gratiani, atque pro consueto Legistarum abusu, ut unus alium transcribant, nulla habita consideratione, an bene vel male dicatur, plures cum hac opinione, seu traditione pertransent.

Continet autem id æquivocum manifestum, quoniam Decretum Gratiani non habet vim legis de per se, utpote continens privatam collectionem plurium scientiarum SS. PP. sive aliquorum decretorum Conciliorum generalium, vel provincialium, necnon regiſtrationem aliquarum legum civilium, quæ antiquitus ante inventionem, vel communem receptionem, seu usum totius corporis civilis juxta compilationem Justiniani, sparsim circumferebantur per manus aliquorum eruditorum, sive regiſtrata habebantur in Codice confecto per Gothicos Reges, qui in aliquibus Hispaniæ partibus regnabant; Atque earenus aliqui ex dictis canonibus vim legis habent, quatenus de per se, eam auctoritatem secum ferant, ut sint decreta aliquorum Conciliorum, sive illæ SS. PP. traditiones, quas Ecclesia recepit; & consequen-

ter non omne, quod in dicto decreto continetur, tale dici potest vel debet, ut præsertim contingit in hac parte, quod sunt eædem leges civiles per Gratianum in isto volumine regiſtratæ, Pœnia *decis.* 480. *num.* 18. *juxta Lugdun. impress. alias* 377. *num.* 36. *& seqq. juxta Venetam, ac etiam habetur dicto disc.* 3.

Jus itaque canonicum authenticum pro- 9
prie illud est, quod in quinque libris decretalium juxta compilationem Gregorii IX. continetur, & in Sexto Bonifacii VIII. necnon in Clementinis & Extravagantibus post eumdem Sextum regiſtratis, ac etiam in legitimis, ac receptis Conciliis generalibus, & in Apostolicis Constitutionibus, Papali jure pro universa Ecclesia editis.

Atque per istud jus, quidquid sit recipe- 10
ctu aliarum pœnarum, vel effectuum, quatenus pertinet ad illum matrimonii, de quo agitur, rigor civilis temperatus est, ex motivo libertatis matrimonii, ideoque, non solum ubi puella volens, cum expressa, vel interpretativa patentium, seu educatorum violentia, vel dissensu, sed etiam cum vera violentia illata etiam ipsi puellæ, juxta primum casum supra exemplificatum, adeo ut sine dubio esset raptus verus, ac punibilis, adhuc tamen si deinde validus, ac legitimus puellæ consensus accederet, quamvis adhuc esset in potestate raptoris, neglecto parentum, vel tutorum, seu educatorum dissensu, recte matrimonium sequi potest inter raptorem, & raptam, neque patris dissensus, seu vitiosum initium raptus validitati matrimonii præjudicat.

Quia vero ista juris canonici benignitas ex laudabili motivo libertatis matrimonii, ejusdemque juris fatis lata interpretatio facta per Canonistas & Theologos, eamdem libertatem zelantes, raptus licitos, 11
ac frequentes reddebat, multaque producebat inconvenientia nimium Reipublicæ præjudicialia; Hinc proinde Concilium Tridentinum, quemadmodum, ut occurreretur scandalis, & inconvenientibus, quæ resultabant ex matrimoniis clandestinis, libertatem ex canonum dispositione provenientem, restrinxit cum nova forma, de qua supra, adeo ut contrahentium consensus quantumvis liber, perfectus, ac legitimus, absque dicta forma non sufficiat, ita in ordine ad raptum quoties non verificetur quartus casus, de quo infra, super formali prævio tractatu matrimonii, juris civilis rigorem restituere prudenter voluit, tam circa pœnas per ipsum 12

adauctas, quam etiam circa matrimonii prohibitionem, donec rapta in potestate raptoris fuerit, quamvis ipsius marito consilio, liber ac perfectus consensus accedat, & consequenter probabilius est, ut abductio puellæ, quamvis volentis, invitis, vel etiam ignaris parentibus, vel aliis in quorum potestate, vel educatione sit, raptum ad hunc effectum imponat; potissime quia etiam in ipsimet puellis, ob sexus, ac ætatis imbecillitatem, seductionibus de facili subjectis, violentia interpretativa quoque iocite videtur, neque propterea recipienda est magis benigna, & excusativa opinio illorum, qui cum antiquorum canonum, vel antiquiorum Scriptorum sensibus procedunt, cum ita illud decretum adeo accurate editum, inane remaneret.

13 Ubi vero de quarto casu agatur, quod scilicet matrimonium verus, ac legitimus, & perfectus tractatus præcedat; Et tunc vetius est, ut Concilium desuper nullam induxerit prohibitionem, neque innovaverit canonum dispositionem, quam potius ipsum Concilium, circa matrimonii libertatem ampliare, seu latius explicare, & confovere enixe curavit. Et consequenter, neglecto parentum, ac aliorum, quamvis expresso dissensu mulieris volentis, licita est abductio, licet cum positiva violentia parentibus illata, id sequatur.

14 Ex ea nimium probabili ratione, per antiquos Canonistas bene ponderata, quod dicto legitimo tractatu posito, & concluso, ita contractum dicitur matrimonium; Et consequenter exinde resultet, quod uxor, invitis, vel ignaris parentibus, educatoribus, ab eorum domo discedit, ut virum sequatur, ipseque vir alienam puellam rapere non dicitur, sed propriam uxorem secum ducere, quodque illa violentia, sive sit vera, sive interpretativa, quæ speciem raptus habeat, adhibeatur, ut ita removeatur injustum impedimentum, quod matrimonii libertati per parentes vel alios inferatur.

15 Hinc propterea facti potius, & applicationis quam juris quæstio remanet, an scilicet, & quando iste retractus bene concluso accedere dicatur, adeo ut inter dicta ratio per Canonistas ponderata, quod ex juris communis dispositione perfectum matrimonium ratum exinde resultet, unde propterea, vir uxorem abducere dicatur, atque uxor virum sequi.

16 Quamvis etenim hodie post introductionem dictæ formæ conciliaris in faciem Ecclesiæ, coram parocho, & testibus, non detur amplius illud matrimonium ratum, quod prius ex solo viri, & mulieris libero, ac perfecto consensu resultabat. Attamen illa spontalia, quæ ex eodem consensu hodie resultare dicuntur, eumdem effectum in hoc proposito producent, ut scilicet quemadmodum antiquitus isto casu dicebatur, quod uxor sequebatur virum, ipseque uxorem abducebat, adhibendo violentias, ut vim vi repelleret, atque de hoc agitur quoad clericos, *dicta sess. 25. cap. 14. tit. de reform. disc. 75.*

DISCURSUS XXIX.

Ad Sessionem 24. de Ref. matrim. cap. 7. & 8.

SUper hoc Decreto prohibente ne vagantes matrimonio conjungantur, non adhibitis prius diligentiis, atque non habita Ordinarii licentia, pinguius providit Sacra Congregatio universalis Inquisitionis, cum decretis generalibus, ac formulario, quomodo processus super statu libero fieri debeat; Nullusque, vel nimium rarus est casus, ut in foro de hoc agatur; Illorum vero, qui certum non habent proprium parochum, Ordinarius esse videtur parochus, ut satisfiat formæ conciliari, *ita firmant omnes adeo frequenter de hac matrimonii materia agentes.*

Super concubinariis providetur etiam, sed praxis in foro judiciario hodie, præsertim in Italia nimium rara est, cum apud parochos, & Ordinarios circa denegationem Sacramentorum, de hoc agi soleat.

Solumque auditi solent forenses quæstiones cum clericis provisis de beneficiis ecclesiasticis, quorum privatio ex isto capite præcendatur juxta posterius decretum, quod paritet est nimium rarum, ut ad praxim deduratur, atque de hoc agitur quoad clericos, *dicta sess. 25. cap. 14. tit. de beneficiis. disc. 75.*

DISCURSUS XXX.

Ad Sessionem 24. de Reformatione cap. 2.

SUMMARIUM.

1 *De duplici Synodo provinciali, & diœcesana.*
2 *De dissensionibus inter metropolitanos, & suffraganeos ob facilitatem admittendi appellationem.*
3 *In concurrentibus immunitatem ecclesiasticam, & novas fundationes conventuum metropolitanus se non ingerit.*
4 *De ratione coarctationis potestatis Metropolitanorum in Italia.*
5 *De prohibitione convocationis Concilii provincialis in consulta Sac. Congregationis.*
6 & 7 *Quare istud decretum non practicetur in Synodo annali.*
8 *De deputatione examinatorum synodalium extra Synodum.*
9 *Constitutiones synodales in Italia debent approbari a Sac. Congregatione.*
10 *An omnes clerici diœcesis convocentur ad Synodum.*
11 *Quinam exempti teneantur accedere ad Synodum.*
12 *Et an illi Nullius.*
13 *De consensu Capit. in celebratione Synodus.*
14 *De efficacia Constitutionum Synodalium.*
15 *Non cessant istæ Constitutiones per mortem vel cessionem Episcopi.*

1 DUplicis Synodus celebratio in hoc decreto præcipitur; Provincialis scilicet per Metropolitanum, cum Suffraganeis singulo quoque triennio; Et diœcesanæ per quemlibet respective Episcopum singulis annis; Prima vero species, præsertim in Italia nimium rara est, adeo ut in hac parte præsens decretum pene ab aula recessisse videatur.

Experta vero Sacra Congregatio inconvenientia; quæ desuper oriri solebant, ob dissensiones pene continuas inter Metropolitanos, & suffraganeos, super facilitate admittendi etiam frivolas appellationes, & concedendi inhibitiones, adeo ut pene omnium causarum cursus impediretur, multas provisiones fecit super metropolitanæ potestatis restrictione, & quando appellationes admitti, atque inhibitiones concedi debeant, necne, ut alibi advertitur: *Decreta antiqua sub Clem. VIII. registrantur apud Quarant. in summa Bullar. verbo Archiepiscopi auctoritas, & alia recentiora sub Urban. VIII. apud* Barbos. *in annot. ad sess. 13. de reformat. cap. 1.* Prout etiam eadem metropolitica potestas in plerisque casibus restricta fuit, præsertim in iis, quæ concernunt ecclesiasticam immunitatem. *Miscellan. Eccl. disc. 1. & 2.* Vel ubi agatur de novis fundationibus Conventuum, *tit. de Regular. disc. 1. & 29.* cum similibus, quoniam ob facilem recursum ad istam Sacram Congregationem, seu ad alteram Episcoporum; aut ad alia Romanæ Curiæ Tribunalia, ita partibus intra montes existentibus consultum remanet; atque id minus inconvenicus est, quam effrænatam antiquam licentiam concedere Metropolitanis, quorum frequentia, nimiaque vicinitas, majora inconvenientia producere solebat, ut omnes causæ præsertim criminales vix initiatæ ab ordinariis avocatæ remanerent, unde propterea Ordinariorum majestas vilesceret, *dicta disc. 1. Miscellan. Eccl.*

Quare ex eisdem, aliisque rationibus, prohibita quoque fuit convocatio Synodus provincialis, inconsulta hac Sacra Congregatione, quæ aliquando, sed raro Suffraganeorum informationibus prius auditis, omnibusque diligenter penſatis id demandare solet.

Quo vero ad Synodum diœcesanam pariter usus parum recepit hujus decreti observantiam circa tempus, ut scilicet singulis annis celebrari deberet, cum ista frequentia, nedum Episcoporum, sed etiam subditorum, superfluam incommoditatem aliaque inconvenientia potius producere videatur; Ideoque rara pariter est praxis, ut scilicet Episcopus, pene unica Synodo, toto tempore præfulatus contentus esse soleat, atque plures omnino abstineant, demandando observantiam Constitutionum Synodalium prædecessorum.

Potissime vero in illis diœcesibus, in quibus: Vel quia non adsit parochiarum distinctio, unde propterea unica generalis parochia sit in Cathedrali, unusque parochus sit Episcopus, *sic. de decim. disc. 1. & seqq.* Vel quia ob annexionem parochiarum, Capitulis, vel Dignitatibus, non subsit necessitas deputandi examinatores synodales in numero opportuno, pro concursu in parochialibus habendo, *sic. de paroch. disc. 37.*

Quando autem ista necessitas adsit, tunc oportet convocare Synodum, quoniam licet ubi examinatores jam deputati defecerint, potestas subrogandi alios in locum deficientium cum solo consensu Capituli, Episcopo competat, attamen ista facultas restricta fuit infra annum, quo elapso, Rota firmare consuevit, quod Episcopo imputandum est, cur ad hujus decreti præscriptum, Synodum non celebraverit, *eodem disc. 37. ubi concordantes, & de jurisd. disc. 36.*

Et quoniam id pariter cum diœcesanis, præsertim vero cum exemptis, jurgia parere solet; hinc proinde a Sacra Congregatione in Italia injunctum est Episcopis, ut jam editas Synodales Constitutiones eidem examinandas, & confirmandas transmittere debeant, hinaque est praxis.

Super convocatione autem, sive interventu in Synodo, controversiæ oriri solent, cum Capitulis, & cleris oppidorum, aliisumque locorum diœcesis, an scilicet omnes presbyteri, & clerici ad Synodum convocati possint, ut ab aliquibus Episcopis (& unusquisque non ad industriam, & occasione mulctatum, & pœnarum, sive extortionum & contributionum) fieri consueverit; ideoque provisum est, ut sufficiat interventus deputatorum cleri cujuslibet loci, & parochorum, seu vicariorum, aut illorum, quibus alias exercitium curæ animarum, & administrationi Sacramentorum incumberet: Licet enim Capituli cathedralis interventus requiratur. Attamen id incommodum non præbet, ex quo in eadem Cathedrali Synodus celebranda est.

Majores autem, ac frequentiores esse solent controversiæ cum exemptis, præsertim regularibus, an ipsi, eorumque Prælati in Synodo intervenire debeant; receptaque distinctio est (ut an regularium adnotationibus advertimus) ut illi intervenire debeant, atque cogi valeant, qui curam animarum habeant & administrationem Sacramentorum exerceant, cum in hac parte subditi sint, atque a primo pastore qualis est Episcopus, instruendi sint quomodo in sibi commissarum ovium cura, se gerere debeant; Quod etiam valet in aliis sæcularibus exemptis, saltem inferiorem Prælatum habentibus cum ordinaria quasi Episcopali jurisdictione; potissime ubi de illis agatur, qui hanc jurisdictionem habebant in locis intra diœcesis fines existentibus, *tit. de jurisd. disc. 37. & 38. & de Regul. disc. 1.*

Majores enim difficultates cadere solent cum illis inferioribus Prælatis, qui sine *Nullius* per veritatem, cum territorio scilicet vere, ac materialiter separato, unde propterea adjacenti Episcopo Diœcesani, vel Ordinarii terminus non congruat, an scilicet illi, penes quos exercitium curæ animarum, & administrationis Sacramentorum residet, ad Synodum accedere teneantur, ac successive ad Synodalium Constitutionum observantiam obligentur, cum ista connexa sint, atque vis non consistat in eo accessu, vel interventu materiali, sed in isto effectu observantiæ; & tunc distinctio est, an ille inferior Prælatus cum ordinaria quasi Episcopali jurisdictione habeat, necne ex privilegio, vel consuetudine hanc facultatem celebrandi Synodum talemque facultatem ad exercitium deducere soleat, spectato effectu, siquidem ubi propriæ Constitutiones Synodales celebrentur, ac habeantur, illæ sufficiunt; Sin minus illas Episcopi vicinioris recipere, ac observare oportet, ne absque hujusmodi legibus in loco vivatur, quibus mediantibus provideatur iis, in quibus per Canones, vel Concilia, seu Apostolicas Constitutiones aut decreta Sacræ Congregationis provisum non sit, *locis proxime citatis, & in Miscellan. Eccl. disc. 1.*

Cum Capitulo Cathedralis controversiæ haberi soleat, an ejus consensus in convocatione Synodus requiratur, seu quale votum habeat, ut pro casus contingentia in meris jurisdictionalibus notis advertitur, *dict. disc. de jurisd.*

In foro autem contentioso, de Synodalium Constitutionum validitate, ac efficacia, quandoque disputari solet, an scilicet illæ obligent, ac attendendæ sint in iis, quæ sunt contra jus; præsertim vero ubi occasione inducendi processum executivum, seu denegandi appellationem, in iis casibus, in quibus alias de jure competeret; atque regula est negativa, quoties legitima consuetudo aliter non suadeat, *sub tit. de judic. in mat. appellat.*

Cumque hujusmodi leges ab universa dio-

diœcesi fieri dicantur; hinc proinde per Episcopi cessum, vel decessum non cessant, ut sequitur in edictis, & bannimentis, aliisque provisionibus.

DISCURSUS XXXI.

Ad Sessionem 24. de Reformatione cap. 16.

SUMMARIUM.

1 *De ratione ob quam etiam de jure communi, Sede vacante jurisdictio Episcopalis est Episcopi.*
2 *De jurisdictione actuali quam habet Capitulum etiam sede plena, & in specie de simultanea.*
3 *Speciale est, ut membra sine capite constituant corpus operativum.*
4 *Jus Capituli residere potest in paucis Canonicis, etiam uno, aliis impeditis.*
5 *Præscribitur forma deputandi Vicarium, & Œconomum Sede vacante.*
6 *Deputatio Œconomi ad quem modo pertinere soleat.*
7 *Quando audiantur quæstiones super administratione Œconomica Capituli.*
8 *De consuetudine, quod Capitulum percipiat fructus Ecclesiæ Sede vacante.*
9 *Infra octo dies, antequam fiat electio Vicarii Capitularis, ad quem spectet jurisdictio, & de Dignitate Archidiaconi, & Archipresbyteri.*
10 *Vicarius debet esse Doctor saltem in jure Canonico, alias deputatio est nulla, secus autem si in Capitulo non adsint Doctores.*
11 *Qui veniant nomine Doctorum ad hunc effectum.*
12 *Et quid de Licentiatis, quales sint illi, de quibus Concilium loquitur.*
13 *An Doctoratus in Theologia, vel aliis scientiis sufficiat.*
14 *Episcopo soles demandari, ut teneat Vicarium generalem Doctorem.*
15 *An doctoratus in solo jure civili ad id sufficiat.*
16 *Quare in Italia non sit in usu doctoratus in uno tantum jure.*
17 *Quando eligitur non Doctor, qualis effectus exinde resultet, & de resolutione Sac. Congregationis Concilii.*
18 *De eodem, & quæ provisiones desuper adhibeantur per Sacram Congregationem, & an exinde prætendi valeat nullitas actorum.*
Conc. Trid. cum Gall.
19 *De consuetudine Hispaniæ eligendi non Doctorem.*
20 *Potest eligi aliquis extra gremium Capituli, imo quod expediat.*
21 *Vicarius Capitularis subjacet sindicatui curam Episcopo successore, non autem Vicarii generalis.*
22 *De modo vocandi, & qui habeant votum in Capitulo.*
23 *De quæstionibus super defectu electionis.*
24 *An fieri debeat per vota secreta.*
25 *An fieri possit deputatio ad tempus, vel cum certis restrictionibus.*
26 *De devolutione ad metropolitanum, si electio non fiat, vel male.*
27 *An in hac materia detur appellatio suspensiva.*
28 *Vicarius generalis, in choro & functionibus habet præcedentiam supra omnes Canonic. & Dig.*
29 *Quid de Vicario Capitulari.*
30 *Non concedit Vicarius Capitularis dimissorias ad ordines infra annum.*
31 *Concedere tamen potest literas testimoniales super requisitis.*
32 *Sede vacante non solet dari facultas promovendi ad primam tantum, & dispensatio super interstitiis directa viciniori concedatur clericis tantum.*
33 *Quandoque Sacra Congregatio communicat Vicario Capitulari facultatem, de qua num. 30.*
34 *Quod deberet ista facultas tolli pro toto tempore vacationis.*
35 *Concedit institutionem beneficiorum de jurepatronatus, sed se non ingerit in collatione, sed facit concursum in parochialibus.*
36 *Dispensationes materiales non diriguntur Vicario Capitulari.*
37 *An jurisdictio ex delegatione Apostolica concessa Episcopo competat Vicario Capitulari.*
38 *Quod dicitur de Sede vacante, procedit etiam Sede plena Episcopo absente, vel impedito.*
39 *Idem quod in Episcopo, & Capitulo Cathedralis, procedit in Prælato, & Capitulo Nullius vel exempto.*
40 *Capitula Collegiatarum subditarum non habent hanc jurisdictionem.*
41 *Quid ubi agatur de pluribus Cathedralibus æque principaliter unitis.*
42 *Sed quid si Capitulum Cathedralis aliunde non adsit.*
43 *De casu quo adsint plura Capitula, &*

Potissime vero in illis diœcesibus, in quibus: Vel quia non adsit parochiarum distinctio, unde propterea unica generalis parochia sit in Cathedrali, unusque parochus sit Episcopus, *sic. de decim. disc. 1. & seqq.* Vel quia ob annexionem parochiarum, Capitulis, vel Dignitatibus, non subsit necessitas deputandi examinatores synodales in numero opportuno, pro concursu in parochialibus habendo, *sic. de paroch. disc. 37.*

Quando autem ista necessitas adsit, tunc oportet convocare Synodum, quoniam licet ubi examinatores jam deputati defecerint, potestas subrogandi alios in locum deficientium cum solo consensu Capituli, Episcopo competat, attamen ista facultas restricta fuit infra annum, quo elapso, Rota firmare consuevit, quod Episcopo imputandum est, cur ad hujus decreti præscriptum, Synodum non celebraverit, *eodem disc. 37. ubi concordantes, & de jurisd. disc. 36.*

Et quoniam id pariter cum diœcesanis, præsertim vero cum exemptis, jurgia parere solet; hinc proinde a Sacra Congregatione in Italia injunctum est Episcopis, ut jam editas Synodales Constitutiones eidem examinandas, & confirmandas transmittere debeant, hinaque est praxis.

Super convocatione autem, sive interventu in Synodo, controversiæ oriri solent, cum Capitulis, & cleris oppidorum, aliisumque locorum diœcesis, an scilicet omnes presbyteri, & clerici ad Synodum convocati possint, ut ab aliquibus Episcopis (& unusquisque non ad industriam, & occasione mulctatum, & pœnarum, sive extortionum & contributionum) fieri consueverit; ideoque provisum est, ut sufficiat interventus deputatorum cleri cujuslibet loci, & parochorum, seu vicariorum, aut illorum, quibus alias exercitium curæ animarum, & administrationi Sacramentorum incumberet: Licet enim Capituli cathedralis interventus requiratur. Attamen id incommodum non præbet, ex quo in eadem Cathedrali Synodus celebranda est.

Majores autem, ac frequentiores esse solent controversiæ cum exemptis, præsertim regularibus, an ipsi, eorumque Prælati in Synodo intervenire debeant; receptaque distinctio est (ut an regularium adnotationibus advertimus) ut illi intervenire debeant, atque cogi valeant, qui curam animarum habeant & administrationem Sacramentorum exerceant, cum in hac parte subditi sint, atque a primo pastore qualis est Episcopus, instruendi sint quomodo in sibi commissarum ovium cura, se gerere debeant; Quod etiam valet in aliis sæcularibus exemptis, saltem inferiorem Prælatum habentibus cum ordinaria quasi Episcopali jurisdictione; potissime ubi de illis agatur, qui hanc jurisdictionem habebant in locis intra diœcesis fines existentibus, *tit. de jurisd. disc. 37. & 38. & de Regul. disc. 1.*

Majores enim difficultates cadere solent cum illis inferioribus Prælatis, qui sine *Nullius* per veritatem, cum territorio scilicet vere, ac materialiter separato, unde propterea adjacenti Episcopo Diœcesani, vel Ordinarii terminus non congruat, an scilicet illi, penes quos exercitium curæ animarum, & administrationis Sacramentorum residet, ad Synodum accedere teneantur, ac successive ad Synodalium Constitutionum observantiam obligentur, cum ista connexa sint, atque vis non consistat in eo accessu, vel interventu materiali, sed in isto effectu observantiæ; & tunc distinctio est, an ille inferior Prælatus cum ordinaria quasi Episcopali jurisdictione habeat, necne ex privilegio, vel consuetudine hanc facultatem celebrandi Synodum talemque facultatem ad exercitium deducere soleat, spectato effectu, siquidem ubi propriæ Constitutiones Synodales celebrentur, ac habeantur, illæ sufficiunt; Sin minus illas Episcopi vicinioris recipere, ac observare oportet, ne absque hujusmodi legibus in loco vivatur, quibus mediantibus provideatur iis, in quibus per Canones, vel Concilia, seu Apostolicas Constitutiones aut decreta Sacræ Congregationis provisum non sit, *locis proxime citatis, & in Miscellan. Eccl. disc. 1.*

Cum Capitulo Cathedralis controversiæ haberi soleat, an ejus consensus in convocatione Synodus requiratur, seu quale votum habeat, ut pro casus contingentia in meris jurisdictionalibus notis advertitur, *dict. disc. de jurisd.*

In foro autem contentioso, de Synodalium Constitutionum validitate, ac efficacia, quandoque disputari solet, an scilicet illæ obligent, ac attendendæ sint in iis, quæ sunt contra jus; præsertim vero ubi occasione inducendi processum executivum, seu denegandi appellationem, in iis casibus, in quibus alias de jure competeret; atque regula est negativa, quoties legitima consuetudo aliter non suadeat, *sub tit. de judic. in mat. appellat.*

Cumque hujusmodi leges ab universa dio-

diœcesi fieri dicantur; hinc proinde per Episcopi cessum, vel decessum non cessant, ut sequitur in edictis, & bannimentis, aliisque provisionibus.

DISCURSUS XXXI.

Ad Sessionem 24. de Reformatione cap. 16.

SUMMARIUM.

1 *De ratione ob quam etiam de jure communi, Sede vacante jurisdictio Episcopalis est Episcopi.*
2 *De jurisdictione actuali quam habet Capitulum etiam sede plena, & in specie de simultanea.*
3 *Speciale est, ut membra sine capite constituant corpus operativum.*
4 *Jus Capituli residere potest in paucis Canonicis, etiam uno, aliis impeditis.*
5 *Præscribitur forma deputandi Vicarium, & Œconomum Sede vacante.*
6 *Deputatio Œconomi ad quem modo pertinere soleat.*
7 *Quando audiantur quæstiones super administratione Œconomica Capituli.*
8 *De consuetudine, quod Capitulum percipiat fructus Ecclesiæ Sede vacante.*
9 *Infra octo dies, antequam fiat electio Vicarii Capitularis, ad quem spectet jurisdictio, & de Dignitate Archidiaconi, & Archipresbyteri.*
10 *Vicarius debet esse Doctor saltem in jure Canonico, alias deputatio est nulla, secus autem si in Capitulo non adsint Doctores.*
11 *Qui veniant nomine Doctorum ad hunc effectum.*
12 *Et quid de Licentiatis, quales sint illi, de quibus Concilium loquitur.*
13 *An Doctoratus in Theologia, vel aliis scientiis sufficiat.*
14 *Episcopo soles demandari, ut teneat Vicarium generalem Doctorem.*
15 *An doctoratus in solo jure civili ad id sufficiat.*
16 *Quare in Italia non sit in usu doctoratus in uno tantum jure.*
17 *Quando eligitur non Doctor, qualis effectus exinde resultet, & de resolutione Sac. Congregationis Concilii.*
18 *De eodem, & quæ provisiones desuper adhibeantur per Sacram Congregationem, & an exinde prætendi valeat nullitas actorum.*
Conc. Trid. cum Gall.
19 *De consuetudine Hispaniæ eligendi non Doctorem.*
20 *Potest eligi aliquis extra gremium Capituli, imo quod expediat.*
21 *Vicarius Capitularis subjacet sindicatui curam Episcopo successore, non autem Vicarii generalis.*
22 *De modo vocandi, & qui habeant votum in Capitulo.*
23 *De quæstionibus super defectu electionis.*
24 *An fieri debeat per vota secreta.*
25 *An fieri possit deputatio ad tempus, vel cum certis restrictionibus.*
26 *De devolutione ad metropolitanum, si electio non fiat, vel male.*
27 *An in hac materia detur appellatio suspensiva.*
28 *Vicarius generalis, in choro & functionibus habet præcedentiam supra omnes Canonic. & Dig.*
29 *Quid de Vicario Capitulari.*
30 *Non concedit Vicarius Capitularis dimissorias ad ordines infra annum.*
31 *Concedere tamen potest literas testimoniales super requisitis.*
32 *Sede vacante non solet dari facultas promovendi ad primam tantum, & dispensatio super interstitiis directa viciniori concedatur clericis tantum.*
33 *Quandoque Sacra Congregatio communicat Vicario Capitulari facultatem, de qua num. 30.*
34 *Quod deberet ista facultas tolli pro toto tempore vacationis.*
35 *Concedit institutionem beneficiorum de jurepatronatus, sed se non ingerit in collatione, sed facit concursum in parochialibus.*
36 *Dispensationes materiales non diriguntur Vicario Capitulari.*
37 *An jurisdictio ex delegatione Apostolica concessa Episcopo competat Vicario Capitulari.*
38 *Quod dicitur de Sede vacante, procedit etiam Sede plena Episcopo absente, vel impedito.*
39 *Idem quod in Episcopo, & Capitulo Cathedralis, procedit in Prælato, & Capitulo Nullius vel exempto.*
40 *Capitula Collegiatarum subditarum non habent hanc jurisdictionem.*
41 *Quid ubi agatur de pluribus Cathedralibus æque principaliter unitis.*
42 *Sed quid si Capitulum Cathedralis aliunde non adsit.*
43 *De casu quo adsint plura Capitula, &*

plures Ecclesiæ materiales ejusdem Ecclesiæ Cathedralis formalis.

1 CUm Sede Episcopali vacante, de jure Episcopalis jurisdictio, atque Ecclesiæ administratio devolvatur ad Capitulum; non quidem ex aliquo privilegio, vel speciali delegatione, sed ex ratione juris non decrescendi, eo quia Ecclesia Cathedralis essentialiter conjunctim ab Episcopo, & Capitulo, ab illo scilicet tamquam capite, ab isto autem tamquam reliquo corpore, ecclesiastica jurisdictione penes totum corpus habitualiter residente, exercitio autem in plerisque competenti capiti; *sub tit. de jurisd. disc. 2. sub tit. de præmin. disc. 19. & 22. & in Miscellan. Eccl. disc. 1. & sequ.*

2 In aliquibus tamen actibus, eidem Episcopo cum reliquo corpore, hoc exercitium competit, pro Ecclesiarum diversa consuetudine, ut præsertim contingit in provisione canonicarum aliorumque beneficiorum ejusdem Ecclesiæ, quod de jure est ad Episcopo & Capituli simultaneam, & coæqualem potestatem; in praxi autem diversum est exercitium; quod alicubi hæc juris dispositio viget, alicubi vero exercitium totum est penes Episcopum privative ad Capitulum; & alicubi e converso penes capitulum privative ad Episcopum, sive isto unius capitularis figuram agente, *tit. de benef. disc. 1. & 30.*

Et consequenter, dejecto capite, jure consolidationis, vel ex jure non decrescendi, universa jurisdictio, seu totum jus cathedraticum, tam in habitu, quam in exercitio, remanet penes Capitulum tamquam reliquum corpus politicum seu intellectuale, quod in hoc differt a corpore naturali, seu materiali, ut etiam sine capite vivat, omnesque faciat operationes, quod in corpore naturali non datur.

3 Quinimo (quod magis est) ubi etiam omnia membra putrefrant, seu pro defectis, ac putridis habenda sint, etiam aliqua membra valida, quamvis essent duo, imo etiam unum, apta sunt operari, totumque corpus repræsentare, quia nempe totalis de facto pro majori parte canonicatibus, vel existentibus de jure Canonicis, impeditis, seu nullatis pro non existantibus, puta per censuras, vel alia impedimenta, tunc totum Capitulum consolidatur in non impeditis, etiam in paucis, quinimo etiam in uno non impedito. Quoties tamen impedimentum respicit personas, atque singulos, non autem ubi

4 inficiat ipsum corpus politicum, seu intellectuale, quamvis aliqui capitulares singulari jure eximantur a censuris aliisque impedimentis, ut latius in rerum beneficiarium adnotationibus advertitur, *eod. tit. de benef. disc. 25.*

Quia vero ea ratio, ut id, quod commune est, negligatur sive factionariæ divisiones hujusmodi communitativis corporibus connaturales, malam Ecclesiæ ac justitiæ administrationem producebant; Hinc proinde in hoc decreto conciliari, nimium prudenter Capitulo necessitas injuncta est, ut infra octo dierum spatium (a die certæ nontiæ vacationis computandum); Vicarium pro administratione justitiæ, ac exercitio jurisdictionis, & Oeconomum pro administratione bonorum Mensæ Episcopalis deputare teneatur, sin minus, hæc deputatione nullatenus, vel nulliter facta, jus illam faciendi devolvatur ad Metropolitanum, quatenus in aliqua Ecclesia suffraganea, vacationis casus contingat; Eo autem contingente in ipsa Metropolitana, ad antiquiorem Episcopum suffraganeum; si vero id sequatur in Ecclesia exempta, ad Episcopum viciniorem, *de his sub tit. de Canon. & Capitulo disc. 24. cum seqq. & de jurisdict. disc. 54.*

6 Deputationis autem Oeconomi nimium rara est praxis, saltem spectato effectu, in Italia. Sive quia, ubi etiam fiat, nimium brevis est personæ deputatæ administratio, quoniam in illis partibus, in quibus Cameræ Apostolicæ Collectores adsunt, (unde propterea ex Apostolicis Constitutionibus fructus pro tempore vacationis ipsi Cameræ applicantur) per Collectorem fieri solet deputatio; Ubi vero, vel ex consuetudine, vel ratione Regiæ nominationis, vel Regii patronatus, Collector Apostolicus se non ingerit, neque iste œconomus, sed alter ab ipso Rege seu ejus officialibus ad Apostolicarum concessionum præscriptum, administrat, adeo ut istud jus Capituli exercibile remaneat pro illis provisionibus, quæ necessariæ sunt, donec certioretur ille, ad quem pertinet, de casu vacationis Ecclesiæ, altero mortis, aut alterius impedimenti personæ deputatæ.

7 Hinc proinde sequitur, quod in ista Sacra Congregatione, vel in altera Episcoporum, nullæ audiuntur quæstiones super deputatione, vel administratione Oeconomi. Bene tamen audiuntur frequentes super altera deputatione Vicarii, solumque in Rota aliquando, in Ecclesiis ultra montes, auditi solent istæ quæstiones administrationis œco-

œconomicæ, ex eo præsertim, quod in aliquibus Ecclesiis mos inoleverit, quod Capitulum sede vacante sibi ipsi, atque ad Capitularium commodum Ecclesiæ seu mensæ Episcopalis fructus, ac proventus applicaret, quod fieri non posse regula est, limitanda ex Apostolico indulto, explicito vel ex illo implicito, quod in vim immemorabilis consuetudinis bene probatæ allegari potest.

8 Omnes itaque (& quidem frequentes) sunt quæstiones super deputatione Vicarii, ejusque forma bene servata, sive super iis, quæ Episcopalis jurisdictionis exercitium respective concernunt.

In primis etenim, in eo octo dierum spatio, quod conceditur ad Vicarii deputationem, frequentius antiquiori tempore oriebantur controversiæ, quæ in Italia jam sopitæ sunt, (in aliquibus tamen Hispaniarum Ecclesiis adhuc vigent) inter Capitulum, & primam Dignitatem, super dictæ jurisdictionis exercitio, quod a prima Dignitate prætendi solebat, ubi præsertim (pro Italiæ frequentiori usu) sit Archidiaconus, qui antiquorum canonum auctoritati inniti solet, ex quorum dispositione, Vicarius datus intemporalibus esset, *tit. de præeminent. disc. 20.*

9 Verius autem, Capitulo regula assistit, quoniam hæc antiqua Archidiaconi, ac etiam Archipræsbyteri, nativa vicarialis potestas, Archidiaconi scilicet in temporalibus, Archipræsbyteri in spiritualibus, hodie de consuetudine ab aula recessit, atque modernis Archidiaconi & Archipræsbyteri sunt potius abusivi, & in sola nuncupatione; Nisi circa hoc breve exercitium, legitima consuetudo assisteret, non in ratione

10 Archidiaconalis dignitatis, sed potius in ratione primæ dignitatis, quæ nomine capituli individuos actus explicet, ut in Ecclesiasticis, ac divinis functionibus Episcopo absente vel impedito, vel sede vacante contingit, quoniam ad primam dignitatem pertinent, non autem ad vicarium vel alium a capitulo deputatum, nisi legitima consuetudo immemorabilis aliter statueret, *tit. de præeminent. disc. 9. cum seqq.*

11 Deputandus autem est vicarius, qui ad minus in jure canonico Doctor sit, seu licentiatus, sin minus (quoties in capitulo ita graduati exillant in aliquo competenti numero, intra quem electionis libertas congrue exercibilis, remaneat) deputatio invalida pluties per Sacram Congregationem declarata est; Secus autem si in capitulo graduati non adsint in dicto numero, intra quem dicta libertas cadat, quamvis in civitate, vel diœcesi graduati idonei existant, quoniam potest quidem capitulum aliquem ex eis deputare, sed non tenetur, ideoque unum de capitulo quamvis non Doctorem tali casu licite deputare potest.

12 Doctorum autem nomine, veniunt illi qui in aliqua publica Universitate, vel Collegio solenniter isto gradu decorati sint, non autem illi, qui ex aliquorum particulari privilegio, Doctores creati fuerint, cum isti ad hunc aliosque effectus a sacro Concilio, vel ab Apostolicis Constitutionibus considerentur, pro Doctoribus habendi non sint.

13 Prout licentiatorum nomine, veniunt solum illi, qui pariter a publica Universitate, vel Collegio, juxta regionem mores ac stylos licentiatura tamquam gradu solemniter decorati sint, ut præsertim contingit in Hispania, ubi licentiatura illam habet imaginem, vel speciem, quam habet doctoratus in Italia, in qua iste licentiatorum usus non habetur, cum ibi doctoratus, non nisi proveatis, cum magna solemnitate conferri soleat; Ideoque licet in Italia illi, qui aliquo tempore studiis in aliqua Universitate vacaverint, atque ordinario cursu expleto, ab aliquo magistro licentiam reportent, vulgo licentiati de facto nuncupari soleant, vere tamen tales non sunt, neque istud decretum eos complectitur.

14 Doctorum autem in aliis scientiis, etiam in sacra Theologia, in hoc proposito non habentur in consideratione, cum ille requiratur in utroque jure, vel saltim in Canonico, spectato fine, seu effectu, quod cum Vicarius deputetur ad justitiam administrandam, atque ad decidendas causas tam civiles, quam criminales, & mixtas, idcirco debet esse versatus in ea facultate, quæ ad id necessaria est; Unde propterea (ut alibi advertitur) per sacram Congregationem Episcoporum, quando recursus habentur, demandari solet Episcopo, ut teneat Vicarium generalem Doctorem, & non dicæsanum. Et tamen nullibi cautum est, ut Vicarius debeat esse Doctor, neque quod Episcopus de necessitate teneatur deputare Vicarium, quem potest non habere, multo magis, dum Concilium, agendo de capitulo, utrumque præcipit.

15 In facti autem contingentia disputavi in Tribunali A. C. in una Majoricensi; Cum electus fuisset in Vicarium quidam Canonicus, qui erat Doctor in solo jure civili, an iste doctoratus in jure civili tantum

sufficeret ad satisfaciendum huic decreto, adhibitisque diligentiis, per scribentes hinc inde, inventa non fuit declaratio vel doctrina, quæ ad istos terminos speciales descenderet, cum omnes declarationes, & consequenter earum Collectores seu relatores agant de doctoratu in genere, & deputatione non Doctoris, quando in capitulo adsint Doctores.

16 Ratio autem, ob quam iste casus non contigit disputandus, ea mihi videbatur, quod in Italia, ob adeo magnam facilitatem conferendi illum gradum, in utroque jure (quamvis pro frequentiori contingentia, in neutro aliqua peritia habeatur), non practicatur hæc distinctio.

Dicebam itaque scribens pro electo, quod cum decretum conciliare, præcise, ac taxative non se restringat ad doctoratum in Decretis, sed adhibeat dictionem *saltem*, ita excludere non videbatur illam aliam speciem doctoratus, qui causarum determinationi magis congruus est, ex vulgari disterio, quod Legista sine Canonibus imperfectus, Judex est parumque valet, sed Canonista sine legibus nihil valet. *Roman. singular. 660. Menoch. de arbitr. casu 420.* Ideoque magis opportuna est peritia in legibus, quam in canonibus.

Verum, reflectendo ad veritatem (Patribus pro stylo insinuatam,) nimium dubitabam, quoniam dictio *saltem*, præseferre videtur, quod concilium utrumque doctoratum in effectu erigere voluerit. Cum etenim illud in magna parte ex Italis Cardinalibus, Episcopis, & Prælatis constaret, ita secundum Italiæ mores, sensisse visum est, quodque adminus desideratus fuerit Doctoratus, in decretis tamquam præsuppositus necessarius, mysteriole forsan non facta mentione doctoratus in legibus, eo quia plures Canonistæ & Morales, in sensu antiquorum Cationum, illicitum reputant in clericis studium legum civilium sine licentia Papæ, vel saltem Episcopi, unde propterea prudenter gradu, ac peritia in eis, sub silentio relicta fuerunt, ne canonizaretur id, quod reputatur prohibitum; Verum quia casus erat novus, numquam adhuc in specie decisus, ideireo Judex remisit oppositores ad sacram Congregationem concilii, quæ (ne tamen non scribente) inhærendo antiquis declarationibus, ut doctoratus in Theologia, vel in aliis scientiis ad hunc effectum non sufficiat in concursu Doctorum in decretis, rescripsit 17 hunc doctoratum non sufficere, atque ita etiam implicite respondit, oppositorem, qui erat Doctor in jure canonico, atque a minori parte fuerat electus, censeri Vicarium legitime electum, ita tamen, ut id non influeret ad nullitatem gestorum per electum, minusque ut iste teneretur ad emolumentorum restitutionem, dum controversia non habebat tractum successivum, ex quo jam Ecclesia provisa erat de Episcopo.

Eodem tamen veritatis sensu retento, dicebam quod prima pars resolutionis in genere, sive in abstracto videbatur probabilis, quod scilicet, ubi habeantur in capitulo Doctores in utroque jure, vel saltim in canonico, digni, & idonei, atque in tali numero, quod recte remaneat exercibilis electionis libertas, non debeat eligi non Doctor, quamvis iste sit graduatus in Theologia, vel in alia facultate, quæ a munere reputetur extranea, ut in clericis, & officiis ecclesiasticis reputatur illa legum civilium tantum, nisi quatenus deferviant professori canonum pro eorum meliori intelligentia, & praxi.

Non placebat autem altera pars resolutionis in concreto, quod scilicet exinde resultaret, ut electio facta per majorem partem, ita irrita remaneret, quod propterea concluſa remanere deberet alia electio facta per minorem partem; Siquidem ista conclusio circa præponderantiam dignæ electionis factæ per minorem partem, procedit, quando electio facta per majorem partem esset de scienter indigna, cum tunc intret ratio alibi insinuata, *tit. de Canonic. & Capitul. disc. 27. & tit. de jurepatr. disc. 61. & alibi*, ut eligentes scienter indignum, pro ea vice privati sint jure eligendi, quod propterea totum consolidetur in paucioribus, a quibus Capitulum constituatur. Secus autem ubi id excusabiliter sequatur, cum ista sit species pœnæ, ac injuriæ, quæ dari non debet sine culpa dolente delicto.

Id autem in dicto casu dici non potest, quoniam in Hispania constans opinio est, ut ex consuetudine, repositum sit in libertate Capituli eligere Canonicum vel alium sibi visum, etiam non doctorem, istaque consuetudo supponebatur etiam inconcussa, & certa in ista Ecclesia. Unde propterea quidquid sit, an ea in futurum toleranda esset necne, quod adhuc pro mea notitia formicet in Hispania decisum non fuit; Attamen negari non potest, ut ea excusat ad effectum prædictum ex regula, quod etiam mala consuetudo excusat a culpa & delicto.

Et

19 Et clarius, quia etiam si essemus in Italia, seu quod alias dicta consuetudo non adesset, adhuc tamen casus erat juste excusabilis, stante gradu in jure civili, ob novitatem casus adhuc non decisi, ut supra, ideoque, non debeat tam eligentes, quam electus, ita gravi injuria affici sine causa.

Præterea erroneum, pro meo judicio videtur, quando hujusmodi casus contingunt, procedere generaliter cum antiquis decretis, vel declarationibus, non reflectendo ad particularium casuum individuas circumstantias, quoniam imprimis videndum est qualis sit numerus doctorum existentium in Capitulo, ad effectum inspiciendi, an in eis recte verificetur libertas electionis, quæ omnino necessaria est, atque essentialis.

Et ulterius, ac magis, videndum est de hujusmodi doctorum qualitatibus, quoniam possunt esse doctorati, sed non doctores, ut frequens praxis docet; Sive possunt esse juvenes inexperti, vel male morigerati, aut diffamati, vel imprudentes, aut alias non habiles ad illud munus, quod spectato effectu est Episcopale, potissime in metropoliticis Civitatibus, atque in faciem supremorum Magistratuum, & Tribunalium, ut in præsenti casu.

Ideoque recte congruere videntur a fortiori ea quæ habentur in materia concursus, qui ad formam S. C. T. habeadus est in provisione Ecclesiarum parochialium; Quod scilicet quamvis Episcopus teneatur de necessitate præeligere dignitorem, atque alias ab ejus irrationabili judicio appellari valeat, cum illa dignoscatur differentia inter beneficia curata, & simplicia, ut in sua sede advertitur: Attamen non semper gradus, ætas, doctrina, nobilitas, & aliæ qualitates hujusmodi majorem causant dignitatem, quoniam attendantur mores, prudentia & bona opinio apud populum, ex quibus, quoties adest sufficiens literatura, minus nobilis, minusque literatus, vel non graduatus, vel junior præeligi meretur, *sub tit. de paroch. disc. 6. & 37. & infra in his annotationibus disc. seq.*

Et per consequens non est materia, quæ recipiat certam, ac generalem regulam cuicumque casui applicabilem, sed pro singulorum casuum circumstantiis est decidenda.

Hinc proinde Sac. Congregatio Episcoporum, quæ frequentius hujusmodi negotia pertractare solet, quando adversus electionem non doctoris, spretis doctoribus recursus habetur, non procedit ex abrupto ad annullationem, sed scribit pro informatione, atque partes audit; Et quatenus comperiat non bene processum fuisse, quodque non potuerint sperni doctores, ut supra digni, & idonei, mandat denuo procedi ad electionem, vel ipsa deputat Vicarium Apostolicum; Ac propterea in isto casu consului, quod Capitulum peteret denuo audiri, idque pendet.

Quamvis autem Sacra Congregatio laudet, ut existentibus graduatis, vel alias idoneis de Capitulo, vel de gremio Ecclesiæ Cathedralis, in uno istorum deputatio cadere soleat; Si tamen eligatur doctor idoneus extra gremium, non exinde actus remanet invalidus; Quinimo id insinuat ipsummet Concilium, dum primo loco agit de confirmatione Vicarii Generalis Episcopi defuncti, qui in magnis diœcesibus pro frequentiori contingentia supponendus est externus; Et quidem id potius commendabile videtur; ut ego pluries sum expertus. Tum quia ita conciliantur factionariæ divisiones allumendo tertium, ut neutra canat triumphum: Tum etiam quia libentius recognoscitur, ac timetur ille superior, qui non sit de Capitulo, unde propterea ejus præsentia raræ sit, cum potius apud Capitulares vilescat illa persona, quæ quotidie in choro, & in sacristia cernitur in habitu Canonicali, seeviendo in Divinis in fua loco, quandoque inferiori; ac etiam quia ob dissensiones, quæ frequenter habentur in curtenibus negotiis, & actibus capitularibus, displicet quod unus ex eis sit superior, ex generali axiomate, quod durum est servire, ac obedire conservis, ut de meritis testari possum, quoniam cum in Capitulo Cathedralis propriæ patriæ plures adessent dignitates vel canonici, qui in retroactis vacationibus Vicarii capitulares fuerant, ad componendas factionarias divisiones, ita contractus, Ego pene adolescens ex causa infirmitatis, a Tribunalium Neapolis praxi ad nativum cœlum ex consilio medicorum de proximo regressus, de omnium concordi consensu, electus fui Vicarius Capitularis, atque in spatio unius anni cum dimidio circiter, in quo vacario duravit longe major quies inter Capitulares habita fuit quam in præcedentibus, quamvis longe brevioribus; Atque ex illo exemplo illine ad breve tempus idem practicanum fuit in Metropolitana Ecclesia Sipontina, eligendo pariter non Capitularem clericum in minoribus, qui nunc est Episcopus Alexanen. Et pariter (dum essem in portibus) Capitulum Metropolitanæ Barensis, ad tollendas factionarias divisiones deputavit eumdem externum non capitularem,

larem, qui erat Vicarius Generalis Archiepiscopi defuncti, Est etenim commendabilius ex argumento a posteriori sive ab effectu, adeo ut forsan deberet transire in præceptum, quoniam ita multis inconvenientibus occurreretur.

21 Licet enim Concilium ad incutiendum Vicario deputato timorem, eidem injunxerit onus syndicatus coram Episcopo succedendo fore, cui ex veriori, magisque in praxis recepta opinione, non subjacet Vicarius generalis Episcopi; Attamen, ut experientia me docuit, illud non est remedium sufficiens, quin imo est magnus pabulum, ac fomentum inconvenientium. Tum quia factionariæ divisiones augentur. Tum etiam quia Vicarius capitularis majores extorsiones facere studet, ut cum muneribus, Episcopi gratiam capiat. Unde properea quemadmodum Episcopo præsente, atque ut plurimum extero, adhuc ob civicas æmulationes, ac factiones, injungitur necessitas habendi Vicarium exterum, multo magis fieri deberet Sede vacante, quoniam ita eligerentur famosi Doctores ac personæ, quæ ex aliis jam peractis muneribus in Regione sint in magna æstimatione.

22 Super iplis quoque electionibus frequentes quæstiones contingere solent, vel super jure vorandi in capitulo, ex eo quod in plerisque Ecclesiis cathedralibus vigeat consuetudo, ut etiam beneficiati, vel capellani, aut illi simplices præsbyteri, qui aliquam habent participationem massæ capitularis, habeant vocem in capitulo, quando alia negotia capitularia pertractantur: An scilicet idem in isto actu dicendum sit; Atque regula est negativa, cum capitulum constituatur a Canonicis tantum, qui in sacris existentes, vocem habeant in capitulo, adeo ut neque de jure, de capitulo dicantur dignitates, nisi alias de consuetudine cantum sit; Dicta tamen regula ex legitima consuetudine limitationem recipere apta est, *tit. de Canon. & Capitulo disc.* 4.

23 Prout super computatione votorum, & quando electio a majori parte concluſa dicatur, sive super aliquorum contemptu, vel non legitima convocatione Capituli, aut super modo illam faciendi, sive super computatione voti ipsius electi, cum similibus, quæstiones oriri solent decidendæ cum terminis generalibus, qui in electionis materia habentur, *eod. tit. de Canon. & Capitulo disc.* 26. *& seqq.*

24 Non tamen subest necessitas servandi illam scrutinii formam, quæ per sacros canones præscripta est in vera, & formali electione facienda de prælato, vel Pastore Ecclesiæ viduatæ, cum ista vere non sit electio, sed simplex deputatio per quamdam speciem traditionis mandati, adeo ut alia non exigatur superioris confirmatio, vel solemnitas, sive concessio literarum patentium, sine quibus deputatus illico administrare potest, *dict. disc.* 26. *de Canon.*

In plerisque Ecclesiis, mos inoleverat, deputandi Vicarium ad tempus, puta ad annum 25
vel ad sex five ad tres menses, ac etiam, ut capitulum Vicarii potestatem in pluribus restringendo, aliqua graviora negotia sibi reservaret, pluresque alias leges, & restrictiones electo præscribendo.

Hæc autem omnia Sacra Congregatio improbavit, decernendo ut electio pura, & generalis pro toto tempore vacationis fieri deberet, denegata Capitulo potestate pro libito revocandi deputationem jam factam, ac aliteram faciendi, inconsulta ipsa Sacra Congregatione, quæ propterea in casibus, in quibus temporalis deputatio fiat cum hujusmodi restrictionibus, rescribere solet electo, ut per totum tempus vacationis continuet negligtis restrictionibus, & quandoque ex illa causa improbare solet electionem deputando Vicarium Apostolicum pro facti qualitate, ex qua aliquando etiam ipsummet electum deputat, quamvis electio invalida esset, ideoque certa generalis regula cuicumque casui applicabilis deluper statui non potest, cum totum pendeat ex singulorum casuum circumstantiis, & juxta Sacræ Congregationis leges prudentiales.

Ubi autem ob nullatenus, vel male fa- 26
ctam electionem, ad hujus decreti præscriptum jus devolvatur ad Metropolitanum, vel respective ad antiquiorem, vel vicinio-tem, receptum est, ut id sequatur, tam ob non factam, vel non bene conclusam electionem infra octo dies, quam etiam, quod ea male facta sit in persona ad id non idonea ex defectu doctoratus, vel clericatus, 27
vel consimili defectu, ob quem ille non sit ad hoc munus de jure idoneus *dict. tit. de Canon. & Capit. discurs.* 24. *& seqq.* Atque ubi unus ex prædictis superioribus, jure devoluto, manus desuper apponat, disputari quandoque consuevit, an appellatio, quæ ab eo interponatur, effectum suspensivum causare debeat necne, in casu autem contingentia pro negativa per Sacram Congregationem resolutum fuit ex rationibus infinuatis in meis annotationibus ad materiam Capituli, & rerum Capitularium; *eod. tit. disc.* 23.

Quam-

Quamvis autem, verius magisque rece-
ptum sit, ut Vicarius Generalis Episcopi, 28
primum locum, ac dignorem occupet post Episcopum, quando in habitu Vicarii non sunt Canonici in choro, aliisque functionibus intervenit, non tamen supra Assistentes, vel paratos, ut in præeminentiarum sede advertitur, *sub tit. de præemin. disc.* 18. In Vicario tamen Capituli seeus videtur, ut scilicet supra primam Dignitatem præcedentiam prætendere non valeat; 29
Ex ea ratione, quod ipse est minister capituli, quod in ipsa prima Dignitate in actibus præeminentialibus repræsentari videtur, Quando tamen Ego in hoc munere fui, studui effugere hunc actum positivum occupandi locum post primam Dignitatem, sed sedem statui in loco tertio, in quo apud populum, major videbatur officii dignitas.

Capitulo Sede vacante, & consequenter 30
ejus Vicario, assistit regula generalis, vel causa universalis, in Episcopali jurisdictione, etiam ea, quæ supra exemptos a Sac. Concil. Trid. & Apostolicis constitutionibus delegata est. In plerisque tamen casibus restrictionem recipit, præsertim circa facultatem concedendi literas dimissoriales ad Ordines suscipiendos infra annum, quo elapso ista facultas conceditur; Ipsoque anno durante, concedit literas testimoniales iis, qui pro ordinibus suscipiendis 31
obtinere solent dispensationem Apostolicam super interstitiis; Verum istæ literæ Apostolicæ dirigunntur Episcopo vicinori, cum Dataria, vel Secretaria brevium non rescribat Capitulo.

Itaque dispensatio Sede vacante concedi 32
solet pro aliis ordinibus, iis qui tam clericali charactere insigniti sint, non autem laicis pro prima tonsura, cum id nonnisi ex gratia speciali contedi soleat, unde propterea, subreptitiæ, & invalida censetur ista gratia, sine hac speciali mentione, *sub tit. de jurepatron. disc.* 26.

Prout etiam infra annum, Sacra Congregatio, ad supplicationem aliquorum particularium, per literas eamdem facultatem
33 Vicario capitulari communicare solet, ut Egomet practicavi; Sanctius tamen esset, ut non solum infra annum ab hoc abstineretur, sed etiam pro toto tempore vacationis, tam circa facultatem Vicarii capitularis, quam etiam circa delegationem Episcopi vicinioris; cum experientia probet, multa exinde resultare inconvenientia, quodque illi, qui ob defectum literaturæ, seu vitæ ac morum per Episcopos ordinibus indigni reputari sunt, ita indigne ac scandalose ad eos admittantur.

Quinimo, (ut alibi advertitur,) ob ni- 34
miam facilitatem, quæ forte in abusum transiit, oportebit etiam Episcopis id prohibere generaliter, eo modo quo hodie cum aliquibus singulariter quandoque practicari solet.

Beneficiorum item liberæ collationis pro-
visio, quæ cessantibus Apostolicis reser- 35
vationibus, vel affectionibus, Episcopo competit, denegatur capitulo, seu ejus vicario sede vacante, qua durante, pertinent ad collationem Papæ; Bene tamen concedit institutionem in beneficiis de jurepatronatus, ad patronorum præsentationem; Sed ubi in istis quoque fiat locus collationi Ordinarii ob devolutionem, intrat idem, quod in beneficiis liberæ collationis.

In parochialibus autem, quamvis reser-
vatis, vel affectis, capitulum succedit in ju- 36
risdictione Episcopi super jure habendi concursum, ac præeligendi inter approbatos magis dignum, dandique literas testimoniales Datariæ, ut provisio Apostolica sequatur; Id autem a Vicario faciendum est improbata consuetudine, ut a capitulo, vel ab aliquibus ab eo deputatis fiat, *sub tit. de parochi. disc.* 5.

Dispensationum matrimonialium, alia-
rumque Apostolicarum gratiarum, seu li- 36
terarum exequutio, capitulo, seu ejus Vicario committi non solet, quoniam Datariæ vel Cancellariæ Apostolicæ, vel secretariæ Brevium illi non rescribit, unde propterea sede vacante rescribitur Episcopo vicinori.

Atque ex hoc stylo, resultare videtur 37
decisio quæstionis, in qua Scribentes videntur le involvere, an scilicet in jurisdictione Episcopo, vel Vicario Generali delegata capitulum, seu ejus Vicarius succedat, ut affirmativa inrrent in ea delegatione generali, quæ per Conc. Trid. & Apostolicas constitutiones locorum Ordinariis conceditur, Secus autem in iis specialibus delegationibus, quæ capitulo, vel ejus Vicario dirigi non solent; Pluresque alii habentur casus per particulares constitutiones, vel decreta Sac. Congregationis excerpi, qui apud solitos, ac notos collectores habentur.

Id autem quod in casu vacationis sedis 38
per Episcopi cessum, vel decessum, ut supra habetur generaliter quoque procedit, quando sede adhuc plena, eadem interi ratio, ut opotteat in Ecclesiæ administratione, & Episcopali jurisdictione Episcopi absentis, vel

vel alias impediti partes implere: Ut potissimum casus præbere solet, quando Episcopo in Nuntiaturis Apostolicis, seu alias longa absentia impedito, sequatur mort, vel discessus, aut aliud impedimentum Vicarii Generalis per eum deputati, alia non facta provisione pro illius casus contingentia, *sic. de jurisdict. disc. 54.*

39 Demonstrative autem, ac pro frequentiori contingentia potius, quam taxative, de capitulo cathedralis vel Metropolitanæ in hoc proposito habemus sermo, quoniam in capitulis collegiatarum sub Prælato inferiori nullius, cum territorio separato vel etiam respective exempto, cum aliqua ordinaria jurisdictione, idem comparative, seu proportionate, singula singulis congrue referendo, procedit *dict. discurs. 54. de jurisdictione.* Nisi contraria consuetudo aliter suadeat, atque isto capitulo suas partes non bene explente, subintrat Metropolitanus, vel respective, in casu exemptionis, vicinior.

40 Denegatur autem hæc facultas capitulis collegiatarum subditarum, quibus dicta ratio propriæ Prælati non congruat, quamvis de consuetudine, vel de congruentia Episcopus solitus esset in eo loco vel diœcesis parte, particularem deputate vicariam, etiam cum titulo, & facultatibus Generalis, quoniam ex eadem justa causa, vel consuetudine, ex qua Episcopus non ex libera facultate, sed ex præcisa, vel morali necessitate id egit, facere debebit capitulum, seu ejus vicarius cum deputatione etiam vicarii foranei, qui in effectu sicut generalis nuncupationem, & quamdam speciem habeat, foraneus potius censendus est cum revera unicus tantum sit Vicarius Generalis, sive sit Episcopi, sive capituli, nisi privilegium Apostolicum explicitum, ut illud implicitum quod ex immemorabili bene probata resultet, aliud suadeat, *dict. sit. de jurisdict. disc. 22. & 24.*

41 Ubi vero plures sint Ecclesiæ cathedrales, quæ sub uno Episcopo æque principaliter unitæ sint; Quamvis Sede plena, unum sit regimen, unumque Tribunal, cum unico Vicario generali, *ibid. & de præmineni. disc. 7.* Adhuc tamen, sede vacante vel impedita, ut supra, quælibet Ecclesia, juxta naturam unionis quæ principalis pluries insinuatam, suum statum antiquum assumit, proindeque quodlibet Capitulum, cum omnimoda independentia, ejus proprium, ac diversum deputat Vicarium, aliosque officiales, in sua respective diœcesi, petinde, ac si quælibet haberet proprium Episcopum, atque uterque eodem tempore obiisset, *eod. disc. 7. de præmineni. & disc. 26. de Canon. & Capit.*

Quandoque tamen, in facti contingentia sequitur, ut in una hujusmodi Ecclesiarum, capitulum cathedralis, ob canonicatuum paupertatem, seu ex alio accidenti, de facto non adsit, ideoque intrat quæstio, ad quem Ecclesiæ unitæ administratio, ac jurisdictio pertineat? Respondi autem, quod nisi talis esset, antiqua & legitima consuetudo, ut Apostolicum privilegium redoleat, tunc ad Metropolitanum potius id pertinere debeat, non autem ad Capitulum, vel clerum alicujus Ecclesiæ inferioris ejusdem diœcesis, *dict. discurs. 7. de præmineni.* 42

Quia vero quandoque casus præbet, ut eadem Ecclesia Cathedralis efformetur per plures Ecclesias materiales Cathedraticam prærogativam sociativo quodam jure habentes; unde propterea materialiter, ac de facto plura sint distincta Capitula, cum distinctis mensis, ac redditibus, cum aliqua etiam non levi æmulatione, inter eas; hinc proinde in casu vacationis Sedis, cosquale est omnium hujusmodi Capitulorum jus, cum in effectu sit unum, & idem formale, ac individuum, idemque propterea sit jus habituale; verum quia super exercitio, inconvenientia quandoque cadere solent, idcirco cessante consuetudine (cui regulariter defetendum est) provisiones per Sedem Apostolicam, vel per *Sac.* Congregationem pro singulorum casuum particularibus circumstantiis, adhiberi solent, ut inconvenientibus occurratur, nullaque propterea certa, & determinata regula cuicumque casui applicabilis desuper statui potest, *disc. 5. de præmineni.* 43

Ad instar autem hujus jurisdictionis Capituli Sede vacante (habita debita propositione, seu congrua relatione) dubitari quandoque contigit de jurisdictione, seu potestate Sacri Collegii Sede Papali vacante; & de hoc aliquid insinuatur *lib. de judiciis*, occasione agendi declaratione, ac praxi curiæ Romanæ *agendo de Collegio Cardinal.* 44

DISCURSUS XXXII.

Ad Sessionem 24. de Reformatione, cap. 18.

SUMMARIUM.

1 *De forma provisionis Ecclesiarum parochialium.*
2 *Deputari debet Vicarius pro tempore vacationis.*
3 *De officiorum edicti.*
4 *De forma examinis concurrentium, eorumque approbatione.*
5 *Super quibus desuper oriri soleant lites.*
6 *Quales debeant esse examinatores, & de eorum deputatione.*
7 *Quid ubi deficiant illi, qui deputati fuerunt in synodo.*
8 *De juramento, quod examinatores præstare debent.*
9 *Debent esse Congregati, & proferre vota collegialiter in ipso actu.*
10 *Quales dicantur approbati, & quales non.*
11 *In Patrum æqualitate Ordinarius habet votum adhæsivum, & concludit actum, ipsaque adhæsio etiam in ipso actu collegialiter fieri debet.*
12 *De duplici persona quam in hoc gerit Ordinarius.*
13 *De prohibitione mixturæ aliorum, qui non sint examinatores, quod declaratur.*
14 *Quomodo contendentes debeant examinari, vel interrogari.*
15 *Ad examinatores non pertinet judicare, qui sit dignior, sed solum qui approbentur, & qui reprobentur.*
16 *Debet esse eorum unum omnia gratuitum, & quando alias intret nec ne pecunia.*
17 *Episcopus tenetur præcligere magis dignum.*
18 *De quæstione an beneficia conferri debeant dignioribus.*
19 *De appellatione ab irrationabili judicio Episcopi.*
20 *Hæc appellatio non operatur effectum suspensivum, ideoque vana est ejus prosecutio.*
21 *Præsumitur præjudicis Episcopi in præelectione, & quare difficile sit hanc irrationabilitatem convincere.*
22 *Diffamatio de crimine reddit minus dignum illum, qui alias esset dignior.*
23 *De aliis paritibus, videlicet circumstantiis, quæ eumdem producunt effectum.*
24 *De prosecutione quam appellantes faciunt appellati ad novum examen in Curia.*
25 *Quod Episcopus in præelectione non teneatur sequi majorem partem votorum.*
26 *Posse eligi unus ex approbatis, & cum minori numero votorum per solam adhæsionem.*
27 *Comparentes in concursu non possunt sperni, & quid si descripti non comparent.*
28 *De prorogatione termini concursus in edictis.*
29 *Quisnam in hoc veniat sub nomine Ordinarii.*
30 *Capitulum Sede vacante, sed id pertines ad Vicarium Capitularem.*
31 *In Ecclesiis de jurepatronatus laicorum non servatur, quid de mixto.*
32 *Non requiritur in Dignitatibus, vel Canonicatibus, quibus annexa sit Ecclesia parochialis, vel cura habita, & non actu.*
33 *Neque in Vicariis.*
34 *Quando dicatur adesse unio ob quam iste effectus resultet.*
35 *Etiam in casibus, in quibus concursus non requiritur, approbatio fieri debet cum examine examinatorum synodalium.*
36 *Ad hanc effectum non prodest exemptio Ecclesiæ & quid agendum ubi de Ecclesia exempta, & sub inferiori Prælate.*
37 *An Parochi, vel Vicarii, ita approbati possint denuo per Episcopum examinari, & suspendi.*
38 *De aliis ad materiam.*

SUper parochialium Ecclesiarum provisionibus, ut digne fiant pro meliori animarum cura, Sacrum Concilium restringendo collatorum antiquam libertatem, certam adjecit providendi formam, quam ampliavit, seu magis declaravit subsequuta S. Pii V. *Constitution. 47.* Sub decreto annullativo, quando talis forma non bene serverur: Unde propterea in dies praxis docet, advertus jam provisos de parochialibus, Apostolicas licet impetrationes certo modo, quæ ob non servatam formam Constitutionis Pii V. dicuntur, ac de facto multæ ex hujusmodi impetrationibus effectu ufiortiuntur, cum ad hanc formam exacte servandam, advertt non solent.

Forma igitur est, ut sequuta vacatione, Ordinarius, illico vicarium provisionalem
2 præficere debeat, congrua illi assignata, ne interim animarum cura detrimentum patiatur; atque sive in mense ordinario, sive in Apostolico vacatio sequuta sit, aut quod alias Apostolica reservatio, vel affectio intret, in-
3 dici debeat concursus, mediante affixione edictorum in ipsa Ecclesia parochiali, & in loco solito residentiæ Episcopi, ejusque Tribunalis, in quibus statuto competenti termino, qui non debet esse minus dierum decem, prorogari tamen pluries potest ex Constitutione Pii V, (dummodo non excedatur terminus dierum viginti) concurrere volentes invitando, ut certo loco, certave die, vel hora comparerent, examini, & concursui se exposituri; ipsoque termino adveniente, & comparentibus oppositoribus, qui prius descripti fuerint, examen peragendum est coram ipso Ordinario, vel ejus Vicario generali, & Examinatoribus in proxima diœcesana Synodo deputatis, qui propterea Synodales appellantur, qui non sint minus, quam tres, per quos concurrentium inquisitio fiat, tam super literatura, mediante examine tunc
4 per agendo, quam etiam super vita, & moribus, ac prudentia, aliisque partibus, quæ congruæ in hoc munere judicantur, hisque ponderatis, referant Episcopo, quos dignos, vel idoneos approbent, & quos indignos reprobent, ut ex iis, qui cum majori suffragiorum parte inter candidatos, seu approbatos adscripti sunt, Episcopus illum præeligat, quem magis dignum credat; atque ubi ad ejus liberam provisionem collatio sit, illam sic præelecto faciat; ubi vero ad Datariam, vel Apostolicam Sedem ex reservationis, vel affectionis causa id pertineat, tunc testimoniales literas concedat præelecto, Apostolicam provisionem, ita earum vigore obtinenti; atque si provisio ad alium inferiorem pertineat, consimiles literas huic directas idem Ordinarius concedat, adeo ut provisio ad ita præelectum restringatur, *vid. de paroch. disc. 37. & in supplemento, ubi de titulis Cardinalium.*

5 Super hujus itaque formæ exacto implemento, forus indies audit quæstiones, vel occasione dictarum impetrationum, quæ adversus ita provisos ob eam non bene servatam fiant, vel ob lapsum termini sex mensium, intra quem id faciendum est; vel ob appellationem ab aliquo concurrentium interpositam a judicio Examinatorum, qui ipsum indebite reprobaverint, sive ab irrationabili judicio Ordinarii in præelectione, ideoque de his distincte agendo; *dist. sit. de paroch. disc. 1. cum pluril. segq. & disc. 37.*

Quatenus pertinet ad formam, bene vel 6
male servatam, ejus defectus multiplex esse solet, adeo ut frequenter, atque de facili ejus violationem praxis doceat. Primo scilicet circa numerum, & qualitatem Examinatorum, quoniam, (ut dictum est,) deputati esse debent solemniter in proxima diœcesana Synodo, atque alias deputati minus idonei sunt, idque adeo verum, quod si sub uno Episcopo duæ Cathedrales Ecclesiæ æque principaliter unitæ sint, Episcopus autem pro diversis locorum stylis, duas distinctas Synodus pro qualibet diœcesi celebraverit; sive unam pro utraque; cum distincta tamen Examinatorum deputatione pro earum qualibet, tunc Examinatores deputati pro una diœcesi idonei non sint pro concursu ad parochialem alterius, quamvis unus & idem sit Episcopus, *ibidem, & præsertim dicto disc. 37.*

Ubi vero casus præbeat, quod per 7
mortem, vel per abitionem, aut aliud legitimum non tamen affectatum, ac fraudulentum impedimentum haberi non valeat Examinatorum numerus, qui saltem trium, ut supra necessarius est, ad quoddam Collegium constituendum, tunc in locum deficientium extra Synodum ab Ordinario alii subrogati possunt, aliqua tamen solemnitate quoque adhibita, consensus scilicet Capituli, atque alias invalida est deputatio.

Id autem conceditur, quatenus infra annum a die ultimo celebratæ Synodus contingat; secus autem si post annum, quoniam tunc recte Ordinario impurandum est cur ad præscriptum ejusdem S. Concilii Tridentini synodum non celebraverit, atque novos Examinatores non deputaverit, *sit. de jurisd. disc. 36. & dicto sit. de paroch. discurs. 37. & alibi.*

Non sufficit autem sola deputatio, quæ 8
una, vel altero modo, ut supra, sequuta sit, nisi etiam deputati juramentum solemniter præstent super hoc munere bene, ac fideliter peragendo; super hujus autem solemnitatis implemento alias dubitatum fuit, an illud in singulis quibuscumque concursibus, toties quoties casus contingat præstandum sit, vel potius sufficiat, ut una vice generaliter præstetur; ita que posteriori parte veriori, magisque recepta est, ut unius juramenti generalis præstatio sufficiat, *eod. tit. de paroch. disc. 3.*

Peracto itaque examine coram dictis Examinatoribus, non singulariter coram eorum quo-

quolibet, sed collegialiter in loco qui in 9
edictis deputatus est idem collegiativo patiuntur jure, votum, sive secretum, sive publicum, aut in scriptis, vel oretenus, pro diversis locorum stylis in ipso actu proferri debeat, quos scilicet ex concurrentibus approbentur, & quos reprobent, ad effectum, ut inter approbatos Ordinarius dictam præeligendi facultatem exerceat.

Approbatio autem, vel reprobatio pendet a conclusione majoris partis votorum, juxta regulas generales, quas habemus in electionibus, vel præsentationibus, quæ universitatis, vel collegiativo jure fiant, ut scilicet major pars sit ea, quæ medietatem congregatorum etiam in uno, vel in dimidio voto excedat habita comparatione omnium congregatorum, non autem comparative ad minorem partem, quæ in diversam abeat sententiam, juxta dictas regulas electionis, ideoque si (ex. gr.) Examinatores sint quinque vel tres, tunc tres, vel respective duo concludunt.

Si autem vota sint æqualia, adeo ut 10
neuter actus remaneat conclusus, ideoque illi concurrens juridice, nec approbatus, nec reprobatus dici valeat, tunc Ordinarius, vel ejus Vicarius generalis, qui examini præsideat, ubi qui alias (& vota Examinatorum actum pro majori parte concludant, nullum habet votum decisivum) habebit votum adhæsivum, seu præponderans, ut propterea illa pars approbationis vel reprobationis, actum concludat, cui ipse adhærebit.

Adhæsio autem hæc pariter in ipso actu, 11
atque in forma collegiativa, tanquam per speciem electionis, vel actus capitularis fieri quoque debet, adeo ut actus approbationis, vel reprobationis singulorum tunc remaneat conclusus, neque attendantur vota, quæ in diverso loco, vel tempore singulariter præstentur, juxta prædictam regulam, quam in electionibus, aliisque actibus collegiativis habemus, *dicto sit. de paroch. disc. 1.*

Duplicem etenim diversam personam Or- 12
dinarius in hoc gerere dicitur, quam etiam cum materialium personarum diversitate explicare potest; Una scilicet præsidentis in ipso collegio, seu concilio una cum Examinatoribus cum dicto voto adhæsivo, atque hanc explicare potest, vel per seipsum, vel per ejus Vicarium generalem, aut alium ad id specialiter delegatum; illud votum adhæsivum, tunc in ipso actu, collegiativo jure, proferre debet, ita ut actus capitularis, vel collegiativus concluius remaneat.

Altera vero persona est circa jus præelectionis inter plures approbatos, atque istam diverso loco, diversoque tempore, pro ejus libito explicare potest, dummodo inter statutum terminum sex mensium id faciat, ne alias devolutioni locus fiat; Unde propterea frequens praxis docet præsertim in magnis diœcesibus, ut concursus fiat coram Vicario generali, vel altero præsidente ad id deputato, transmittantur autem vota approbatorum Episcopo, qui, sive in eadem Civitate, vel loco concursus, sive in altero, tam intra, quam extra diœcesim, ex intervallo præelectionem ad effectum propriæ vel alienæ provisionis, ut supra faciat, *eod. disc. 1.*

In dicto collegio, seu consessu prohibita 13
est mixtura aliorum, qui non sint Examinatores synodales; dummodo tamen, juxta eadem regulas electionis, sit mixtura cum effectu, id est quod aliæ personæ votum desuper non habentes, illud proferant, adeo ut incertum remaneat, an major pars concluse sit ab examinatoribus legitimis necne; ubi etenim ista dubitandi ratio cesset, tunc talis interventus validitati actus non præjudicat, ut frequentior praxis docet, quod ipso Episcopo præsidente, interveniat quoque Vicarius generalis, ac etiam cancellarius aliique Officiales, vel familiares? Idque nil præjudicat, quoties isti vorum decisivum non habeant, quamvis ad aliquam Episcopi satisfactionem alii, qui non sint Examinatores synodales aliquas examinandis faciant interrogationes, ac etiam peracto examine, eorum judicium in forma discursiva, vel consultiva proferant; id etenim, quandoque cum essem Vicarius generalis, profecuum expectus sum, ad occurrendum collusionibus & machinationibus examinatorum, qui ita ausi non sunt reprobare illos, quos licet approbatione dignos, in animo tamen reprobare habebant, ad gratificationem eorum, qui illius obstaculi remotionem affectabant; sive approbare eos, quos alii publice viderant male se gessisse; & sic iste interventus potius prodest quam noceat.

Super modo autem peragendi examen su- 14
per literatura, an scilicet concurrentes eodem tempore super iisdem, vel super diversis interrogari debeant, vel potius singulariter, ac distincte eorum examen faciendum sit, certa regula seu forma desuper præscripta non habetur, ideoque locorum stylo deferendum est, sive Episcoporum placito; idemque circa modum proferendi votum, an publice, vel secrete, sive an oretenus, vel in scriptis.

Ad

Ad examinatores autem non pertinet judicare quisnam sit dignior inter plures qui
15 idonei approbati sint, sed eorum munus consistit in approbando, vel reprobando, seu denunciando quos credant idoneos, & quos non, cum ista pars præligendi inter plures approbatos pertineat ad Ordinarium.

16 Eorundemque Examinatorum munus gratuitum esse debet, omnesque emolumentum sub quovis prætextu simoniacum reputatur; quatenus tamen hæc turpitudo ab eis vel eorum aliquo committatur, id præjudicare non debet concurrentibus alias idoneis, quibus de justitia approbatio debita erat, aut conscii, ac particip. non sint, quia nempe ab eorum conjunctis, vel benevolis, ipsis ignaris, ad evitandam injustam reprobationem factum sit. Adhuc tamen, quando de hoc aliquæ habeatur diffamatio, quæ scandalum saltem de facto præbere valeat, illud justum motivum reputatur in præelectione postponendi eum, qui alias magis dignus præligi deberet, *tit. de benefic. disc. 70. & 71. & dict. tit. de paroch. disc. 8.*

Liberum vero non est Episcopo, seu Ordinario, inter candidatos, seu approbatos,
17 præligere illum quem maluerit, quoniam adhuc ejus arbitrium bene regulatum esse debet, præligendo eum, quem reputet magis dignum, quoniam seclusa etiam ista conciliari forma, attentisque terminis juris communis, cum quibus absque hujusmodi restrictionibus, etiam beneficia curata ad liberam collatoris provisionem erant, in ea quæstione, an beneficia conferri debeant dignioribus, vel potius in libito sit, eis
18 negligentis conferre dignis & idoneis, magis communis, & recepta distinctio est inter curata & non curata, ut ea de prima specie dignioribus conferri debeant, alia vero sufficiat conferre dignis, qualescumque sunt omnes a jure non reprobati, *dicto disc. 1. & seqq. & 37. de p. roth.* Quod etiam per illud Sacrum Concilium antequam ista forma inducerentur, statutum fuerat, *sess. 7. de Reformat. cap. 3.*

19 Hinc proinde, ab ista præelectione, quatenus ea irrationabilis, maleque regulata videatur, licitum est iis, qui se magis dignos credant, appellare ab Ordinario irrationabili judicio, atque quandoque casus præbet, ut per judicem appellationis, irrita præelectione, appellanti parochia decernatur,

20 Nimium autem rari videntur casus, in quibus id sequatur, quodque hujusmodi appellationes ad finem perducantur, quoniam licet frequentissima sit earum interpositio, nimium tamen rara est prosequutio, & metu; tum quia appellatio effectum suspensivum non causat, neque præelectum impedit, quoniam beneficii possessionem adipiscatur, atque in eo ministret, *cod. tit. de paroch. disc. 1. cum plurib. seqq. & disc. 37.* Unde posset prosequi causam appellationis in judicio ordinario per tres sententias consonantes, & frequentius etiam per quartam exequutorialem, quod magnum temporis, ac pecuniæ jacturam redoleret, magnaque producit incommoda, potissime, quia in Italia hujusmodi beneficia non adeo pinguia sunt, ut id expediat, ac propterea appellationes, quæ in eo fervore exclusionis, nimium de facili interponuntur, rarum habent prosequutionem.

Tum etiam, quia præsumptio assistit judicio Episcopi, nimiumque difficile est, 21
hanc irrationabilitatem convincere, quamvis appellans de majori literatura, vel gradu, seu nobilitate, aut ætate aliave majori qualitate doceat, qua præelectus careat, quoniam, licet generaliter, ac in abstracto, habentes hujusmodi qualitates, vel earum aliquas, magis digni reputari debeant, quam illi, qui eis careant, non tamen id 22
perneccesse concludit, ad reddendum hoc judicium irrationabile, dum illud irrationabiliter interponi potuit, ob alias qualitates in præelecto concurrentes magis quam in postposito, licet magis qualificato; puta majoris prudentiæ, seu vitæ magis exemplaris, aut quod alias populo sit magis gratus, vel magis proficuus, pro facti qualitate reputetur; ideoque certa, & determinata regula, cuicumque casui applicabilis desuper statui non potest; & consequenter nimium rarum, ac difficile est hujusmodi irrationabilitatem convincere, *ibidem.*

Illudque præsertim in hac præelectione advertendum est, an ille qui in literatura, aliisque partibus qualificatus, magisque dignus esset, de aliquo crimine sit diffa- 23
matus, quamvis talis probatio non accedat, ut condemnari valeat; Quinimo etiam si ex probationum defectu, absolutoriam reportasset, quæ tamen de facto siniistram opinionem, vel diffamationem non sustulisset, quoniam licet id non sufficiat ad privationem beneficii, vel juris jam obtenti, seu quæsiti, bene tamen sufficit ad repellendum ab assequendo, justumque motivum præbere potest superiori, ut eo neglecto alter, quamvis minus dignus, dummodo habilis & idoneus præligatur; multo

vero

vero magis, ubi ultra suspicionem vel diffamationem in populo carceratio accesserit; & fortiat sibi tormenta sustinuerit, quoniam invigilandum est ne scandalum populo de facto præbeatur, *dicto disc. 9. dicto tit. de paroch. & disc. 71. de benef.*

Prout etiam cessante positiva diffamatione criminis aliæ partes ponderandæ sunt, 23
quæ licet positive criminosæ non sunt, adhuc tamen aliquod scandalum de facto præbeant, aut modicam ædificationem, puta quia cum esset sacerdos, non esset solitus celebrare aliisque divinis interesse, atque sæcularibus rebus magis deditus esset, cum id in allegendis quamdam speciem indignitatis præseferre videatur, cum similibus pro facti qualitate considerandis, *ibidem.*

Solent appellantes in eo primo fervore in quo æmuli prælatio eos constituit, Ro- 24
manam Curiam adire, atque appellatum præelectum, ad novum examen in Curia peragendum provocare; Idque regulariter admittitur; ubi præsertim agatur de Ecclesia citra montes, quamvis ex parte appellantis, de judicii Episcopi irrationabilitate doctum non sit, juxta opinionem, quam Rota, & Curia sequitur; aliquibus hujus Sacræ Congregationis declarationibus innixa; parum autem probabilis hæc generalitas videtur, sed pro facti qualitate, & circumstantiis, prudenti arbitrio pensandis, circumspecte id practicandum est, quoniam cum tepius hujusmodi provocationes animosæ sint, vel affectatæ, ut præelectus, cui nimium incommodum sit ratione ætatis, seu valetudinis, seu ex alia causa, Curiam adire, ita sequatur inconveniens, quod præelectus juri suo cedere cogatur, atque rejectus, obtentum indirecte assequatur; Ideoque discrete pro facti qualitate id practicandum est, ut in meis annotationibus ad hanc materiam parochialium advertitur, *cod. tit. de paroch. disc. 6. & seq.*

Non tenetur item in hac præelectione, 25
Episcopus, vel alter Superior, ad quem pertinet, sequi majorem numerum suffragiorum, sed sufficit, ut eligat unum ex jam approbatis, Ideoque si (ex. gr.) quinque existentibus examinatoribus, aliqui ex concurrentibus cum plenis votis omnium approbationem habeant; Aliqui vero habeant quatuor; Et alii tria vota, potest Episcopus præeligere unum ex his, qui trium tantum votorum approbationem habeant, neglectis iis, quibus tota, vel major pars assistat, quoniam in hujusmodi actibus collegiativis, major pars concludit, atque minorem sufficat, seu ad se attrahit, adeo ut actus habeatur, ac si ab omnibus conclusus esset, ideoque sufficit præligere unum ex iis qui sint in albo candidatorum; Potissime quia in hujusmodi collegiativis, vel capitularibus actibus, frequens praxis docet, quod aliquot, ut includant eos quos desiderant, omnibus aliis vota negativa præbere curant sive debita sint, sive non, *disc. 1. cod. tit. de paroch.*

Quinimo sufficit, ut præelectus sit de ge- 26
nere approbatorum, quamvis approbatio ex Episcopi, vel Vicarii adhæsione resultaverit, quia nempe ob votorum paritatem, approbationis, vel reprobationis actus concluso non esset, nisi cum dicta adhæsione, ut moderno tempore, me scribente, non absque magna discrepantia per hanc Sac. Congregationem decisum fuit, ut in meis parochialium admonitionibus advertitur, ibique resolutionis probabilia fundamenta recensentur, *cod. disc. 1.*

Si vero plures concurrere volentes com- 27
paruerint, atque descripti sint, omnesque statuta die, & loco comparuerint, ut examini se exponant, tunc omnes examinari debent, neque unus, vel aliqui contemni possunt, atque alias ipso contempto reclamante, non dicitur bene servata forma, ideoque actus corruit ratione decreti irritantis contenti in Constitutione Pii V. Secus autem si aliqui ex descriptis statuta die, & loco comparere negligant, quoniam expectandi non sunt, nisi aliquod injustum eis præstitum fuerit impedimentum, quod ex parte aliorum concurrentium affectatum sit; vel quod alia accedat justa causa, ob quam Ordinarius illum, vel illos postea venientes ad examen admittat pro facti qualitate, adeo ut dici non valeat tolli jus quæsitum iis, qui jam compatuerint, & approbati sunt, *cod. tit. pluries, & præsertim disc. 37.*

Quamvis autem conciliare decretum, ter- 28
minum statuat decem dierum in edicto præfigendum; atque Constitutio Pii V. concedat quidem facultatem illum prorogandi plures, dummodo omnes prorogationes, terminum in totum viginti dierum non excedant, adeo ut novæ prorogationes fieri non valeant; attamen id intelligitur, quotiescumque prorogatio concerneret præjudicium eorum, qui jam in termino comparuerant; si vero nemo comparuerit, tunc non prohibetur Episcopus edicta renovare toties quoties ei videbitur; durante termino sex mensium sibi competente ad providendum, ex ea clara ratione, quod tunc nemini præjudicat, nisi sibi

ipsi, dum libertatem acquisivit providendi Ecclesiam ad cujus libitum, ita obtinendo restitutionem illius priſtinæ facultatis, quæ de jure communi sibi competebat, idcoque laudabiliter id agit, *ibidem*.

29 Ordinarii autem nomine in hoc proposito non solum venit Episcopus, seu ex ejus delegatione, Vicarius, vel alter Officialis, sed etiam quicumque alter Prælatus inferior, qui habeat territorium, vere ac materialiter separatum, adeo ut vere *Nullius*, dici valeat, cum plena quasi Episcopali jurisdictione independenter a quocumque Episcopo, vel Diœcesano; dummodo tamen, tam de jure, quam de facto habeat jus indicendi synodum, adeo ut verificetur existentia Examinatorum synodalium, qui hujusmodi concursus judicet a Sacri Concilio constituti sunt; sin minus, ad vicinionem Episcopum id pertinet, nullatenus autem veniunt inferiores Prælati quantumvis exempti, atque jus conferendi, aliamve ecclesiasticam, seu ordinariam jurisdictionem habentes, cum clero, & populo alicujus loci intra diœcesis limites, adeo ut Diœcesani, vel Ordinarii attributum ei non congruat; tunc etenim planum est, ut ad Ordinarium, seu Diœcesanum pertineat, judicare, ac perficere concursum etiam cum prælectione; inferior autem Prælatus, qui cessante Apostolica reservatione, vel affectione jus conferendi habeat, collationem faciat in ea persona, quæ ab Ordinario prævio concursu prælecta fuerit, seu nemine in concursu comparente, ab eodem Ordinario fuerit electa, atque ab examinatoribus synodalibus approbata, *disc.* 10. *cum plurib. seqq. eod. tit. de paroch.*

30 Ubi vero Ordinarii Sedes vacet, seu alias impedita sit, adeo ut in universa jurisdictione Episcopali subintret Capitulum, tunc ad illud quoque id pertinet, dummodo tamen (ut alias insinuatum est) id agat per Vicarium ab eo deputatum, ad præscriptum ejusdem Sacri Concilii, ideoque non potest id sibi reservare, ac per seipsum capitulariter, seu per aliquos Canonicos ad id deputatos hujusmodi actum explicare juxta hujus Sacræ Congregationis declarationes, *eod. tit. disc.* 3.

Plerique autem casus dantur, in quibus licet de Ecclesiæ parochialis provisione agatur, attamen istam formam concursus servare non oportet; Primo nempe ubi agatur de Ecclesiis de jurepatronatus laicorum, ad quorum præsentationem Ecclesiæ providendæ sint, cum tunc requiratur quidem Ordinarii approbatio, prævio examine, sed non intrat

31 concursus, cui locus aliquando esse solet, quando scilicet plures coæquali jure, vel ratione cumulativæ, vel ratione scissuræ votorum præsentari fuerint, adeo ut gratificationi locus detur, cum tunc concursui congruæ locus esse debeat, illi tamen indefinite locus est in Ecclesiis, quæ de jurepatronatus ecclesiastico essent, ob expressam hujus decreti conciliaris dispositionem; sed si illud sit mixtum, tunc laicalis potius in hac parte naturam habet, *eod. disc.* 37. *de paroch. & alibi pluries*.

Non requiritur secundo in illis dignitatibus, vel canonicatibus, aliisve beneficiis, quibus accessorie ipsa Ecclesia parochialis unita esset, cum tunc provisio regulenur a natura beneficii principalis, *eod. tit. disc.* 10. *cum pluribus seqq. & dicto disc.* 37. Multo vero minus, quando Ecclesia parochialis unita esset alicui Capitulo, vel Collegio, ne in singulis canonicatibus concursus requiratur, dum (ut alibi in fortioribus terminis advertitur) quoties ipsi canonicatui, vel dignitati annexa non sit vicaria, pro exercitio curæ nec ætas, nec ordo qui in parochialibus requiruntur, in hujusmodi canonicatibus desiderantur, ex dicta ratione, quod provisio regulatur a natura beneficii principalis, cum Ecclesia unita repateretur membrum seu accessorium.

Tertio non requiritur concursus in vicariis quamvis perpetuis, atque in titulum conferri solitis dictarum parochialium, quæ alicui dignitati, vel canonicatui, seu Capitulo, vel Monasterio unitæ sint, cum ad præscriptum Bullæ Pii V. provisio fieri debeat ab Ordinario, ad nominationem, seu præsentationem ejus, qui ratione dictæ unionis, habitualem curam habeat, non obstante, quod aliquando etiam pluries per concursum provideri consueverint, vel quia actui facultativo id referendum sit, qui de sui natura non est in futurum obligatorius) Vel quia ob decretum irritatos, quod in dicta Pii V. Constitutione continetur, quæcunque contraria possessio, vel consuetudo infecta sit, *ibidem*.

Hinc proinde, quæstiones quæ hodie desuper cadunt, inter Ordinarios locorum, & Prælatos, vel universitates, quibus Ecclesiæ parochiales unitæ prætendantur, præsertim vero, & frequentius, Monasteriis regularium, non sunt amplius juris, sed facti, super qualitate scilicet unionis, de qua supra alibi agitur, quoniam, ut ibidem advertitur *ibidem*, non omne jus, quod aliquod Monasterium, vel capitulum, sive aliqua Dignitas in Ecclesia parochiali habeat,

veram unionem, seu annexionem hujus effectus productivam importat, cum quandoque, vel jospatronatus, vel tributum seu censuationem, aut pensionem, seu protectionem, aliamve dependentiam id importare soleat, atque una, vel altera ex his superioritatis speciebus concursus necessitatem non tollit.

35 In omnibus autem casibus prædictis, in quibus concursum servare non oportet, sive quod eo intrante, desit occasio illum practicandi, eo quia in termino præfinito, nemo comparuerit, tunc, licet provisio libera sit Ordinarii, sive ejusdem libera sit electio illius quem providere debebit inferior Prælatus, ad quem jus conferendi pertineat. Aut quod a patrono, vel a cutato habituali præsentetur; Adhuc approbatio fieri debet prævio examine eorumdem examinatorum synodalium cum eadem forma collegiativæ discussionis, an ille, qui examini se exposuit, electus, vel nominatus, seu præsentatus ut supra idoneus sit, necne, adeo ut non ab unius judicio hæc approbatio pendeat, *eod. tit. de paroch. disc.* 11. *& seqq.*

36 Exemptionis autem privilegia, quibus gaudeant Ecclesiæ, vel Monasteria, quibus parochiales unitæ sint, non suffragantur, quamvis etiam agatur de vicaria pro exercitio curæ annexæ ipsimet Ecclesiæ principali ipsius Monasterii, vel inferioris Prælati quantumvis exemptii: Ex ea congrua ratione, pluries alibi, occasione visitationis, vel concionis, aut administrationis Sacramenti pœnitentiæ insinuata, quod scilicet jurisdictio, quæ Diœcesano commissa est, non percutit Ecclesiam materialem, in qua cura animarum exercetur, minusque jurisdictionem, vel superioritatem personalem ejus, qui illam exerceat in ejus caulis indifferentibus, quæ cum dicto exercitio connexionem non habeant, seu percutit ipsius Diœcesani clerum, ac populum, cum quo cura exercenda est, quoniam cum agatur de præficiendo ovibus particularem subordinatum pastorem, idcirco congruum, ac rationabile est, ut ipsarum ovium primus, ac principalis pastor inquirat, an ille sit, necne idoneus minister, qui propriæ oves custodiendæ, ac pascendæ commissi valeant, atque ita successive exemptionis privilegio non obstante, eumdem visitare, & inquirere, ac etiam corrigere possit in iis, quæ hoc munus concernunt, vel cum eo connexionem habeant, cum eadem sit ratio in præponendo, quæ est, an præpositus bene se gerat necne, *tit. de jurisd. disc.* 1. *cum plurib. seqq. tit. de Regular. disc.* 1. *& alias sæpius*.

Atque hinc manat, probabilis esse, ut facilius istos vicarios perp. tuos, vel temporales absque forma concursus præpositos; quandoque autem etiam ipsosmet principales curatos, qui cum dicta solemnitate concursus, tanquam per speciem doctoratus approbati sint, possit Ordinarius, occasione visitationis ac etiam extra eam ex suspicione ab aliquo justo motivo concepta, (ad cujus formalem justificationem non tenetur,) examinare, ac etiam, ubi non bene versatos comperierit, suspendere, donec præfecerint, vicarium, vel coadjutorem interim provisionaliter; non autem in titulum deputando; Ex alias assignata ratione, quod etiam docti, ac literati, tractu temporis, desertis studiis, delertaque applicatione, indocti, minusque idonei effici possint; Adinstar fertilis, beneque culti prædii, quod sterile, atque inculrum effici potest, si cultura per notabile tempus deseratur, cum idem in humanis ingeniis praxis doceat, *eod. tit. de paroch. disc.* 16.

De aliis autem agitur in propria parochorum sede, *eod. disc. de paroch. præsertim disc.* 37. *ubi concordantes*.

DISCURSUS XXXIII.

Ad Sessionem 24. de Reformatione, cap. 20.

SUMMARIUM.

1 *De cognitione causarum in prima instantia earum Ordinario loci.*
2 *Quæ dispenantur in hoc decreto.*
3 *Causæ criminales, & matrimoniales adimuntur Prælatis inferioribus, & delegantur Ordinario.*
4 *De praxi conclusionis, de qua num.* 1.
5 *In quibus caulis id procedat.*
6 *De eodem, & de quibus Ordinariis decretum Concilii loquatur.*
7 8 *& 9 De eodem de jure communi, & quid plus operetur Concilium.*
10 *Quæ sint causæ Ecclesiasticæ, de quibus loquitur Concilium.*
11 *De eodem, ubi causæ sint inter laicos super locis Ecclesiasticis.*
12 *Quales sint causæ spirituales.*
13 *An per istud decretum sit derogatum privilegio* l. unic. Cod. quando Imperator &c.
14 *De privilegio electionis fori, quod producit obligatio Cameralis.*
15 *Quid de istius decreti praxi in caulis beneficialibus.*

16 *Quomodo seruntur intra districtum Urbis.*

17 *Tribunalia Ecclesiastica Urbis concurrunt intra districtum cum Ordinario loci.*

18 *Legati, & Nuntius non se ingerunt in causis primæ instantiæ.*

19 *De casu negligentiæ ob quam Ordinarius amittit cognitionem in prima instantia.*

20 *De appellatione a denegata justitia.*

21 *De facultatibus legatorum.*

22 & 23 *De nuntiis Apostolicis, eorumque diversis speciebus, & præsertim de Nuntio Neapolis, quam jurisdictionem habeat.*

24 *De eodem, & in quibus non possit se ingerere.*

25 *Quales dicantur appellationes frivolæ, & non admittendæ, & de decretis generalibus contra Metropolitanos.*

26 *In causis concernentibus Ecclesiasticam immunitatem Metropolitanus non se ingerit.*

27 *De obligatione terminandi causas infra biennium, & de peremptione instantiæ.*

28 *De jure canonico instantia nunquam perit & de hac decisa.*

29 *De transportatione actorum sine qua Judex appellationis non procedit.*

30 *Quando procedatur etiam sine hac transportatione.*

31 *De actorum integritate.*

32 *De sumptibus litis, & alimentis dandis pauperi colligenti.*

33 *Quando quis dicatur pauper.*

34 *De requisito boni juris, quando verificetur.*

35 *Quod paupertas sit probanda.*

36 *Quando sine hac probatione hæc alimenta debeantur, & quibus.*

37 *De provisionibus fieri solitis in hac materia.*

38 *De eodem de quo n. 3. super causis criminalibus, & matrimonialibus.*

39 *De quibus Prælatis inferioribus hoc decretum loquatur.*

40 *De probatione territorii separati cum qualitate nullius, & quod interim Episcopus detur manutentio.*

41 *De probatione situationis loci intra diœcesim.*

42 *De causis gravioribus, quæ sint Curiales etiam in prima instantia.*

1 CElebertimum est istud decretum, omnibusque in foro frequentius, præsertim autem in Romana Curia quotidianum; circa fori competentiam, ac remissionem causarum ad partes in prima instantia locorum Ordinariis; De quo tamen in utraque Signatura potius, quam in sacris Congregationibus agi contingit, ideoque ista materia sub judiciorum, vel praxis Romanæ Curiæ sede congruentius cadit, *sub tit. de judic. disc. 3. & sub tit. de jurisdict. disc. 68. & in relat. Curiæ agendo de utraque Signatura.* 2

Plura itaque in hoc decreto statuuntur; Primo nempe, ut causæ spectantes ad forum ecclesiasticum, in prima instantia cognoscantur per Ordinarios locorum; Secundo consequuntur, ut Legati, vel Nuntii, seu Gubernatores, in eisdem primæ instantiæ causis, non se ingerant, nisi in casu negligentiæ, Tertio ut appellationes frivolæ, seu aliæ, quam a diffinitiva, vel vim diffinitivæ habente, non recipiantur; Quarto quod Ordinarii infra biennium causas primæ instantiæ terminare debeant, Quinto, ut in casu appellationis legitime interpositæ, Judex secundæ instantiæ non procedat, nisi omnibus actis transportatis; Sexto, ut pauperes, non trahantur extra proprium provinciam, quodque alias alimenta eis expediratur debeant; Septimo, ut Decani, & Archidiaconi, aliique inferiores Prælati, aliquam ecclesiasticam jurisdictionem habentes, intra limites alienæ diœcesis, non possint cognoscere causas matrimoniales, & criminales, quamvis alias id in facultatibus haberent, cum istæ ipsis locorum Ordinariis a Concilio fatrem jure delegato commissæ sint; Ac demum, a præmissis excipiuntur causæ, quæ ob earum gravitatem, curiales dici merentur. De singulis itaque agendo. 3

Quatenus pertinet ad primum; Nil in Romana Curia frequentius, per forensium ora volitat, quam hujus decreti dispositio; Cum etenim, præsertim in eo judicio, quod jactationis, vel diffamationis dicitur, sive in alia specie, frequens sit usus monitoriorum Auditoris Cameræ, vel inhibitionum Roralium, cum quorum clypeo, aliquorum bonorum, & jurium possessores nuniri studeant. Ac etiam agendo, in prima instantia, causas Curia introducere frequenter curetur. Hinc propterea, sive in Tribunali A. C. sive in Signatura justitiæ, vel coram ejus Præfecto, quotidie cum nimia frequentia petendo moderationem inhibitionum, ac remissionem causarum ad partes, attenta prima instantia, decantatur hujus conciliaris decreti dispositio; Cumque seo- 4

frequentius, nudi practici, qui hæc tractant, de auditu, vel per traditiones, ea scium quæ dicunt, vel petunt, sive decernunt, ideoque indefinite qualcumque remissiones causarum primæ instantiæ, huic decreto referunt.

5 Id autem æquivocum continet manifestum, quoniam, ut latius in relatione Curiæ advertitur, eadem Curia, ratione duplicis Principatus, ecclesiastici, & temporalis, duplicem habet causarum cognitionem, ecclesiasticarum scilicet, quæ ab universo Orbe catholico trahuntur ad Papam tanquam Papam, ac universalis Ecclesiæ Episcopum, & Ordinarium Ordinariorum; Et temporalium, quæ trahuntur ad eamdem, tanquam temporalis dominii, vel Ditionis Ecclesiæ Principem secularem, & ex quo titulo tot in dies Civitatis Bononiæ, aliarumque Civitatum, & locorum Status Ecclesiastici causæ fideicommissariæ & pecuniariæ, aliæque mere temporales inter laicos pertractantur.

6 Cum itaque istud decretum, in verbis loquatur de causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus, quarum cognitio in prima instantia demandatur Ordinariis locorum, sub quorum nomine, Episcopi, aliique Prælati, & Superiores Ecclesiastici veniunt universi Orbis catholici, cum quibus generale hoc œcumenicum Concilium loqui profitetur; Hinc pronde, errorem est, idem decretum applicare, (ut frequentissime, ac in dies auditur) remissionibus causarum mere temporalium, quæ peruntur ad Gubernatores, aliosque Judices seculares Status Ecclesiastici, vel ad Barones, eorumque Curias.

7 Istis etenim eadem remissio debita est, ex dispositione juris communis, adeo ut, ubi præsertim de Baronibus agitur, neque litigantium consensus cognitionem causarum primæ vel ulterioris instantiæ illis tollere valeat, juxta generales juris regulas, de quibus præsertim, omnium frequentius agunt Regni Neapolitani Doctores, ac decisiones, quoniam ob magnam Baronum frequentiam, adeo ut deplorabiliter totum illud Regnum infeudatum sit (paucis exceptis Civitatibus, quæ neque ab hac Baronali labe immunes fuerunt) sed ab eo proprio ære se eximere curarunt, frequentius ideirco, & quotidianæ sunt hujusmodi quæstiones, inter Curias, Regias & Baronales; Idemque in isto Principatu contingit, etiam ea differentia, quam respective leges ac styli particulares inducant. *De aliis controversiis inter Barones status Ecclesiastici, Conc. Trid. cum Gall.* & *alia Tribunalia urbis dict. tit. de jurisd. disc. 55. & 58.* Sed nil commune hoc habet, cum in isto decreto conciliari, quod ab hujusmodi secularibus quæstionibus extraneum est.

Nimium autem refert, an istud decretum intret, necne, ex ea notabili differentiæ ratione, quod cum Concilium Tridentinum sit clausula sublata, & decreto irritanti contentis in Constitutione Pii IV. quæ ejus confirmatione, ac publicatione edita fuit, suffragari non potest contraria observantia, quæ ita infecta remanet, sive impedita, ne oriatur, juxta hujusmodi clausulatum notoriam virtutem, ac operationem *decis. 400. part. 9. & 199. part. 12. rec. ubi concordantes.* Id autem non urget in alio casu, in quo ex sola juris communis dispositione, vel intentione id pendeat; Et tamen non semel, cum ea patientia, quæ Advocatorum quotidianus cibus est, audire, ac tolerare oportuit responsiones ad hanc distinctionem, quod scilicet ea contineret Advocatorum subtilitatem. 9

Quidquid igitur sit de cognitione causarum primæ instantiæ Gubernatoribus, ac Baronibus localibus competente, ad terminos juris communis, de quo in jurisdictionalium, vel judicialium sedibus agitur *dicta disc. 55. & 58. de jurisdict.* Quatenus pertinet ad causas fori ecclesiastici, de quibus hoc decretum loquitur, quales dicuntur omnes illæ in quibus clerici, & personæ ecclesiasticæ a laicali foro penitus exemptæ sint, unde propterea in proprio foro ecclesiastico conveniendæ sint; Ac etiam inter laicos sunt illæ causæ, quæ de sui natura ecclesiastici fori sunt, ut præsertim (absque limitatione) sunt causæ matrimoniales, in quibus de matrimonii fœdere, vel de separatione thori principaliter, ac de jure agatur, sive ubi agatur principaliter de jurepatronatus beneficiorum Ecclesiasticorum, cum similibus. 10

Licet enim, juxta canonistarum, ac Romanæ Curiæ receptum sensum, ecclesiasticæ dicantur quoque illæ causæ, in quibus inter laicos tractetur de bonis temporalibus, ac indifferentibus, quæ sint de directo dominio Ecclesiarum, ac etiam reputentur causæ sacrilegii, usuræ, concubinatus, ac similes, quæ mixti fori dicuntur, quamvis cum laicis agatur; Attamen diversi principatuum seculariun mores vel styli id in praxi de facto non admittunt, ideoque certa regula desuper statui non potest. 11

Et licet in Rotæ præsertim decisionibus, nimium frequens distinctio habeatur inter 12

causas ipsi rituales, & prophanas, quodque sub spiritualium nomine veniant solum beneficiales, in quibus de beneficii titulo agatur, omnes autem aliæ quamvis fori ecclesiastici, & inter ecclesiasticas personas, prophanæ reputentur; Attamen, ut in judiciorum fede advertitur, ista distinctio, solum effectum remissoriæ, & compulsoriæ percutit, non autem istum, vel similes, *sub tit. de judic. disc. 3. ac etiam in disc. in quo agitur de remissoria, & de benef. disc. 99.*

15 Illud decretum disputandi ansam dedit, an pro illud derogatum censeatur privilegio electionis fori, quod jus civile, pupillis, ac viduis, aliisque miserabilibus personis concessit; Dubitandi rationem prabuere ampla derogatoria in eodem decreto contenta, quibuscumque privilegiis; Magis tamen receptum est, ut huic privilegio tanquam clauso in corpore juris, derogatum non censeatur, illudque adhuc vigeat in suis terminis, unde propterea etiam in causis fori ecclesiastici, illud practicari solet, *de hoc privilegio dict. tit. de jurisdict. disc. 69. 72. & 80.*

14 Ut etiam illud electionis fori privilegium, quod etiam non privilegiatis tribuit obligatio in forma Cameræ Apostolicæ, *eod. tit. de jurisdict. disc. 71.*

In reliquis autem, cessantibus casibus limitatis, de quibus habetur in ultima inspectione super causis curialibus, quotidiana praxis Curiæ, est super illius decreti obligatoria, temnendi licitæ causas primæ instantiæ locorum Ordinariis, quamvis agatur de beneficialibus, in quibus idem conciliare decretum expresse loquitur.

16 Bene verum, quod nimium rara est ejusdem decreti praxis in causis beneficialibus, quoniam cum illæ frequentius, ac bene semper oriri soleant a reservationibus, vel affectionibus Apostolicis, quarum vigore impetrationes fiunt contra provisos ab Ordinariis, ideoque super Apostolicis provisionibus expediuntur literæ, cum certis exequutoribus, dum congruæ non est causarum cognitio coram Ordinariis, qui partis interessatæ figuram quodammodo gerere dicuntur affistendo illis, qui ab eis provisi fuerint, idcirco, ut dictum est, minimum rara dignoscitur hujus decreti praxis in causis beneficialibus, quamvis de illis idem decretum expresse loquatur.

17 Intra districtum tamen Urbis (qui juxta moderniam receptam praxim, ad quadragintà milliarium ambitum circumcirca se protendit, quamvis antiquitus illic centum millia rum esset, *de hoc districtu sub tit. de Regal. disc. 72. & 94. & sub tit. de præeminent. disc. 1. de jurisdict. disc. 50.*) istius decreti limitatio dignoscitur, quoniam etiam in prima instantia, aliqua Tribunalia ecclesiastica 18 Urbis, quæ causarum fori ecclesiastici cognitionem habeant, ut est Tribunal Cardinalis Vicarii, ac etiam alterum Auditoris Cameræ, præventionem cum Ordinariis locorum habere prætendunt, unde propterea plures desuper oriri solent quæstiones, quæ in jurisdictionali materia, ac etiam in relatione Curiæ insinuantur, *de jurisdict. disc. 50. & 53. & in relatione Curiæ.*

Hinc de consequenti, posita cognitione 19 causarum primæ instantiæ coram Ordinariis locorum, resultat secunda pars superius distincta, quod scilicet, Legati, vel Nuntii, seu Gubernatores, aliique Apostolicæ Sedis Officiales, cum Ordinariorum subditis, atque in cognitione causarum primæ instantiæ se ingerere non possunt, nec debent, nisi ob Ordinarii negligentiam, cujus casus minimum raro, ac fere nunquam in praxi datur, vel cum a partibus, vel ex accidentibus provenire soleant impedimenta, de facili hanc negligentiam excusantia, adeo ut pro mea diuturna forensis vitæ tempore devolutionem causæ ad superiorem ex isto capite negligentiæ nunquam practicari viderim; 20 Verum in praxi nobevit usus melior appellationis a denegata justitia, faciendo scilicet tres instantias pro expeditione causæ, cum interpolatis diebus, & cum aliquo moderato intervallo inter unam, & alteram, in quarum singulis continetur protestatio appellationis a denegata justitia *tit. de jurisd. disc. 68. & sub tit. de udit. in disc. appellationum.* Tunc etenim prætentando dictas instantias coram Judice appellationis, dari solet inhibitio cum compulsoria pro transportatione actorum, & hic per viam appellationis, non autem per viam reassumptionis causæ, ratione negligentiæ.

Bene verum, quod pene indies hujusmodi 21 quæstiones audiuntur inter Ordinarios, & Legatos, vel Nuncios Apostolicos, super hujusmodi reassumptionibus; Respectu etenim Legatorum, ubi sint extraordinarii, & delatere, qui cum magna potestate, ex aliqua extraordinaria causa transmittuntur ad Reges, & magnos Principes, non potest dari regula, ob facultates, quæ eis dantur per brevia particularia, quorum tenor attendendus est, Idemque dicendum venit respectu Legatorum ordinariorum Status Ecclesiastici, Bononiæ scilicet, Ferrariæ, Emiliæ, & Urbini; & quandoque, (licet ratius, Marchiæ, & Umbriæ, quamvis inter de jure, sive per illud decretum, aliasque Apostolicas Constitutiones, intra certos limites eorum facultates restrictæ sint; Attamen per Brevia particularia, plerumque aliæ facultates illi concedi solent, cum instructionibus tamen, ut non nisi moderate, ac rato ex aliqua urgenti causa eis utantur, Et consequenter neque certa regula desuper statui potest, cum totum pendeat ex tenore facultatum.

22 Quo vero ad Nuncios, isti sunt de duplici specie; Alii enim qui sunt veri Nuncii ad Reges, & Principes cum facultatibus Legati, ac Judicis appellationum, & recursuum ab Ordinariis; & in istis, procedit pene idem quod in Legatis, exceptis aliquibus majoribus, ac extraordinariis facultatibus, quæ per brevia particularia, ut supra, Cardinalibus Legatis, præsertim vero extraordinariis de latere, concedi solent, ideoque in eis praxis docet hujus conciliationis decreti observantiam, *de aliquibus facultatibus Nuntii Neapol. sub tit. de jurisdict. disc. 36. & in Miscellan. Eccles. disc. 22. & 23.*

23 Altera vero Nunciorum species est, potius impropria cum sola nuncupatione, quia non habent jura Legati, neque cognitionem appellationum, & recursuum ab Ordinariis, adeo ut in effectu sint solum collectores generales spoliorum, aliorumque jurium Cameræ, ac delegati, vel commissarii ad certum genus causarum, ut est præsertim Nuncius Apostolicus Regni Neapolitani, in hoc statu, in quo, absente Rege illud regitur per Vicarium, seu Protogen, quoniam ejus jurisdictio, cujus vigore, quandoque inhibet Ordinariis, atque ab eis causas avocat, seu reassumit, est in certo genere causarum concernentium, jus, & interesse Cameræ, ut sunt spolia clericorum, & fructus Ecclesiarum, ac beneficiorum vacantium, necnon causæ illiciæ negotiationis ac alia, in quibus Fiscus Apostolicus jus habeat, vel habere prætendat juxta locorum praxim, ac stylos; Puta in bonis vacantibus clerici morientis absque legitimo hærede, vel in thesauris, qui in fundo Ecclesiæ inveniantur, pro ea portione quæ de jure debita sit, cum similibus juribus fisci ecclesiastici, pro diversis locorum vel principatuum usibus, ac stylis, ex quibus hæc jura intrant, quoniam posita eorum competentia, intrat Nuncii jurisdictio, quæ habet speciem privativæ ad Ordinarios in personis subcollectorum singularum directum, aliarumque Cameræ seu Tribunalis officialium, ac ministrorum.

Ac etiam ex aliquibus specialibus delegationibus est commissarius generalis regularium, aliorumque ecclesiasticorum exemptorum in toto Regno; Necnon habet cognitionem aliquorum delictorum, quæ vulgo campaniæ dicuntur, dive moneræ falsæ, ac aliorum, quæ in facultatibus expressa sint; In his tamen habet cum Ordinariis cumulativam, adeo ut sit locus præventioni, non autem privativam, ut non bene ab eo Tribunali prætenditur; Ideoque ex his causis frequentes controversiæ audiuntur super earum avocatione, vel reassumptione, quam etiam in prima instantia, ob prætensionem privativæ, tentare solet, atque cum debilibus Ordinariis frequenter practicat, *in eisdem locis proxime supra citatis.*

In reliquis autem nullam habet ordina- 24
riam jurisdictionem jure territoriali, adeo ut se ingerere valeat in iis, quæ ad Ordinarium loci pertinent, ultra casus sibi commissos, ut alibi advertitur, *ibidem.*

Quoad tertium hujus decreti caput, ut, 25
appellationes frivolæ non admittantur, per Metropolitanos, vel per alios Judices appellationis; Cum istud decretum conciliare sufficientem non præberet medicinam, eo quia super hoc puncto, an appellatio sit frivola, necne, seu quando dicatur talis, certa regula statuta non est. Hinc proinde ita sacra congregatio, vel altera Episcoporum, prius sub Clemente VIII. deinceps sub Urbano VIII. aliqua edidit decreta generalia desuper modum præscribentia, quæ registrata habentur apud aliquos elaboratos collectores, quorum labores pro publica commoditate commendatione quidem digni sunt apud Quarant. *in summa Bullar. verbo Archiepisc. auditor. & Bar. in Collect. ad Con. sess. 13. de reformat. cap. 1.*

Adhuc tamen inter Ordinarios, & Me- 26
tropolitanos quæstiones, in una, vel altera ex prædictis Congregationibus audiri solent, ac etiam in Signatura Justitiæ, quando scilicet appellatio esset injusta, vel frivola ab aliquo decreto interlocutorio, vel alio incidenti, adeo ut casa remitti debeat Ordinario per cum terminanda, ut frequenter contigit.

Et quandoque recursus per Ordinarios 27
adversus Metropolitanorum inhibitiones haberi solent ad faciem congregationum immunitatis, ex eo quod prætendatur agi de causis immunitatem concernentibus, in quibus per ejusdem Sacræ Congregationis provisiones, Metropolitanis interdicta est, in iis partibus, in quibus ipsa

Sacra Congregatio manus apponere solet, atque occurrere poterit, inhibendi, vel reassumendi facultas interdicta est. *Miscellan. Eccles. disc. 2.*

28 Quarta est provisio, ut Ordinarii causas primæ instantiæ, infra biennium terminare debeant; Istaque provisio aliquam originem trahere videtur a dispositione juris civilis, qua tamen attenta, ubi causa intra præfinitum tempus non terminetur, resultat peremptio instantiæ, unde propterea introlevit usus, ut illa ex suprema Principis auctoritate instauretur, quod sub insuffationis spiritus vitæ termino explicari solet, ac propterea multæ per DD. tractari solent quæstiones super effectibus ex peremptione instantiæ, vel respective ex ejus instauratione resultantibus, aut quando uni, vel alteri sit locus, necne, *tit. de judiciis, ubi de litis extinctione.*

29 De his autem non agitur in foro ecclesiastico, in quo vivitur cum dispositione juris canonici; Quinimo neque in foro laicali ditionis temporalis Ecclesiæ, vel Status ecclesiastici, ex eadem ratione, quod vivatur cum dispositione juris canonici, qua attenta, instantia est perpetua, & nunquam perit, ideoque istæ terminus biennii, potius coarctatus videtur, dum solum in foro ecclesiastico datur deserto finis, cujus praxis etiam rara est, dum ad ejus effectum requiritur lapsus longissimi temporis 30. annorum, qui neque sufficit, nisi malum jus quoque accedat, ut in beneficiali materia præsertim de hoc agi solet, *ibidem, de judiciis & simil. de benefic. disc. 92.*

30 Frequentes autem in Curia sunt disputationes super quinto hujus decreti requisito, ut judex appellationis in causa non procedat non transportatis omnibus actis; Hinc proinde, illa differentia dignoscitur, inter causas fori ecclesiastici, de quibus istud constituit decretum loquitur, & alias prophanas, quæ ad Curiam per appellationem trahuntur, ratione principatus temporalis, & quæ ut supra, sub isto decreto non cadunt; Quod scilicet, ubi agitur de hac secunda specie, ad limites juris communis, sufficit transportatio actorum relevantium tantum; Ubi vero de prima specie causarum cadentium sub hoc decreto agitur, requiritur transportatio integra omnium actorum, etiam irrelevantium tanquam de forma, adeo ut alias adesse videatur defectus jurisdictionis. Nisi agatur de aliquibus incidentibus, puta attentatorum, vel spolii &c. cum tunc sufficiat exhibere illa acta, ex quibus id justificetur, cum dicta forma præscripta sit in expeditione causæ principalis, non autem super hujusmodi incidentibus, quibus prompte occurrere congruat, ut latius in rerum judicialium sede advertitur, ubi quomodo de integritate constet, *de hac materia transportationis actorum sub tit. de judic.*

Sexta hujus decreti pars, vel provisio est, 32
ne pauperes extra provinciam trahantur, quodque alias litis expensæ debeant eis suppeditari; Super hoc autem Sac. Concilium, juris communis dispositionem non alteravit, sed quod jam dispositum erat monuit, ideoque intrant eadem requisita generalia, de quibus in judiciorum sede habetur, super suppeditatione alimentorum, & sumptuum litis colligiandi facienda, qualia sunt paupertas, ac præsumptio boni juris; Remanente quæstione, pro Tribunalium diversis stylis decidenda, super qualitate causæ, an scilicet id procedat solum in causa universali, ut de stricta juris censura verius videtur, vel etiam in particulari juxta æquiorem opinionem, quæ in Romana Curia magis recepta est, *diff. tit. de judic. agendo de transportatione actorum.*

Desuper itaque regula generalis cuicumque casui applicabilis statui non potest, quoniam Judicis prudenti arbitrio remissum est dignoscere, quando dicatur adesse hæc vera pauperias, cum id pendeat ex qualitate personarum, dum id quod plebeum divitem reddit, in nobili, pauperiatem importat, *habetur sub tit. de decim. disc. 19. & sub tit. de judiciis super hac subministratione alimentorum & sumptuum.* 33

Idemque circa bonum jus, quod regulariter resultare solet ex sententiis, quamvis per appellationem suspensa, sive in Rota ex desistione, quamvis ea contineat actum mere extrajudicialem, adhuc tamen, etiam sine lite aliqua summaria cognitio pro gustu ad hunc effectum incidenter haberi solet. 36

Et quoad paupertatem; Quamvis illa dicatur omnibus connaturalis, quoniam illi a natura nudi procreantur; Adhuc tamen ad istum effectum illa probanda est per allegantem iis exceptis, quos lex, pauperes, ac aliunde non provisos præsumit, ut sunt monachus, qui litem habeat cum Monasterio, uxor cum viro, a quo imo etiam ab ejus parte, durante causa matrimoniali hæc alimenta obtinet, ac etiam filius cum patre; 37
Nisi hæc præsumptio per contrarium probationem elidatur, ac propterea totum pendet ex facti circumstantiis, *de his omnibus, ad materiam alimentorum, & sumptuum litis dicto tit. de judic.* 38

Quia

Quia vero ante sententiam, vel decisionem, quandoque pro causarum qualitate non expedit, ut judex ejus sensum super bono jure aperiat, vel ostendat, hinc prudentes fieri solent provisiones, ut pauperi collitiganti absque declaratione, quod hæc alimenta debeantur, aliqua summa detur in causam declarandam, ut latius in dicta propria sede judiciorum, de his autem nimium raro ac forte numquam in ista, vel altera Sacra Congregatione agi contingit.

Notabilior autem magisque antiqui rerum status alterativa est penultima hujus decreti conditionis superius distincta pars, in qua inferioribus Prælatis auferitur cognitio causarum criminalium, & matrimonialium, eaque jure delegato conceditur locorum Ordinariis eodem modo quo circa concernentia curam animarum, ac administrationem Sacramentorum, seu publicas contiones, ac alia hujusmodi ab eodem Concilio alibi statutum est, *sub tit. de jurisdict. disc. 1. cum pluribus seqq.* Id etenim frequentes, & quotidianas producit quæstiones, inter locorum Ordinarios, & inferiores Prælatos, qui sub nomine Archidiaconorum, & Decanorum in hoc decreto explicantur, non quidem super ejusdem decreti observantia, quando certum sit, quod de illis inferioribus Prælatis agatur, qui jurisdictionem aliquam ordinariam habeant in locis existentibus intra fines alicujus diœcesis, sed potius super facto hujusmodi situationis, quæ negari solet, præsendendo territorium separatum, cum qualitate *Nullius*, quo casu, eodem modo, quo de concernentibus curam animarum, alibi advertitur, tales Prælati, qui per veritatem sint *Nullius*, cum materiali territorio separato, non veniunt sub hoc decreto, utpote vexationes potius sub nomine Ordinariorum, etiam cum ista jurisdictione delegata super inferiores Prælatos, dum habeantur tamquam Episcopi, vel Diœcesani in proprio territorio, ut alibi latius advertitur, *dicto tit. de jurisdict. disc. 1. cum pluribus seqq. & Miscellan. Eccl. disc. 1.* 39

Ubi quoque enunciatur receptus hujus Sacræ Congregationis stylus, quem etiam Rota reverenter in omnibus suscipit, quod scilicet ista qualitas territorii separati non præsumitur, atque ubi non docetur instrumenti de privilegio Apostolico clari, unde propterea recurratur ad immemorabilem, ad quam solum, cessante prædicto privilegio, hæc probatio restringitur, tunc donec 40
illa, per rem judicatam, vel per tres conformes canonizata sit, decernitur manutentio Episcopo in hujus delegatæ jurisdictionis quasi possessione, *cod. disc. 1. cum seqq. de jurisd.* 41

Ad hanc autem manutentionem impediendam, excitari solet quæstio incertitudinis super situatione, vel finibus, quoties locus non sit undique a diœcesi circumdatus, sed alia adjaceat diœcesis, quo casu inspici solet, an alter Episcopus sit in causa, necne, ut latius in jurisdictionalis materiæ particularibus adnotationibus, *ibidem.*

Demum quoad ultimam superius distinctam hujus decreti partem, causarum curialium graviorum, quia scilicet etiam in prima instantia, causæ in Curia committi, & cognosci debeant. Certa, & determinata regula statui non potest, cum ex facti qualitate, & circumstantiis id pendeat; unde propterea videtur materia arbitraria utriusque Signaturæ, gratiæ, vel justitiæ, in quibus Tribunalibus potius quam in Sacris Congregationibus de hoc agi solet, ideoque relatio sufficiet ad ea, quæ in judiciorum Sede, vel in Romanæ Curiæ relatione, ac pravi agendo, de utraque Signatura infinuantur. 42

DISCURSUS XXXIV.

Ad Sessionem 25. de Regular. cap. 1. & 2.

SUMMARIUM.

1 *De observantia Regulæ per religiosos, & præsertim de vice communi Monialium, & quando demandari debeat.*
2 *Religiosi professi utriusque sexus, nil proprium habere possunt in particulari.*
3 *De vitio.*
4 *De conservatione Monialium habendi annuos redditus vitalitios.*
5 *Reputantur pari dotis, ejusque naturam habet.*
6 *De dote solita dari Monasterio.*
7 *Quando hæc alterationem recipiat, ut sit duplicata, seu &c.*
8 *Et quando sit minor quam solita.*
9 *In vitalitio redditu non adest uniformitas, quæ in dote.*
10 *An Monialis alienet, vel retrocedat hanc vitalitiam assignationem.*
11 *Super prohibita proprietate, Monialis non differunt a viris Religiosis.*

12 Mo-

Sacra Congregatio manus apponere solet, atque occurrere poterit, inhibendi, vel reassumendi facultas interdicta est. *Miscellan. Eccles. disc. 2.*

28 Quarta est provisio, ut Ordinarii causas primæ instantiæ, infra biennium terminare debeant; Istaque provisio aliquam originem trahere videtur a dispositione juris civilis, qua tamen attenta, ubi causa intra præfinitum tempus non terminetur, resultat peremptio instantiæ, unde propterea introlevit usus, ut illa ex suprema Principis auctoritate instauretur, quod sub insuffationis spiritus vitæ termino explicari solet, ac propterea multæ per DD. tractari solent quæstiones super effectibus ex peremptione instantiæ, vel respective ex ejus instauratione resultantibus, aut quando uni, vel alteri sit locus, necne, *tit. de judiciis, ubi de litis extinctione.*

29 De his autem non agitur in foro ecclesiastico, in quo vivitur cum dispositione juris canonici; Quinimo neque in foro laicali ditionis temporalis Ecclesiæ, vel Status ecclesiastici, ex eadem ratione, quod vivatur cum dispositione juris canonici, qua attenta, instantia est perpetua, & nunquam perit, ideoque istæ terminus biennii, potius coarctatus videtur, dum solum in foro ecclesiastico datur deserto finis, cujus praxis etiam rara est, dum ad ejus effectum requiritur lapsus longissimi temporis 30. annorum, qui neque sufficit, nisi malum jus quoque accedat, ut in beneficiali materia præsertim de hoc agi solet, *ibidem, de judiciis & simil. de benefic. disc. 92.*

30 Frequentes autem in Curia sunt disputationes super quinto hujus decreti requisito, ut judex appellationis in causa non procedat non transportatis omnibus actis; Hinc proinde, illa differentia dignoscitur, inter causas fori ecclesiastici, de quibus istud constituit decretum loquitur, & alias prophanas, quæ ad Curiam per appellationem trahuntur, ratione principatus temporalis, & quæ ut supra, sub isto decreto non cadunt; Quod scilicet, ubi agitur de hac secunda specie, ad limites juris communis, sufficit transportatio actorum relevantium tantum; Ubi vero de prima specie causarum cadentium sub hoc decreto agitur, requiritur transportatio integra omnium actorum, etiam irrelevantium tanquam de forma, adeo ut alias adesse videatur defectus jurisdictionis. Nisi agatur de aliquibus incidentibus, puta attentatorum, vel spolii &c. cum tunc sufficiat exhibere illa acta, ex quibus id justificetur, cum dicta forma præscripta sit in expeditione causæ principalis, non autem super hujusmodi incidentibus, quibus prompte occurrere congruat, ut latius in rerum judicialium sede advertitur, ubi quomodo de integritate constet, *de hac materia transportationis actorum sub tit. de judic.*

Sexta hujus decreti pars, vel provisio est, 32
ne pauperes extra provinciam trahantur, quodque alias litis expensæ debeant eis suppeditari; Super hoc autem Sac. Concilium, juris communis dispositionem non alteravit, sed quod jam dispositum erat monuit, ideoque intrant eadem requisita generalia, de quibus in judiciorum sede habetur, super suppeditatione alimentorum, & sumptuum litis colligiandi facienda, qualia sunt paupertas, ac præsumptio boni juris; Remanente quæstione, pro Tribunalium diversis stylis decidenda, super qualitate causæ, an scilicet id procedat solum in causa universali, ut de stricta juris censura verius videtur, vel etiam in particulari juxta æquiorem opinionem, quæ in Romana Curia magis recepta est, *diff. tit. de judic. agendo de transportatione actorum.*

Desuper itaque regula generalis cuicumque casui applicabilis statui non potest, quoniam Judicis prudenti arbitrio remissum est dignoscere, quando dicatur adesse hæc vera pauperias, cum id pendeat ex qualitate personarum, dum id quod plebeum divitem reddit, in nobili, pauperiatem importat, *habetur sub tit. de decim. disc. 19. & sub tit. de judiciis super hac subministratione alimentorum & sumptuum.* 33

Idemque circa bonum jus, quod regulariter resultare solet ex sententiis, quamvis per appellationem suspensa, sive in Rota ex desistione, quamvis ea contineat actum mere extrajudicialem, adhuc tamen, etiam sine lite aliqua summaria cognitio pro gustu ad hunc effectum incidenter haberi solet. 36

Et quoad paupertatem; Quamvis illa dicatur omnibus connaturalis, quoniam illi a natura nudi procreantur; Adhuc tamen ad istum effectum illa probanda est per allegantem iis exceptis, quos lex, pauperes, ac aliunde non provisos præsumit, ut sunt monachus, qui litem habeat cum Monasterio, uxor cum viro, a quo imo etiam ab ejus parte, durante causa matrimoniali hæc alimenta obtinet, ac etiam filius cum patre; 37
Nisi hæc præsumptio per contrarium probationem elidatur, ac propterea totum pendet ex facti circumstantiis, *de his omnibus, ad materiam alimentorum, & sumptuum litis dicto tit. de judic.* 38

Quia

Quia vero ante sententiam, vel decisionem, quandoque pro causarum qualitate non expedit, ut judex ejus sensum super bono jure aperiat, vel ostendat, hinc prudentes fieri solent provisiones, ut pauperi collitiganti absque declaratione, quod hæc alimenta debeantur, aliqua summa detur in causam declarandam, ut latius in dicta propria sede judiciorum, de his autem nimium raro ac forte numquam in ista, vel altera Sacra Congregatione agi contingit.

Notabilior autem magisque antiqui rerum status alterativa est penultima hujus decreti conditionis superius distincta pars, in qua inferioribus Prælatis auferitur cognitio causarum criminalium, & matrimonialium, eaque jure delegato conceditur locorum Ordinariis eodem modo quo circa concernentia curam animarum, ac administrationem Sacramentorum, seu publicas contiones, ac alia hujusmodi ab eodem Concilio alibi statutum est, *sub tit. de jurisdict. disc. 1. cum pluribus seqq.* Id etenim frequentes, & quotidianas producit quæstiones, inter locorum Ordinarios, & inferiores Prælatos, qui sub nomine Archidiaconorum, & Decanorum in hoc decreto explicantur, non quidem super ejusdem decreti observantia, quando certum sit, quod de illis inferioribus Prælatis agatur, qui jurisdictionem aliquam ordinariam habeant in locis existentibus intra fines alicujus diœcesis, sed potius super facto hujusmodi situationis, quæ negari solet, præsendendo territorium separatum, cum qualitate *Nullius*, quo casu, eodem modo, quo de concernentibus curam animarum, alibi advertitur, tales Prælati, qui per veritatem sint *Nullius*, cum materiali territorio separato, non veniunt sub hoc decreto, utpote vexationes potius sub nomine Ordinariorum, etiam cum ista jurisdictione delegata super inferiores Prælatos, dum habeantur tamquam Episcopi, vel Diœcesani in proprio territorio, ut alibi latius advertitur, *dicto tit. de jurisdict. disc. 1. cum pluribus seqq. & Miscellan. Eccl. disc. 1.* 39

Ubi quoque enunciatur receptus hujus Sacræ Congregationis stylus, quem etiam Rota reverenter in omnibus suscipit, quod scilicet ista qualitas territorii separati non præsumitur, atque ubi non docetur instrumenti de privilegio Apostolico clari, unde propterea recurratur ad immemorabilem, ad quam solum, cessante prædicto privilegio, hæc probatio restringitur, tunc donec 40
illa, per rem judicatam, vel per tres conformes canonizata sit, decernitur manutentio Episcopo in hujus delegatæ jurisdictionis quasi possessione, *cod. disc. 1. cum seqq. de jurisd.* 41

Ad hanc autem manutentionem impediendam, excitari solet quæstio incertitudinis super situatione, vel finibus, quoties locus non sit undique a diœcesi circumdatus, sed alia adjaceat diœcesis, quo casu inspici solet, an alter Episcopus sit in causa, necne, ut latius in jurisdictionalis materiæ particularibus adnotationibus, *ibidem.*

Demum quoad ultimam superius distinctam hujus decreti partem, causarum curialium graviorum, quia scilicet etiam in prima instantia, causæ in Curia committi, & cognosci debeant. Certa, & determinata regula statui non potest, cum ex facti qualitate, & circumstantiis id pendeat; unde propterea videtur materia arbitraria utriusque Signaturæ, gratiæ, vel justitiæ, in quibus Tribunalibus potius quam in Sacris Congregationibus de hoc agi solet, ideoque relatio sufficiet ad ea, quæ in judiciorum Sede, vel in Romanæ Curiæ relatione, ac pravi agendo, de utraque Signatura infinuantur. 42

DISCURSUS XXXIV.

Ad Sessionem 25. de Regular. cap. 1. & 2.

SUMMARIUM.

1 *De observantia Regulæ per religiosos, & præsertim de vice communi Monialium, & quando demandari debeat.*
2 *Religiosi professi utriusque sexus, nil proprium habere possunt in particulari.*
3 *De vitio.*
4 *De conservatione Monialium habendi annuos redditus vitalitios.*
5 *Reputantur pari dotis, ejusque naturam habet.*
6 *De dote solita dari Monasterio.*
7 *Quando hæc alterationem recipiat, ut sit duplicata, seu &c.*
8 *Et quando sit minor quam solita.*
9 *In vitalitio redditu non adest uniformitas, quæ in dote.*
10 *An Monialis alienet, vel retrocedat hanc vitalitiam assignationem.*
11 *Super prohibita proprietate, Monialis non differunt a viris Religiosis.*

12 Mo-

32 *Monialium nomine ad hunc effectum, quænam veniant.*

33 14 & 15 *De militibus Hierosolymitanis, an possideant proprium, & disponant, quomodo, & quando.*

36 *De diversis stylis Religionum claustralium.*

37 *Quomodo intelligi debeat licentia, quæ conceditur Religiosis in particulari possidendi, & administrandi bona.*

38 *De dispositione favore Religiosi sub lege ut non quæratur Religioni.*

39 *An Religiosus professus sit exequutor ultimarum voluntatum.*

40 *Religiosi sunt capaces successionum, & fideicommissorum.*

41 *Cui Monasterio bona religiosi delata applicentur.*

42 *De peculiari instituto Societatis Jesu.*

43 *An Religio excludatur per dispositionem Religiosi ante professionem.*

44 *An Religiosus revocet testamentum factum ante professionem.*

45 *Religiosi translato de una religione ad alteram, vel exeunte a Religione, an secum trahat bona.*

46 *Quid ubi egressus est ex causa nullitatis professionis.*

47 *De facultatibus Prælatorum Regularium circa alienationes &c.*

2 IN primo istorum decretorum generaliter injungitur Regularibus observantia regulæ, quam professi sunt, atque desuper, nulla forensis quæstio cadere solet, cum solum in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, circa Moniales, aliquando cum consueta forma extrajudiciali, atque cum solitis legibus prudentialibus, determinationes prodeant, super vita communi, cum ea in plerisque præsertim antiquis Monasteriis non habentibus illam formalem, beneque regulatam fundationem, quam habent moderna, non de facili exacte, ut decet, servari possit; ac propterea, licet Sacra Congregatio prudenter locorum Ordinatis, vitæ communis introductionem, vel observantiam injungere soleat; attamen, ut pluries experta sum, ejus prudentes sensus sunt, ut id cum debita discretione, pro Monasteriorum qualitate, ac viribus intelligendum sit; unde propterea pluries experientia docuit, quod aliquorum Prælatorum zelus indiscretus, inducendi novitates, Monasterii viribus incongruas magna causavit damna, atque oportuit ad priorem statum ponus in deterius regredi; est itaque res optima & commendabilis, sed juxta vires, & quando commode practicari potest, sin minus majora producit inconvenientia.

In altero autem decreto disponitur, ut regulares utriusque sexus nihil habeant proprii, neque liceat superioribus bona stabilia alicui Religioso concedere ad privatum usumfructum vel usum; quo vero ad mobilia, detur solum aliquis usus permissivus, ad nutum superioris, ita tamen, ut status paupertatis non adversetur. 3

Super hoc autem decreto pariter certa & generalis regula, cuicumque casui applicabilis, statui non potest; non quidem theorice, ac in abstracto, cum generaliter certum sit juris principium, ut Religiosus professus, quoties Apostolica dispensatio non accedat, nihil proprium habere valeat, cum id de directo adversetur statui regulari ob votum paupertatis, sed de facto & practice, ob diversa Religionum institura vel diversas consuetudines ab Ecclesia toleratas, nimium diversa est praxis; cum præsuppositio tamen, quod agatur de Religiosis, vel Institutis capacibus in communi, adeo ut urgeat solum incapacitas in particulari, cum de Religiosis, quæ sint simpliciter incapaces, tam in communi, quam in particulari, hæc inspectio non cadat, *de hoc agitur sub tit. de Regular. disc. 56. & 57.* 4

Distinguendo itaque moniales a viris regularibus; quatenus ad moniales pertinet, ex generali consuetudine ab Ecclesia tolerata, quoties alicujus Monasterii particulare institutum aliter non suadeat, monialibus assignari solet ex obligatione, vel benevolentia, a conjunctis, vel benevolis, annua, vel mensilia vitalitia præstatio, ad earum liberam dispositionem, pro extraordinariis indigentiis, vel honestis usibus, absque eo quod superiores se ingerant; neque illa servetur communis depositi forma, quæ in regularibus viris servari solet, ut infra, adeo ut nonnam rari sint casus, in quibus superiores hujusmodi assignationis usum, vel administrationem impediant, nisi quoties imprudentia monialis ita cogat, quia nempe abutatur, atque convertat in usus parum honestos, seu statui religioso parum congruos; *dicta disc. 56. de Regular. & tit. de donat. disc. 25. & 32.* 5

Adeoque communis est ista consuetudo, quod hujusmodi assignatio reputetur pars dotis, ideoque de necessitate præstanda est per eos, qui dotare tenentur, unde etiam pro ea intrat illud subsidiarium remedium, quod 6

quod lex super bonis huic commissis concedit, *tit. de dote disc. 155. & 177. & alibi.* Cum eredito pro frequentiori usu, illa dos, quæ datur Monasterio, modica sit ac rigorose non proportionata suppeditationi omnium, quæ præsertim pro vestitu, aliisque extraordinariis indigentiis, vel honestis usibus necessaria sunt, unde propterea Monasterium in communi non suppleat sufficienter in omnibus, hinc proinde reputatur pars dotis, vel pars alimentorum.

7 Quamvis autem id, quod Monasterio præstatur sub nomine dotis, certam ac uniformem taxam habeat absque licentia Sacræ Congregationis inalterabilem in particulari, cum solum Episcopo concedatur facultas ex justo motivo augendi eamdem taxam generaliter pro omnibus, *eod. tit. de dote disc. 166. & 167.* Solumque argumentaliter, vel diminutio oriri soleat accidentaliter, & ex particularibus circumstantiis, qui puta quis agatur de supernumeraria, vel parta quia agatur de supernumeraria, vel de tertia sorore aut de muliere corrupta, seu alium patiente defectum, cum in his, ac similibus casibus pro facti qualitate, vel ex Sacræ Congregationis arbitrio, dos duplicata, ac etiam major præstari soleat, *dicto disc. 167.*

8 Idque etiam ex plurium Monasteriorum consuetudine practicetur cum mulieribus exteris, ut scilicet duplicatam, seu alias majorem solvant dotem, quam cives, ex nimium probabili ratione, quod a civibus Monasterium fundatum fuerit, atque antequam recognoscat dotem; sive quandoque minui soleat ob personales virtutes puellæ recipiendæ, sive ob merita majorum, qui fuerunt Monasterii fundatores, vel benefactores pro arbitrio Sacræ Congregationis, cujus licentia in hoc requiritur, quoties certa lex fundationis non accedat, *eod. disc. 167.*

9 Attamen in hujusmodi menstruis, vel annuis vitalitiis assignationibus non intrat hæc taxa uniformis, quoniam etiam de justitia intrat illa difformis taxa, quæ pro personarum qualitate fieri debet cum illis generalibus regulis, quæ habentur super taxa dotis congruæ, vel de paragio, *de dote disc. 144.*

10 Super hujus præstationis alienatione, vel retrocessione, seu demissione quæstiones cadere solent, an scilicet id per monialem sine consensu Monasterii, ac superiorum, aliisque solemnitatibus fieri valeat, quod certam non recipit regulam cuicumque casui applicabilem, cum plures desuper cadant distinctiones, recentiæ in rerum regularium particularibus adnotationibus, ubi videri potest, *de Regular. disc. 56. & 57. de donat. disc. 25. 32. de dot. disc. 167. & alibi.*

11 In reliquis autem moniales non differunt a religiosis viris professis, super dicta generica incapacitate habendi proprium in particulari, cum in eis pariformiter intret eadem ratio voti paupertatis, quodque propterea omnia bona, & jura, quæ ex ejus persona deferantur, eodem modo quo in religiosis viris, directe, ac immediate, independenter a persona ipsius monialis, acquirantur Monasterio, juxta opinionem Canonistarum receptam in Curia Romana, atque generaliter tenendam in foro ecclesiastico, adeo ut nulla dignoscatur differentia.

12 Quando autem in hoc proposito monialium sermo habetur, intelligitur de illis, quæ cum lege clausuræ in aliquo formali monasterio, prævio anno novitiatus, ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini, solemnem, ac validam emiserint professionem, cum tribus votis substantialibus castitatis, paupertatis & obedientiæ, secus autem ubi de illis agatur mulieribus, quæ in aliqua domo formam Monasterii habentes, tam in habitu, quam in instituto, religiose vivant, atque pro monialibus public habeantur, nihque ab eis de facto deserte videantur; Vere tamen tales non sint, quia dictam solemnem irretractabilem professionem non emittant, quamvis quemdam faciant promissionis actum, qui professionis speciem redoleat (ut ex. gr.) sunt Oblatæ celeberrimi Monasterii Turris Speculorum Urbis, ad cujus instar alia per Orbem Catholicum habentur, quoniam illæ revera non sunt moniales, sed potius personæ seculares, in quibus inspectio cadit, an diei valeant ecclesiasticæ ad effectum exemptionis fori, ut in suis respective sedibus pluries advertitur, *tit. de Regular. disc. 50. tit. de dote disc. 5. & 167. tit. de jurisd. disc. 45.*

13 Quo vero ad religiosos viros, pariter Religionum diversum institutum in hoc attendendum venit, ubi enim agitur de Religionibus militaribus, quæ sint veræ Religiones cum solemni professione, ac formali emissione trium votorum, prævio anno probationis ad præscriptum hujus Sacri Concilii, ut est præsertim sacra Religio Hierosolymitana, & nunc quamvis legitime professi, in omnibus sint veri Religiosi, unde propterea sunt intestabiles, atque incapaces possidendi aliquid in particu-

ticulari jura dominii, sed administrat aliorum
14 Religiosorum, omnia bona & jura eis delata, seu alias quæsita directè acquirantur Religioni, *tit. de testament. disc. 5. & 35.* Attamen quia vivunt extra claustra in privatis domibus more sæcularium, & cum eodem sæculari fastu, seu decore; hinc proinde eis conceditur usus, ac libera administratio omnium reddituum & bonorum, tam commendatorum, ac dignitatum
15 ipsius Religionis, quam patrimonialium, & acquisitorum, adeo ut de facto habeantur multos ditissimi, qui magnatitio etiam more vivant; moriendo autem commendabilis stylus Religionis est, negligendi, sibi alias de jure debitam successionem in bonis stabilibus, antiquis, & patrimonialibus, unde propterea de facili M. Magister (qui hanc potestatem habet,) cuilibet petenti, licentiam de his testandi, seu alias disponendi concedit; in acquisitis autem secus, quoniam, licet possit, non tamen solet hanc licentiam concedere, nisi aliquando per viam compositionis, ut facit Camera Apostolica cum Episcopis, & clericis. *Dicta disc. 9. de testam.*

16 Ubi vero agitur de religiosis claustralibus, patiter diversus est Religionum stylus, quoniam in plerisque toleratur idem usus, de quo supra in monialibus, habendi ad ejus dispositionem aliquem viralitium annuum, vel meastruum reditum, in plerisque autem non, sed eumdem redditum, aliasque obventiones tenere oportet penes superiorem, sive in communi arario Conventus, atque ubi occasio præbeat erogandi aliquam summam pro religiosis, honestisque usibus, ut ea petatur a superiore; & in aliquibus magis late procedituri, quod scilicet, si religioso obvenit aliqua hæreditas, vel alia successio, ei permittitur usus, ac administratio fructuum, & emolumentorum ad vitam; idque etiam in Religionibus, in quibus id non sit in usu, quandoque per gratiam specialem a Papa per literas in forma brevis, sive etiam per organum Sacræ Congregationis Regularium concedi solet. *In casu, de quo apud Iacob. decis. 508. & sub tit. de fideicom. disc. 64.*

17 In omnibus autem casibus prædictis, vel similibus hæc tacita, vel expressa licentia intelligenda venit discrete, pro necessitate vel saltem honestis, ac piis usibus religiosi professio congruis, non autem pro his, qui incongrui sint, unde propterea in sect. contingentia cum religiosis cujusdam ordinis Mendicantium dispensationem pontificiam obtinuisset super administratione, ac dispositione cujusdam sibi obventæ hæreditatis, donec viveret, independenter a superioribus, ipse autem aliquas pecuniarum summas erogasset in census vitalitios, ut ita majorem obtineret fructum, per ejus vero mortem fors principalis amitteretur; Rota censuit istum contractum fuisse invalidum, ideoque per dicti religiosi mortem factum non fuisse locum sortis lucro; verum quod in eam imputari deberent aliqui fructus soluti, assignata ratione prædicta, quod scilicet hujusmodi dispensationes, vel promissiones intelligendæ veniant discrete, pro usibus piis, ac honestis, non autem cum effrænata facultate dissipandi etiam sortem. *Dicta decis. 508. Bich.*

Ut autem religiosi aliquarum Religionum, in quibus circa hoc strictius vivitur, effugiant hanc necessitatem tenendi has annuas, vel menstruas præstationes, aliosve proventus, sub omnimoda dependentia superiorii, qui prudenter aliquando inquirere soler, in quosnam usus ea pecunia erogetur, vel eroganda sit, adhiberi solet cautela, ut fidem testatores, seu elargitores expressam adjiciant legem, quod Monasterio, vel Religioni, ejusque superioribus nullum jus desuper acquiri possit; unde propterea intrat quæstio, an hoc præceptum valeat, idque non modicam habet opinionum scissuram, aliquibus volentibus, ut ista lex per disponentem adjecta, præcise servari debeat, atque suprema voluntas non violari; aliis autem in oppositum volentibus, ut hujusmodi lex vitiata remaneat, atque pro non scripta habenda sit, ac propterea dispositio pura censeatur; & aliis, mediam conciliativam tenentibus opinionem, ut dominium habituale bonorum, ac reddituum, ob incapacitatem religiosi in particulari, acquiratur Religioni, vel Monasterio, administratio autem & actualis dispositio permitti debeat religioso, ut voluntas testatoris non violetur, ita tamen quod remaneat superiori dicta facultas investigandi, in quid scilicet erogetur. *Sub tit. de donat. disc. 26. & de testam. disc. 56. & 56. & disc. 56. de Regul.*

Ad id autem quoque evitandum, alia 19
adjici solet cautela, ut per disponentem religiosus deputetur exequutor, ad effectum distribuendi illos reditus in occultos usus, sibi fiducialiter commissos, cum liberatione ab onere reddendi rationes, vel publicandi usus, quos ipse cupiat remanere occultos; verum quia iste solet esse color quæ-

quæsitus, vel affectata cautela, ut legi fraus fiesat; idcirco pro facti qualitate, & circumstantiis, materia est regulanda, an scilicet ex eis constet, quod revera testator illi religioso, puta confessario, aliquos commiserit usus, quorum publicatio defuncti famæ ac existimationi præjudicare possit; vel e converso sufficiens sumus habeatur dictæ fraudis, vel affectatæ cautelæ; unde propterea facti potius, quam juris est quæstio, pro singulorum casuum qualitate & circumstantiis decidenda. *Dicta disc. 56. de testam.*

Quia vero frequenter contingit, ut ex persona religiosi successiones directæ, vel
20 fideicommissariæ deferantur; dum receptum est, ut cessante expressa, vel conjecturata voluntate testatoris, professio in Religione capaci in communi, non tollat jura sanguinis, ideoque religiosi professi succedant in fideicommissis, ac majoribus, qui sæcularem administrationem annexam non habeant, ut ita fideicommissaria materia particulariter advertitur. *De fideicom. disc. 7. & 63. cum seqq.*

21 Sive quod eb prædictas vitalitias decussas annualitates non exactas, aliquam notabilem summam conflari contingat, quam non congruit esse ad religiosi liberam dispositionem in particulari; hinc proinde quæstio intrat, super applicatione, cui scilicet Monasterio, vel Conventui, vel quibus usibus id applicandum sit, & an ipse religiosus in hoc aliquod habeat arbitrium, quod determinationem recipit ex facti circumstantiis, diversisque distinctionibus in Regularium rerum particularibus annotationibus reconsitis. *Disc. 57. de Regular.*

Societas autem Jesu, quoddam peculiare
22 Institutum habet, ab aliis Religionibus diversum, quod scilicet ejus alumni, quamvis post legitimum peractum novitiatum eam emittant professionem, quam alii regulates emittere solent, cum tribus solitis, ac essentialibus, castitatis, paupertatis, & obedientiæ votis, adeo ut sæculares, vel novitii amplius non dicantur, attamen quoad istam incapacitatem, non dicuntur vere professi, neque aliam contrahunt incapacitatem, de qua in *cap. sequenti*, nisi post emissum quartum votum, per quod vere, ac proprie professi censentur, cum interim liberum sit Superiori eos dimittere, unde propterea in quodam implicito statu sæculari esse videntur, cum data dimissione illum per quamdam speciem postliminii reassumatur, ac propterea etiam pensiones ecclesiasticas retinent. *Tit. de Regular. disc. 63.*

Super dicto autem jure, quod Religio, 23
vel Monasterium (juxta Canonistarum opinionem,) directe, ac immediate habet in successionibus, aliisque juribus religioso obventis, quæstio cadit, an illud, quod per ipsum religiosum jam professum impediri non potest, adeo ut etiam eo expresse renuante, Religio vel Monasterium agnoscere valeat, adhuc tamen impediri possit per ejusdem dispositionem factam ante professionem, per translativam, scilicet, vel extinctivam renunciationem, aliamve dispositionem; & licet aliqui negent, quasi quod ista sit dispositio in tempus inhabile collata; verior tamen, atque in praxi recepta est opinio affirmativa. *Tit. de Renunc. disc. 7. & hinc disc. sequenti.*

Quæstione cadente, an ipsi religioso, 24
qui ante professionem testatus fuerit, seu aliam fecerit dispositionem, eam revocare liceat; atque verior, magisque recepta videtur negativa, nisi de ambiguæ voluntatis declaratione agatur, quæ tibi permitta est. *Tit. de testam. disc. 55.*

Contingente autem casu, quod religio- 25
sus vel monialis de una Religione ad aliam, vel respective de uno Monasterio ad alterum transferatur; atque præsupposito valido, ac licito transitu (cum eo illicito existente nulla cadat quæstio) intrat dubitatio, an bona primæ Religioni, vel Monasterio jam delata, & quæsita, ipsius religiosi personam sequantur, necne; rata vero solet hodie esse ista quæstio, quoniam cum hujusmodi transitus licitus non detur sine licentia Sacræ Congregationis, quæ superiorum consensum deliderare solet, vel saltem eos audire, idcirco hujusmodi quæstionibus præventive occurritur expresse desuper providendo occasione concedendi dictam facultatem.

Quatenus vero casus præbeat, ut hæc provisio non adsit; quamvis non modica desuper dignoscatur opinionum diversitas, attamen distinctio est, quod; aut agitur de illis bonis, quæ in eo statu religioso, atque illius occasione quæsita sint, independenter a persona propria, ubi consideretur tamquam sæcularis; puta, ex eleemosynis, aliisque elargitionibus piis, vel etiam (pro frequentiori contingentia) ex emolumentis ratione prædicationis, vel cathedræ; & tunc penes primam Religionem vel Monasterium remanere debeant; ubi vero de aliis patrimonialibus, seu alias occasione personæ tamquam sæcularis, ista sequan-

sequantur personam, atque ad aliam Religionem, vel Monasterium transeant. *De Regular. disc.* 30. & 57.

Illa vero non recuperat Monasterio, vel Religioni jam quæsita, si occasione Episcopatus, vel ex alia causa, quam licita, ad sæculum redeat, nisi Apostolica concessio aliter suadeat, vel effet egressus ex causa annullationis professionis. *Ibidem.*

Ea vero, quæ post egressum acquirantur, vel obveniant, quamvis per illum religionis vinculum non solvatur, adeo ut adhuc
26 religiosus de facto extra claustra sæpe Religionis gremium vivat, non tamen Religioni, vel Monasterio quæruntur; sed ex Apostolica Constitutione Gregorii XIII. acquiruntur Cameræ, quæ in eis succedit. *Dicto disc.* 57. *de Regular.*

De facultatibus autem superiorum regularium alienandi bona Religionis, vel Monasterii, sive contrahendi debita in rerum
27 Regularium sive in alienationis bonorum Ecclesiæ, aut debiti, & crediti sedibus particularibus agitur, cum diversas hæc recipiant distinctiones, non de facili insinuabiles absque nimia digressione. *Tit. de alien. & contract. discurs.* 9. *de regul. disc.* 55.

DISCURSUS XXXV.

Ad Sessionem 25. de Regular. cap. 3.

SUMMARIUM.

1 *Statuitur generalis capacitas Religionum in communi possidendi bona duabus exceptis.*
2 *Non debet in Monasteriis recipi major numerus ultra vires.*
3 *De nova erectione Monasteriorum, vel Conventuum.*
4 *Regulares distinguuntur in Monachos, & in mendicantes.*
5 *Quales sunt Monachi.*
6 *Et quales sint Mendicantes.*
7 *Canonici Regulares, de qua specie sint.*
8 *Distinguuntur Mendicantes in vetos, & privilegiativos.*
9 *De eodem, de quo num.* 1.
10 *Intrat regula generalis, quod omnis Religio est capax.*
11 *Quid de Theatinis, & Jesuitis, & in specie latius explicatur institutum Societatis Jesu.*
12 *De aliqua relaxatione in hac Minorum Observantium & quomodo.*
13 *In quibus incapacitas Capuccinorum, & Observantium intret.*
14 *De decreto, de quo num.* 2. *quomodo procedat in Monialibus.*
15 *Quid in Monasteriis, vel Conventibus virorum.*
16 *An reddatur unius Conventus applicari possint alteri.*
17 *De requisitis novarum fundationum Monasteriorum virorum.*
18 *Et de illis Monialium, &c.*

IN hoc decreto plura statuuntur; primo 1
nempe ad multas ambiguitates ac scrupulositates removendas omnibus Monasteriis, tam virorum, quam mulierum, etiam Ordinum Mendicantium, conceditur facultas possidendi bona immobilia, & reditus, quamvis alias propriæ Constitutiones prohiberent, exceptis Capucinis, & Minoribus Observantibus, secundo ut in eisdem Monasteriis, ita effectis capacibus, non recipiatur monialium, seu religiosorum major numerus, quam Monasterii reditus sustentare valent, & tertio, ut in futurum Monasteria, vel domus regulares non erigantur, nisi cum licentia Episcopi, in cujus diœcesi erectio facienda est; quare de his distincte agendo

Quatenus ad primam partem pertinet 4
(ut alibi advertitur) duæ sunt regularium species; Monachorum scilicet, & Mendicantium.

Monachorum autem nomine veniunt pro- 5
fessores Ordinis sancti Benedicti, qui primus fuit in Ecclesia Latina, illeque divisus est in plures Congregationes, ut præsertim citra montes sunt, Cassinenses, Cistercienses, Carthusiani, Camaldulenses, Olivetani, Vallumbrosani, Silvestrini, & Montis Virginis, aliæque plures adsunt Congregationes ultra montes, præsertim in Germania Barbfeldensis, & aliæ; aliæque in Hispania, ac etiam in pleraque Germaniæ, Galliæ, & Poloniæ partibus idem antiquus ordo, qui Monachorum nigrorum dicebatur, retinet primævum institutum singularitatis Monasteriorum, ac etiam Monachi dicuntur professores Ordinis sancti Basilii, qui est primus in Ecclesia Græca. *Tit. de jurisdict. disc.* 29. & *de Regular. disc.* 19.

Mendicantes vero, originatie sunt qua- 6
tuor Religiones, quæ attento saltem tempore Apostolicæ approbationis, ac reductionis ad formam Universitatis, vel reipublicæ sunt coætaneæ; Prædicatorum scilicet Sancti Dominici, Minorum Sancti Francisci; Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum; ex quibus respective (prima excepta) aliæ prodierunt Religiones filiales, seu reformatæ per quamdam speciem restitutionis primi rigoris instituti, deindeque plures aliæ exortæ sunt Religiones, vel Congregationes etiam sub nomine clericorum regularium, quæ sub hac specie mendicantium veniunt. *Tit. de Regular. disc.* 63. & *de Regul. disc.* 57.

Canonici vero regulares, sub clero sæ- 7
culari potius recenseri solent, seu quamdam tertiam speciem constituunt, adeo ut neque Monachi, neque Mendicantes dicantur. *Tit. de præmiis. disc.* 24. & *dicto disc.* 19. *de Regul.*

Quamvis autem Mendicantium vocabu- 8
lum significet illam mendicitatem, cum qua, ad differentiam monachorum, isti ordines fundati fuerunt; attamen idem nomen retinent, quodammodo in ratione privilegiativa, quamvis immurato antiquo statu per indulta Apostolica particularia, deinde vero per hoc decretum consiliare, derelicta mendicitate, adinstar monachorum ex redditibus vivant; unde propterea stante introductione Religionum reformatarum, veram mendicitatem profitentium, inolevit distinctio, per antiquiores etiam tradita, inter Mendicantes per fictionem, seu privilegium, & illos per veritatem, ista etenim distinctio antiquiori tempore ac ante hujus decreti editionem, magis frequens erat, quoniam in eadem Religione divesimode vivebatur, quod scilicet in una provincia, vel regione, vel in aliquibus respective Conventibus vivebatur cum omnimoda mendicitate, in aliis vero locus, quod dissensionum, ac scandalorum occasionem præbebat, quasi quod illi, qui aliquos obtinebant reditus, institutum violarent, & scandalose agerent. *De distinct. Mendicantium dicto discurs.* 57. *de Regular.*

Ut itaque hujusmodi, ac aliis incon- 9
venientibus occurratur, istud prodiit decretum, per quod exceptis duabus Religionibus reformatis ejusdem Ordinis, Minorum Observantium, scilicet, & Capuccinorum, quæ primævum veræ mendicitatis, ac pauperatis Institutum profitentur generaliter, alii utriusque sexus regulares redditi sunt capaces possidendi bona, & reditus in communi.

Et consequenter, ex vulgari axiomate, 10
quod exceptio firmat regulam generalem in casibus non exceptis, statui potest propositio generica, ut omnis Religio, seu omne Institutum, vel Monasterium respective, præfatis duabus Religionibus, capacitatem habeat, atque sub genere mendicantium per fictionem, vel privilegium veniat.

Et quamvis aliæ habeantur Religiones, 11
quæ veram mendicitatem profitentur, ut præsertim est Religio Clericorum regularium, qui vulgo Theatini nuncupantur, ac etiam est Societatis Jesu, in domibus tamen professis, non autem in Collegiis; attamen est potius quædam mendicitas impropria, in ordine ad non retentionem bonorum stabilium, vel æquipollentium, ut ex eorum fructibus, vel redditibus vivatur, non autem circa illam mendicitatem de facto, quam profitentur Religiones in hoc decreto exceptæ; siquidem Theatini professentur quidem arctam pauperatem, adeo, ut etiam ostiatia mendicitas eis ex instituto interdicta sit, ut Divinæ providentiæ omnino commissi vivant, sed non prohibentur obtinere legata, & hæreditates, etiam bonorum stabilium, vel æquipollentium, ad effectum vendendi, ut ex pretio vivant, & sic habendi saltem in forte principali provisionem victus per tempus notabile, quod dictis Religionibus incapacibus est prohibitum; quamvis etiam ad effectum retinendi incapacitas est potius voluntaria, juxta Constitutionum declarationem, (me occasionem præbente) factam in quodam Capitulo Generali in vim suarum facultatum. *Ita disponitur in eorum Constitutione atque in earum moderata declarationibus ex meo consilio seqq. & insinuatur sub sit. de fideicommiss. disc.* 45.

Quo vero ad Societatem Jesu, ea dupli- 11
citer differt ab aliis Religionibus, primo nempe quoad personas eam professentes; & secundo quoad domos, in quibus vivunt, ideoque ad hujusmodi distinctiones est reflectendum, ne alias incidatur in æquivoca.

Prima distinctio personarum est, quod post expletum tempus probationis (quod in hac Societate est biennii) & quo tempore durante, juxta omnium novitiorum statum universalem, sæcularium potius jure censentur, aliquibus tantum privilegiis exceptis, pro quibus tamquam personæ ecclesiasticæ reputantur; quamvis in hac societate mittantur tria omnibus Regularibus communia vota, paupertatis, castitatis & obedientiæ, unde propterea quoad omnes

omnes alios effectus veri religiosi dicuntur; attamen quia emittendum est quoque ad aliquod tempus cum maturi ori consilio, quartum votum, per quod vere, & proprie in hac societate uiiri dicitur perfectus, & irrevocabilis contractus reciprocus, hinc inde obligatorius inter Religionem, & professorem, antea vero adesse dicitur contractus, qui adiuitur eorum, quæ habemus in materia alienationis bonorum Ecclesiæ, obligant privatum contrahentem, non autem ipsam Ecclesiam ante beneplacitum Apostolicum. *Sub tit. de alienat. & contract. disc.* 1. quod scilicet non potest quidem ipse religiosus exire a Religione, ac redire ad seculum pro ejus libito, bene tamen potest Religio cum ex aliquo motivo, cujus justificatio necessaria non est, eum dimittere, atque seculo a dictis primis votis absolutum restituere; hinc proinde quodammodo habentur tamquam adhuc existentes in statu probationis, cum habilitatione retinendi domicium, & possessionem bonorum, ac etiam de novo in hoc statu acquirendi ex testamento, vel ab intestato, quinimo retinendi beneficia simplicia, & pensiones; ac etiam retinent facultatem testandi, seu alias disponendi de bonis suis, compatibiliter cum voto paupertatis jam emisso, ob usum, & administrationem dependentem a voluntate superiorii, cujus nutui subjecti in hoc vivunt; adque nullam continet implicantiam ob auctoritatem, seu approbationem Pontificiam, cum incapacitas professorum tota pendeat a jure humano, seu positivo, cui Papa sine dubio derogat, vel dispensat; ac propterea in ipsa Societate, sive inter ipsos religiosos isti potius dicuntur scholastici, non autem professi, quorum titulus congruit solum magis solemniter professis, cum dicto quarto voto. *De his sub tit. de Regul. disc.* 62. & 63. *& sub tit. de testam. disc.* 36. *apud* Bich. *decis.* 32. *& decis.* 101. *part.* 10. *recent.*

Postquam vero ista professio sequuta est, tunc contrahitur, circa pauperatem, quædam omnimoda incapacitas, per quamdam speciem, vel assimilationem illius incapacitatis, quam contrahunt Minores Observantes, vel Capucini, non quidem circa contradictionem, ac retentionem, & administrationem pecuniarum jure simplicis administrationis, ac precarii usus ad nutum superiorum, cum id, quod prohibitum est Minoribus, & Capucinis, non sit prohibitum professis hujus Societatis; ad effectum ut nil penitus retineant de bonis, quæ prius habebant, minusque retineant habilitatem illa assequendi ex persona, & jure proprio, sive sit ab intestato, sive ex testamento condito ante professionem, quod postea per mortem restatoris perfectionem recipiat, quoad dispositiones universales, vel particulares directas, aut ex eodem quoad obliquas, & fideicommissarias successiones: & in summa, in iis quæ seculum, ac personam concernunt, habeatur omnino pro mortuo tamquam religiosus professus Religionis incapacis etiam in communi; & per consequens amittantur pensiones, atque vacent beneficia, acsiam cesset omnis facultas testandi, vel disponendi, cum similibus effectibus ex vero, ac perfecto statu regulari resultantibus. *Dicta disc.* 63. *de Regular. & disc.* 36. *de testamen.*

Non tamen isti professi sunt incapaces obtinendi ex donatione, vel ex testamento, aliave dispositione bona, hæreditates, & legata, quæ ex pietatis, vel benevolentiæ, aut gratitudinis motivo fiant ipsis jam religiosis professis, atque in hoc statu constitutis, ut directe totum acquirant Religioni, vel domui professæ, in qua vivant; cum ea tamen capacitate, quam ipsa domus professa habet, acquirendi scilicet ad effectum vendendi, & erogandi pretium in quotidianos usus currentes, non autem perpetuo retinendi ad redditum, ut infra. *Eod. disc.* 63.

Et quamvis aliqui id negent in hæreditatibus, admittant vero in legatis, ac donationibus, aliisque particularibus dispositionibus; attamen hæc distinctio nullum habere videtur probabile fundamentum, ut in meis rerum regularium annotationibus advertitur. *Eod. disc.* 63.

Quo vero ad alteram distinctionis partem, super capacitate scilicet ipsius Societatis in universum, ejusque domorum respective; quamvis per solam exceptuationem prædictarum duarum Religionum, nempe Capuccinorum, ac Minorum Observantium, ista societas, absque dubio caderet sub regula generali per illud conciliare decretum constituta in omnibus aliis Religionibus, attamen illi ejusdem Societatis professores, qui in eodem Concilio, cum tanto catholicæ Religionis ac Sedis Apostolicæ profectu aderant, ex commissione totius Religionis, ejusque superiorum, huic capacitati renunciarunt, atque nolle dictæ regulæ generalis beneficio uti declararunt. *Eod. disc.* 63.

Verum Concilium nullum desuper ferit actum

actum acceptationis hujus renuntiationis, nive desuper fuerit; ideoque eatenus istius Religionis incapacitas viget, quatenus eam inducant propriæ leges, & constitutiones, necnon Apostolica auctoritas eazumdem legum, & constitutionum approbativa; adhuc salva remanente illa potestate, quam eidem Religioni in Capitulo, vel in Congregatione generali, tam ipsæ leges, quam eadem Apostolica auctoritas tribuunt, id declarandi, vel moderandi ut temporum, & contingentiarum opportunitas exigeret. *Eod. disc.* 63. *& apud* Barattt. *decis.* 245.

Cumque illa omnimoda incapacitas cum vera, ac diurna ostiaria mendicitate mereque eleemosynali sustentatione, quam profitentur Minores Observantes, & Capuccini, hujus Religionis Instituto omnino incongrua sit, cum non possint adeo utrique spirituali, & temporali Reipublicæ proficua sacrarum, aliarumque literatum studia in hoc vitæ genere coli, tuumque profectum, ac durationem, tam discendo, quam alios docendo habere: hinc proinde cum summa prudentia statuta est ejus domorum distinctio, seu diversitas, inter Collegia scilicet, & domos professas, ut istæ incapaces reddituum, ac bonorum retentionis, ac jurium stabilium, vel quæ pro stabilibus habentur, existant tamquam de Religione vere & proprie mendicanti, & incapaci etiam in communi; illa vero capacia sint retentionis bonorum stabilium, aliorumque jurium æquipollentium etiam in redditu, compatibiliter tamen cum statu vere mendicanti ipsius Religionis, per quamdam speciem illius capacitatis, quam habent simplices professi trium votorum ut supra, ad usum scilicet, ac administrationem precariam ad nutum superiorum, pro illis usibus, quibus eum inceritis eleemosynis, & cum ostiaria quæstuatione, ac vera mendicitate occurri non potest. *Eod. disc.* 63. *de Regularib. late, & ex professo* Fagnan. *in cap. in præsentia de probat.*

Quemadmodum etenim, etiam in Minoribus Observantibus & Capuccinis, permittitur respective quædam capacitas pro sacristia, & infirmaria, & fabrica Ecclesiæ vel Conventus, eo quia id respicit illos usus, quibus alias occurri non potest. *Eod. tit. de Regular. disc.* 55. ita dicendum est de hoc uso studiorum adeo Ecclesiæ universali, totique Reipublicæ etiam temporali proficuo.

Omnisque in hoc difficultas cessat, ob subsequutas Apostolicas declarationes, vel concessiones post Constitutionem primævi instituti confirmatorium, quæ dubitandi ansam plenissime dedit, atque quæstiones desuper excitavit apud eos, qui ante dictas declarationes, vel moderationes scripserunt. *Dicta decis.* 101. *part.* 10. *rec. & dicta decis.* 245. Burattt. *& dicto disc.* 63. *de Regular.*

In Collegiis enimin non cadit illa dubitandi ratio, quæ cadit in Domibus professis, ut infra circa potestatem acceptandi hæreditates, & legata cum oneribus missarum, & anniversariorum (quidquid aliqui dubitent, sed male, & absque fundamento,) quoniam ista incapacitas in Domibus professis non stat principaliter, ac de per se, sed accessorie, & consecutive tamquam consequens necessarium, quod scilicet, dum istæ Domus sunt incapaces retinendi bona stabilia in redditu, de consequenti desinit subjectum necessarium pro hujusmodi oneribus perpetuis, ista vero ratio cessat in Collegiis, ideoque nullum suppetit dubitandi fundamentum probabile.

Et quamvis ad sensum Regulæ, aut ad mentem S. P. Fundatoris, sive ex Constitutionibus hujus Societatis institutum prohibeat acceptationes onerum perpetuarum missarum, ac anniversariorum; attamen id procedit circa illas acceptationes correspectivas, quæ fiant in forma contractus præcisi, & obligatorii, do, ut facias, ut alibi de hac specie acceptationis particulariter agitur. *Tit. de donation. disc.* 24. Adeo ut exinde sequeretur violatio instituti, ut omnia spiritualia munia gratis ab ejusdem Instituti professoribus impendantur, nil autem prohiberi videtur, ut benefactore ejus debiderium, seu voluntatem explicante, quod aliqua suffragia pro ejus anima applicarentur, id sequi non valeat, cum id contineat expressionem ejus, quod inest, dum etiam sine hac expressione, donatario illud gratitudinis onus incumbit. *Tit. de Regul. disc.* 1. Omniaque sacrificia, & alia spiritualia officia, quæ indies fiunt, secluta conventionali, ac præcia obligatione, ex debito charitatis, & gratitudinis, benefactoribus potius applicari debent, dum etiam in adeo prohibita materia usuraria damnatum non est, sed potius laudabile, ut mutuatarius mutuatori aliquod gratitudinis officium impendat, quoties obligatoria pactio non accedat. *Sub tit. de usur. pluries.* Idemque in materia beneficiali, vel simili spirituali, in qua simoniaca labes cadat, cum totum consistat in pactione. *Tit. de benefic. disc.* 36.

Et nihilominus in Collegiis, in quibus, ut supra, perpetuæ retentionis capacitas viget, nil prohibet, etiam onera obligatoria acceptari, quorum tamen implementum non ab ipsis professoribus, sed a clericis sæcularibus fiant, adeo ut non sequatur violatio Instituti præstandi gratis illud spirituale munus, cum tunc in ea parte executoris, vel debitoris vires ipsum Collegium gerere dicatur.

Sicut enim nulla dignositut prohibitio acceptandi ex donatione seu legato, sive ex contractu correspectivo acquirendi bona stabilia gravata annuis censibus, vel canonibus ac livellis, cum onere illa solvendi singulis annis; vel statutis temporibus eorum creditoribus; ita non videtur, quid prohibeat acceptare hæc onera, pro quorum implemento singulis diebus, vel statutis temporibus congrua eleemosyna aliis clericis sæcularibus, vel regularibus missas celebraturibus tamquam species solutionis census, vel livelli præsterur, cum punctus vere consistat in eo, ut ipsorum professorum institutum non violetur, celebrandi scilicet missas, aliaque divina in forma, vere, ac præcise stipendiaria.

Quatenus vero pertinet ad Domos professas, ut in rerum regulatium sede particulatiter advertitur *Dicto disc. de regular. disc.* 63. omnimoda incapacitas, ac summæ paupertatis, veræque mendicitatis institutum percutit retentionem perpetuam, vel ad longum tempus, ne ita victus certitudo ex fructibus, vel redditibus sequatur, non autem percutit acquisitionem, ad effectum vendendi, ut pretium exinde redigendum, currentibus, & quotidianis usibus applicetur; sive de legatis, ac particularibus elargitionibus agatur, sive etiam de hæreditaribus (quidquid aliqui male, ac sine probabili fundamento dubitent, atque inter hæreditates, & legata distinguant in spiritualibus enim, sive in piis, & ecclesiasticis dispositionibus, per quas Deo elargiri iciur, subtilitates, ac distinctiones juris civilis inter hæreditates, & legata, sive inter universales, & particulares, vel directas, & obliquas dispositiones non dantur, sed sola veritas naturalis attenditur. *Tit. de fideicommiss. disc.* 108. & *tit. de restament. disc.* 13. *cum plur. seqq.* Ideoque nulla subest probabilis differentiæ ratio, cur donationes, & legata præmisso modo acceptati valeant, non autem hæreditates.

Argumentum vero a Minoribus Observantibus, & Capuccinis non instat; tum quia istorum incapacitas a Concilio præscripta est necessitate; illa vero hujus Societatis esse videtur potius voluntaria ut supra; tum etiam quia si argumentum procederet, idem in legatis, & donationibus bonorum stabilium, vel æquipollentium, ac in hæreditatibus procedere deberet. *De legato particulari in Capuccinis sub tit. de fideicommiss. dicto disc.* 108.

Id autem in hoc Instituto practicabile non est, sed ei omnino congruunt loculi, quos ipse D. N. Jesus Christus ad informandam Ecclesiam habere voluit, ob omnimodam diffomitatem institutorum; illud etenim Minorum, juxta ejus originem in earumdem rerum regularium annotationibus insinuatam, anachoriticam, & contemplativam vitam potius redolet. *Tit. de Regul. disc.* 7. *& tit. de præmin. disc.* 11. *& alibi*. Ideoque Ecclesiarum, & domorum humilis, ac exiguus status congruit, humilisque, ac ruvidus est vestitus, modicus sumptum exigens; ac etiam connaturalis est ille cibus, & potus quem horiorum ab eis cultorum olera atque sitarcitrum oblaria quæstuatio fragmentorum tribuant, ut antiqui Anachoritæ in usu habebant.

Comparative autem, illud institutum, compatibiliter cum paupertatis, ac religiosæ humilitatis observantia, aliquem amplioremsumptum exigit, vel majori sublidio indiget, quoniam licet vestitus, comparatione clericorum sæcularium, qui sericeo, ac pretiosis pannis licite induuntur, sit rudis, & humilis, adhuc tamen est habitus clericorum, cum veste & pallio, ac pileo, & birero, ac etiam cum tunica decentibus, ultra alias vestes interiores, & calceamenta, ideoque aliquem majorem sumptum in pecunia exigit, neque ex oblaria quæstuatione comparari valet; prout etiam, licet comparatione sæcularium victus valde sit moderatus, & parcus, adhuc tamen cum bene regulatum, ac uniformem esse necessitas cogit, cum de viris agatur saltem pro majori parte nobilibus, qui sacrarum aliarumque literarum studiis altissimis dediti sunt, atque vitæ activæ, ad proximorum salutem, & Catholicæ Religionis conservationem, & augmentum vacant, ideoque quodammodo impossibile est, ut diuturnum victum, irregularem, maleque compositum pati, vel sustinere possint, sed necessarii sunt loculi ad congruas provisioaes.

Ac etiam, quia nil forte magis Religiones, in sui Instituti, ac disciplinæ regularis observantia conservat; nisi omnium professorum cœqualis, ac sufficiens in victu, & vestitu, aliisque necessariis provisio; nihilque institutum, ac disciplinam adeo labefactat, quam inæqualitas, ob quam versicerur Apostoli dictum, quod unus quidem esurit, alius vero ebrius est; igitur præcise necessaria est opportuna provisio, quæ non nisi ex legatorum, ac hæreditarum aliarumque similium notabilium elargitionum pertio sortiri potest.

Potissime quia, pro ejusdem vitæ activæ melioti exercitio, decentioique Dei cultu, ac populorum allectione ad spiritualia officia, & exercitia, ad animarum salutem præordinata, magis decorum, seu minus depressum est institutum in Ecclesiis, earumque ornamentis, ac etiam in domibus; ideoque argumentum a Minoribus, & Capuccinis omnino extraneum est, ac impropium, ob tot rationis diversitates, ac propterea, ut supra advertitur, ea quæ etiam in Minoribus conceduntur pro fabrica, vel sacristia, & infirmaria, huic instituto generaliter etiam pro sustentatione congruunt.

Unica itaque dubitandi ratio respectu domuum professarum cadit circa eas dispositiones, quæ missarum, vel anniversariorum onus annuum habeant, juxta casus particulares in dictis rerum regularium annotationibus recensitos, *dicto disc.* 63. *de Regular.* In quorum illo, quem adhuc pendere indecisum ibi insinuatum est, prodit resolutio pro incapacitate, quodque propterea Fabricæ facultates intrarent in ea rata bonorum, quæ oneribus perpetuis respondeat; verum in resolutionis obsequium intellectus non de facili captivari potuit, triplicem enim rationem ista incapacitas onerum habere potest; primo scilicet superius insinuatam, quod cum adsit incapacitas retinendi fundos in perpetuum, vel ad longum tempus, de consequenti non est practicabile hoc onus perpetuum ex defectu subjecti; secundo quia, ut etiam supra advertitur, id instituto adversatur, ut sacrificia missarum, aliaque divina in forma stipendiaria ministrentur; & tertio quod ita paupertatis, ac veræ mendicitatis institutum destrueretur, ut occasione Minorum, circa dispositiones favore sacristiæ alibi advertitur.

Nullum autem ex his subsistere videtur, quoties onus præcise ipsimet societatis professoribus præcise injunctum sit, per ipsos, & non per alios explicandum, & cum pro præsupposito fertur in dicta resolutione

professum esse, (incertum tamen est, ex quo fundamento;) siquidem quoad primum, quemadmodum nil prohibet acquirere bona, censibus, & livellis, aut canonibus, aliisque annuis præstationibus onerata, eaque gravata vendere pro eo minus, ita in præsenti, ut supra insinuatur; ad secundum responsum est supra occasione Collegiorum; & ad tertium latius responderur in præfatis rerum regularium particularibus annotationibus, *dicto disc. 63. de Regular.* quod scilicet punctus est, in fine seu effectu, cui prohibitio innixa est, ne hujusmodi onerum emolumenta, in ipsorum professorum sustentationem tendant, unde resultet illa victus & vestitus certitudo, quæ veræ mendicitati adversatur; ad hujusmodi vero ambiguitates dirimendas, commendabile crederem, ut in vim ejus facultarum ipsamet Societas in Capitulo, vel Congregatione generali ista clarius declararet, ut de meo consilio fecit altera Religio Clericorum Regularium, qui Theatini nuncupantur.

Ex dictis autem duabus Religionibus ab hoc decreto consiliari exceptuanis, illa Capuccinorum, adhuc rigorosum, primævum retinet institutum; sed quoniam altera Observantium aliqualiter cæperat ab eo deviare; hinc propterea in eadem prodiit reformatio super Instituti rigorosa observantia, quæ si non de jure, saltem de facto quamdam diversam Religionem constituere videtur, sub nuncupatione Reformatorum, ad differentiam Observantium, qui nuncupantur de familia, *eod. tit. de Regular. disc.* 1. *& in aliis pluries*. Dum in istis introducta fuerat retentio aliquorum stabilium, ac reddituum; verum in Capitulo generali, celebrato de anno 1620. edixe fuerunt Constitutiones Apostolica auctoritate confirmatæ in Bullario eriam insertæ, per quas hujusmodi redditus dimissi fuerunt, unde propterea ex eorum aliquibus nonnulla beneficia ecclesiastica tunc erecta fuerunt, alii vero applicati fuerunt Fabricæ Sancti Petri.

Sed postmodum iidem per Apostolicum decretum habilitati fuerunt ad exigendum eosdem redditus a spontaneis datoribus tantum, absque facultate exigendi ab inviis, a quibus eadem Fabrica exigit; & consequenter saltem de facto aliqua dignosci videtur veræ, ac rigorosæ mendicitatis relaxatio, cum ex primævo instituto, quod Capuccini, & Observantes reformati profitentur, non solum adsit incapacitas hæreditatum, & legatorum, aliarumque dispo-

sitionum ad effectum retinendi, sed etiam ad effectum acquirendi ut bona vendantur, atque pretium in victum, & vestitum aliaque necessaria erogetur, cum ita cessaret, vel relaxaretur Institutum, quod est vivendi indies ex vera, & ostiaria mendicitate, adeo ut nihil proprium possideatur, dum etiam domus, in quibus vivunt, eorumque horti, & officinæ in dominio Ecclesiæ universalis, vel Sedis Apostolicæ esse dicuntur, ipsæ autem Religiones precarium usum tantum habent. *Dicto disc. 35. de Regul.*

13 Procedit autem ista omnimoda incapacitas super iis, quæ ipsorum religiosorum sustentationem concernunt, cui per dictam veram, & ostiariam mendicitatem consultum esse potest, eleemosynaliter vivendo; non autem in iis, quibus per hanc viam occurri non potest, sed necessarius est usus pecuniarum, etiam in aliqua notabili quantitate; ut puta pro nova constructione, sive pro refectione, & congruo ornamento Ecclesiarum, & Conventuum, vel hortorum, aliarumque officinarum; necnon pro sacra suppellectili sacristiæ, vel pro infirmaria, & libraria, &c. Quoties tamen sincere id sequatur, adeo ut non sit color quæsitus, ut regulæ fraus fiat, quia nempe sub pallio Sacristiæ, vel Ecclesiæ, emolumenta convertantur in provisiones victualium pro ipsorum religiosorum sustentatione, super qua totus est punctus, ut scilicet, ista ex vera & ostiaria mendicitate esse debeat, per quam dictis aliis usibus consuli non potest. *Eodem disc. 35. de Regular.*

14 Altera est hujus decreti pars, ut in Monasteriis, vel Conventibus capacibus in communi non adsit major numerus religiosorum quam redditus ferant; super hoc autem, in Monasteriis monialium, generaliter provisum est, cum præfinitione certi numeri, qui consulta Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, augeri, vel respective reduci soleat, prout reddituum excrescentia, vel decrescentia suadeat, neque ultra numerum moniales admittuntur, nisi soluta dote duplicata, ut ita supranumerariæ moniales Monasterio onerosæ non sint. *Sub tit. de dote disc. 167. ubi de dotibus monialium.*

15 In Monasteriis autem, vel Conventibus virorum, quoties singulari jure regantur, eo modo quo faciunt Monasteria monialium juxta praxim aliquarum partium, ultra montes, ut supra, *sub tit. de jurisdict. disc. 26. & sub tit. de Regul. disc. 19.* Et tunc idem dicendum venit, ut si non præcise, saltem moraliter, certus numerus, juxta capacitatem præscribi debeat ad istius decreti formam; quamvis forte praxis in oppositum se habeat, quod scilicet adesse solet longe minor numerus, quam vires exigant, eo quia Abbatiæ illorum Monasteriorum, ad redditum, & locupletationem Abbatum, seu Commendatariorum consersi solent. *Habetur sub tit. de locat. & conduct. disc. 25. ubi de distinctione mensarum Abbatis, Commendatarii, & Monasterii, & alibi.*

Ubi vero juxta usum inconcussum Italiæ, ac majoris partis Orbis Catholici, & præsertim Religionum Mendicantium, ad quarum instar, etiam Religiones Monachales, laudabiliter quoque se regunt, regimen sit per viam Reipublicæ, seu universitatis, tamquam per communionem omnium Monasteriorum, vel Conventuum, constituentium unum corpus, seu unam universitatem, sub Generali, vel respective provinciali Rectore. *Tit. de Regular. disc. 1. cum plurib. seqq. & per tot.* Et tunc certa, & determinata regula desuper cadere non videtur, adeo ut istud decretum, consilium potius redoleat, quoniam singulis annis, vel triennii, aliisve statutis temporibus, in quibus comitia celebrantur, pro diversis Religionum legibus, vel stylis, varia esse solet assignatio religiosorum, in qualibet domo, juxta temporum contingentias, habita ratione non solum redditurum certorum, sed etiam incertorum ex quæstuatione, ubi ea in usu sit, aliisve eleemosynis, ac emolumentis incertis.

Ac etiam quia (ut in rerum regularium annotationibus advertitur) *ibidem proxime*, in hujusmodi Religionibus adeo præcise urgere non videtur illa prohibitio, quæ de jure viget, inter singularia, & independentia Monasteria, ut bona, vel redditus unius alteri non applicentur, cum quandoque expediat pro bono publico Religionis in aliquo Conventu ad tempus habere majorem numerum religiosorum, ultra solitum, atque ultra vires subveniendo cum collectis, vel cum alio peculio totius Religionis, vel provinciæ. *Advertitur præsertim dicto tit. de Regular. disc. 32.* Atque præsertim ego in praxi vidi in Civitate Salerni in primis annis meorum studiorum, quod, cum in quodam Conventu conspicuæ Religionis grave scandalum contigisset, idcirco prudentissime superiores ibi introduxerunt novitiatum, atque collocarunt graviores, magisque probatos, & exemplares religiosos continuo se exercentes in concionibus aliisque spiritualibus exercitiis, vel pias operibus cum maxima exemplaritate, adeo ut ad breve tempus illa fuisse opinio penitus abolita fuerit, supplendo aliunde pro illis sumptibus, quos Conventus vires ferre non poterant, dum in hujusmodi Religionibus, quæ ita sociativo jure per modum Reipublicæ reguntur cum proficua obedientiaria mutatione religiosorum de loco ad locum, ista commutatio (justa causa accedente) diffinitorio præsertim generali, vel provinciali, universam Religionem, vel respective provinciam in comitiis repræsentant, prohibita non videatur, quamvis regulariter singulorum Conventuum, vel domorum redditus, ac vires attendantur, ut moderna praxis docuit in reformatione, ac respective suppressione parvorum Conventuum, in quibus ad minus sex religiosi sustentari possent facta per Innocentium.

16

17 Tertia hujus decreti pars est, ut nova Monasteria, vel novi Conventus fundari non possint sine consensu Diœcesani; istud autem decretum aliquibus occasionem dedit opinandi, quod per illud correcta esset dispositio antiquorum canonum prohibentium novas fundationes, præsertim Mendicantium, absque beneplacito Apostolico, quasi quod ista solus consensus Ordinarii sufficeret; contrarium autem verius, magisque receptum est, titantibus præsertim modernis Constitutionibus Apostolicis Gregorii XV. Urbani VIII. & Innocentii X. ut copulative requiratur consensus Apostolicus explicari solitus per organum Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, ac etiam ille Diœcesani, necnon Parochi, & cleri, ac populi, atque etiam pro qualitate locorum, & Religionum respective consensus aliorum regularium existentium in eodem loco intra certum cannarum spatium, juxta singularum regionum diversa privilegia, sive intra ambitum quatuor milliariuum respectu mendicantium per veritatem, neque licentia Apostolica concedi solet, nisi, ad præscriptum 18 dictarum Constitutionum, duodecim ad minus religiosorum numerus sustentari valeat, ut in rerum regularium annotationibus magis distincte novarum fundationum requisita recenseantur. *Eodem tit. de Regular. dicto disc. 32.* Magis autem exacte, ac rigorose per dictam Sacram Congregationem proceditur in novis fundationibus Monasteriorum monialium, ne alias circa vitam communem ac sufficientem sustentationem resultent illa inconvenientia, quæ

* *Conc. Trid. cum Gall.*

tolerare oportet in Monasteriis antiquis, absque congrua dote fundatis, ideoque congrua dos, vel provisio rigorose requiritur.

DISCURSUS XXXVI.

Ad Sessionem 25. de Regular. cap. 4. & 5.

SUMMARIUM.

1 *Religiosi debent servare clausuram, & vivere in claustris.*
2 *Dari solet Religiosis licentia vivendi extra claustra.*
3 *Ex tunc subjacent Ordinario.*
4 *Religiosi decedenti extra claustra, succedit Camera Apostolica, quod declaratur.*
5 *De restitutione, & conservatione clausuræ monialium commissa Ordinario.*
6 *Quod etiam ad Ordinarium spectet dare licentiam pro accessu ad Monasteria.*
7 & 8 *Assignantur rationes.*
9 *Quare exemptio non suffragetur in concernentibus curam.*
10 *Quod expediat etiam in hoc adhiberc brachium seculare tamquam personæ potentis.*
11 *Unio, seu bona lex utriusque potestatis opportuna est pro bono regimine.*
12 *De jurisdictione Ordinarii cum Religiosis accedentibus ad Monasteria monialium.*
13 *An hæc jurisdictio impediatur per Nuntium Apostolicum Commissarium generalem exemptorum.*
14 *An Magistratus, vel deputati seculares jus habeant in custodia clausuræ monialium.*
15 *De introductione puellarum in clausuram gratia educationis, vel alia causa.*
16 *De aliis ad materiam clausuræ.*

1 REligiosorum utriusque sexus vita præscribitur sub clausura, ut ita tollantur abusus, qui prius irrepserant, præsertim in religiosis vitis, qui more seculario, Principum & Magnatum, vel Prælatorum aulico servitio mancipati vivebant, seu alias extra claustra morabantur; id autem hodie raras producit forenses quæstiones, cum ad hujus decreti normam, atque

per singularum Religionum Constitutiones, ac provisiones, Sacræ Congregationis Regularium etiam in viris, illa clausura, quæ eis proportionata est, inconcusse servetur, adeo ut viventes extra claustra, severe puniantur, ratione sint casus, in quibus ex aliqua urgenti, & justa causa per Sanctissimum, prævia consultatione Sacræ Congregationis, aliquibus religiosis concedatur licentia vivendi extra claustra, habitu retento, vel etiam quandoque in habitu clerici secularis, regulari tamen statu firmo remanente, *enunciatur casus sub tit. de Regul. disc.* 43. Ubi vero extra claustra vivant, Episcopo, seu Ordinario loci subjiciuntur, ut infra in hac eadem *Sessione cap.* 14.

4 Necnon ex alias insinuata Constitutione 43. Gregorii XIII. religioso extra claustra viventi non succedit Monasterium, vel Religio, ut de jure succedere debet, potius ex ratione occupationis peculii jure proprio, quam jure successorio, sed succedit Camera apostolica; quod tamen intelligendum venit in iis bonis, quæ ab eo quæsita sint, seu alias obvenerint; dum extra claustra viveret; secus autem in iis, quæ perisquam a claustris exiret, Monasterio, vel Religioni jam quæsita erant, cum factum culposum religiosi non debeat Religioni, vel Monasterio præjudicare, illique jus quæsitum tollere. Rot. *decis.* 121. *num.* 17. *& seqq. part.* 7. *rec.*

5 Majores autem quæstiones, quæ in ista Sacra Congregatione Concilii, vel in altera Episcoporum, & Regularium, & quandoque etiam in Rota, live in partibus, coram Legatis, vel Nuntiis Apostolicis haberi solent, percutiunt secundum decretum, super restitutione, & conservatione clausuræ monialium in Monasteriis exemptis, quæ sub regularium, vel aliorum inferiorum Prælatorum regimine, ac jurisdictione sint, qualis scilicet jurisdictio delegata competat Diœcesano, seu Ordinario loci, exemptivis privilegiis non obstantibus, circa materialem Monasterii visitationem, quæ Diœcesano competit, ad effectum recognoscendi clausuram, an bene custodita sit, cum hoc jus hodie sit extra quæstionem, quamvis alter Apostolicus Visitator, vel superior adsit, ut in rerum regularium annotationibus, ac etiam in materiis jurisdictionalibus plenius, magisque distincte advertitur. *Sub tit. de jurisd. disc.* 26.

6 Et rogit super custodia continuata clausuræ formalis, pro accessu scilicet sæcularium ad Monasteria monialium, tam pro alloquutione cum eis etiam per crates extra clausuram, quam etiam pro ingressu in clausuram medicorum, chirurgorum, & artificum, pro illis operibus quæ necessaria sint, ad quem scilicet in Monasteriis exemptis sub jurisdictione, ac administratione regularium, vel alterius inferioris Prælati pertineat, licentias concedere, atque licet pro locorum, vel dictorum diversitate, de facto diversa esse soleat praxis, adeo ut omnino certa regula generalis, quibuscumque Monasteriis, ac Religionibus applicabilis, non de facili statui valeat, Regulariter tamen, ubi diversa consuetudo limitationem non suadeat, juxta declarationes Sacræ Congregationis, cum quibus hodie procedi solet, hujusmodi licentiæ concedi debent per Episcopum, seu Ordinarium, cui clausuræ custodia commissa est conjunctim cum Prælato Regulari, si ex consuetudine licentia solius Ordinarii non sufficiat,

Idque probabili non caret ratione, quoniam accessus ad Monasteria, etiam pro alloquutione cum monialibus extra clausuram, concreuit ejusdem clausuræ custodiam, dum per hujusmodi frequentes alloquutiones contrahuntur illi amores, ex quibus clausuræ violatio resultat, quæ ita per easdem alloquutiones præordinatur, ideoque intrat juris regula, quod concesso fine concessa censeantur illa omnia media, sine quibus ille finis obtineri non potest. *Eod. tit. de jurisdict. disc.* 18. *& eod. tit. in suppl. in Sanct.*

Alia etiam convincenti ratione accedente, quod clausuræ custodia non consistit solum in ea jurisdictione, quæ habeatur, ac exerceri valeat in ipso Monasterio, ejusque ambitu, sed consistit in reprimendo cum pœnalibus, & rigorosis edictis populum, & clerum sæcularem, ne ad Monasteria accedant, seu alias cum monialibus correspondentiam habeant cum epistolis familiaribus, vel cum fiduciariis missis, ac nuntiis, seu cum muneribus, quoniam frequenter contingit, quod, prohibito etiam accessu personæ, non exinde malo occurritur; ac propterea rationabiliter ita statutum est, ut etiam in Monasteriis exemptis sub regimine, ac jurisdictione inferioris Prælati, Ordinarius loci, qui habet jurisdictionem territorialem in universum, atque coercere potest clerum, & populum sæcularem, sciat quinam ad Monasteria accedant, atque in eis conversentur, etiam extra clausuram, multo vero magis respectu eorum, qui clausuram ingredi

gredi debeant. *Eod tit disc.* 18. *de jur fulli. & in supplemento.*

Unde propterea adaptati videntur ea, quæ pluries insinuata sunt super exemptivorum privilegiorum moderatione prudentissime ab hac Sacro Concilio, ac recentioribus Constitutionibus Apostolicis post ejus publicationem editis, præsertim Pii V. Gregorii XIII. & Gregorii XV. super jurisdictione Ordinario loci delegata etiam in Ecclesiis, & personis regularium, aliorumque exemptorum in concernentibus curam animarum, & administrationem sacramentorum cum cleto, & populo sæculari, quoniam jurisdictio in effectu non percutit ipsas Ecclesias, vel personas exemptas de per se consideratas, sed percutit ipsum clerum, & populum Ordinario commissum; ideoque illius respecta nimium opportunus, quinimo necessarius est iste saltim cumulativus interventus Ordinarii loci cum Prælato inferiori. *Dicte disc.* 18. *& 26. cum seqq. & in supplemento eod. tit. de jurisdict.*

Quinimo neque iste sufficere solet, quoniam in illis Principatibus, vel ditionibus, in quibus non permittitur Episcopis liber usus gladii temporalis, ac familiæ armatæ cum laicis, eos carcerando, sive in bonis, vel in persona puniendo, ob accessum ad Monasteria monialium, vel ob alias edictorum contraventionem, unde propterea conceditur solum usus gladii spiritualis cum censuris, qui a male morigeratis, atque cum depravata intentione affectantibus amicitiam monialium, non timetur, cum ipse actus de sui natura præferat contemptum timoris Dei; hinc proinde (ut ego met expertus sum) melior medicina esse solet implorare authoritatem Magistratuum sæcularium, non tamquam Judices competentes, sed tamquam personas potentes, ut cum pœnis personalibus, vel pecuniariis, quæ ob depravatos mores de facto magis timentur, ita cumulative, atque ad eumdem finem laici coerceantur; non ut quidem ipsis aliqua jurisdictio, vel participatio concedenda sit, in hoc spirituali regimine Monasteriorum monialium, sed (ut dictum est) tamquam per speciem assistentiæ, ac impartitionis brachii potentis, ut cum pœnis temporalibus coerceantur illi, qui cum spiritualibus coerceri non possunt, ut etiam habemus recepturn in materia recursuum *Juxta decis.* 36. *Antiq. de appell.* cum distinctione de qua *apud* Bich. *decisione* 282. *num.* 5. *& sub tit. de judic.* in materia recursuum.

Ideoque cum in mea patria ob Episcopi prædecessoris nimium benignam naturam, quæ quamdam ineptiæ speciem redolere videbatur, aliquam licentiam sibi assumpsissent laici frequentandi Monasteria monialium, ego Electus Vicarius Capitularis, optimam expertus fui hanc medicinam, curando, ut eodem tempore, quo rigorosa edicta publicavi sub comminatione censurarum, per Magistratum sæcularem alia rigorosa edicta cum comminatione pœnarum temporalium publicarentur pro exequutione, ac observantia *Regiæ Pragmaticæ primæ de Monialibus*.

Hinc proinde, tam ista occasione, quam alias frequenter expertus sum, quod bono subditorum regimini, ac justitiæ administrationi, nimium opportuna, & proficua est utriusque potestatis, spiritualis & temporalis bona correspondentia, & unio, quodque e converso, perniciosus est ille indifferetus zelus, seu ilia insulsa zelotipia, cum qua utriusque fori Magistratus vivere solent; id etenim subditis male vivendi licentiam tribuere solet, magnaque producit inconvenientia, dum iidem subditi, ut male vivendi licentiam habeant, fissuras, & controversias jurisdictionales excitare studeant, ut ita ad æmuli protectionem contra proprium superiorem recursum habeant; non quod una potestas sibi præjudicare debeat, atque dare alteri id, quod de jure, vel de more regionis non competat, dum ipsum net Evangelium præcipit, ut dari debeant, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, sed ut ita ex duobus gladiis concordibus, uno alterum juxta opportunitatem confovente, eisque ad unum eumdemque finem tendentibus Reipublicæ quies, rectaque justitiæ administratio resultet; malum vero in eo consistit, quod utraque potestatem respective repræsentantes, ac exercentes, dictum bonum non quærunt, neque curant finem, sed alterum propterum, turpis lucri & extorsionum.

Ex eisdem rationibus, de quibus supra, tam per hoc Sacrum Concilium, quam etiam clarius, ac uberius per Apostolicas Constitutiones; illam præsertim Gregorii XV. jurisdictio conceditur Ordinariis locorum coercendi, ac puniendi regulares exemptos accedentes ad Monasteria monialium, etiam gratia simplicis alloquutionis, seu alias contravenientes edictis eumdem finem percutientibus; cumque ob affectatas glossas, seu interpretationes, quas scriptores Morales proprium causam principaliter

agentes, Concilii decretis, & Apostolicis Constitutionibus traditerunt, controversiæ indies oriuntur, hinc ista Sacra Congregatio Concilii per viam decreti generalis, seu circularis omnem quæstionem in hoc proposito sustulit.

Atque prætendente Nuncio Neapolis, 13 quod Archiepiscopus post editionem hujus decreti, quod ipso instante prodiit, quamvis generaliter ad omnes extensum esset, non potuisset carcerare quemdam regularem ob accessum ad Monasterium monialium, ex eo, quod ipse esset in eo Regno generalis commissarius regularium, & exemptorum; re delata ad hanc eamdem Sac. Congregationem, per istam prodiit resolutio Archiepiscopo favorabilis, eo quia dicta Nuncii potestas non induceit privativam ad Ordinarios locorum in iis casibus, in quibus cum regularibus, ac exemptis ipsi jurisdictionem habeant, cum pariter ipsi Ordinarii sint Commissarii, ac delegati Apostolici. *Tit. Miscellan. Ecclesiast. disc. 16. cum ibi proxime, cumque in casu, de quo dicta disc. 16. Sacr. Congregatio Concil. declaraverit, quod Regulares etiam contravenientes precaverint moraliter, aliqui vero moraliter cum eorum subtilitatibus, ac idealibus argumentis prætenderent id non subsistere, habita super hoc particulari disputatione in eadem Sacr. Congregatione Concilii sub die primæ Octobris 1672. hæc opinio damnata fuit, ac reputata temeraria.*

14 In hoc item proposito clausuræ monialium (ut alibi in meis annotationibus insinuatur) tam ubi de exemptis, quam de non exemptis Monasteriis agatur, quæstiones esse solent inter Ordinarios locorum, & Magistratus sæculares Communitatum, vel alios hoc jus habere prætendentes, ut scilicet Ordinarius ingredi non possit clausuram, sive aliis ingrediendi licentiam concedere, absque illorum participatione, ac interventu; quoties etenim id non provideat a lege, quæ in limine fundationis legitime de consensu Papæ, vel Ordinarii adjecta sit, sive quod ob immemorabilem bene probatam illa allegari valeat, verius est, eo certius per istam, vel per alteram Episcoporum, & Regularium Congregationem declaratum, ut id in ratione auctoritativa, & jurisdictionali contra Ordinarium juvarum prætendi non valeat; bene tamen sit prudens consilium eorumdem Ordinariorum, ut istam consuetudinem, ubi vigeat, fervent, imo, ubi non vigeat, introducant, cum ita magis eorum indemnitati in casu, quo scandala & inconvenientia resultant, consultum remaneat; *Advertitur eodem tit. de jurisd. disc. 27. & alibi.*

Super aliis autem, quæ in hoc decreto disponuntur, circa egressum monialium a 15
clausura, vel introductionem sæcularium in eamdem, & præsertim puellarum gratia educationis, earum est in foro agere, cum postea per plures provisiones illius, vel alterius Sacræ Congregationis Episcoporum, & regularium, aut per Constitutiones Apostolicas satis provisum sit, dum Ordinariis interdicta fuit in magna parte illa potestas, quam alias ipsi habebant, neque licentia introductionis puellarum, gratia educationis, vel aliarum mulierum alias quam ratione susceptionis habitus, & monachagii per eos conceditur, sed id pertinet ad Sacram Congregationem Episcoporum & Regularium, præterquam ubi urgens necessitas, quæ dilationem non patiatur, quandoque alias suadeat.

Circa vero introductionem puellarum in 16
clausuram, seu aliquem egressum monialium ab ipsa, & super incursu censurarum, aliarumque pœnarum, earum est in foro contentioso agere, cum potius ad professores fori interni de his agere pertineat, ideoque viro forensi parum congrua videntur; Potissime, quia consuevi collectores in his nimium se diffundunt, ideoque apud eos opportune videri potest.

DISCURSUS XXXVII.

Ad Sessionem 25. de Regular. cap. 6. & 7.

SUMMARIUM.

1 *De jure communi, quando electio debeat esse secreta.*
2 *Quod non debet esse talis in electione Prælaturæ Regularium.*
3 *Id innovatum est per Concilium, quod dat hanc formam præcisam.*
4 *De ratione, ob quam in Regularibus ita statuitum est.*
5 *Quando in Curia audiantur quæstiones electionum.*
6 *Quomodo istæ quæstiones decidi debeant.*
7 *An jus eligendi acquiri possit per alio quam partem Religionis.*
8 *De electione turnaria inter nationes.*
9 *Electiones invalidæ, quando sanentur, vel confirmentur.*

10 *Ea-*

10 *Eadem forma præcidit in electione Abbatissæ, & quomodo.*
11 *In ista electione Abbatissæ requiruntur duæ partes votorum.*
12 *Quid agendum ubi vota non concludant.*
13 *Datur praxis, & quid facere debeat superior.*
14 *Superior non potest ingredi clausuram ob electionem.*
15 *An Ordinarius assistat electioni Abbatissæ Monasterii exempti.*
16 *De ætate quam debet habere Abbatissa.*
17 *Electa ante ætatem potest denuo eligi.*
18 *Non virgines non possunt eligi in Abbatissam.*
19 *Prælatura in Religionibus utrinsque sexus est solum triennalis.*
20 *In aliquibus partibus Abbatissa est perpetua.*
21 *De Monasterio Turris speculorum ejusque Prælata, & de similibus instituti.*

1 SUper electione Superiorum, seu Prælatorum regularium, per istuti decretum inducitur id, quod de jure communi dispositum non erat, quoniam ut advertitur pluries occasione deputationis Vicarii capitularis sede vacante, ac etiam occasione provisionis canonicatuum, alioruмque beneficiorum, quorum collatio pertinet ad Capitula, ratione simultanæ de jure competentis, aut ex privilegio, vel consuetudine, forma electionis per scrutinium secretum in jure communi præscripta & servanda erat, quando agitur de electione Episcopi, vel alterius Prælati Ecclesiæ viduatæ, adeo ut agatur de formali electione ad prælaturam perpetuam in titulum, non autem in aliis actibus. *Sub tit. de Canon. & Capit. disc. 26. cum seqq. & alibi.*

2 Id autem congruere non videtur hujusmodi electionibus Superiorum regularium tam Generalium, & Provincialium, quam etiam hæc munera localium, cum pro frequentiori usu, infra certum determinatum tempus durent, atque non inferant dignitatem, quæ imprimat characterem, seu immutet statuum personæ, illumque in diverso hierarchico ordine constituat, ut præsertim est Episcopatus, vel Archiepiscopatus, multo vero magis Pontificatus, cum his casibus per electum contrahi deatur formale sponsalitium, seu matrimonium cum Ecclesia viduata, quod non sequitur in his prælaturis regularibus, quæ non immurato statu personæ officium potius redolent, absque impressione alicujus indelebilis characteris, ac propterea dicta forma, quæ per saecos canones inducta est, ex eorumdem canonum dispositione necessaria non erat. *In ibidem allegatis & infra.*

Hodie vero ex hoc decreto adeo dicta forma necessaria est, ut eam servare oporteat cum majori rigore, quam in dictis formalibus prælaturis requiratur, cum in eis prohibitæ non sint aliæ species per acclamationem, vel per inspirationem, seu etiam per compromissum, præterquam in Summi Pontificis electione, in qua moderatæ Constitutiones pariter unicam, ac præcisam formam præscripserunt; *ut in relatione Curiæ disc. 3.* & tamen per hoc decretum istæ aliæ species sunt prohibitæ.

Rationabiliter autem, summaque cum prudentia per istud conciliare decretum ita statutum fuit, ad inducendam majorem electionis libertatem, quæ in aliis speciebus, quamvis a jure probatis, adesse non debet, præsertim in regularibus; ex ea differentiæ ratione inter ipsos, & alios electores, quoniam isti nullum habent adstantem superiorem, qui expressam, vel interpretativam vim eis inferat, sed omnes qui in comitiis intervenient, coæquale jus habent, ut præsertim contingit in Capitulis cathedralium, quibus jus competat eligendi Episcopum, ut docet praxis aliquarum Ecclesiarum Germaniæ, ad quas hodie singulariter hoc jus eligendi, quod antiquitus erat pene generale, restrictum fuit, *vid. tit. de Canon. & Capit. disc. 27. & 28. & seq.* Siquidem, ubi (ex. gratia) agitur de electione superiorum provincialis, seu localis, delle solet præsidentia superioris Generalis, vel alterius per eum deputati, cui Præsidentis nomen congruit, cum aliqua superioritate, adeo ut pro frequentiori consuetudine (ut quotidiana praxis docet) quamvis etiam ista forma conciliaris per vota secreta exacte fervetur, adhuc tamen quædam species violentiæ adesse videtur, ut eligatur ille, quem Generalis velit, & sic respective in electionibus localibus in illis Religionibus, in quibus in usu sit præsidentia ejusdem Generalis, vel Provincialis, seu deputati ab uno eorum.

Et quamvis ista ratio congruere non videatur comitiis generalibus, in quibus nullus inter ipsos regulares de jure adesse videtur superior, sed omnes vocales coæquale jus habeat; adhuc tamen fatemur de facto, idem verificari videtur; vel ob prioris dignitatis reliquias, quæ remanent in immediato prædecessore Generali, cui Provinciales, aliique diffinitores, ex motivo gratitudinis,

turbatis, tanquam ab eo promoti, publice contradicere non audeant; vel ratione præsidentiæ Cardinalis Protectoris ordinis, seu alterius præsidentis in majori statu, vel prælatura constituti, ac propterea ista forma est unica, & præcisa, & non sufficiunt aliæ, quamvis alias canonicæ, utpote per sacros canones reprobatæ.

In electionibus præsertim Provincialium occasione confirmationis per Generalem concedendæ, nimium frequentes, peneque quotidianæ audiuntur quæstiones in Curia, adeo ut adsint forte Curiales, qui cum his negotiis regularium tantum vivant, tam occasione disputationum quæ haberi solent coram Generali super electionis confirmatione concedenda, vel denegranda, quam etiam in S. Congregatione Regularium, quoties determinationi Generalis Patres non acquiescant.

In hac vero materia certa juris theorica, 6
seu juris regula, cuicumque casui applicabilis, statuis non potest, cum revera sint quæstiones potius facti, ex singulorum casuum circumstantiis pro diversis Constitutionibus Religionum, vel stylis decidendæ, in regularium rerum particularibus annotationibus advertitur. *Tit. de Regular. disc. 2. cum pluribus. seqq.*

Ibique etiam habetur, an ex consuetudine, 7
seu alias inducivalear, ut active electio Generalis, aliorumque superiorum, non ad universam Religionem, vel respective provinciam, ut regulariter spectare debet; sed ad aliquam partem, vel ad aliquas provincias pertineat. *Eod. tit. disc. 2.*

Ac etiam circa alternam, seu turnariam 8
electionem passivam, inter provincias vel nationes, aut alia personarum genera, quoniam licet de jure communi id cautum non sit, attamen in plerisque Religionibus, non damnabiliter, introductum est, ut ita quædam æqualitas servetur inter omnes provincias vel nationes; nulla tamen de super certa regula statui potest, cum ex singularum Religionum legibus vel stylis eorum pendeat. *Eod. tit. disc. 3. 4. & 10.*

Quia vero electionum nullitates non ex 9
machinatione seu malitia oriri solent, quia nempe ex quadam religiosa simplicitate, non callendo juris apices, aliquæ non servenur formæ de jure servandæ, electio autem, tam ratione personæ electæ emeritæ, quam etiam ratione sinceritatis actus, commendabilis potius censenda sit; hinc proinde S. Congregatio, inhærendo Sedis Apostolicæ antiquo, ac moderno continuato stylo confirmandi electiones, quamvis de stricto jure invalidas, per viam sanationis, aut per viam novæ deputationis ex integro ejusdem personæ electæ, idem facere solet; quod etiam aliquatum Religionum Generales, qui hanc habeant facultatem, quandoque præticant, cum hujusmodi controversiarum species cum prudentialibus regulis potius, quam per rigorosos juris apices decidi soleant, ac debeant. *Eod. tit. de Regular. disc. 1. & 22.*

Eadem forma ab hoc decreto inducta electionis per vota secreta, utriusque sexus regularibus communis est, ideoque procedit etiam in electionibus, quæ de Abbatissa, seu Priorissa, aliave Prælata in Monasteriis monialium fiunt; cum duplici tamen differentia; primo nempe, quod in illis non est de facili practicabilis forma scrutinii per schedulas, ut practicatur in viris, ratione illiteratuæ, quæ in monialibus, ut plurimum viget, unde propterea vota singulariter, ac secreto proferuntur coram Episcopo, vel altero Prælato, qui ea recipere solet.

Et secundo quod in viris, quando leges 11
particulares Religionis aliter non disponant, innovata non est dispositio juris communis, ut major pars concludi dicatur ab excessiva medietatis votum, habita ratione, seu comparatione omnium votorum, quæ de jure legitima sint, & computari debeant, quamvis excessus esset in modico, unius, vel etiam dimidii voti, juxta terminos generales juris; secus autem est in electionibus faciendis per moniales, in quibus per provisiones Concilio posteriores statutum est, ut duæ ex tribus partibus necessariæ sint ad electionem concludendam. *Plures declarationes Sac. Congregationis referunt Barbos. & alii Collectores, vel præticantes.*

Ubi vero ita electio concludi non valeat, 12
tunc per decretæ Sacræ Congregationis injungitur Ordinario, vel alteri Prælato, ad quem pertinet, ut pluries scrutinia repetere curet, præviis illis monitionibus, ac diligentiis, quæ circa violationem liberturis adhiberi possunt, atque ubi non concordent, ipse Abbatissam deputet *proxime supra*. Ut ego præticavi in ipsomet initio, quo electus fui Vicarius capitularis in patria, quod cum fieri deberet electio Abbatissæ in Monasterio, in quo tres habebam germanas sorores moniales inter se divisas, cum duæ uni, & una alteri adhærerent, adeoque vota scissa essent, 13
atque exactæ diligentiæ cum reiteratione quatuor, vel quinque scrutiniorum, omnino inutiles essent, adeo ut neque unum votum alterari potuerit; ego deputavi in Abbatissam eam, quam revera major pars eligebat,

adeo

adeo ut ad limites juris communis ella vere electa esset; atque ita videtur, quod Prælatus se gerere in isto casu debeat, servando dispositionem juris, ac deputando illam personam, quam constet a majori parte votiam esse, non autem pro ejus libito, quoniam quamvis licitum sit, non tamen est honestum.

Non potest autem Episcopus, vel alter 14
superior, ob istam electionem faciendam, ingredi clausuram, ubique cum monialibus ratione scrutinii conversari, sed id faciendum est ex parte Ecclesiæ per fenestrellam communioni destinatam, per quam id congrue explicari potest, atque bene, nimiumque laudabiliter se geret, si confessarium, aliosque probatos viros secum assistentes habeat.

Ubi autem agatur de Monasteriis mo- 15
nialium exemptis, ex modernis Constitutionibus Apostolicis potest Episcopus, ubi velit, cum proprio Prælato regulari intervenire, ac assistere, non tamen jus confirmandi prætendere potest, si alteri alias competat.

Quo vero ad Abbatissæ passivam elec- 16
tionem; in secundo ex his decretis dicitur, ut in monali provecta cadere debeat, quæ annum quadragesimum excedat, atque saltem per octo annos professa sit, quatenus in Monasterio adsint plures monniales hujusmodi qualitatem habentes, in quibus libertas electionis practicari valeat; sin minus, eligi valeat altera junior, quæ saltem trigesimum annum excedat, atque per quinquennium professa sit; ideoque in facti contingentia hæc Sacra Congregatio invalidam declaravit electionem factam de Abbatissa, quæ dictam ætatem annorum 40. non expleverat, ob existentiam plurium monialium, in quibus hoc decretum practicari poterat. *In casu illius Monasterii, de quo agitur sub tit. de Regular. disc. 24.*

Cum autem, Sacra Congregatione de- 17
mandante, ut ad electionem denuo deveniretur, atque hoc intermedio tempore monialis electa, necessariam ætatem complevisset, eaque denuo pro majori parte electa fuisset, dubitatum fuerit, an hæc electio sustineretur in eadem persona, dum præcedens cassata fuerat; & pro validitate responsum fuit, fundate quidem, quoniam conclusio, ut ille cujus electio cassata est, denuo eligi non debeat, de jure procedit, quando cassatio provenerit ex vitio personæ, vel ex alia nullitate culposa ex parte electi; secus autem, ubi ob

istud, vel simile impedimentum naturale, quod culpam, vel demeritum personale non præseferat, quoniam eo cessato non prohibetur denuo elegi.

Atque ubi agatur de Monasterio, quod 18
pro regulari ejus statu virgines tantum admittat, jure tamen speciali, vidua, seu alias corrupta, admissa fuerit, ut quandoque per Sacram Congregationem concedi solet, cum obligatione tamen solvendi dotem duplicatam, & quandoque plus, vel etiam minus pro facti vel causæ qualitate, ista tamen prohibetur eligi in Abbatissam. *Apud eosdem Collectores habentur relatæ resolutiones.*

Prout per Apostolicas Constitutiones, 19
post istud decretum editas, cautum est, ut hoc officium, ad instar regularium virorum, temporale ad triennium tantum esse debeat, neque istud tempus prorogari possit per viam confirmationis, vel novæ immediatæ electionis, cum saltem pro primo triennio vacare debeat, quamvis omnium monialium accedat assensus. *Apud eosdem, atque docet inconcussa praxis.* Bene verum, quod ubi moniales id desiderent, atque Episcopus Sac. Congregationi Episcoporum & Regularium referat, quod ita Monasterii bono regimini expediat, de facili solet hæc Sac. Congregatio, in hoc dispensare, seu 20
Episcopo pro ejus arbitrio dispensandi facultatem concedere. *Docet praxis quotidiana Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium.*

Si vero ex particulari consuetudine adhuc continuata, vel ex lege adjecta in limine fundationis, a superioribus approbata, Abbatissa sit ad vitam, ista Sac. Congregatio in eodem casu, in quo superius insinuata quæstio ætatis habita fuit, validam hujusmodi electionem censuit. *In eodem casu de quo dicto disc. 24. de Regul.* Quod tamen in aliquibus Monasteriis ultra montes practicatur; secus autem citra, cum forte in Italia nullus detur casus, in quo post dictam Apostolicam Constitutionem, Abbatissa seu Prælata, aut alio quocumque nomine nuncupata sit perpetua.

Quamvis enim in Urbe hanc perpetuitatem præsis quoque docear in celebri Monasterio Turris speculorum, quod Superiorissa, cui Præsidentis nomen tribuitur, perpetua sit; attamen istud Monasterium, vel alia similis instituti, sub his, 21
vel similibus decretis, seu constitutionibus regularitet istæ non continentur, quoniam in effectu non sunt moniales, quæ formalem professionem irretractabilem emittant,

tant, & per quam spirituale matrimonium contrahi dicatur, sed sunt potius personæ sæculares sive oblatæ, quæ tanquam in conservatorio collegialiter sub pio vel ecclesiastico instituto vivunt, clausuræ non subjectæ, quamvis institutum strictissimum sit, (& quidem magnæ exemplaritatis) unde propterea ad sæculum pro libito redire valent, atque interim sunt capaces retinendi proprium, ac testandi, seu alias disponendi, ut pluries alibi advertitur, *sub tit. de dote d. sc. 5. & 167. & sub tit. de Regular. disc. 50. & alibi.*

DISCURSUS XXXVIII.

Ad Sessionem 25. de Regular. cap. 13.

SUMMARIUM.

1 *Quæstiones præcedentiæ quomodo decidi debeant.*
2 *Regulares exempti tenentur accedere ad processiones publicas.*
3 *De ratione, ob quam hæc processus Ordinario tribuitur.*
4 *De Constitut. Gregor. XIII. in hac materia.*
5 *Per dictam Constitutionem præservatur consuetudo.*
6 *Quando in eadem Civitate adsunt plures conventus ejusdem Religionis, attenditur antiquitas primi.*
7 *Quid ubi religiosi conventuum recentiorum proiendunt sola sine illis Conventus antiquioris.*
8 *Quando attendatur antiquitas receptionis in loco.*
9 *De materia præcedentiæ remissive.*

1 PRæcedentiæ quæstiones, quas inter regulares in publicis processionibus, aliisque ecclesiasticis functionibus, antiquiori tempore frequentius, quam hodierno oriri, pravis docebat, decernit Sancta Synodus, ut per Episcopum, summariæ decidi debeant, ex auctoritate ab eodem Concilio delegata, per quam privilegia exemptiva non suffragentur, & merito quidem, quoniam cum eadem privilegia, ex alio con-2 cilium decreto, atque ex multis declarationibus hujus Sac. Congregationis, vel alterius Regularium, quæ apud cusiores Collectore habentur, non suffragentur quo ad obligationem accedendi ad publicas processiones, ad quas ab ipso Ordinario, etiam cum pœnis, & mulctis cogi possunt, unde propterea in hac parte sunt ejus subditi Barbos. *de Episc. alleg. 105. tit. de Regular. disc. 19. & sequit.* Hinc de consequenti, congruum est, ut idem sit decisor controversiarum, quæ earumdem processionum occasione oriuntur; ac etiam quia expedit, ut prompte ad occurrendum scandalis quæ deluper oriri solent providearur; Multo vero magis hæc eadem potestas attribuira est cum clericis sæcularibus; ac etiam cum confraternitatibus laicorum, quibus omnibus eadem incumbit necessitas ad processiones accedendi, illis exceptis, quibus specialis exemptio ab Apostolica sede concessa sit, quarum plures recensent Collectores super hoc eodem decreto. *Bar. & alii.* 3

Cum autem hæc provisio sufficiens non esset ad hujusmodi controversias decidendas, vel componendas, stantibus privilegiis, quibus aliquæ Religiones potiri prætendebant; hinc proinde prodiit Constitutio Gregorii XIII. quæ prudenter statuit, 4 ut sola ratio antiquitatis in loco haberi debeat, id est ut illi religiosi præcedant, qui prius recepti sunt, atque Monasterium, vel Conventum ibi fundarunt; nisi de illis religiosis agatur, qui ex humilitatis motivo, infimum locum semper occupare profiteantur, omnibusque aliis cedere, quamvis in loco recentioribus, ut sunt præsertim Capucini.

Per eamdem tamen Constitutionem reservatur localis consuetudo, quæ in ista 5 præcedentiæ omniumque aliarum præeminentiarum materia potissimum attendenda est. *Tit. de præeminent. disc. 25. & de Regul. disc. 19.*

Ubi vero contingat, quod ejusdem Religionis plures Conventus in eodem loco diversis temporibus fundati sint; tunc in pro- 7 cessionibus generalibus, in quibus omnes interveniunt, cessat quæstionis occasio, quoniam omnes ejusdem instituti incedunt uniti sub unica cruce conventus antiquioris, illum repræsentantes, & consequentur præcedunt religiosos aliorum conventuum, qui intermedio tempore fundati fuerunt, cum recentior conventus nullam in ea functione figuram faciat.

Controversiæ autem exoriri consueverunt, quando in funeribus, vel privatis processionibus invitantur solum religiosi conventus recentioris sub propria cruce incedentes, absque mixtura conventus antiquioris, an fellicet locum propriæ fundationis occupare debeant, vel retinere eumdem, quem in processionibus publicis occupant, atque juxta hanc

hanc secundam partem pluries per S. Congregationem Rituum, cujus istæ quæstiones sunt peculiares, decisum fuit; & merito quidem, quoniam dedecet, ut iidem religiosi modo unum, & modo alterum locum occupare cernantur, cum populus ad hujusmodi distinctiones non de facili reflectat, ut in meis annotationibus præeminentialibus advertitur. *Dicto disc. 25. de præeminent.*

Ille autem ordo qui ex antiquitate receptionis in loco regulatur neglectis privilegiis generalibus, quoties ea consuetudinis confirmatione munita non sint, attenditur inter illos regulares, qui ejusdem hierarchiæ censentur, atque sub clero regulari incedunt; secus autem ubi de illis agatur, qui licet regulare institutum profiteantur, attamen de ordine hierarchico clericorum sæcularium potius censentur, ut sunt Canon. Reg. Later. qui cum rochetto discooperto, & biretto incedunt, adeo ut excepto colore vestis inferioris, a reliquis clericis sæcularibus non distinguantur; secus autem, ubi de iis Canonicis regularibus agatur, qui cum scapulari, & cappa, ita cooperti incedunt, ut Monachi, seu de ordine hierarchico regulari potius censeantur. *Eod. tit. de præeminent. disc. 24.*

9 De plerisque autem aliis concernentibus hanc materiam præcedentiæ inter regulares, vel etiam inter sæculares habetur in eisdem annotationibus præeminentiarum, vel in aliis rerum regularium. *Dicto disc. 24. & 25. de præeminent. & disc. 19. de Regular.*

DISCURSUS XXXIX.

Ad eandem Sessionem 25. de Regular. cap. 15. & 17.

SUMMARIUM.

1 *Professio fieri non potest ante annum 16. expletum.*
2 *Quæ ætas sufficit de jure communi ad professionem.*
3 *Etiamsi dies deficiat ad dictam ætatem, professio est nulla, nisi adsit Apostolica dispensatio, & quando hæc attenditur.*
4 *De jure, an annus novitiatus sufficeret discontinuus, sed ex Concilio debet esse continuus.*
5 *An & quando egressus a novitiatu illum corrumpat.*
6 *Potest quis etiam ultra annum esse novitius, & in qua ætate possit suscipi habitus.*
7 *Si statuta Religionis statuant ætatem majorem, quam præfinitam a Concilio, an censeantur nullitatem.*
8 *Eadem forma novitiatus requiritur, ubi religiosus transferatur de una religione ad alteram.*
9 *An ista forma requiratur in Religionibus militaribus.*
10 *An professores militarium sint personæ ecclesiasticæ.*

DIsponitur in hoc decreto, ut Regulares utriusque sexus, sub decreto annullativo, ad professionem admitti non debeant ante expletum annum decimum sextum, atque non peracto integro anno probationis, seu novitiatus. 1

Dupliciter itaque juris communis dispositio per hoc decretum alteratur; primo nempe circa ætatem, quoniam illa in jure taxata non reperitur, ad hoc ut in Religione solemnis professio emitti valeat, magisque communis DD. sensus est, juxta regulas generales, ut sufficiat illa ætas, quæ sufficit pro quocumque contractu, vel dispositione, seu obligatione apud Deum, & præsertim pro matrimonio, unde propterea exemplificatur in puberrate, quæ adesse dicitur in anno decimo quarto. 2

Quinimo, neque hic præcise, ac taxative necessarius est, cum ista præfinitio ex frequentiori contingentia, juxta ordinem naturæ, pro quadam regula generali facta sit a lege civili in testamentis, aliisque actibus: illa vero lex apud Deum, ac in spiritualibus non attenditur, cum in his attendenda veniat veritas naturalis, ideoque si malitia supplenre ætatem, ante dictum tempus adsit, illa perfectio, quæ regulariter per dictam ætatem sequi solet, ista veritas attenditur; & e converso si post eam completam ætatem adhuc duret illa imperfectio judicii, quam lex civilis in ætate pupillari præsumit, potius veritas, quam fictio, vel præsumptio attendi debet. *Agitur sub tit. de Regular. disc. 41.*

Verum quia dicta ætas adhuc tenera, & seductionibus subjecta visa est, ac etiam varietas opinionum inconvenientia producebat; hinc prudenter ista major ætas præfinita est, cum decreto annullativo; ideoque etiamsi dies deficeret ad complementum dictæ ætatis, professio invalida est; nisi Apostolica dispensatio accedat, quæ ab ipso profitente, vel eo tempore professionis sciente, ac ratihabente obtenta sit, ut in regularium rerum annotationibus advertitur. *Eodem disc. 41.* 3

Al-

Altera est dispositio circa continuationem integri anni novitiatus requisitam pro
4 forma, quoniam de jure quæstio erat, cum non modica opinionum scissura, an daretur conjunctio temporum interpolatorum, ad constituendum probationis annum, ut in eisdem rerum regularium annotationibus latius advertitur, ideoque Concilium ad tollendas hujusmodi quæstiones, denique cum optimo consilio providit, ut ita continuate, ac in omnibus anni temporibus novitius Religionis asperitates probet. *Ead. tit. de Regular. disc. 16.*

5 Adhuc tamen remanent quæstiones, an, & quando egressus a novitiatu, vel desertio habitus, ipso anno probationis adhuc durante, vel etiam eo expleto novitiatum corrumpat, adeo ut illum ex integro reperire oporteat, idque varias habet distinctiones in eisdem rerum regularium notis recensitas, ubi videndum est, ne eadem inutiliter repetantur. *Ead. disc. 16. & in aliis eod. tit.*

Quamvis autem pro frequentiori usu juxta ejusdem decreti conciliaris monitum, expleto anno probationis, novitius, vel novitia ad professionem admittatur, vel dimittatur; non tamen id præcise, ac de forma necessitatis, quoniam habitus religiosus etiam antea suscipi potest, dummodo, juxta ejusdem Concilii decretum, puellæ ante annum duodecimum ad illum non admittantur, & consequenter etiam in Religionibus claustralibus non implicat, ut persistator in statu novitii, etiam per duos, aut plures annos, quamvis bonus ordo, juxta Religionum varia instituta, id non de facili exigat, vel si fiat, non sit circumstantia annullativa. *Ead. tit. de Regular. dict. disc. 42. & 45.*

In plerisque Religionibus, ex eorum statutis, major præfinita est ætas ad professionem, ut præsertim ob nimiam instituti austeritatem, cautum est in Religione Minimorum, quod scilicet præfinita est ætas
7 annorum 18. Ut etiam ex diversa ratione cautum est in Religione Hieresolymitana; istud autem est consilium non autem præceptum annullativum. Sive est præceptum obligatorium Superiorum, ne alios ad professionem admittant, quodque alias tanquam contraventores puniri valeant, sed si servata forma per Concilium præfinita circa novitiatum ac ætatem, professio emittatur, illa valida erit. *Dict. disc. 45. & 46. de Regular.*

8 Eadem forma, præsertim circa novitiatum, servanda est, in iis utriusque sexus, qui jam valide ac solemniter professi in una Religione, in uno Monasterio, ad aliam Religionem, vel aliud Monasterium transitum faciant; quinimo etiamsi attenta origine, eadem sit Religio, quæ postea ratione reformationis diversa sit, unde propterea de facto sint duo diversa Instituta, idem procedit. Bene verum, quod in hoc casu per sacram Congregationem Regularium dispensari soleat temporis, ut scilicet aliquorum mensium, vel dierum novitiatus sufficiat, pro facti qualitate. *Ead. tit. de Regular. disc. 37. & seq.*

In Religionibus militaribus quæstio est, an ista forma novitiatus continui requiratur, 9 recepta vero est affirmativa in illis Religionibus militaribus, quæ sint veræ Religiones, cum formali emissione trium votorum substantialium, adeo ut imprimatur verus status regularis, cum effectibus exinde resultantibus, incapacitatis possidendi in particulari, ac omnimodæ mortis civilis ad effectus mundanos, ut est militaris Religio Sancti Joannis Hierosolymitani, vel alia similis, si quæ adesti; secus autem, ubi agatur de illis militiis, quæ 10 profitentur quidem pium, ac laudabile institutum a Sede Apostolica probatum, non tamen formalem statum regularem imprimunt; (ex gr.) sunt in Italia militares Religiones S. Mauritii & Lazari, & S. Stephani, & in Hispania sunt Sancti Jacobi de Spata, de Calatrava, & de Alcantara; & pleræque similes in aliis regionibus, cum verius sit, ut personæ hujusmodi regulam profitentes non sint veri religiosi. *Tit. de jurisd. disc. 92. de jurepatr. disc. 20. & tit. de irregular. disc. 50.* Sub quæstione autem est, an sint personæ ecclesiasticæ, ad effectum exemptionis a foro vel ab oneribus laicalibus, ex iis, quæ in jurisdictionalibus notis, ac alibi advertuntur. *Ibidem de Regul. disc. 84.*

DISCURSUS XL.

Ad eandem Sessionem 25. de Regular. cap. 16.

SUMMARIUM.

1 *Quando renunciationes fieri possint.*
2 *Novitius nihil recipi potest.*
3 *Quomodo intelligatur lapsus duorum mensium.*
4 *In qua ætate suscipi possis habitus.*
5 *De inconvenientibus circa renuntiationes etiam servata ista forma.*
6 *Servata ista forma non requiruntur aliæ solemnitates.*
7 *An*

7 *An servari debeat hæc forma, ubi renunciatio fiat ante ingressum.*
8 *Quod non prosit ratio resolutionis in casu egressus.*
9 *Forma debet servari, ad favorem cujuscunque renunciatio fiat.*
10 *De casu mixto, quod quis sit ingressus Monasterium, sed non susceperit habitum.*
11 *De resolutione renuntiationis cessante causa.*
12 *De eadem, & de alia resolutione.*
13 *Quid Monasterio præstari possit.*
14 *Quando in hoc intret simonia.*
15 *An hæc forma servari debeat in contractu correspectivo & onerofo.*

1 DE renunciationibus faciendis per eos, qui in Monasterio, vel in Religione profiteri volunt, in hoc decreto agitur, ut scilicet, sub annullatione actus renuntiationes fieri non valeant, cujuscunque favore etiam piæ causæ; vel cum juramento, nisi cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii generalis, intra duos menses proximos ante professionem, & non alias; decernendo etiam, ut ante professionem, excepto victu, & vestitu, nihil a Monasterio, vel a Religione, de novitii bonis obtineri valeat, quodque 2 novitio propositum mutante, atque exeunte a Religione, omnia integre restituantur, ita præfertim cavendo, ne novitii bonis cum hujusmodi renuntiationibus, aliisve elargitionibus spoliati, inviti cogantur professionem emittere, atque in statu religioso perseverare, ne alias in sæculo mendicitatem pati cogantur.

3 Super præficti autem temporis duorum mensium præfinitione antiquiori tempore inter Scribentes certatum fuit, an scilicet illud spatium perneccsse intercedere debeat inter renunciationem & professionem; atque affirmativam aliqui male tenent; verius autem, atque in praxi omnino receptum est, ut etiam expleto integro probationis anno, ipsi præambula professionis die, vel hora, id fieri valeat, cum dictus terminus ita præfinitus fuerit, ut non antea quam post decimum mensem novitiatus, renunciatio fiat, quasi quod ita, perseverante novitio per tantum tempus in eo proposito, sufficiens resultet argumentum ejus vocationis, ac liberæ voluntatis, non tamen prohibitum est fieri postea, quoniam quo serius, eo melius, potissime vero, quia (ut *disc. præc.* advertitur) quamvis hodie ad profitendum completa ætas annorum sexdecim præfinita sit, non tamen præfinita est illa suscipiendi habitum, & ingrediendi novitiatum, cum in puellis tantum provisum sit ne ad habitum monasticum ante annum 4 duodecimum admittantur; unde propterea non implicat, ut quis in statu novitii persistat duobus ac tribus annis, imo pluribus, donec legitima ætas perficiatur, cum annus integer & continuus præfinitus fuerit, ne sufficiat spatium minoris temporis, sed prohibitum non est majus; licet enim ejusdem sacri Concilii sensus videatur, ut expleto novitiatus anno, novitius vel admittatur ad professionem, vel dimittatur; attamen id consilium potius quam præceptum annullativum actus redolet. *Ut disc. præc.*

Atque hinc aliquando sequi solet (ut in praxi expertus sum) quod suscipientes habitum in tenera, & puerili ætate annorum 13. vel 14. post expletos decem menses novitiatus, adhuc ignorantes quid agant, hujusmodi renunciationes faciant, favore conjunctorum vel aliorum, qui alienorum bonorum captatores, pueros ita malis artibus cogunt vel alliciunt, ut aliquem habitum religiosum suscipiant; ac propterea, (ut dictum est) quo magis in ætate provectiori tardius imminente professione hic actus fiat, eo melior censendus erit. *De hac renuntiatione sub tit. de Regul. disc. 53. & 59. & sub tit. de don. disc. 15.*

Quando ista forma, vel solemnitas adhibeatur, tam circa lapsum temporis, quam 6 circa licentiam Episcopi, vel alterius ad id deputati (quæ certam præsumam formam non habet, sed per quamcunque speciem probationis justificari potest) tunc receptum est, ut desiderandæ non veniant aliæ solemnitates, quæ per jus commune vel municipale generaliter in contractibus mulierum vel minorum desiderantur, cum ista sufficiat. *Ibidem, & sub tit. de renunciat. disc. 13.*

Quæstio autem est, ubi renunciatio vel alia dispositio per contractum fiat, adhuc habitu 7 non suscepto, sed in statu saeculari, contemplatione tamen imminentis, ac futuri ingressus, tunc etenim licet non desint contradicentes, receptum est, ut ista forma, vel solemnitas conciliatis non requiratur; probabilior tamen pro meo sensu videtur opinio, quam plerique DD. quoque habent, ac etiam aliquando Rota tenuit, ut aliæ solemnitates juris communis, vel statutarii adhiberi debeant, ne iis utraque forma actus careat; & quamvis alii (cum quorum sensu hodie procedi videtur) contrarium teneant, ea ratione ducti, quod facti Canones, ipsæ-

que

que leges civiles, volentibus ingredi religionem, disponendi libertatem præbeant; attamen hæc opinio non placet, quoniam absonum atque contra Concilii mentem videtur, ut hujusmodi actus absque aliqua solemnitate fiat, cum ita nimium de facili eadem lex conciliaris eludi valeat; siquidem adhibere unam vel alteram formam, non percutit impedimentum libertatis, neque disponendi potestatem restringit, sed ad majorem libertatem ac sinceritatem tendit, ut ita adolescens callidioribus, ac seductionibus, vel violentiis, minus subjaceat; ideoque nulla subesse videtur congrua ratio, quæ hanc opinionem probabilem reddat.

Et quamvis aliqui illam assignent rationem, quod ingressuro non ingrediente Religionem, actus resolvatur tanquam a cessante causa, & consequenter non remaneat
1 præjudicialis, unde propterea cesset necessitas solemnitatum, quæ in testamentis, aliisque dispositionibus per ultimam voluntatem non requiruntur, non tamen est ratio congrua, quoniam etiam postquam, elapso decimo mense novitiatus, renuntiatio juxta istam formam conciliarem facta est, adhuc in casu egressus, vel non factæ professionis, intrat eadem resolutio; & consequenter si ista ratio esset sufficiens, satus censenda esset hæc provisio conciliaris, quod admittendum non est; sed potius dicendum, quod prudenter a Concilio cogitatum fuit (experientia forsan illos Patres edocente) quod adolescentes istas non callent subtilitates, sed eo ipso quod bona renunciarunt, se illis spoliatos reputant; ideoque intrat ratio, quæ Concilium movit ad ista statuendum; neque probabilis differentia dignoli videtur cur ille, qui habitum religiosum suscepit, prohibitus esse debeat renunciare ante completum decimum mensem novitiatus, quodque ingressurus, qui junior minusque prudens est supponendus, hanc libertatem habeat.

Ratio etenim illius restrictionis, sub
9 qua novitii vivunt, a magistri aliorumque Superiorum nutu omnino pendentes, congruere solum ita videretur renunciationibus, quæ fierent ad favorem ipsius Monasterii vel Religionis; sed cum receptum sit, ut ista forma conciliaris adhiberi debeat, etiam in ea renunciatione, quæ favore conjunctorum, vel cujuscunque alterius fiat; idcirco ista ratio neque concludit; quinimo bene retorquetur, quoniam conjunctorum vel aliorum violentus vel seductionibus minus subjacent adolescentes, quando suscepto habitu in novitiatu vivant, quam ubi sint in sæculo. *Disc.* 58. & 59. *de Regular.*

Mixtum casum quoque disputare occasio dedit, ubi scilicet adolescens in Reli- 10
gione accepratus, atque de facto in novitiatu sub magistro aliorum novitiorum more vivens, ex Religionis commendabili instituto, vel stylo adhuc per aliquos dies habitum sæcularem retinet, an scilicet ista forma conciliaris adhiberi debeat, atque mihi affirmative respondere visum est, ut in rerum regularium annotationibus advertitur. *Eod.* 59.

Quidquid autem sit, ubi illæ adhibeantur solemnitates, quæ a communi, seu municipali lege præscriptæ sunt, utraque tamen forma deficiente, ubi de minoribus agatur, nunquam intellectus huic opinioni acquiesceret potuit, cum nulla suppetat ratio, quæ id probet.

Quarenus vero pertinet ad aliam hujus decreti partem, super resolutione renuntia- 11
tionis, vel alterius contractus, non sequuta professione, tanquam ex cessante causa; aliquorum sensus est (quem Rota aliquando probavit) ut id non procedat, quando renunciatio expressam habeat declarationem, ut etiam in casu egressus a Religione, ac consequuræ professionis actus firmus remaneat. *Ditto disc.* 15. *de donat.*

Id autem neque satisfacit, quoniam ita esset imponere legem verbis, & non rebus, nimiumque de facili huic decreto, cum ista verbali cautela, ad quam adolescentes advertere non solent, fraus fieri posset; ideoque dictum assumptum, pro meo sensu, catenus recipiendum videtur, quatenus facti circumstantiæ illud probabile reddant, qualis erat casus in quo Rota ita respondit, *dict. disc.* 15. quod scilicet donatio a viro majoris ac provectæ ætatis ex omnino libera electione facta sit, non autem ut principaliter ingressus fuerit causa omnino finalis, ideoque discrete ac pro facti qualitate id intelligendum est, principaliter attendendo substantiam veritatis potius quam verborum formulas, quæ Notariorum, vel sapientum potius, quam ipsorum contrahentium esse solent. Quinimo ac pro meo sensu quo majores ac insolitæ sunt clausulæ, & cautelæ, eo magis actus redditur suspectus, ac propterea verisimilitudo, vel inverisimilitudo esse debet materia regulatrix.

Ejusdem resolutionis etiam post sequu- 12
tam professionem, quæstiones cadunt, quando casus egressum præbeat ob annullationem professionis, vel ob Episcopalem dignitatem, sive Religionis suppressionem, vel transitum ab una Religione ad alteram, potissime vero ab incapaci ad capacem; verum hæc non percutiunt materiam hujus decreti super validitate, sed aliam diversam, de qua in renunciationis generica sede agitur, ubi etiam de hujusmodi interpretatione, vel operatione habetur. *Sub tit. de renuntiat. disc.* 1. *cum plur. seqq.*

Cumque in hoc decreto disponatur, ut
13 præter ea, quæ ad novitii victum ac vestitum necessaria sunt, nihil aliud recipiatur; quæstiones promoveri solent, an prandia, aliaque consueta munuscula prohibita censeantur, præsertim in Monasteriis monialium, in quibus susceptio habitus monastici quandam sponsalitiam solemnitatem præseferre videtur, receptum tamen est, ut toleretur consuetudo, quotics debitæ moderationis limites non excedat, neque transeat in abusum, unde propterea totum commissum est prudenti Episcoporum, aliorumque superiorum arbitrio, pro moribus regionis, ac personarum, & Monasteriorum qualitate.

Ita tamen ut munerum præstatio referri
14 non valeat ad præmium illius acceptationis, quæ per moniales vel religiosos de professo in vel ingressuro facienda est, juxta distinctionem in rerum regularium annotationibus traditam, super quæstione, an & quando id, quod per suscipientem habitum vel professionem, Religioni vel monasterio datur, redoleat necne simoniam. *Tit. de Regul. disc.* 47. & 48.

Istam vero formam in renuntiationibus
15 servandam non requiri in contractibus onerosis, ac mere correspectivis, vel factis in recognitionem veritatis, & bonæ fidei probabile videtur. *Ditto discurs.* 11. *de renuntiat.*

DISCURSUS XLI.

Ad eandem Sessionem 25. de Regular. cap. 19.

SUMMARIUM.

1 *De annullatione professionis.*
2 *De forma allegandi, & eruendi hanc annullationem.*
3 *Quæ regula detur in hac materia.*
4 *De lapsu quinquennii quid operetur.*
5 *Quomodo rescribi soleat de restitutione in integrum.*
Conc. Trid. cum Gall.

6 *De stylo particulari in Religione Hieronymitana.*
7 *Lapsus quinquennii an operetur præsumptionem juris, & de jure.*
8 *Quomodo fieri debeat reclamatio infra quinquennium.*
9 *De transitu ab una Religione ad alteram.*
10 *An in casu transitus, Religiosus secum trahat bona.*

INtet omnia decreta conciliaria, quæ de regularibus utriusque sexus agunt, omnium 1
frequentius est illud, per quod certa præscribitur forma super annullatione professionis, quæ invalida prætendatur, utpote emissa per vim & metum; sive ante legitimam ætatem; aut non bene peracto anno novitiatus; vel eo peracto, & postea corrupto; sive ex alia causa, ex qua, juxta diversa Religionum instituta, professio invalida prætendatur.

Forma enim est, ut reclamatio seu oppo- 2
sitio nullitatis sequatur intra quinquennium a die professionis, quo elapso admittur judicibus facultas judicandi; si vero intra præfinitum tempus id sequatur, hoc judicium peragi debeat coram Ordinario loci, & coram proprio superiori locali, id est illius Monasterii, in quo professionem emiserit, seu ubi a superioribus collocatus fuerit, cum sub nomine superioris regularis, veniat ille, qui sit Prælatus illius Monasterii, vel conventus, non autem totius Ordinis.

Si vero contingat, ut religiosus sponte sua habitum dimiserit, seu alias a claustris exierit, decernitur, ut audiri non debeat, nisi prius reassumpto habitu ad claustra tederit sub disciplina regulari, ac superiorum obedientia, donec causa peragatur; atque si egressus cum dimissione habitus talem habuerat circumstantiam, quod remeratus dici valeat, unde propterea apostasiæ crimen commissum sit, demandatur quoque ipsius criminis punitio. *Tit. de Regular. disc.* 41.

Quando itaque ista forma servetur, facti 3
potius, quam juris remanent quæstiones, super prætensæ nullitatis subsistentia vel insubsistentia, cum totum pendeat ex probationibus ac facti circumstantiis, ideoque desuper statui non potest certa regula generalis cuicumque casui applicabilis, idemque circa invalidæ professionis expressam, vel tacitam sufficientem ratificationem, cum totum pendeat a facti qualitate, ac singulorum casuum particularibus circum-

stantiis, ex iis quæ pro diversorum casuum contingentia habentur in rerum regularium annotationibus, ubi videndum est. *Eod. tit. de R. gul. disc. 49. & seqq.*

Majores autem quæstiones in hac materia esse solent post lapsum quinquennii; tum ob ademptam judicibus alias competentibus jurisdictionem; tum etiam ob ratificationis, vel tacitæ professionis præsumptionem, ex hoc quinquennali silentio resultantem.

Quatenus itaque pertinet ad jurisdictionem, seu ad judicum habilitatem, necessaria est specialis commissio Papæ super restitutionem in integrum adversus lapsum quinquennii, eaque diversimode concedi solet, pro frequentiori enim praxi, in Religionibus præsertim claustralibus, commissio remitti solet consultationi hujus Sac. Congregationis Concilii, & quandoque (licet minimum raro) alteri Regularium, in qua examinari solent illæ causæ pro hujusmodi concessione, pro qua S. Congregatione consulente signatur commissio ad hujus decreti formam Ordinario, ac superiori locali directa, & aliquando Vicario Urbis, & superiori locali ejusdem Urbis, quando recurrens in ea reperiatur.

Quandoque vero (ubi præsertim agatur de iis, qui in Sacra Religione Hierosolymitana professi sint) de hoc agitur coram Sanctissimo in plena Signatura Gratiæ, in qua cum formali disputatione, examinato negotio, quando creditur non adesse causas sufficientes *Nihil* rescribitur, atque commissio denegatur; quando vero e converso causæ reputantur sufficientes, de commissione rescribitur, & quando id ambiguum sit, rescribi solet de commissione cum clausula *arbitrio* de voto Rotæ, ut scilicet in hoc Tribunali formiter examinentur tam causæ restitutionis in integrum, quam etiam ipsa nullitas, juxta plures casus in iisdem rerum regularium annotationibus recensitos, *locis proxime citatis*, & ad quas contingente quæstione recurrendum est, cum non de facili in aliis, quæ facti potius quam juris quæstiones videntur, certa ac determinata regula generalis statui valeat.

Quamvis enim plerique opinentur, ut hoc decretum invalidæ professionis ratihabitionem firmam producat per quinquennale silentium, quod operetur præsumptionem juris, & de jure, etsonca tamen ac reprobata est hæc opinio, cum omnino sit verius, ut temporis lapsus juris tantum inducat præsumptionem, contraria probatione elidibilem. *Ibid.*

Super modo autem reclamandi intra quinquennium, opinantur aliqui, ut eadem forma servari debeat, reclamationes scilicet faciendo coram Ordinario, & locali superiore conjunctim; verius autem est ut ista forma necessaria non sit, sed coram eorum uno, sive coram quocumque judice, vel apud acta Notarii, quimmo etiam coram honestis *viris*, vel amicis, & conjunctis id fieri valeat, cum in effectu quæstio seu materia probatoria sit, ut in eisdem rerum regularium notis advertitur. *Ibidem & præsertim disc. 41. & 45.*

Statuitur etiam in hoc decreto, ne religiosi professi transitus fiat a strictiori ad laxiorem Religionem, absque apostolica dispensatione, quimimo neque laxiori ad strictiorem libertas transeundi conceditur, sine licentia Sacræ Congregationis Regularium, quæ audito superiore primæ Religionis, id concedere solet, certas præscribendo Religiones, in quibus benevoli receptores inveniantur, pro facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis; ideoque certa regula desuper statui non potest, sed pariter in casu contingentia videndum est in præfatis rerum regularium particularibus annotationibus; *Dicto disc. 41. & seqq.* In quibus etiam agitur, quid dicendum sit de bonis religiosi quæsitis, vel ei delatis in casu transitus, vel respective in casu annullationis professionis. *Eadem disc. 42.*

DISCURSUS XLII.

Ad Sessionem 25. de Regular. cap. 1.

SUMMARIUM.

1 *Injungitur Prælatis modestia vitæ.*
2 *An baronibus titularis competat thronus seu baldachinum in Ecclesia.*
3 *De quæstionibus in spoliis clericorum, & Episcoporum.*
4 *Clerici habent duplex patrimonium & duplicem hæredem, ut etiam habent milites, & fundatarii.*
5 *De quibus bonis præsumantur facta acquisitiones, vel respective præsumatur clericus alimentatus.*
6 *Qualis in hoc sit cautela.*
7 *De indulto testandi Cardinalium, & aliorum, in quibus non suffragetur.*
8 *Quæ dicantur bona destinata cultui divino debita Ecclesiæ.*
9 *De*

9 *De his indultis testandi hac solemnitatibus.*

IN hoc decreto injungitur Episcopis, aliisque ecclesiasticis Prælatis, ut modeste vivant, atque frugali mensa, modestaque supellectili utantur, quodque ecclesiasticos redditus bene distribuant, non autem conjunctos ditare satagant.

Occasione primæ partis modeste supellectilis, examinant aliqui, an id in Ecclesia circa ornamenta throni seu Baldachini Episcopalis, aliaque decorem dignoratis, atque cultum divinum concernentia intelligendum sit, & concludunt negative; istaque occasione, cum consuetis digressionibus inferunt, an Baronibus, aliisque temporalibus Dominis permittendus sit in Ecclesia usus throni seu baldachini, & pariter concludunt negative, talisque est regularitez sensus S. Congregationis Rituum, ac etiam alterius Episcoporum; verum discrete id intelligendum est pro moribus regionum, aliisque spectatis facti circumstantiis, ex quibus aliquando ad majora matia, & inconvenientia evitanda, id tolerare congruat, ut in meis præmineniriarum notis advertitur. *Sub tit. de præeminent. disc. 26.*

Quo vero ad alteram partem, in qua præcipitur, ut ab avaritia abstinere debeant, atque redditus ecclesiasticos pios operibus distribuere, non autem conjunctis applicare; id concernit potius consilium, quam præceptum, saltim quoad forum externum (cum de interno ex pluries protestatis agere, non sint partes vizi forensis, ipsique videant) ideoque in ista, vel in aliis Sacris Congregationibus, aliisque Tribunalibus desuper nullæ audiuntur quæstiones, ipsis Prælatis viventibus; eis autem defunctis, non ex ipsius decreti, sed ex antiquorum canonum dispositione in bonis, quæ beneficiorum ecclesiasticorum intuitu quæsita sint, intrat successio Ecclesiæ tanquam hæres clerici, in patrimonio ecclesiastico; sive in locum Ecclesiæ per Apostolicas Constitutiones in iis locis, in quibus adsint collectores Apostolici, intrat spolium ad favorem Cameræ, ac propteres plures audiuntur quæstiones, quæ in Tribunali camerali bus practicari solent.

Primo nempe inter testatos vel intestatos hæredes patrimonii prophani, & Cameram vel Ecclesiam respective, super patrimoniorum distinctione, & quænam bona, ad unum, vel ad alterum pertineant, & sic respective etiam onera, & debita, cum in clericis detur illa duplicis patrimonii ac duplicis hæredis in solidum distinctio. *Sub tit. de benefic. disc. 81. cum plur. seqq.* quæ de jure communi datur in milite, & de jure feudali datur in feudatario. *Sub tit. de feud. disc. 23. & seqq.*

Et præsertim, ubi acquisitiones factæ sint promiscue absque distinctione, unde propterea recurrendum sit ad præsumptiones, quid scilicet potius clericus pro ejus sustentatione erogaverit, & quid cumulaverit pro acquisitione, ad effectum conjiciendi, cui patrimonio acquisitio referenda sit; & in hoc magis benigna plurium sententia est (quam Rota pluries probavit) favore hæredis prophani, ut, scilicet ex propositione, quod qui Altari servit, de Altari vivere debeat, censeatur vixisse ex redditibus ecclesiasticis, quodque propterea cumulus fuerit ex patrimonialibus, vel alias prophanis. Rot. apud Rojas *decis. 280.* & apud Cell. *decis. 65.*

Verum Camerales non de facili hanc propositionem in praxi admittunt, ideoque cautela esse solet, ut clericus vivens in dies & tempora declaret, ac initio suscepti Episcopatus, vel alterius beneficii, inventarium faciat reddituum & bonorum, quæ tunc possideat, ac successive retinendo libros distinctos utriusque patrimonii, cum erogatione fructuum, & redditum respective; & quoniam Cardinales præsertim, & plures Prælati obtinere solent indultum, seu facultatem testandi, idcirco cum Camera, vel respective cum Ecclesia quæstiones pergi solent super distinctione, ac pertinentia illorum bonorum, quæ dicto indulto non obstante cadunt sub spolio, ut sunt fructus inexacti, seu non percepti, vel etiam maturi, & percepti, non tamen cum patrimonio prophano bene confusi, juxta plures distinctiones, de quibus in sede rerum beneficialium agitur, ubi in casu contingentia videri potest. *Dicto disc. 81. cum pluribus seqq. de benefic.*

Et quoniam per Apostolicas Constitutiones, bona destinata divino cultui, vel usibus ecclesiasticis, penes Ecclesiam remanere debent, ideoque neque ad Cameram, neque ad hæredem pertinent; hinc proindeque quæstiones cadunt super hujusmodi bonorum separatione, & quæ destinatio ad hunc effectum requiratur, atque de hoc agitur in annotationibus super materia testamentorum, aliarumque ultimarum voluntatum. *Tit. de testamen. disc. 7. & 9. & in locis supra tit. de benef.* Ubi etiam de hujusmodi indultorum & facultatum testandi efficacia, & validita-

9 te, præsertim circa remissionem solemnitatum a jure communi præscriptarum, ibique propterea in casu occurrentia pariter de his videri potest. *Eod. tit. de testamen. disc. 6. & seqq.* De quibus tamen, ut dictum est, in ista, vel aliis Sacris Congregationibus, agi non solet.

DISCURSUS XLIII.

Ad Sessionem 25. de Reformatione, cap. 2.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi, & Prælati non debent proferre censuras, nisi in subsidium.*
2 *Declaratur, quando iste casus subsidii intret.*
3 *Distinguuntur casus super eodem.*
4 *Censuræ ærenus proferri non possunt.*
5 *Aliæ sunt censuræ legis, & aliæ hominis.*
6 *Quæ sint censuræ legis, & in eis non procedit ordo subsidiarius.*
7 *An, & quando Ordinarius procedat ad has censuras contra exemptos.*
8 *Ut etiam in censuris legis detur, quandoque abusus, & quomodo.*
9 & 10 *Pro debito pecuniario, an ad censuras devenire valeat, distinguitur.*
11 *Assignatur ratio cur iste casus censuræ proferantur.*
12 *Quando de facto etiam cum non subditis ad censuras procedatur.*
13 *De censuris in pœnam delicti, & contumaciæ.*
14 *Damnatur lubricitas censurarum.*
15 *Quando Prælati excusentur non servando ordinem hujus decreti.*
16 *Quod non de facili censuræ debeant proferri, & de ratione.*
17 *Solent timeri magis pœnæ corporales, quam spirituales.*
18 *Quid agere debeant Prælati Ecclesiastici, ut censuræ timeantur.*
19 *Quomodo debeant se gerere in applicatione multarum, & panarum in pecunia.*
20 *Excommunicari non possunt universitates, & corpora ficta; sed supponuntur interdicto, & quomodo.*
21 *De differentia inter has censuras.*
22 *Excommunicati ratione officii, vel quod sint de universitate, an salvantur si desinant esse de illo corpore & quid de aliis censuris.*
23 *De stylo Curiæ in declaratoriis contra Capitula.*
24 *Capitulum non censuratum, est repræsentabile a paucis non censuratis, licet major pars sit censurata, secus e converso.*
25 *De casu practico, ut Capitulum censuratum non sit repræsentabile a Canonicis non censuratis.*
26 *De alio casu, ut censuræ communitativæ non afficiant in juribus propriis, & singularibus.*
27 *An censuræ communitativæ suspensionis, vel interdicti, impediant collationem beneficiorum.*
28 *De insufficientia in censuris.*

SAncte, ac prudenter, injungitur Episcopis aliisque Prælatis Ecclesiasticis, moderatus usus censurarum, præsertim excommunicationis, ut ad eas deveniendum non sit nisi in subsidium, quarenus alias provideri non posset, adeo ut aliæ desint viæ, seu remedia, illud præsertim multarum, quarum applicatio ad proprium commodum prohibetur, eam piis operibus demandando. 1

In praxi autem forensi, illius decreti previsio recepta videtur, ubi agatur de illis censuris, quæ proferantur pro debito pecuniario, ex causa pensionis ecclesiasticæ, seu ex alio titulo, etiam mere temporali, pro quo ad eas quandoque deveniri solet, ut nonnisi in subsidium, præviis diligentiis, executionis personalis, ac realis, ad id deveniri valeat, secus autem ubi agatur de censuris, quæ committuntur in pœnam delicti, vel contumaciæ, sive de illis, quæ per legem irrogatæ sint, ut tunc illius ordinis necessitas non urgeat, sed directe ad eas deveniri valeat. Othobon. *decis. 75. in fine.* 2

Quia vero hæc generalitas nimium vaga est, ejusque prætextu idem continuari videtur abusus cum aliquo censurarum vilipendio, hinc proinde eum aliquibus distinctionibus in hoc proposito procedendum videtur, ut sciant illi, quibus Ecclesia hujus gladii spiritualis potestatem concessit, quomodo se gerere debeant in ejus usu, & ne transeat in abusum, quem non solum istud Concilium damnat, sed perpetuo damnarunt sacri Canones, aliaque antiquiora Concilia graves quoque pœnas pro hoc abusu irrogando, ubi præsertim orerenus, & ex abrupto sequatur, cum nonnisi in scriptis, & causa cognita ad eas deveniri debere statutum sit, etiam sub pœnis, nisi ubi de notoria rebellione, seu violentia agatur. Lop. & Add. *allegg. 73.* Speech *dec. 39.* 3

Distinguendæ igitur in primis sunt censuratum, & excommunicationis species, quod scilicet aliæ sunt iliæ, quæ a lege inflictæ sunt, unde proptered ob aliquod delictum vel contraventionem earum incursus sequatur, & aliæ sunt, quæ proferantur ab homine, id est ab Episcopo, vel ab alio Judice ecclesiastico auctoritate sua. 5

In prima specie, quæ pro frequentiori usu incurri dicitur, ob violentam manuum injectionem in clericos, ob violationem ecclesiasticæ immunitatis, localis vel personalis, aut realis, sive ob duella, vel ob usurpationem bonorum, ac jurium ecclesiasticorum, aut ex aliis causis contentis in Sac. Canonibus, Conciliis, vel Apostolicis Constitutionibus, illa præsertim, quæ dicitur *bullæ cœnæ*, & tunc certum est, quod hunc ordinem servare non oporteat, quoniam Episcopus, vel alter ecclesiasticus Judex, & superior nullas isto casu infert, vel profert censuras auctoritate sua, cum illæ jam incurse sint, solumque eas declarat, ac detegit. 6

Unde propterea, ex pluries alibi insinuatis, Episcopo, vel alteri Prælato conceditur facultas illas censuras declarandi, etiam adversus exemptos, quamvis Apostolicum indultum speciale habeant, ne ab Episcopis, vel ab aliis locorum Ordinariis, excommunicari, seu aliis censuris innodari valeant, cum tunc nullus jurisdictionis actus in forma contentiosa exerceri dicatur, sed tantum gerantur partes denunciatoris, vel publicatoris, quæ a quocumque fieri possunt; multo vero magis ab Episcopo, vel Ordinario loci, ex ea congrua ratione, quod hæc denunciatio, seu declaratio ordinatur ad spirituale regimen proprietum ovium sibi commillarum; eas monendo, seu certiorando, a cujus morbidæ, ac infectæ ovis, quamvis externi, ac alieni ovilis conversatione abstinere debeant, unde propterea non est exercere jurisdictionem cum dicta ove externa, & ovilis alieni, sed potius cum ovibus propriis. 7

Quod tamen recipiendum videtur, ubi ipsum factum certum sit, adeo ut nulla requiratur causæ cognitio, neque forma judicii, vel processus servatur, secus autem, ubi probabile dubium cadat, an intret, necne legis contraventio, ipsaruinque censuratum incursus, adeo ut Ordinarius assumere debeat partes formales Judicis, adhibitis illius distinctionis, quæ præsertim in materiis beneficiali habetur inter merum, & mixtum executorem, quoniam tunc est cognoscere de causa, ac exercere jurisdictionem super puncto, a quo pendet affirmativa, vel negativa incursus, nisi ipsum factum tale sit, ut exemptionem cessare faciat, eaque non obstante, jurisdictionem Ordinario tribuat; puta ubi ejus majestas offensa sit, sive offensæ sint autes, cum similibus. *Tit. de jurisd. disc. 29. in Miscellan. Eccl. disc. 12. & seqq.* 8

Adhuc tamen, posita etiam jurisdictione, vel competentia, abusus remanet verificabilis in hac specie, super mala scilicet interpretatione legum, ex quibus censuræ manant, præsertim super usurpatione, vel occupatione bonorum, & jurium Ecclesiæ, vel super violatione ecclesiasticæ immunitatis, vel jurisdictionis, quoniam ubi (ex. gr.) agatur de quæstione probabiliter dubia competentiæ fori; sive ubi quis possideat bona tanquam sua, ex titulo saltem probabiliter colorato; aut quod ex probabili consuetudine, vel Apostolicis privilegiis, aut concordia, aliquæ franchitiæ ecclesiasticis denegentur; sive quod agatur cum censuariis, & reddentibus, qui debitis temporibus, census vel canones non solvant, cum similibus, de facto per aliquos Episcopos, aliosque hujus gladii potestatem habentes, procedatur ad declarationem illarum censurarum, quæ continentur in isto Concilio, sive in dicta Bulla Cœnæ, aliisque Apostolicis Constitutionibus, vel Canonibus, loquentibus de positivis, ac potentialibus occupatoribus, vel usurpatoribus bonorum, ac jurium Ecclesiæ, seu violatoribus immunitatis, vel jurisdictionis, non autem ubi ex mere privato titulo vel prætensione, sive impotentia, aut incommoditate id sequatur, atque in hoc frequentem, penèque quotidianum experimur abusum, ex quo insultant ipsarum censurarum vilipendia, quæ sunt omnium fere malorum, & inconvenientium productiva. *Miscellan. Eccles. disc. 17. & in aliis de praxibus.* 9

Quo vero ad alteram censuratum speciem, quæ ab homine proferuntur, adhuc plures casus distinguendi veniunt, primo nempe, ubi agatur de debito pecuniario, vel alio temporali implemento, ob cujus culpam denegationem ad censuras quandoque devenire oporteat; & tunc, aut agitur de illis personis, cum quibus utriusque spiritualis, ac temporalis gladii exercitium liberum sit, & recte intrat ordo subsidiarius ab isto decreto præmissus, nimiumque rarum est, ut in Curia illæ censuræ sustineantur. Unde propterea, quando ad illas indebite procedatur, Curiæ stylus est, ad earum annullationem 10

de facili proced. r.; intrat enim dilemma; aut debitor idoneus est, aut non; si est idoneus, de facili, cum exequutione reali, & personali cogi potest; & si non est idoneus, non intrant censuræ, ad quas deveniri non potest contra eum, qui ex impotentia non impleat.

Aut vero idoneus est, sed ex mera contumacia non impleat, neque ratione potentiæ propriæ, sive alterius, quæ sibi affistat, dictus ordo servari potest, adeo ut culpose, ac de facto, impeditum remaneat remedium exequutionis realis, & personalis, unde propterea excussio ita probata remaneat, utpote impedita, & tunc recte ad censuras tanquam subsidiarium remedium proceditur. *Juxta casum de quo dec. 165. Zacch. de obl. Camer.*

Et quamvis ignarum vulgus obloqui soleat, atque scandalum concipere de stylo Curiæ, procedendi quandoque ad censuras pro debito pecuniario, vel alio temporali impedimento, attamen iste est politivus ignorantiæ effectus, ob clarum dilemma, quod aut est impotens ad implendum id, quod debet, & tunc excusatur, neque ad censuras proceditur, aut est idoneus, sed ex ejus contumacia, & culposa potentia propria, vel aliena, ad quam recursum habeat, impedit ne implementum sequatur, & tunc censuræ inferuntur, non ex ratione ipsius delicti & contumaciæ, sed ex ratione notoriæ perseverantiæ in peccato. *Dict. dec. 165. post Zacch.*

Item quandoque ex eadem ratione potentiæ ad censuras immediate, ac de facto, etiam cum non subditis procedi solet, quando scilicet quis de facto bona, vel jura ecclesiastica usurpet, vel occupet, seu ecclesiasticum Prælatum impediat ne pacifice eadem bona Ecclesiæ possideat, ac fructus ex eis percipiat, cum tunc censurarum usus concedatur in forma extrajudiciali, per quamdam speciem necessariæ defensionis, vim vi repellendo, cum illis armis spiritualibus, quæ solum habeantur pro facti qualitate. *Sub tit. de jurisdict. disc. 47. & 48.*

Aut vero agitur de illis censuris, quæ ab homine proferantur in pœnam alicujus delicti, vel contraventionis; & tunc, ubi agitur de clericis subditis, cum quibus liber sit gladii temporalis usus, cum pœnis scilicet temporalibus vel realibus, utique damnabile est, illico ac directe censuras adhibere; idemque ubi, pro locorum, seu regionum moribus, & qualitate, idem liberum exercitium gladii temporalis Episcopi, aliique Prælati habeant cum laicis, quoniam ubi per multas, aliasque pœnas temporales provideri potest, semper erroneum est, dictum spirituale remedium adhibere, cum ad illud nonnisi in totale subsidium, ac nimium parce, & circumspecte recurri debeat, ut magis timeatur, atque in venerazione habeatur; unde propterea magna reprehensione, imo punitione digni sunt Episcopi, aliique Prælati, & officiales ecclesiastici, præsertim vero quidam commissarii Cameræ Apostolicæ, vel fabricæ S. Petri, qui in hoc adeo lubrici sunt, cum maximo hujus ecclesiastici remedii præjudicio.

In illis autem dictionibus, vel regionibus, in quibus de facto non permittitur Episcopis, aliisque Prælatis, & officialibus ecclesiasticis, exercitium gladii temporalis, ac familiæ armatæ, cum laicis sunt excusabiles, cum aliud non supperat remedium, atque laici debent potius de se ipsis scandalum concipere, quod non permittant id, quod sacri canones concedunt.

Adhuc tamen isto etiam casu, nimium parce, ac circumspecte procedi debet, pro facili qualitate, comminando quidem, non tamen de facili exequendo censuras; ad instar habentis scloputum in manibus vel gladium in vagina, ut cures cum eo interterre timorem, cum potentia explosionis vel extractionis respective, ab uno autem vel altero actu, quo magis fieri potest, abstineat, ne alias ille, qui explosionem, vel evaginationem prius timebat, cum experiatur de facto magis levem, ac propterea illam contemnat; siquidem, ut advertitur, alibi in his annotationibus occasione agendi de custodia clausuræ monialium, quoties ecclesiasticus superior, pro corruptis moribus regionis, videt, quod magis proficuus, ac operativus est gladius temporalis, quam spiritualis, illumque salva ejus dignitate, cumulare potest, procedendo scilicet unitim cum potestate laicali, (compatibiliter tamen, & sine ecclesiasticæ jurisdictionis, ac potestatis præjudicio) tunc illud remedium negligere non debet.

Potissimum vero Episcopi, ac Prælati Ecclesiastici habere debent validam, ac robustam manum, cum qua illum spiritualem gladium exerceant, ex ea scilicet valida, & robusta qualitate, quæ resultat ab eorum vita exemplari, bonisque moribus; fortius autem a causa, ob quam istud remedium adhibeatur, seu ob quam hujus ligaminis solutio concedatur; ubi etenim ex bono zelo id sequatur, quodque populus experiatur, quod istud remedium adhibeatur pro conservatione disciplinæ spiritualis, & ecclesiasticæ immunitatis, non autem tanquam medium ad extorsiones, propriasque avaritiæ finem, tunc valide illud timere iolet, secus autem e converso.

Quamvis etenim quandoque, pro moribus regionis, laudabile sit a contraventionibus, pro absolutione a censuris, vel pro abstentione ab earum prolatione, mulctas pecuniarias petere, ac exigere pro satisfactione Ecclesiæ, ad exemplum ac terrorem aliorum, qui magis timent amissionem pecuniæ, quam alias pœnas, quamtumvis graves, in corpore vel in anima, sive in existimatione; attamen omnino adimplere debent hujus decreti conciliaris præceptum, seu monitum, applicando scilicet hujusmodi mulctas, ac pœnas pijs usibus, non autem sibi ipsi, vel ejus Curiæ, sub prætextu actorum; idque tunc publice ac immediate fieri debet, ut pluries ego a probis ac zelantibus Episcopis practicatum vidi, & quandoque ego etiam practicavi cum magno profectu; licet enim huic decreto satisfiat, deputando pœnarum, ac mulctarum depositarium, per cujus manus probi Episcopi fideliter illas erogante, juxta opportunitatem, in pauperum subventionem, vel in fabricam, aut supellectilem Ecclesiarum (quoties tamen istud onus eis non incumbat ex propriæ mensæ redditibus explendum;) sive in alia pietatis opera, & præsertim prudenter, aliquam summam cumulando pro annis vel temporibus penuriosis, seu alias calamitosis pro subventione indigentium; attamen id commendabile est, quoties fidelitet, non autem pro colore quæsito id agatur, in pœnis, ac mulctis, vel compositionibus clericorum, vel etiam laicorum ex causis, quæ non sint exemplares, & scandalosæ.

Ubi vero de istis agatur, adeo ut congruat, ita exemplum ac timorem aliis incutere, tunc immediate, ac publica ista erogatio facienda est, adeo ut omnibus innotescat, ideoque laici concipere non valeant suspicionem, quod applicatio sibi ipsi facta sit, cum ipsi non distinguant, ac frequenter ignorent quid tractu temporis de hac pecunia agatur.

Excommunicationis item remedium exerceri non potest, neque debet cum universitatibus, aliisque corporibus fictis vel intellectualibus, ut sunt Capitula, Collegia, congregationes, communitates, &c. sed cum istis adhibentur aliæ species censurarum, nempe suspensionis, vel interdicti *cap. Romana. §. universorum de sent. excom. in 6. ubi Barzz. & addent. dec. 916.* Atque ubi agatur de hac prætensorum specie interdicti ecclesiastici, cui aliqua Civitas vel oppidum ex delicto populi, & quandoque Domini, vel Magistratus, ad præscriptum sacrorum canonum subjici solet, adhuc animum circumspecte procedendum est, atque nonnisi ex magna, & gravissima causa in totale subsidium, quando scilicet omne aliud remedium defit, magnusque error est, severa punitione dignus, ubi alias fiat.

Magna vero differentia est, inter istas censuratum species, quoniam excommunicatio exigit proprium, ac singulare delictum, eique delinquentes tantum subjici debent, cum personas singulares afficiat, estque ligamen inferat; aliæ autem censuræ, quæ proferuntur contra corpus universale, afficiunt omnes, etiam innocentes, jure tamen universo, non autem personali.

Hinc proinde si excommunicatio contra aliquos cives vel canonicos, etiam ex causa communicativa, vel capitulari proferatur, tunc illæ personæ remanent affectæ, adeo ut quamvis desinant esse canonici vel cives, sive officiales, adhuc censura durat, donec absolutionem obtineant, illaque eis impedimentum præstat, etiam in juribus propriis, quæ jure proprio & singulari competant, independenter a Civitate vel a Capitulo, seu ab officio, ideoque nonnisi ex propria, vel particulari culpa hæc censura inferri debet; e converso autem, suspensio vel interdictum contra corpus universale seu politicum, afficit tantum ipsam universitatem, & singulos, non jure singulari, sed tanquam hujus corporis membra, quamvis ipsi sint innocentes, unde propterea reptæsentare non possunt ipsum corpus infectum, verum salva eis remanent jura competentia singulariter, ac independenter a corpore communitativo, quamvis adhuc sint canonici, vel cives, aut de magistratu, multo magis ubi desinant esse tales. *Tit. de benef. disc. 23.*

Ac propterea, juxta frequentem praxin Curiæ, & præsertim Rotæ, in declaratoriis, quæ relaxari soleat, contra Capitula, vel alia corpora communitativa, ob non partitionem, juxta eo, quæ in judiciorum sede habentur; si non partito vel alia contumacia provenitat ab aliquorum Canonicorum vel officialium protervia, sine culpa aliorum, qui parere prompti sint, sed eorum bona voluntas effectum partitionis non caufet, tunc relaxatur censura communitativa suspensionis, & interdicti contra ipsum corpus universale, adeo ut sub ea etiam innocentes, & prompti obedire ve-

nant, ac etiam relaxatur excommunicatio contra singulares personas delinquentes, exceptuando innocentes, *dict. disc. 25. de benef. & sub tit. de judiciis.*

Notabilis autem est hujus distinctionis
24 effectus, quoniam si (ex. gr.) etiam ex causa capitulari, multi Canonici, qui majorem partem constituant, ob non paritionem excommunicentur jure singulari, sed non proferatur censura communitativa interdicti, vel suspensionis contra corpus Capituli, tunc istud remanet integrum, & non infectum, ideoque representabile est ipsum corpus, ab illis modicis membris, quæ valida, & non infecta sint, a quibus etiamsi sint duo, imo unus totum corpus Capituli constitui seu repræsentari potest, ideoque omnia jura capitularia ab eis exercentur; id autem non sequitur, ubi totum corpus censuratum sit, quamvis aliqua membra a censuris exempta sint, quoniam non potest corpus infectum repræsentari per aliqua membra valida; & e converso censura communitativa vel universalis non afficit singulos in jure singulari. *Ibidem.*

Unde propterea in facti contingentia: Cum quoddam Capitulum, ob non paritionem mandatorum Rotalium, supposium fuisset censuræ communitativæ suspensionis, & interdicti, ac etiam contra multas dignitates, & canonicos contumaces relaxata esset excommunicatio, a qua aliqui canonici, & dignitates, qui erant obedire parati, exceptuati fuerunt (prævia magna disputatione) decisum fuit per Rotam, ut isti canonici exceptuati, non essent apti repræsentare Capitulum, & exercere jura capitularia, quoniam exceptuatio percutit censuram personalem, non autem communitativam. *Ibidem.*

26 Et e converso per Sacram Congregationem Concilii decisum fuit, ut suspensio a jure conferendi beneficia, incursa per Capitulum ob contravenionem Constitutionis Pii V. non impediat illam beneficiorum collationem, quæ singulis dignitatibus, & canonicis jure singulari, non autem capitulari competat, *ita fuit declaratum per hanc S. Congregationem Concilii in una Lodien. de mense Aprilis 1678. & ab ista constitutione sub tit. de Canon. & Capit. disc. 27.* Atque cum eadem proportione idem dicendum est in Civitatibus, ac Tribunalibus vel Magistratibus collegiatis respective.

An autem & quando censuræ communitativæ, suspensionis, vel interdicti, impe-
28 diant collationem beneficiorum aliosque actus capitulares, in beneficiorum sede advertitur. *Eod. disc. 25. de benef. & eod. tit. in supplem.*

Agitur etiam in hoc decreto de insordescentia in censuris: verum de hoc rarum est agere in foro contentioso, in ista S. Congregatione, vel in altera Episcoporum, quoniam quando per Episcopos, vel alios ecclesiasticos superiores insordescentia declaratur, tunc desuper manus apponere solet Sac. Congregatio universalis Inquisitionis. *Ut agenda de ista S. Congregatione advertitur in relatione Curiæ.*

DISCURSUS XLIV.

Ad Sessionem 25. de Regular. cap. 13.

SUMMARIUM.

1 *De modo procedendi cum adjunctis.*
2 *Restringitur ita jus Capitularum.*
3 *Non procedit nisi in Capitulis exemptis.*
4 *Exemptio non præsumitur.*
5 *In Italia est rara, & ubi est magis in usu.*
6 *De quæstionibus desuper cadentibus.*
7 *De materia remissive.*

PRæscribitur in hoc decreto, quomodo 1
Episcopus procedere debeat in visitatione Capituli, & in cognitione causarum capitularium cum adjunctis, scilicet ab eodem Capitulo eligendis, juxta formam in eo contentam.

Opinantur aliqui quod in gratiam Capitulorum, & capitularium, illud concilium decretum prodierit, quasi quod ita Capitulum cathedralis, a reliquo clero contradistinctum ac singularem turam sit; sed 2
male, quoniam potius id, Capitulorum jura, & privilegia restringit, atque Episcopis concessit id, quod non habebant. *De Canon. & Capit. disc. 23. Miscell. Eccles. disc. 24.*

Verius enim est, ac hodie extra omnem 3
controversiam receptum, ut ista conciliaris dispositio procedat solum in illis Capitulis, quæ ex Apostolicis indultis exempta erant a jurisdictione Episcopi, atque immediate subjecta Sedi Apostolicæ; unde propterea, cum visitatore, ac superiore præsente coreseat capitulares, id plura producebat inconvenientia, ideoque illa Capitula, quæ istud privilegium non habeant, quod in visi sit, non differunt a reliquo clero circa omnimodam subjectionem Episcopi; istudque privilegium non præsumitur, sed ab allegante probandum est, sin minus fundata est Episcopi intentio super ejus plena & ordinaria jurisdictione, ut in facti contingentia occasio dedit disputare in hac Sacra Congregatione. *Dicto decis. 24. Miscell. Ecclesiast.*

Nimium tamen rarus est hujusmodi exemptionis usus in Italia, magis autem frequens in Hispania, aliisque partibus ultra montes, in quibus tamen etiam jure singulari hæc exemptio competit, cum pleraque adsint etiam Capitula non exempta, sed cadentia sub dicta regula generali, seu 5
causa universali, quæ Episcopo assistit, quoties non doceatur de limitatione, cujus natura est, ut in dubio præsumenda non sit, sed per allegantem probanda, quodque alias fundata remanet intensio habentis pro se regulam.

Posita itaque exemptione, nonnullæ oriri 6
solent controversiæ, præsertim vero illam disputare in Rota occasio dedit, an tertius adjunctus, qui assumendus est in casu discordiæ inter Episcopum, vel ejus Vicarium generalem, & judicem capitularem, debeat esse de ipsius Capituli gremio, vel potius assumi possit quicumque extra gremium; & quamvis aliquæ non improbabiles rationes hanc secundam partem suadeant, attamen ista Sacra Congregatio, cum cujus sensibus Rota processit, pluries censuit, ut de ipso gremio esse debeat; cadente quæstione an debeat esse verus capitularis, idest de canonicis, vel dignitatibus, vel sufficiat esse de portionariis beneficiatis habentibus vocem in Capitulo, super quo observantiæ deferendum videtur. *Dicto disc. 23. de Canon. & Capit.*

Aliqua vero ad hujus decreti materiam 7
pertinentia, utpote rara in ista Sac. Congregatione, imo generaliter in curia, ex dicta ratione quod rarus est hujusmodi Capitulorum exemptorum usus in Italia, videri possunt infinita apud consuetos elaboratos Collectores. *Et habentur etiam locis citatis.*

DISCURSUS XLV.

Ad Sessionem 25. de Regular. cap. 7.

SUMMARIUM.

1 *Abolisi sunt accessus coadjuturiæ & expectativæ, atque Papa potest hinc prohibitionis derogare, sed raro solet.*
2 *De pensionibus eventualibus.*
3 *An impediant facultatem transferendi.*
4 *An dicatur gratia pura, vel conditionalis, & an cesset per mortem Papæ.*
5 *De investituris absolvit, vel præventivis.*
6 *De accessu, vel regressu ad beneficia, & ad pensiones, & de diversis speciebus regressus.*
7 *Quæ coadjuturiæ sint in usu, & quæ non.*
8 *De juribus, & prærogativis coadjutoris.*
9 *In quibus partibus vigeat usus coadjuturiarum etiam in Cathedralibus.*
10 *Quomodo præticari soleant istæ gratiæ coadjutoriæ, & qualis consensus Capituli requiratur.*

RAra hodie videtur in foro hujus de- 1*
creti disputatio, in quo aboletur usus, qui frequens erat, accessuum, vel regressuum, ac etiam coadjutoriarum cum futura successione, vel expectativarum; & quamvis (ut alias infinuatum est,) extra controversiam sit potestas Papæ dispensandi generaliter in Concilii generalibus, magis vero huic Tridentino, ob legem particularem in ejus confirmatione adjectam, ut veniant ejus decreta sub derogatoriis generalibus, atque necessaria non sit mentio specialis; Adhuc tamen super illius decreti observantia insistitur, præsertim in gratiis expectativis, quarum usus post Concilium nimium rarus est.

Solum etenim ab aliquo moderno tem- 2
pore, hic usus inval isse videtur, in pensionibus, eas reservando per quamdam speciem expectativæ, postquam a se jam existentes cessaverint, quæ propterea eventuales dicuntur; Ideoque super eis aliquæ in foro oriri solent controversiæ, in sua pensionum fede insinuatæ, & præsertim, an hujusmodi reservatio impediat, necne fa- 3
cultatem transferendi antiquam pensionem, atque probabilior est negativa, ubi alias Apostolica auctoritate eautum non sit. *Tit. de pensionibus, disc. 1. cum seq.*

Ac etiam, an ista gratia dicatur condi- 4
tionalis, perfectionem obtentura a futuro casu varationis, vel cessationis, vel potius sit pura, & perfecta ab initio, dilata solum exequutione, postquam casus cessationis antiquæ adveneric, cujus quæstionis effectus est, an tali eventuali reservationi obsites mors Papæ conditione pendente; atque probabilius est, ut gratia sit potius pura, & perfecta, quam conditionalis, quodque futura cessatio pensionis antiquæ non percutiat subsistentiam gratiæ, sed potius exequutionem, seu effectum, ut in hac peculiari fede pensionum advertitur. *Dicto disc. 1. & seqq. de pension. in supplemento.*

5 Ea vero, quæ habentur apud antiquos Beneficialistas, qui ante hujus decreti promulgationem scripserunt de hac materia expectative, utpote tunc frequenti hodie in foro, a simili deservire solent in feudalibus, vel emphyteuticis concessionibus præventivis, seu abusivis, quæ fiant de feudo, vel de emphyteusi jam plana, ut in suis sedibus advertitur. *Tit. de emphyteus. disc.* 1. & 2.

6 Ille autem accessus, vel regressus, qui in hoc decreto prohibetur, percurit ipsa beneficia libere dimissa, ne ita detur species hæreditariæ successionis; non autem ubi agatur de illis regressibus, qui reservantur in casu resignationis, sub reservatione pensionis in casu, quo ista non solvatur; de hoc autem regressu habetur pariter in sua peculiari pensionum sede, ubi de distinctione inter duas ejus species, unam scilicet ex juris dispositione, & ob contumaciam, seu proterviam non solvendi, & quæ juxta formulam antiquam dicitur; & alteram, quæ juxta formulam modernam per viam conditionis; cum ea notabili differentia inter has species, quod in prima, impugnatio pensionis ex causa nullitatis, vel diminutionis fructuum, sive ex alia justa causa, excusat regressum, qui proinde exigit formalem canonizationem in judicio ordinario per tres conformes; secus autem ubi agatur de secunda specie, in qua proceditur exequutive, atque nullitas, vel alia causa non excusat, ut ibi latius *Tit. de pension. disc.* 12. & *seq.*

Quo vero ad coadjutorias in Italia, & Hispania, aliisque partibus, in quibus Concilii observantia viget, nimium rarus, peneque nullus est earum usus in Ecclesiis Cathedralibus, vel Metropolitanis; bene tamen in Ecclesiis, ac beneficiis inferioribus, puta in parochialibus, vel in Dignitatibus, & Canonicatibus Cathedralium, vel Collegiatarum, quando justa causa infirmitatis, vel gravis ætatis accedat, ut in beneficiorum sede habetur, cum de hujusmodi controversiis peragi soleat in Rota, aliisque ordinariis contentiosis tribunalibus, non autem in Sacris Congregationibus, in quibus, præsertim in illa Rituum, agi quandoque solet de præcedentia aliisque juribus, & præeminentiis coadjutoris, & de quibus aliqua habentur in rerum capitularium, vel canonicalium sede, ubi in casus contingentia videri potest. *De coadjutoria sub tit. de Canon. & Capit. disc.* 27. & *de Regularibus disc.* 53.

9 In Germania vero, & Gallia aliisque partibus ultra montes, in quibus Concilii observantia adeo non viget; vel etiam si in aliis vigeat, in hac tamen parte usus aliter suadet; solet Sedes Apostolica facilius concedere etiam in Ecclesiis cathedralibus, & metropolitanis, seu monasterialibus istam coadjutoriam, cum futura successione in præsentia, ex justa causa, examinari solita in Sacra Congregatione consistoriali, ad cujus consultationem Papa gratiam concedere, vel denegare solet.

Hinc propterea in illis partibus, in quibus Ecclesiæ sunt ad electionem Capituli, quamvis pro coadjutoria non intret jus electionis, cum totum pendeat a gratia, & voluntate Papæ ex aliqua causa concedendi coadjutorem, non solum Prælato petente, sed etiam quandoque invito, attamen prudenter, ad occurrendum aliquibus inconvenientibus, id agere non solet sine Capituli consensu, qui præstari solet per quamdam formam, seu speciem electionis, super cujus forma, bene, vel male servata, in eadem Congregatione consistoriali petagi solent quæstiones, quarum aliquæ in capitularium, & canonicalium rerum annotationibus, ac etiam in illis Regularium inseruntur, *dict. disc.* 55. *de Regul. & disc.* 27. *de Canon. & Capit.* Ubi quod ista non est vera, & formalis electio, ideoque de facili sanari solent illæ nullitates, quæ de stricta juris censura obstarent, cum sufficeat, ut Papa se certum quoquomodo reddat de consensu capitularium, ut latius in dictis suis sedibus.

DISCURSUS XLVI.

Ad Sessionem 25. de Reformatione cap. 10.

SUMMARIUM.

1 *De judicibus Synodalibus.*
2 *Quid ubi deputati in Synodo deficiant.*
3 *De eodem.*
4 *Datur ipso casu cautela.*
5 *Quid operetur hæc deputatio.*
6 *De conservatoribus privilegiorum, & Collectoribus Apostolicis, & an esse debeant in dignitate Ecclesiastica.*
7 *Dicuntur idonei licet non sint Doctores.*

1 DE Judicibus Synodalibus in ista decreto agitur, ut scilicet in provinciali, vel in diœcesana Synodo deputentur ad minus quatuor personæ in dignitate constitutæ, quibus Apostolica Sedes committere valeat causas in gradu appellationis, ut ita certa reddatur de earum integritate, & idoneitate, atque congrua fiat electio, cum alias, ob locorum distantiam ac negotiorum multiplicitatem, ista notitia impossibilis esse videatur.

2 Quatenus vero personas ita deputatas deficere, vel abesse contingat, in eodem decreto disponitur, ut ab Episcopo, cum consensu capituli aliorum suffectio fieri debeat, quod ex rationis identitate intelligendum videtur eodem modo quo supra *sess.* 24. c. 18. dictum est de examinatoribus synodalibus, ut scilicet ista provisionalis suffectio extra synodum recte intret infra annum, secus autem eo elapso, ex eadem ratione ibi insinuata, quod scilicet Episcopo imputandum est cur ad ejusdem Concilii præscriptum non congregaverit synodum singulis annis congregandam, *tit. de jurisdict. disc.* 36. *tit. de parochi. disc.* 37. *Miscellan. Ecclesiast. disc.* 1.

3 Bene verum, quod etiam in examinatoribus synodalibus, ista propositio, quamvis per Rotam firmata sit, adhuc tamen ex magis communi usu parum rationabilis videtur; Quoniam ut advertitur supra cum synodi convocationem singulis annis superfluam experientia docuit, eo quia cum una synodo bene ordinata, per plures annos diœcesis recte administratur, istaque convocatio, incommoda, & dispendia, ac etiam quandoque inconvenientia parere soleat, adeo ut de facto ista frequentia non sit in usu; Hinc proinde dicta ratio parum concludens remanet.

4 Ad tollendum vero omne dubium, provida cautela est, ut Episcopus, deficientibus hujusmodi examinatoribus, vel judicibus respective, de hoc certioret istam Sacram Congregationem, vel alteram Episcoporum, a quarum una vel altera oraculum accipiat, faciendi hujusmodi deputationes, etiam post annum.

5 Hujus itaque decreti operatio est, quod cum ad Canonum præscriptum, Sedes Apostolica non soleat rescribere, neque easdem, vel Apostolicarum literarum exequutionem committere, nisi personis in ecclesiastica dignitate constitutis, eis sub nomine dignitatis rescribendo, atque ita species dignitatis reputatur hæc deputatio, rescribendo uni ex Judicibus in diœcesana synodo legitime deputatis, ut etiam in judiciorum sede advertitur, *tit. de judic. ubi agitur de appellationibus.*

6 Ex præmissa vero insinuata sacrorum canonum dispositione, ut nonnisi personis in ecclesiastica dignitate constitutis, Apostolica delegatio congruat, resultat, ut conservatores privilegiorum regularium per singula Monasteria, vel Conventus, & domos regulares ad præscriptum constitutionis Gregorii XV. deputandi, in ecclesiastica dignitate constituti esse debeant, eo quia hujusmodi conservatores, Apostolici delegati dicuntur, ut de eis alibi particulariter agitur, *de conservatoribus privilegiorum, tit. de jurisdict. disc.* 49. *& de Regular. disc.* 51. *&* 52.

Atque ex eadem ratione, de stricto jure verius est, ut nonnisi tales personæ in Apostolicos collectores deputari debeant, quodque alias deputatio invalida sit, adeo ut consuetum effectum Apostolicæ reservationis beneficiorum non causet; Id autem in Italia, respectu subcollectorum, ex diverso usu, difficultatem pari videtur, ut in rerum beneficialium adnotationibus advertitur, *tit. de benef. pluries.* Reputantur autem ad judicandum idonei eo ipso, quod in synodo sunt deputati. Mantic. *dec.* 3. *in fin.*

7

DISCURSUS XLVII.

Ad Sessionem 25. de Reformatione cap. 11.

1 PRohibentur per hoc decretum antiquatæ exactiones fructuum, vel pensionum ex causa locationis bonorum Ecclesiæ; De hoc autem nimium raro ac forte numquam in hac Sacra Congregatione, vel in alia Episcoporum agi contingit, cum de hujusmodi quæstionibus disputari soleat inter conductores, vel alios debitores qui anticipatas fecerint solutiones; Et successores in Ecclesia, vel beneficio coram Judicibus ordinariis, & frequenter coram officialibus cameralibus, occasione collectionis fructuum pro tempore vacationis, petendo novam solutionem pensionis, vel alterius debiti, neglecta solutione anticipata, utpote prohibita, cum frequenter colluserit, seu fraudulenta esse soleat, quoties communis usus regionis, vel qualitas bonorum, seu aliæ facti circumstantiæ, bonam fidem non redoleant, atque justam non inducant excusationem; Ideoque non de facili certa regula generalis, cuicumque casui applicabilis desuper statui valet, cum ex singulorum casuum qualitate, & circumstantiis verius resolutio pendere videatur; Atque de

de hoc agitur in rerum beneficialium adnotationibus, occasione agendi de divisione fructuum beneficii inter prædecessorem, & successorem, vel Cameram Apostolicam respective; Ac etiam in sede pensionum occasione agendi de pensionum repartitione, *tit. de benef. 31. & seqq. & tit. de pension. disc. 23. cum plur. seqq. & tit. de locat. disc. 25. ubi quando successor liganr locatione prædecessoris.*

DISCURSUS XLVIII.

Ad eamdem Sessionem 25. de Refor. cap. 12. 13. & 14.

1 IN istis tribus decretis agitur de solutione decimarum, ac etiam de solutione quartæ canonicæ, & de clericis concubinariis; Verum quia decimæ particularem habent sedem in hoc eodem libro, ideirco ibi videndum est, *sub tit. de decim.* Et de quarta canonica agitur in Parochorum sede, seu adnotationibus, *sub titul. de Paroch.*

In ultimo autem decreto agitur de clericis concubinariis, eorumque punitione. Nimium autem rara, ac hodie forte nulla est citra montes hujus decreti quæstio in foro, cum etiam in laicis in Italia non de facili permittatur usus concubinatus, multo minus in clericis. Quandoque autem in Rota audiri consueverunt istæ quæstiones in clericis ultra montes, occasione privationis beneficiorum, ad quam procedi solet, cum ista licentia in clericis ibi quandoque usurpari soleat ob eam potentiam, quæ resultat a Capitulorum exemptione, sive a conspicua qualitate possessorum illarum dignitatum & canonicatuum magnam figuram facientium, ac forte eamdem, & alicubi majorem, quam in Italia faciant Episcopatus, & Archiepiscopatus, cum hæc dignitas in Italia ob nimiam frequentiam, & Ecclesiarum paupertatem, quodammodo viluisse videatur; Et e converso ibi istæ inferiores dignitates in magna existimatione sunt; Tum ob divitias; Tum etiam pro diversa regionum qualitate ob activum, ac passivum jus electionis Episcopi.

Nimium tamen difficile est, atque in praxi multum rarum convincere concubinatum sufficientem ad pœnas in isto decreto contentas, illam præsertim privationis beneficiorum, *titul. de benefic. discurs. 75.*

DISCURSUS XLIX.

Ad eamdem Sessionem 25. de Refor. cap. 15.

SUMMARIUM.

1 *Filius non habet beneficium patris, vel in eadem Ecclesia.*
2 *Quid e converso, an pater ubi adest filius.*
3 *Quomodo in hoc procedi debeat.*
4 *De Constitutione Pii V. ne conferantur conjunctim beneficia resignata.*

FIlii illegitimi clericorum, prohibentur habere simile, vel dissimile beneficium in ea Ecclesia, in qua pater de præsenti habeat, vel de præterito habuerit, minusque pensiones super ipsis beneficiis habere, quæ patentes obtinent, vel obtinuerunt, prohibitis etiam resignationibus, quæ desuper fierent. 1

Super istius autem decreti observantia, pariter rarum est agere, quoties non accedat Apostolica dispensatio, quæ eamdem quæstionem omnemque dubitationem juris dirimere videtur, illaque restringi solet ad factum; Vel super ipsius dispensationis subreptione; Vel super ejusdem tenore, ac restrictione, quoniam cum generaliter ad sacrorum canonum præceptum, illegitimi sint inhapaces beneficiorum, ideoque dispensatione indigeant, hinc proinde ejusdem dispensationis tenor attendendus est.

Disputari autem solet, an ista prohibitio procedat in casu converso, ne scilicet pater obtinere valeat beneficium in ea Ecclesia, in qua filius obtineat, vel obtinuerit; Atque aliqua opinionum diversitas dignoscitur; Verius autem videtur, ut prohibitio in eodem beneficio procedat, in diverso autem secus, cum ubi agitur de eodem, etiam prohibita sit immediata successio filii, quamvis legitimi, utpote ante clericatum ex legitima uxore suscepti, ut in Ecclesiis, ac beneficiis collatur species hæreditariæ successionis, *tit. de benef. disc. 65.* 2

Bene verum, quod etiam in casibus non prohibitis, & quamvis de filiis legitimis, ut supra agatur, circumspecte in hoc procedendum est circa collationem, cum apud populum, sive vulgum ignarum, id scandalum patere soleat; Ut enim alibi advertitur, Aliud est formalis prohibitio ad effectum incapacitatis, & consequenter nullitatis 3

tatis provisionis pro amissione, seu privatione juris quæsiti; aliud vero considerare aliquem defectum productivum scandali, vel inconvenientis saltem de facto, ad effectum repellendi ab assequendo, ac reputando minus dignum eum, qui alias magis dignus censendus esset, ut in facti contingentia praxis me docuit, in his specialibus temporis non de facili admittendi patrem ad assequutionem beneficii in Ecclesia, in qua filius beneficium quoque possideret, vel ibi inserviret, *dicto disc. 66. de benef.*

Quo vero ad posteriorem decreti partem in materia resignationis, ad Datariam potius, quam ad istam, vel alteram Congregationem de his agere pertinet; Et quatenus resignatio admittatur, super ejus validitate, vel invaliditate, agi solet in Rota, aliisque Tribunalibus juxta rerum beneficialium adnotationes; Bene verum quod superventa constitutione Pii V. quæ strictius sub pœnis prohibet inferioribus collatoribus collationem beneficiorum vacantium ex causa resignationis ad favorem eorum conjunctorum, vel conjunctorum resignantium, ne ita resignationes ad favorem certæ personæ coram Ordinariis prohibitæ, indirecte sequantur; Quandoque super hujus constitutionis intelligentia disputationes in ista sacra congregatione haberi solent, ut præsertim habita fuit superius alibi insinuata, an scilicet si capitulum huic constitutioni contravenisset, unde propterea resultet pœna suspensionis a jure conferendi, ista pœna incurret in singulis dignitatibus, & canonicis pro eo jure conferendi, quod singulari, non autem capitulari nomine competat; Atque de hujus constitutionis materia in rerum beneficialium sede potius agitur, *sub tit. de benef. pluries.* 4

DISCURSUS L.

Ad Sessionem 25. de Reformatione cap. 17. 19. & 20.

IN primo istorum decretorum injungitur Episcopis, ut dignatis majestatem tueantur, atque sæcularibus obsequia indecentia, vel famulatum non præstent; In secundo prohibetur usus duellorum; Et in tertio eisdem Episcopis injungitur defensio, & conservatio ecclesiasticæ immunitatis, ac libertatis.

De primo, non pertinet ad forenses agere; Bene tamen cordi esse debet Sedi Apostolicæ, & Sacræ Congregationi, desuper invigilare, præsertim in Italia, ob Ecclesiarum cathedralium nimiam frequentiam, & paupertatem, unde propterea cum viris parum dignis, ac infimæ conditionis Episcopatus conferri, quandoque casus præbeat, hinc de consequenti praxis docet hujus decreti abusum, seu violationem.

De aliquibus autem controversiis inter Episcopos & Principes, vel Dominos sæculares super usu throni elati, seu baldachini, habetur in sede præeminentiarum, *sub tit. de præeminent. disc. 26.*

Super duellorum prohibitione, & quomodo illorum usus citra incursum censurarum, allarumque pœnarum sit practicabilis, particulares ediderunt tractatus aliqui moderati. Carafa *in tract. de duello.*

Et de tertio decreto, super defensione, vel competentia tripartita immunitatis, localis, personalis, & realis particulariter agitur in ecclesiastico Miscellaneo in hoc eodem libro contento, ubi videri potest. *Miscell. Eccl. disc. 2. cum plur. seqq.*

FINIS.

INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM,

Quæ in his Annotationibus ad Sacrum Concilium Tridentinum continentur.

A

Abbates.

USum Pontificalium habentes quomodo illum exerceant, disc. 6. num. 17.

Abbatiæ cum Conventu, & administratione requirunt ætatem annorum 24. disc. 24. num. 4.

Abbatissa ætatem quamnam habere debeat, & quot annos professionis, disc. 37. num. 16. Duas partes votorum ex tribus habere debet, disc. 37. num. 11. *Et* quid faciendum, si electio concludi non possit, num. 12. ibid. *Ac* quomodo si numquam concludi possit, Prælatus se gerere debeat, disc. 37. num. 13. Electa ante legitimam ætatem, poterit ætate superveniente denuo eligi, num. 17. ibid. Exempti Monasterii cum eligitur, potest Ordinarius intervenire, disc. 37. num. 15. Ordinarius pro ea eligenda, non potest ingredi clausuram, disc. 37. num. 14. Perpetua ex lege fundationis, an esse possit, ibid. num. 20. *Et* de consuetudine Monasterii Turris speculorum Urbis, disc. 38. num. 21. Scrutinio mediante eligi debet, sed quomodo præticandum, n. 10. ibid. Triennalis esse debet, & quando Sacra Congregatio triennium prorogare soleat, disc. 37. num. 19. *Non* Virgo non potest esse, licet ex privilegio fuerit admissa ad habitum, num. 18. ibid. Alia *vid.* Monasteria monialium. Moniales.

Absolutio a censuris concedi an possit prævia exactione mulctæ, & quomodo hæc sit applicanda, disc. 43. num. 19.

Academiæ præsentandi, vel nominandi ad beneficia jus habentes, debent illud exercere cum approbato ab Ordinario, disc. 11. n. 11.

Accessus ad beneficia libere dimissa prohibitus est, disc. 43. num. 1. & 6. *vid.* Regressus. Monialium ad Monasteria, *vid.* Monasteria monialium. Regulares.

Acquisitiones a Clerico factæ de quibus bonis præsumantur, disc. 42. num. 5. & 6.

Alta appellationis in causa integre transportanda sunt, & de differentia inter causas ecclesiasticas, & prophanas, disc. 33. n. 29. *Fallit* si agatur de aliquibus incidentibus, ibid. num. 30. Integra quando dicantur remiss. disc. 33. num. 31.

Aliunde cum quibus debet procedere Episcopus contra Capitulum exemptum, quomodo sint eligendi, disc. 44. num. 1. Tertius, in casu discordiæ, an sit eligendus de gremio Capituli, ibid. num. 6. *Vide* Capitulum *vers.* exemptum.

Administratio. Vid. Commenda.

Administratores laici locorum piorum, an & quando cogi possint ab Ordinario ad reddendas rationes, disc. 11. n. 1. & 4.

Economus Bonorum Ecclesiæ pro administratione Sede vacante deputandus est a Capitulo, disc. 31. num. 6. *Et* a quo hodie deputetur, distinguitur, ibidem. *Et* quid ultra montes, disc. 31. n. 7.

Etas in Abbatiis cum Conventu, & administratione 24. annorum sufficit, disc. 24. num. 4. Abbatissæ quanta esse debeat, disc. 37. num. 16. Cappellaniis in manualibus certa non exigitur, disc. 24. n. 10. Cathedralis in Canonicatibus quæ requiratur, distinguitur, ubi adest, vel non distinctio ordinum, disc. 24. num. 6. *Et* quid in Germania, ibid. n. 7. Collegiatæ in Dignitatibus, vel Canonicatibus sufficit annorum 14. disc. 24. n. 4. *Et* quid si Collegio sit annexa cura animarum, ibid. n. 5. Habilis ad sacerdotium suscipiendum intra annum exigitur in beneficiis curatis, vel Canonicatibus, quibus cura est annexa, disc. 24. num. 5. Habitus religiosi pro assumptione quanta esse debeat, disc. 39. num. 6. In moniali debet esse annorum 12. ibid. Major esse non debet in Canonicis, præsertim quod Capitulo, vel Collegio cura incumbat, disc. 9. n. 3. disc. 24. n. 5. Majoribus in ordinibus requisita singulatim recensetur, disc. 14. num. 27. Pensiones ad ecclesiasticos eadem exigitur, quæ pro clericatu est necessaria, disc. 24. num. 9. Pœnitentiarii Canonici quanta esse debeat, disc. 2. num. 24. disc. 24. num. 9. Primam ad tonsuram, & minores ordines quanta requiratur, disc. 14. num. 25. disc. 24. n. 1. Professionis religionem de jure communi quanta esse debeat, disc. 39. num. 2. *Tridentini* ex dispositione debet esse annorum 16. ibid. num. 1. Et deficientibus paucis diebus professio erit nulla, disc. 39. num. 3. *Vid.* Professio. Septem annorum de jure communi sufficit ad beneficia, disc. 24. num. 2. *Sed* per Tridentinum requiritur ætas annorum 24. ibid. num. 1. Et de quibus beneficiis intelligatur, disc. 24. num. 10. *Amplia* etiam in beneficiis de jurepatronatus, nisi obstet lex fundationis, & quid si fundator dicat ut conferatur clerico primæ tonsuræ, disc. 24. num. 10.

Affectus anticipare per beneficiatum exigi non possunt, disc. 47. num. 1.

Alienatio. De facultatibus Prælatorum Regularium circa alienationes, disc. 34. num. 27.

Alimenta clericus ex quibus bonis sibi suppeditasse præsumatur, disc. 42. n. 56. Colligandi pauperi una cum sumptibus litis quando sint decernenda, disc. 33. num. 32. *Et* quando quis dicatur pauper, ibid. n. 33. & quomodo sit probanda paupertas, disc. 33. num. 35. *Et* quid in illis, quibus pro paupertate assistit præsumptio ut monachi, filiisfamiliæ, & similes, ibid. num. 36. *Declara* conclusionem ut procedat, quando colligandi assistit bonum jus, & unde hoc resultet, disc. 33. n. 34. *Et* de modo decernendi hujusmodi alimenta, & sumptus in causam declarandam, n. 35. ibid.

Alternativæ Episcopus non gaudet nisi resideat, & quomodo, disc. 4. n. 10.

Appellatio actorum integram transportationem requirit, & de differentia inter causas prophanas, & ecclesiasticas, disc. 33. n. 29. Et quando dicantur integra, ibid. n. 31. *Fallit* si ageretur de aliquibus incidentibus, disc. 33. num. 30. Denegata a justitia an & quomodo detur, ibid. num. 20. Frivola, an & quando dicatur ita ut non veniat admittenda, disc. 33. n. 25. Habitus clericalis a denegata dimissione conceditur, disc. 24. num. 42. Irrationabili a judicio Episcopi in præelectione ad Parochiales datur, disc. 32. num. 19. *Non* tamen ad effectum suspensivum, num. 20. ibid. *Quare* sit rara ejus prosecutio, disc. 32. num. 20. & 21. Metropolitani, vel vicinioris a provisione Vicarii Capitularis jure devoluto facta suspensiva an detur, disc. 30. num. 27. A Metropolitano an & quando sit admittenda, disc. 30. n. 2. disc. 33. n. 25. *Non* potest recipi in casibus immunitatis Ecclesiasticæ, vel novæ fundationis conventus; disc. 30. num. 3. disc. 33. num. 26. Morum correctionem in concernentibus non datur, disc. 15. n. 7. Suspensiva an & quando detur a decretis, & gestis in visitatione, disc. 5. n. 5.

Approbatio fieri debet ab Ordinatio cum examine Examinatorum synodalium etiam in illis casibus, in quibus non est necessarius concursus, disc. 32. n. 33. Nominati, vel electi ab Academia, vel universitate ad beneficium spectat ad Episcopum, disc. 11. n. 31. Præsentati ad beneficium patronarum facienda est ab Ordinario, licet institutio spectet ad alium, disc. 11. n. 29. Alia *Vid.* Concursus. Examen. Examinatores Synodales.

Aquavitæ vino ex proprio componi an possit a Clericis, & vendi, disc. 15. n. 9.

Archidiaconus prima dignitas regulariter est, disc. 31. n. 9. Quousque Vicarius Capitularis non eligitur, jurisdictionem an exerceat, ibid. Vicarius natus Episcopi est in temporalibus, sed hoc recessit ab aula, disc. 31. n. 9.

Archipresbyter assistere an possit matrimoniis, quæ fiunt per universum diœcesim, disc. 26. n. 21. Vicarius natus est Episcopi in spiritualibus, & quid de Archipresbyteris hodiernis, ibid.

B

Baldachinum.

BAroues titulari an possint de Ecclesia retinere, disc. 42. n. 2. disc. 50. n. 1. Pretiosum an possit per Episcopos haberi, disc. 42. n. 2.

Barones causas in prima instantia de consensu partium alibi introductas, quando ad suas curias possint avocare, disc. 33. n. 7. & 8. Potentes dicuntur in materia jurispatronatus, disc. 11. n. 2. *Declara* si habeant jurisdictionem in loco beneficii, ibid. n. 3. Et quod sufficiat habuisse, ibid. n. 4. Titulari an possint retinere thronum, seu baldachinum in Ecclesia, remiss. disc. 42. n. 2. disc. 50. n. 1.

S. Basilii Ordo primus est in Ecclesia Græca, disc. 35. num. 5.
S. Benedicti Ordo Congregationes in quot dividatur, disc. 35. num. 5. *Ex* de aliquibus monasteriis, quæ reguntur jure singulari, ibid. Primus est in Ecclesia Latina, disc. 35. num. 5.
Beneficiati vocem in Capitulo an habeant, & quod attendatur consuetudo, disc. 20. num. 7. & 8.
Beneficio Dedicato Clericus in minoribus, ut gaudeat debet habere requisita Tridentini, disc. 24. n. 35. Sacris initiari quando non gaudeant, ibid. n. 34.
Beneficium collationem ordinum ad faciendam non subdito quale esse debeat, disc. 24. n. 13. Filius legitimus habere an possit in eadem Ecclesia, in qua Pater aliud possidet, disc. 49. n. 3. Fori privilegio ut gaudeat clericus in minoribus quale esse debeat, disc. 24. n. 12. *Ex* an sufficiat simplex, vel debeat esse aliquo modo servitorium, n. 13. ibid. *Titulus* non sufficit absque possessione, disc. 24. n. 16. *Ex* e contra possessio non intrusiva sufficit, licet titulus deregatur invalidus, disc. 24. num. 17. Homicida quando amittat, vel evadat incapax acquirendi, disc. 12. n. 2. & seqq. *Vid.* Dispensatio, Homicidium, Irregularitas. Illegitimus clerici habere non potest in ea Ecclesia, in qua Pater obtinuerit beneficium, disc. 49. n. 1. Militiam clericus assumens amittit, & quare, disc. 12. n. 8. Notarius per officium an amittatur, disc. 22. n. 4. & 5. Pater naturalis habere an possit ubi filius obtinuerit, disc. 49. n. 2. & 3. Patris filius legitimus habere non potest & de ratione, ibid. n. 2. Resignatum ordinarius conferre non potest conjunctis suis, vel resignantis, disc. 49. n. 4. Stare non potest in suspenso, & diuturnam vacationem pari, disc. 20. n. 16. Titulum ad cujus quis fuit ordinatus religiari non potest sine expressa mentione, disc. 14. n. 31.
Beneficia Academiarum, vel universitatum non potentium ad nominationem, vel electionem providenda, sunt conferenda approbate ab Episcopo, disc. 12. n. 31. Ætatem quam requirant, disc. 22. n. 1. & seqq. *Vid.* Ætas. Capitulum Sede vacante conferre non potest, disc. 31. n. 33. Collectantur omnia quæcumque exemptione non obstante pro sustentatione seminarii, disc. 25. n. 3. *Vid.* Seminarii. Diœcesis unius non possunt uniri ab Episcopo duarum Ecclesiarum beneficiis alterius diœcesis, disc. 8. n. 18. Digno conferri an possint omisso digniori distinguitur inter simplicia & curata, disc. 33. n. 8. Hierosolymitanæ religionis an sint perpetua, vel manualia, disc. 13. n. 12. *Quomodo* & quibus conferantur, ibid. n. 10. *Vid.* Hierosolymitanæ. Jus conferendi competens Capitulo remanet impeditum ex consuetudine contra Capitulum, disc. 43. n. 27. *Ex* quid si collario pertineat jure singulari ad dignitates, vel Canonicos, ibid. n. 26. Liberæ collationis non possunt uniri beneficiis patronatis, disc. 8. num. 20. Regularia regularibus conferenda sunt, disc. 13. n. 8. Fallit in commendis, ibid. Reservata uniri non possunt per Ordinarios etiam quod habeant indultum conferendi, disc. 8. n. 14. Residentialia, vel curata non possunt per Ordinarium uniri Canonicatibus, disc. 8. n. 19. Residentialia præcise, & causative in quo differant, disc. 4. n. 13. Servitoria non omnia sunt præcise residentialia, ibid. Sæcularia regularibus non sunt conferenda, imo vacant per professionem, disc. 13. n. 1. *Militarium* religionum Professores an & quando obtinere valeant, ibid. n. 3. & 4. Simplicia esse in dubio præsumuntur, disc. 4. n. 12. *Cum* onere missarum an & quando requirant qualitatem sacerdotalem, disc. 20. num. 13. & 14. Subcollectorum, vel collectorum Apostolicorum quando sint reservata, disc. 43. n. 6. Non vacantia si reservatio sit incerta an & quando possint uniri, disc. 8. num. 15. Alia, *Vide* Capellaniæ Unio.
Beneplacitum Apostolorum beneficiorum in unione non requiritur, disc. 8. num. 2. Bonorum Ecclesiæ in aliquibus alienationibus non est necessarium, ibid. Nova in fundatione Conventus requiritur, & quomodo præstetur, disc. 33. num. 17.
Bona acquisita per clericum an ex beneficialibus, vel patrimonialibus provenire præsumantur, disc. 42. num. 5. & 6. Cultui divino destinata mortuo Prælato spectant ad Ecclesiam, quænam hæc sint, ibid. num. 8. Ecclesiæ, vel loci pii usurpantes, quas pœnas incurrant, & quomodo sint infligendæ, disc. 23. num. 1. & seqq. Exeuntis a religione ob Episcopatum, vel aliam justam causam remanent religioni, disc. 34. num. 25. *Quæstio* post egressum devenunt ad Cameram, num. 26. ibid. Monasterii suppressi ad quem pertineant, disc. 14. num. 7. Religiones omnes mendicantes exceptis Capuccinis, & Observantibus retinere possint in communi post Tridentinum, disc. 35. n. 1. 9. & 10. *vid.* Religiones. Religioso delata cui Monasterio applicentur, disc. 34. num. 21. Translatis de una Religione ad aliam an debeantur primæ, vel secundæ religioni, disc. 34. n. 25. disc. 41. num. 10.
Bonomius requiritur ut pauperi collitiganti decernatur alimenta, & sumptus litis, disc. 33. num. 32. Resistat ex sententia quamvis per appellationem suspensa, sive ex Rotæ decisione, ibid. n. 34.
Brachii impartitio pertinet ad Diœcesanum, non autem ad Nuncium, vel alium Apostolicum Delegatum, disc. 6. n. 11.
Bulla Cœnæ Domini de pluribus censuris in ea contentis, disc. 41. n. 6. Pœnas ampliat contra usurpantes, vel occupantes bona Ecclesiæ, disc. 23. num. 2.

C

Cambium.

CLericis an sit permissum, disc. 29. n. 6.
Camera Apostolica lucra illicitæ negotiationis quare auferat clericis, disc. 19. n. 4. disc. 12. n. 5. *Ex* quomodo temperandus usus commissariorum pro his causis, diœceses peragrantium, disc. 19. n. 7. Spolium clericis de quibus bonis sufficiat, disc. 42. num. 5. *Vide* Spolia. Succedit in bonis quæsitis a Religioso post justum egressum a religione, disc. 34. num. 26. disc. 36. n. 4.
Canonicatus ætatem quam requirant, *Vide* Ætas. Curam habitu non autem actu habentes, non sunt providendi per concursum, disc. 32. n. 32. Ordinem distinctum non habentes exigunt saltim subdiaconatum, disc. 20. num. 11. Possessio Capitulariter adipiscendi est, ibid. n. 4. Residentialem qualitatem habent, nisi aliud suadeat lex fundationis, disc. 4. n. 12. Unio an & quando eorum præbendis fieri possit, ibid. num. 14. & seqq. *vid.* Unio.
Canonici Capitulum constituunt, disc. 31. num. 22. Cathedralis associantes Episcopum visitantem, non præcedunt Capitulum collegiatæ, vel rectores Ecclesiarum, disc. 5. num. 20. Ordinem canonicatui annexum intra annum suscipere debent, disc. 19. num. 10. *Qui* computatur a die possessionis, ibid. n. 11. *Ex* quid si ordines non sint distributi, disc. 19. num. 12. Sacris non initiati non habent vocem in Capitulo, disc. 20. n. 1. *Habent Conc. Trid. cum Gall.* tamen vorum consultivum, ibid. num. 2. *Vid.* Vocem.
Canonici Pœnitentiarii ætas quanta esse debeat, remiss. disc. 2. n. 24. n. 8. De materia, & illius provisione, remiss. disc. 2. n. 23.
Canonici Regulares mendicantes non sunt, neque monachi, sed constituunt tertiam speciem, disc. 35. n. 7. Parochiales obtinere possunt, disc. 13. num. 5. Præcedunt alios religiosos, quamvis postremi fuerint in loco recepti, disc. 38. n. 8. *Fallit* in Canonicis incedentibus cum scapulari, seu cappa, ibid.
Canonistæ deferendum est in foro magis, quam Theologis, disc. 26. n. 24.
Capitulum actualem jurisdictionem una cum Episcopo an & quando habeat, & in specie de simultanea, disc. 31. n. 2. Collegiatæ inferioris non habet facultatem eligendi Vicarium capitularem, ibid. n. 40. Communitativis ex censuris an impediatur in collatione beneficiorum, disc. 43. n. 27. Concursum Sede vacante indicere non potest nisi per Vicarium Capitularem, disc. 32. num. 30. Constituitur a Canonicis tantum, & quid si aliter suadeat consuetudo, disc. 31. num. 22. Curam sibi incumbentem exercere debet per Vicarium, non autem promiscue, disc. 9. n. 2. *vid.* Vicarius parochialis. Duplex si efformet Ecclesiam Cathedralem quomodo sit eligendus Capitularis Vicarius, disc. 31. n. 43. Episcopum eligendi in aliquibus Germaniæ partibus jus conservat, disc. 37. n. 4. Examinatorum in deputatione, quæ per Episcopum fit extra synodum consensum præstare debet, disc. 91. n. 7. Excommunicari non potest, sed vel interdici, aut suspendi, disc. 43. n. 20. *Possunt* tamen excommunicari aliqui particulares una cum interdicto, n. 23. ibid. Exemptum quando possit ab Episcopo visitari, disc. 5. n. 14. *Contra* cum quomodo procedat Episcopus cum adjunctis, disc. 44. n. 1. & 3. Et an tertius adjunctus debeat esse de Capit. disc. 44. n. 6. *Non* præsumitur in dubio, ibid. n. 4. Imo in Italia rarus est casus, disc. 5. num. 14. disc. 44. n. 5. Non exemptum circa subjectionem jurisdictioni Episcopi non distinguitur a reliquo Clero, disc. 44. n. 3. Fructus Ecclesiæ consuetudo quod percipiat sede vacante, servanda an sit, disc. 31. n. 8. Instituere potest sede vacante in jurepatronatus, disc. 11. n. 30. Nullius moriente Prælato eligit Vicarium Capitularem, disc. 31. n. 39. Ordinarii appellatione venit sede vacante, disc. 5. num. 23. Repræsentari

tati potest per paucos canonicos reliquis omnibus deficientibus, vel impeditis, disc. 31. n. 4. disc. 43. n. 24. *Fallit* si impedimentum afficiat ipsum Capitulum, quia tunc non potest repræsentari per non impeditos, ibid. utrobique, & datur exemplum, disc. 41. n. 25. Sede vacante succedit de jure in jurisdictione Episcopali, & de ratione, disc. 31. n. 3. *Plura* quando succedat in jurisdictione, num. 38. ibid. Suspensum si fuerit a jure conferendi beneficia, non inficitur jus singulariter competens aliquibus canonicis, seu dignitatibus, disc. 43. n. 26. disc. 20. n. 4. Vicarium Capitularem deputare debet infra octo dies, & Œconomum, alias devolvitur potestas ad Metropolitanum, vel respective viciniorem, disc. 31. n. 5. *Idem* dic si electio nulliter fiat, ibid. n. 26. *Sed* hodie raro deputat Œconomum, disc. 31. n. 6. *Jurisdictio* interim ab exercenda nec per ipsum Capitulum, vel spectat ad Archidiaconum, seu primam dignitatem, disc. 31. n. 9. *vid.* Vicarius Capitularis.

Capitulo Beneficiati, & simplices Præbitori ministri sunt, & vocem in eo non habent, & quando secus, disc. 20. num. 7. & 8. *Et* quid in electione Vicarii Capitularis, disc. 31. n. 22. Consensum Papæ solet exigere cum ultra montes concedit coadjutorias in Cathedralibus, & quomodo, disc. 43. n. 10. Consensus requiritur in unione, quæ fit per Ordinarium, disc. 8. n. 12. Exempti facultates fuerunt restrictæ per Tridentinum, disc. 44. n. 2. Interventus requiritur in traditione possessionis canonicatuum, & aliorum beneficiorum capitularium, & quid in dignitatibus, & si nolit se congregare, disc. 20. n. 4. Simultanea in collatione vox tanta est, quanta illa Episcopi, ibid. n. 8.

Capellaniæ fori privilegio ut gaudeant clerici in minoribus absque aliis requisitis an sufficiant, disc. 24. n. 15. Manuales quam ætatem requirant, disc. 24. n. 10. Ordinari ad titulum an quis possit, & quid si sit manualis, disc. 14. n. 33. & 34. *Et* quid si sit servitoria, n. 35. ibid. Sacerdotales an sint ex onere missarum, disc. 20. n. 12. & 22.

Cappella Regiæ Visitationi Ordinarii an subjaceant, disc. 5. n. 16.

Capuccini bonorum sunt incapaces, & retinent adhuc hoc rigorosum institutum, disc. 35. n. 2. & 12. Domus in quibus vivunt, & horti, sunt sub dominio Sedis Apostolicæ, ibid. n. 32. Fabricæ ex causa, vel pro sacristia, vel infirmaria possunt acceptare dispositiones, disc. 35. n. 13. Novissimum locum ex humilitatis motivo in possessionibus occupare solent, disc. 38. n. 5.

Carrerarum Distributiones, an & quando lucrentur, disc. 35. n. 18.

Cardinalium Collegium sede papali vacante quam jurisdictionem habeat, remiss. disc. 3. n. 4.

S. Carolus Borromæus Tridentini ad perfectionem valde cooperatus fuit, disc. 1. n. 1.

Casuum Conscientiæ Conferentia valde opportuna est, disc. 2. n. 7. Lectio quando infacienda in Cathedralibus, ibid. num. 5. *Vid.* Lectio.

Cathedralis Ecclesiæ constitui potest ex pluribus Ecclesiis materialibus, disc. 8. n. 9. Efformatur ab Episcopo & Capitulo conjunctim, disc. 31. n. 12. Erigi quando debeat in Metropolitanam, disc. 16. n. 8. Reficienda an sit ab Episcopo, vel populo distinguitur, disc. 17. n. 8.

Cathedralis erigendæ de novo, an sint, tractator in Congregatione Consistoriali, disc. 8. n. 4. Ex de causis hujusmodi erectionis, ibid. n. 5. disc. 16. n. 6. *Præsertim* in loco nullius, disc. 16. n. 7. Plures non debent uni personæ conferri, & de ratione, disc. 7. n. 1. *Et* quare permittatur ultra montes, & quomodo, ibid. n. 1. & 2. *Dote* si fuerint in commendam, seu administrationem non dicitur Provisus Sponsus plurium ecclesiarum, disc. 7. n. 2. Neque Ecclesiæ uxoratæ, disc. 8. n. 33. Uniri hodie non solent, & quare, disc. 8. n. 4. *Et* quando secus exemplificatur, n. 5. ibid. *Unitæ* aliquæ quare sint, & recensentur nonnullæ, disc. 7. n. 3. *Quasi* Episcopum unica reputantur, sed quoad alios effectus, uti diversæ, disc. 7. n. 4. *Et* de divisione confinium, & quando intret, disc. 8. n. 6. *Una* earum potest esse sub una Provincia, & altera sub alia, ibid. n. 7. *Et* quando hæc unio dissolvatur, disc. 8. n. 31.

Causa ex lapsu temporis cum observantia præsumitur in unione intercessisse, disc. 8. n. 13. Unionis debet aliunde probari, nec creditur assertioni Ordinarii, ibid.

Causæ, seu *Lites* baronis in præjudicium in prima instantia neque de partium consensu possunt trahi extra ejus curiam, disc. 33. n. 7. & 8. Beneficiales in prima instantia remittendæ sunt ad Ordinarios, & quare sit earum in praxi, ibid. n. 13. Ecclesiasticæ, quænam propriæ dicantur, disc. 33. n. 10. *An* dicantur eæ in quibus tractatur de bonis ecclesiasticis, inter laicos, ibid. n. 11. Graviores cognoscuntur in Curia etiam in prima instantia, & quænam sint, disc. 33. n. 22. Mixti fori, an dicantur ecclesiasticæ,

n. 11. ibid. Negligente Ordinario possunt a superiore in prima instantia cognosci, disc. 33. n. 19. *Item* in casu denegatæ justitiæ, n. 20. ibid. Obligationis Cameralis vigore agirari possunt in Curia etiam in prima instantia, disc. 33. n. 24. Personis in dignitate constitutis committuntur per Sedem Apostolicam, disc. 46. n. 5. *Vel* Judicibus synodalibus, ibid. num. 2. & 5. Spirituales quænam dicantur, disc. 33. n. 11.

Causas Episcopus quasnam cognoscat in loco Prælati inferioris absque territorio separato, disc. 5. n. 15. Legati, vel Nuncii in prima instantia non possunt cognoscere, disc. 33. n. 18. *Fallit* accedente negligentia Ordinarii, n. 19. ibid. *Vel* si appellatur a denegata justitia, n. 20. ibid. Matrimoniales, & criminales non potest cognoscere Prælatus inferior, sed spectant ad ordinarium, disc. 33. n. 3. & 38. *Et* de quibus Prælatis inferioribus hoc decretum loquatur, ibid. n. 39. *Et* pendente probatione qualitatis nullius datur manutentio Episcopo, disc. 33. n. 40. Primæ instantiæ cognoscere debet Ordinarius loci, disc. 33. n. 1. & 4. *Etiam* de jure communi, ibid. n. 7. *Fallit* accedente electione fori, disc. 33. n. 13. *Tridentini* vigore an id procedat etiam in causis prophanis, disc. 33. n. 5. & 6. *Et* quid referat, an prima instantia sit sublata per Tridentinum, vel per jus commune, disc. 33. n. 7. & 8. Terminate debet Ordinarius intra biennium, ibid. n. 27. *Sed* non proinde eo elapso permittitur instantia, ibid. num. 28.

Censuræ communari debent, sed non de facili ad declarationem deveniri, disc. 43. n. 16. Communicativæ, si non fuerint, non impediunt, quod Capitulum repræsentari possit per paucos non censuratos. Secus si e contra, & datur exemplum, ibid. n. 24. & 25. *Item* impedunt jus singulare Canonico cuilibet competens, disc. 43. n. 26. *Provisionem* beneficiorum, & aliorum actuum expiratorum, quando impediant, num. 27. ibid. Contumaciæ, vel delictis in pœnam, quando alius modus non loppeat, exerceri debent, disc. 43. n. 13. *Et* quando excuseatur Prælati hanc formam conciliarem non servantes, n. 14. ibid. De facto contra non subditos, an & quando Ordinari possint, disc. 43. n. 12. Legis quænam sint, & quid in eis non procedat ordo subsidiarius, ibid. n. 6. *Contra* exemptos ab Ordinario, an declarari possint, distinguitur, disc. 43. n. 7. *An* declaratione quomodo possit erarc Prælatus, n. 8. ibid. Legis aliæ sint, aliæ humanis, disc. 43. n. 5. Lubricitas aliquorum in earum exercitio damnatur, ibid. n. 14. Monialium Monasteria per ingredientes quænam incurrantur, disc. 36. n. 16. Mulctæ, & pœnæ pecuniariæ pro absolutione ab eis quomodo exigi debeant? disc. 44. n. 19. Oretenus proferri non possunt, & quando secus, ibid. n. 4. Pecuniario pro debito, vel alio temporali adimplemento relaxari an possint, distinguitur, disc. 43. n. 2. & 9. *Et* de ratione quare contra debitorem censuræ proferantur, n. 11. ibid. Proferri non debent nisi in subsidium, disc. 43. n. 1. *Declaratur* quando intret ille casus subsidii, disc. 43. n. 2. & 6. *Ut* timeantur, quid gerere debeant Prælati, ibid. n. 18. Timentur minus quam pœnæ temporales, disc. 43. n. 17. Universitates contra, vel Capitula, aut similia corpora ficta quænam proferri possint, ibid. n. 20. Alia *Vid.* Excommunicati, Excommunicatio, Interdictum, Suspensio.

Census Vitalitius creari non potest per religiosum habentem indultum testandi, & administrandi bona, disc. 34. num. 17.

Circaria Decreta in alieno territorio invalida est, disc. 6. n. 12. *Propria* in territorio, sed verbaliter executa in alieno, an sit valida, ibid. Personalis, an & quando requiratur ad procedendum contra non residentes, vel sufficiat per edictum, disc. 4. n. 15.

Civis ex domicilio, quando quis efficiatur, disc. 14. n. 10. Origine attenta, an & quando quis dicatur, & quænam origo veniat attendenda, ibid. n. 11. Plurium locorum potest quis esse diversis respectibus, disc. 14. n. 9.

Clausulæ sublatæ inficit quamcumque observantiam, disc. 33. n. 9.

Clausuræ vid. Monasteria monialium.

Clericatus cognoscit debet a Judice ecclesiastico, disc. 24. n. 46. Probandus quomodo sit, & per quæ documenta, n. 47. ibid. *Et* de distinctione inter privilegium fori, & alia favorabilia clerico, disc. 24. n. 43.

Clerici Regulares, *vid.* Theatini.

Clericus conjugatus Græcus in minoribus constitutus gaudet ad instar clerici conjugati latini, disc. 24. n. 45. Quibus privilegiis gaudeat, & exemptionibus ab oneribus, & foro laicali, & quando, ibid. n. 44.

Clericus beneficio *cap. Ordinarii*, ut gaudeat debet habere requisita Tridentini, disc. 24. n. 31. Diœcesis occupatæ ab infidelibus, cujus Episcopi sit subditus ad effectum ordinum, disc. 24. n. 15. Dimittere non potest clericatum propria auctoritate, sed adhuc remanet subditus, disc. 24. n. 41. *Debet* coram legitimo superiore, & de ratione, ibid. n. 42. *Facti* hac coram superiore non legitime non valet, disc. 24. n. 42. & illustrantur

tes laborati circa factionem, & alia privilegia, non gaudet nisi habeat requisita, disc. 24. n. 33. Fori privilegio non privatur, ex quo per modicum tempus habitum non gestaverit, ibid. n. 32. *Sed* si in habitu saeculari carceretur, ministri sunt excusatione digni, ibid. Habitum non legitime dimittens remanet subditus utrique foro, disc. 24. n. 41. Homicida, an & quando beneficium amittat, vel fiat incapax assequendi, disc. 12. n. 2. & seqq. *vid.* Homicidium. Militiam assumens videtur clericatum dimittere, disc. 12. n. 8. Notarii officium an possit exercere, disc. 22. n. 4. *Et* an reputetur illicita negotiatio, ibid. n. 5. *Et* an amittat pensiones ecclesiasticas, & beneficia, disc. 22. n. 4. & 5. Privari non potest habitu clericali ab Episcopo, & invitus declarari laicus, disc. 24. n. 37. Reassumens habitum, & requisita adimplens recuperat privilegium fori, ibid. n. 35. *Et* quomodo si facienda reassumptio, *vid.* Reassumptio. Alia *vid.* Fori privilegio.

Clerici accedere tenentur ad locum, in quo Episcopus habet tribunal erectum, disc. 4. n. 4. Acquisitores ex propriis, vel beneficialibus bonis, an feciste praesumantur, disc. 22. n. 5. *Et* successive ex quibus bonis alimentati, ibid. *De* cautela adhibenda in hoc per clericos, disc. 22. n. 6. Beneficia cautative residentialia habentes non possunt cogi ad residendum, sed tantum amittunt emolumentum, disc. 4. num. 14. Beneficia servitoria non possidentes, non possunt cogi ad confessiones audiendas, & quid in casu necessitatis, disc. 2. n. 16. Civilibus legibus, an vacare possint, disc. 31. n. 16. Comam an possint deferre, attenditur mos regionis, disc. 24. n. 26. Concubinarii, an & quando priventur beneficiis, disc. 29. n. 4. Fori beneficio, ut gaudeant in minoribus constituti, quae requisita habere debeant, disc. 24. n. 31. *Et* de requisito beneficii, ibid. n. 12. & seqq. *Vid.* Beneficium. *Et* an sufficiat pensio, disc. 24. n. 14. *Et* de requisito habitus, tonsurae, & servitii, *vid.* Fori privilegio. Jure divino sunt exempti a laicali potestate, disc. 24. n. 34. *vers.* alia. Lectioni Sacrae Theologiae ad interessendum, an, & quando cogi possint, distinguitur, disc. 2. n. 14. 15. & 16. Lucra illicitae negotiationis, licite acquisita, sed illicite retinenta, disc. 19. n. 7. Ludere sunt prohibiti, & quibus ludis, disc. 19. n. 3. Mercaturam exercere non possunt, & qualem, ibid. n. 4. *Et* an veniat sub ea cambium, ibid. n. 7. *Vel* componere pharmaca, seu aquavitam ex vino, & similia, disc. 19. n. 9. *De* poenis illicitae negotiationis, & in quo Tridentinum jus commune innovaverit, ibid. n. 7. & 8. Omnes diaecesis, an intervenire debeant in synodo, disc. 30. n. 10. Orientales, seu Graeci quibus exemptionibus gaudeant, disc. 24. n. 45. Patrimonium duplex habent, & duplicem haeredem, disc. 42. n. 4. Requisita Tridentini non habentes, privantur non solum foro, sed aliis privilegiis clericalibus, disc. 24. n. 33. *Et* praesertim immunitate realis, n. 34. ibid. Residentiale beneficia habentes cogi possunt ab Ordinario ad confessiones audiendas, disc. 2. n. 14. *Amplia* in illis, qui non habent beneficia, sed sunt addicti servitio Ecclesiae, ibid. n. 15. Servire quomodo debeant in divinis, ut fori privilegio gaudeant, disc. 24. n. 27. & 29. *Et* an cogi possint ab Ordinario ad praestandum servitium, ibid. n. 26. *vid.* Servitium. Tonsuram in defferendo attendere debent morem regionis, disc. 24. n. 15. Vestibus qualibus uti debeant, disc. 19. n. 2. disc. 24. n. 21. & seqq. *vid.* Vestes. Vita eorum, & honestas qualis esse debeat, disc. 14. n. 1.

Coadjutoria beneficio, an aequipolleat ad hoc ut clericus in minoribus sine requisitis gaudeat privilegio fori, disc. 24. n. 13. Cathedralibus in Ecclesiis, vel Metropolitanis in Italia non conceditur, sed pro aliis beneficiis inferioribus, disc. 45. n. 7. *Secus* in Germania, & aliis partibus ultramontanis, & quomodo concedatur, n. 9. ibid. *Et* quod hoc casu Papa exigat consensum Capituli, & quomodo practicetur, disc. 45. n. 10. Quale jus, vel praeeminentiam coadjutori tribuat, n. 8. ibid.

Collectores Apostolici ecclesiastica in dignitate debent esse constituti, & quid de subcollectoribus in Italia, disc. 46. n. 6. Reservata quando sint eorum beneficia, ibid.

Coma clericis an sit permittenda, attenditur usus regionis, disc. 24. n. 26.

Commenda non operatur ut unus dicatur ipsonus plurium Ecclesiarum, disc. 7. n. 3. Religionis Hierosolymitanae de commendis. *Vid.* Hierosolymitanae.

Commissariorum apostolicorum qui peragrantur diaeceses ex causa illicitae negotiationis quomodo temperandus usus, disc. 19. num. 7.

Commissio data alicui de certa re, continet omnia ea, sine quibus dicta res assequi non posset, disc. 3. n. 13. Restitutionis in integrum ad opponendam nullitatem professionis post quinquennium quomodo a Papa signetur, disc. 4. num. 5. *Et* de stylo particulari in religione Hierosolymitana, num. 6. ibid.

Com-

Communitas fundatoris viventis sub nomine an veniat in materia visitationis, disc. 20. n. 9. Potens reputatur in materia jurispatronatus, disc. 21. n. 2. *Et* quid si repraesentet partem populi, ibid. *De* communitatibus artificum, vel confraternitatibus laicorum an sit idem, disc. 21. n. 2. Praedicatorem eligendi quando jus habeat, & eleemosynam quando teneatur solvere, *Vid.* Concionator.

Commutatio vera, & propria quaenam dicatur, disc. 21. n. 4. *In* spiritualibus fieri potest a solo Papa, ibid. num. 5. & 6. *In* temporalibus pertinet ad Principem, disc. 21. n. 5. Ultimarum voluntatum an & quando fieri possit per Ordinarium, disc. 21. n. 1. & seqq. *Impropria* dicitur commutatio, cum sit potius subrogatio, ibid. n. 4. *Tribunal* fabricae ubi adest, rarae sunt partes Ordinarii, qui poterit tantum praevenire, disc. 21. n. 1. & 3.

Concilia Generalia nota speciali indigent, nam non veniunt sub generali derogatione, disc. 1. n. 12. *Fallit* in Tridentino, & de ratione, ibid. n. 15. Papa potest eis derogare, vel dispensare, n. 3. ibid.

Concilium Provinciale celebrari mandat Tridentinum quoliber triennio, disc. 30. n. 1. Convocari non potest inconsulta Sac. Congregatione, & de ratione, n. 3. ibid.

Concilium Tridentinum captum, professumque, & completum quando, & sub quibus Pontificibus fuerit, disc. 1. n. 1. Decretum irritans habet inficiens quaecumque observantiam, disc. 1. n. 16. disc. 33. n. 9. Derogatorius sub generalibus venit, disc. 1. n. 23. disc. 8. n. 2. Aecumenicum, & generale est, disc. 1. n. 14. Vitam, & honestatem clericorum in concernentibus quid innoverit, disc. 19. n. 8.

Concilii Tridentini decreta concernentia dogmata fidei a solo Pontifice possunt interpretari, disc. 1. num. 6. Decretorum extensor quisnam fuerit, & de ejus stylo, ibid. n. 7. Glossae, interpretationes, & commentaria prohibita fuerunt, & de ratione, disc. 1. n. 2. Non usus allegari non valet, & de ratione, disc. 22. num. 7.

Concionari Episcopis, & parochis per Tridentinum injungitur, disc. 3. num. 1. *Et* quomodo hodie adimpleatur, n. 2. ibid. Parochus si velit per seipsum, non poterit Episcopus alium deputare, disc. 3. n. 2. Regulares non possunt in aliorum Ecclesiis absque licentia Ordinarii, nec sufficit pertio, disc. 3. n. 10. *Sed* si Episcopus denegasset licentiam omnibus regularibus illius

Conc. Trid. cum Gall.

ordinis, datur recursus, ibid. num. 11. Regularibus licet in propria Ecclesia petita venia ab ordinario, licet non obtenta, disc. 3. n. 12. *Fallit* si Episcopus, vel alius ab eo deputatus, eodem tempore concionetur, nisi adsit consuetudo contraria, ibid. n. 12. *Item* si adsit demerentia in religioso, vel timor scandali, aut aemulatio, ibid. n. 2. *Et* quod in casu contraventionis puniri potuerunt ab Episcopo, disc. 3. n. 13. Rosarium recitandi occasione regularibus an liceat sine benedictione Episcopi, ibid. n. 17. & 18.

Concionator cathedrali in Ecclesia nominandus est ab Episcopo non obstante quacumque observantia, disc. 3. n. 4. *Sed* ad alimenta, vel eleemosynam ipse Episcopus tenetur, & non potest cogere communitatem, ibid. n. 5. Nisi obstaret immemorabilis contraria, disc. 3. n. 8. *Amplia* etiam quod Episcopus vellet pati, ut communitas eligeret Concionatorem, ibid. n. 5. Ecclesiis in inferioribus eligitur juxta consuetudinem, & qualiter, disc. 3. n. 6. *Et* circa alimenta, vel eleemosynam similiter attenditur consuetudo, ibid. n. 7. Praelato ab inferiore an possit benedici, vel potius ab Episcopo distinguitur, disc. 3. n. 16.

Concubinarii Clerici an, & quando priventur beneficiis, disc. 29. n. 4. disc. 48. n. 1. Puniendi quomodo sint, disc. 29. n. 3.

Concursus Canonicatuum, in provisione, vel dignitatum quibus sit annexa parochialis, vel cura habitus, & non actu, non requiritur, disc. 12. n. 32. Capitulari a Vicario sicut debet tempore sedis vacantis, non autem a toto Capitulo, disc. 32. n. 30. Concurrentes approbandi quomodo sint, & de forma examinis, disc. 32. n. 4. Exemptio Ecclesiae ab eo non eximit, & quid si Ecclesia sit sub inferiore Praelato, num. 26. ibid. Indicendus quomodo sit, & de affixione edicti, & termini prorogatione, disc. 32. n. 3. & 29. Jurisperitorum laicorum, vel mixtim in parochialibus non requiritur, & quando secus, disc. 32. n. 31. *Ecclesiasticis* in parochialibus est necessarius, ibid. Misceri in actu non possunt aliae personae, quae non sint de examinatoribus synodalibus, & quomodo id intelligendum, disc. 32. num. 33. Necessarius ubi non est, adhuc requiritur approbatio cum examine per examinatores synodales, n. 35. ibid. Nullus erit si aliquis ex descriptis comparens negligatur, & quid si non comparet, disc. 32. n. 27. Ordinarii applicatione in hac materia quinam veniant, n. 29. ibid. Praelectio ab Ordinario quomodo, & de quibus sa-

cienda sit, disc. 32. n. 17. Prælato ab inferiore an & quandò fieri possit, ibid. n. 29. *Fieri* quando non potest, pertinet ad diœcesanum, vel viciniorem Episcopum, & quid, si collatio pertineat ad Prælatum, disc. 32. n. 29. Vicarium parochialium unirarum in provisione non requiritur, ibid. n. 33. *Et* quando dicantur ad dictum effectum unitæ, disc. 32. n. 34. Alia *Vide* Examen, Examinatores synodales. Ordinarius. Prælectio.

Conditio quod non acquiratur religioni dispositum ad favorem Religiosi an sustineatur, disc. 34. n. 18.

Confessarii devotionis causa hoc munus exercentes an cogi possint ad interessendum lectioni casuum conscientiæ, disc. 2. n. 10. Regulares non possunt omnes ab Episcopo suspendi, ibid. n. 11. & 13.

Confessiones audire an cogi possint regulares ab Episcopo, disc. 2. n. 11. & 13. Clerici seculares habentes beneficia residentialia ad audiendum ab Episcopo cogi possunt, ibid. num. 14. *Amplia* in clericis addictis servitio Ecclesiæ, disc. 2. n. 13. *Fallit* in Clericis servitio Ecclesiæ non addictis, & quid in casu necessitatis, n. 16. ibid.

Confirmationis Sacramentum in aliena diœcesi Episcopus ministrare non potest, disc. 6. n. 9.

Confraternitates Laicorum contribuere an teneantur pro sustentatione seminarii, disc. 25. n. 12. Potentes an reputentur in materia jurispatronatus, disc. 11. n. 2. Processiones ad publicas accedere debent, disc. 38. n. 3. Visitari an possint ab Ordinario, disc. 10. n. 3. & seqq. *Et* quid si existant in Ecclesiis regularium, ibid. n. 11. *vid.* Hospitalia, Visitare. Urbis facultatem habere solent alias aggregandi, disc. 18. n. 1. *Quæstuaries* quando deputent, n. 2. ibid.

S. Congregatio Concilii Cathedralium in erectione, vel unione solet quandoque a Papa consuli, disc. 8. n. 10. Erecta quando, & quare fuerit, disc. 1. n. 3. & 6. & 7. Excessibus Prælatorum in visitatione, & exactione procurationis quomodo sit solita providere, disc. 5. n. 8. Facultatem habet in iis, quæ concernunt morum correctionem, & Ecclesiarum reformationem, non autem in concernentibus dogmata fidei, disc. 1. n. 6. Missarum reductionem hodie sola indulget, & de modo, quem in hoc servat, disc. 21. n. 9. Synodales constitutiones revidet, & confirmat, disc. 30. n. 9. Vicarium deputari parochiali unitæ Capitulo, vel collegio demandare solet, & de ratione, disc. 9. n. 3. Alia, *Vid.* Declarationes.

S. Congregatio Consistorialis agit de erectionibus novarum Cathedralium, an expediat, disc. 8. n. 4. & 10. *Et* de unionibus earumdem, ibid. n. 10. Coadjutoriæ in Cathedralibus, vel Metropolitanis an sint ultra montes concedendæ a Papa consuluit, disc. 45. n. 9.

Congrua assignara si fuerit Vicario Parochialis in certis bonis quæ postea decrescant, vel augeantur, non curatur augmentum, vel diminutio, & quando secus, disc. 9. n. 11. & 12. *Et* quid si bona parochialis assignara fuerint Vicario cum certa pensione solvenda Rectori habituali, an curetur augmentum, vel diminutio, ibid. n. 12. *Et* de differentia in hoc casu inter Vicarium, & Rectorem habitualem, disc. 9. n. 13. Incerta an computentur in congrua Vicarii, ibid. n. 8. Minor quinquaginta, neque major centum esse potest pro Vicario parochiali, disc. 9. n. 7. *Et* quando possit esse minor, vel respective major, n. 10. ibid. Pauperibus in Cathedralibus, vel Collegialis quomodo soleat assignari Vicario parochialis unitæ, disc. 9. n. 9. Taxanda est ab Ordinario, exemptione non obstante, ibid. n. 14.

Consecratio lapidum, seu vasorum sacrorum non potest fieri ab Episcopo in aliena diœcesi, disc. 6. n. 9. *Et* quid de licentia Prælati inferioris gerentis vices Ordinarii, ibid. n. 16.

Consensus explicandus quomodo sit a contrahentibus matrimonium, disc. 26. n. 28. Novus an exigatur in sponsalibus contractis ante dispensationem, ea obtenta, disc. 27. n. 6. & 11. Patris in matrimonio filiifamilias non requiritur, disc. 26. n. 35. Simulare si fuerit præstitus ab uno ex contrahentibus matrimonium sufficiet ratificatio absque alia solemnitate, disc. 26. n. 34. Alia, *Vid.* Capitulum Capituli.

Conservatores Regularium debent esse in dignitate constituti, disc. 46. num. 6. *Sunt* Apostolici delegati, ibid.

Consuetudo præcedentiæ in materia attendenda est, disc. 38. n. 5. Stricte interpretanda est, neque extendenda, disc. 20. n. 5. Vocem dandi in Capitulo quomodo sit attendenda, ibid. *vid.* Vocem. Alia, *vid.* Immemorabilis. Observantia.

Contractus correspectivi, & onerosi facili per novitium an exigant solemnitates Tridentini, disc. 40. n. 15.

Contumax condemnatus ob capitale delictum an & quando privandus beneficio, disc. 12. n. 7. *Contumacia* potest intra annum purgare, ibid.

Corpus polyticum deficiente capite remanet operativum in membris, disc. 31. n. 3. *Deficientibus* omnibus membris conservatur in uno superstite, n. 4. ibid. *Excommunicari* non potest, sed suspendi, vel interdici, disc. 43. num. 20. *vid.* Censuræ excommunicatio, Universitates.

Cura Capitulo, vel Collegio incumbens exerceri non debet promiscue, sed per Vicarium deputandum, disc. 9. n. 2. & 3. *vid.* Vicarius parochialis. *Non* alterat ætatem requisitam de jure in canonicis, disc. 9. num. 5.

D

Debitor.

SOlvere recusans an & quando possit excommunicari, disc. 43. n. 2. 9. & 10. *Et* de ratione, cui censura innititur, ibid. n. 11.

Decimæ dividendæ quomodo sint inter parochiales dismembratas, disc. 16. n. 9. Materia illarum remissive, disc. 48. n. 1.

Decimæ Papales quotidianis ex distributionibus non debentur, nisi adsit specialis provisio, disc. 13. num. 15. Et quando secus, disc. 25. n. 14.

Decisæ in Rota causæ bonum jus, quamvis sit actus extrajudicialis, disc. 33. n. 34.

Declaratoriæ contra Capitula, Collegia, & similia quomodo decernantur in curia, disc. 43. n. 23. *vid.* Censuræ. Excommunicatio, Interdictum.

Declarationes S. C. Concilii antiquæ sunt valde attendendæ, & de ratione, disc. 1. n. 4. & 5. Authenticæ esse debent, ut eis deferatur, ibid. n. 17. Auctor non refert, neque colligit, & quare, disc. 1. n. 10. Casuarum in decisione ad quid deserviant, disc. 10. n. 3. & 5. disc. 25. n. 13. Particulares non omni casui sunt applicabiles, disc. 1. n. 11. disc. 10. n. 3. & 5. Registris cum originalibus comparantur quando allegantur in curia, disc. 1. num. 18. Repugnantiam inter se nunquam continent, ibid. n. 11. & 18.

Decretales formant jus canonicum cum clementinis, & extravagantibus, disc. 28. n. 9.

Decretum Gratiani vim legis de se non habet, & ex quibus sit compilatum, disc. 28. n. 8.

Decretum Irritans continetur in Tridentino, disc. 1. n. 16. disc. 22. n. 7. Inficit quamcumque observantiam in contrarium, disc. 22. n. 7. disc. 33. n. 9.

Deducto ne egeat. Vid. Beneficio deducto.

Delegatio assistentiæ in contractu matrimonii a Parocho, vel Ordinario quando, & quomodo fiat, *vid.* Matrimonium. Causarum per Sedem Apostolicam sit personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, vel judicibus synodalibus, disc. 46. n. 1. & 5. Concessa ad unum finem non debet extendi ad alium, disc. 26. n. 25. Episcopo directa an eo mortuo expleri possit per Capitulum, disc. 31. n. 17. Stricte interpretanda est, neque extenditur de persona ad personam, disc. 26. n. 23. & 24.

Demolitio Ecclesiarum collabentium quando facienda sit, disc. 17. n. 1. & 2. *Non* collabentium ex alio motivo quando permittatur, ibid. n. 3.

Denominatio Ecclesiæ jurpatronatus designat, disc. 11. n. 11.

Denunciationes Matrimonii de forma non sunt, disc. 26. n. 5. Pro promovendis ad primam tonsuram faciendæ sunt, & de ratione, disc. 14. n. 26. Remitti possunt a Vicario generali, disc. 26. n. 26. *vid.* Matrimonium.

Derogatio generalis non comprehendit concilia generalia, indigentia speciali nota, disc. 1. n. 12. *Fallit* Tridentino, & de ratione, ibid. n. 13. disc. 8. n. 2. Ultimis voluntatibus fieri potest per Principem, disc. 21. n. 5.

Diaconatus ætatem 22. ann. completam requirit, disc. 14. n. 27.

Dignior omitti an possit, & eligi dignus, distinguitur inter beneficia curata, & simplicia, disc. 32. n. 18.

Dignitates ætatem quam requirant, *vid.* Ætas. Beneficia conferendi jus singulariter habentes, illud exercere poterunt non obstante quod Capitulum sit suspensum a collatione beneficiorum, disc. 43. n. 26. Cum habitu, & non actu annexam habentes non sunt providendæ per concursum, disc. 32. n. 32. Possessionem capitulariter adipisci non tenentur, quoties non sunt de capitulo, secus e contra, disc. 20. num. 4. Residentialem qualitatem habent, nisi aliud suadeat fundationis, disc. 4. n. 12. Unionis beneficiorum an sint capaces, sicuti canonicatus, disc. 8. n. 23. Vocem in capitulo an habeant, & an sint de capitulo, disc. 20. n. 3.

Dilapidatus dignior quamvis sit, negligi potest, & eligi, vel instituti minus idoneus, disc. 11. n. 9. disc. 32. n. 22. De homicidio an & quando sint inhabiles ad beneficia, disc. 12. n. 9.

De symonia in concursu ad parochiales non est præsagendum, disc. 32. num. 16. Tormentorum ex insufficientia magis inhabilitatur ad beneficia, licet fuerit ex defectu probationis absolutus, disc. 12. n. 10. disc. 32. n. 22.

Dimissio Habitus auctoritate propria non potest

teſt fieri per clericum, diſc. 24. n. 41. Illegitimo coram ſuperiore facta non ſuſtragatur, ibid. n. 42. Legitimo coram ſuperiore fieri debet, & de ratione, diſc. 24. n. 43.

Quo ſi non admiſerit datur recurſus, ibid.

Dimiſſorias clericis peregrinantibus an & quando Epiſcopus poſſit denegare, diſc. 4. n. 14. Ad ordines capitulum ſede vacante non concedit intra annum, diſc. 31. n. 30. Niſi S. C. indulgeat facultatem, ibid. n. 33. *Et* quod facultas iſta capitulis deberet in totum adimi, diſc. 33. n. 34.

Diſmembratio Cathedralis quando facienda ſit, & nova erigi, diſc. 26. n. 6. *vid.* Cathedralis, Parochialis populo excreſcente facienda non eſt, ſi aliter provideri poſſit, diſc. 16. n. 3. *Et* de circumſtantiis illam diſſuadentibus, ibid. n. 4. Et e contra ſuadentibus, n. 5. ibid. Alia, *vid.* Unio.

Diſpenſario caſuali ab homicidio, vel commiſſo ob defenſionem conceditur ab Epiſcopo quoad ordines minores tantum, & beneficia ſimplicia, diſc. 12. n. 12. diſc. 14. n. 25. Ab homicidio quomodo, & quando concedatur, diſc. 12. n. 2, & 3. Illegitimatis conceditur ab Epiſcopo quoad ordines minores tantum, diſc. 14. n. 25. Interſtitiorum an & quando ab Epiſcopo concedi poſſit, ibid. n. 29. Irregularitatis occultæ petenda eſt a Pœnitentiaria, diſc. 12. n. 12. n. .. & 12. Matrimonii ab impedimentis publicis conceditur per Datariam, ab occultis vero per Pœnitentiariam, diſc. 27. n. 3. 4. & 15. *In* radice an & quando operetur ſuper legitimatione prolis, ibid. n. 5. Et quid in præjudicium tertii, diſc. 27. n. 14. Regularibus retinendi beneficia, vel penſiones, quando concedantur, & quid importet, diſc. 15. n. 2. & 7. Voluntario ab homicidio conceditur ſolum a Papa, diſc. 12. n. 11. Alia, *vid.* Irregularitas.

Diſtributiones aſſociana Epiſcopum Canonicus, vel aliter abſens pro Eccleſiæ ſervitio an & quando lucretur, diſc. 15. n. 7. Carceratus, an & quando lucretur, ibid. n. 12. Conſuetudo circa eas attenditur, diſc. 15. n. 19. Contribuere an teneatur Canonicus pro ſuſtentatione ſeminarii, diſc. 25. n. 14. Decimæ papales, vel aliæ contributiones non comprehendunt ſine ſpeciali nota, diſc. 15. n. 15. Et quando ſecus, diſc. 25. n. 14. Fructuum præbendarum tertia pars debet in eas converti, quando aliunde non adſunt, diſc. 15. n. 2. Inexactas Canonicus tranſmittit ad hæredes, & de ratione, ibid. n. 14. Inſtrmi, an & quando participent, diſc. 15. n. 4. Laudabile eſt inſtitutum omnia in eis convertendi, diſc. 15. n. 10. *Et* de conſuetudine Baſilicarum, & Collegiatarum Urbis, & Eccleſiarum Hiſpaniæ, ibid. n. 9. Maſſæ groſſæ, an & quando ſuccedant loco præbendæ declarantur, & explicatur effectus, diſc. 15. n. 8. Parochiam Canonicus obtinens ex diſpenſatione Apoſtolica, vel Vicariam curæ annexæ capitulo, ſi occupatus ſit in ſervitio curæ, non lucratur, & quando ſecus, ibid. n. 6. Pinguis eſſe expedit pro Eccleſiæ ſervitio, diſc. 15. n. 1. Pœnitentiarius Canonicus dum confeſſiones audit, lucratur, ibid. n. 5. Remitti non poſſunt abſentibus ab intereſſentibus, diſc. 15. n. 18. Servitiis Eccleſiæ occupatus, puta in audiendis confeſſionibus, vel aſſociando Sanctiſſimum Viaticum, & ſimilibus, lucratur, ibid. n. 5. Servitium requiritur ut Canonicus acquirat, neque ſufficiunt cauſæ excuſantes a reſidentia, diſc. 15. n. 3. & 11. *Debet* eſſe per omnes horas, & non admittatur diviſo per hebdomadas, n. 17. ibid. Studiorum, vel ex alia juſta cauſa abſenti quando S. C. indulgeat participare, diſc. 15. n. 8. & 10. Theologus canonicus an lucretur pro tempore quo eſt occupatus in munere lectionis, diſc. 2. n. 18. Valoris beneficii ad effectum non computantur, diſc. 15. n. 12. *Etiam* circa reſervationes penſionum, n. 15. ibid.

Diſtrictus. *Vide* Urbis.

Doctores approbari ab aliqua univerſitate, vel collegio, non autem creari a particulari poſſunt eſſe Vicarii Capitulares, diſc. 31. n. 11. Civili in jure tantum non poſſunt eſſe Vicarii Capitulares, ibid. n. 9. Hiſpaniæ creantur cum magna ſolemnitate, diſc. 31. n. 12. *Vide* Licentiari. Italiæ quare ſint ſemper in utroque jure, diſc. 31. n. 16. Sacra in Theologia tamen non poſſunt eſſe Vicarii Capitulares, ibid. n. 13.

Domicilium civilitatis ad acquiſitionem maxime pro collatione ordinum quando ſit ſufficiens, & quale eſſe debeat, diſc. 14. n. 10. Contractum quando dicatur ut quis efficiatur de parochia pro caſu matrimonii, diſc. 26. n. 10. & 11. & ſeqq. Muratum ſi fuerit in fraudem an obſtet validitati matrimonii, diſc. 26. n. 15. Non regulatur ex remore, ſed ex voluntate permanendi, ibid. n. 2.

Donatio Patrimonii ſimulate facta, ſi re non integra deretur ſimulario, ſuſtinetur, & de ratione, diſc. 14. n. 37. *Item* die in donatione contemplatione matrimonii, ibid.

Dos congrua, & neceſſaria non poteſt gravari conditionibus, diſc. 36. n. 37. & 38. Filiæ, quæ ſine conſenſu Patris nupſit non indigno, an ſit a Patre conſtituenda, & quid ſi eſſet aſſunde proviſa, n. 36. ibid. Voluntaria quando poſſit relinqui ſub conditione, quæ libertati matrimonii non adverſetur, n. 38. ibid.

Dos Monialium certam taxam habet, diſc. 34. n. 6. Duplicata præſtanda quando ſit, ibid. n. 7. diſc. 35. n. 14. Minor taxa quando eſſe poſſit, diſc. 34. n. 8. Vitalitia aſſignari ſolita reputantur, & gaudent dotis privilegiis, ib. n. 3. *vid.* Moniales. Vitalitia.

Duellum de materia duelli remiſſ. diſc. 30. num. 1.

E

Eccleſia.

CLerico ſuccedit in bonis ejus intuitu quæſitis, ubi Camera non facit ſpolium, diſc. 42. num. 3. *Item* in bonis pro cultu divino deſtinatis, in quibus non intrat ſpolium, & quænam hæc ſint, num. 8. ibid. Eadem rectores plures habere non poteſt, diſc. 9. n. 5.

Eccleſiæ Campeſtres, vel quæ alio modo ſint receptaculum delinquentium quando ſint deſtruendæ, diſc. 17. n. 3. Collabentes demolitendæ ſunt, cum reſtaurari non poſſunt, & quando, ib. num. 1. & 2. Alia *vid.* Cathedralis, Parochialis.

Eccleſiaſtica Perſonæ mulieres an reputentur emittentes in aliqua pia domo retractabilem profeſſionem, diſc. 34. n. 12.

Edictum affigendum quomodo ſit, & terminus in eo præſcriptus prorogandus in concurſu Parochialium, diſc. 32. n. 3.

Educanda in Monaſteria monialium quomodo introducantur, diſc. 38. n. 15.

Electio Abbatiſſæ quomodo ſit facienda, diſc. 37. n. 10. *Vid.* Abbatiſſa. Acclamatione mediante, vel inſpiratione, aut compromiſſo quomodo fiat, diſc. 37. num. 5. Concluſa quando dicatur, & de modo computandi vota, & quid de voto ejuſdem electi, diſc. 31. n. 23. Digni facta per minorem partem, præponderat electioni ſcienter factæ per majorem de indigno, num. 18. ib. Invalida quando per ſuperiorem ſanetur, vel confirmetur, diſc. 37. n. 9. Majori a parte concluſæ quando dicantur & quomodo numerentur vota, diſc. 32. num. 10. diſc. 37. num. 11. Papæ quomodo ſit facienda, diſc. 37. num. 3. Præſati Eccleſiæ facienda quomodo ſit, & a quo confirmanda, diſc. 31. n. 24. Quæſtiones ſuper ejus validitate, quando audiantur, & quomodo decidantur in Curia, diſc. 5. & 6. Regularium Prælatorum de jure communi non requiritur ſcrutinium ſecretum, diſc. 37. n. 2. *Fallit* poſt Tridentinum, quod dat formam præciſam, & de ratione hujus innovationis, num. 3. & 4. ib. *Generalis* ut ab una parte Religionis fiat jus acquiri an poſſit, diſc. 37. n. 7. Secreta per vota de jure quando fieri debeat, num. 1. ib. Turnaria inter nationes in Religione an admittatur, diſc. 37. n. 8. Vicarii Capitularis an fieri debeat per vota ſecreta, diſc. 32. num. 24. *Vid.* Vicarius Capitularis.

Electio Fori competit perſonis privilegiatis non obſtante *cap. Cauſæ omnes*, diſc. 33. n. 1. Obligationis cameralis vigore competit perſonis non privilegiatis, n. 14. ib.

Elemoſyna Concionatori a quibus ſit ſuppeditanda, *vid.* Concionator. Alia, *vid.* Quæſtuarii, Quæſtuntio.

Emolumenta vid. Incerta.

Epiſcopatus Italiæ ſunt exigui, & de ratione, diſc. 2. n. 21. & 22. *Frequentes* quare ſint, diſc. 14. num. 21.

Epiſcopus alternativa in collatione beneficiorum ut gaudeat quomodo reſidere debeat, diſc. 4. num. 10. Beneficia providere, officiales deputare, & cauſas cognoſcendas in propria diœceſi, delegare poteſt in aliena diœceſi, diſc. 6. num. 7. Beneficiatos contra non reſidentes, an, & quomodo procedere poſſit, diſc. 4. num. 15. Cathedrali in Eccleſia ad reſidendum, & in ea Tribunal habere, an & quando cogi poſſit, diſc. 4. n. 3. *Certis* annis temporibus præciſe reſidere tenetur, ib. *Olcum* ſanctum confecrare debet, diſc. 4. n. 4. Concionandi licentiam, an & quando poſſit regularibus denegare, diſc. 5. n. 10. *Vid.* Concionari, Concionator. Devoluto jure conferens nullam Capituli inſturam agnoſcit, diſc. 20. n. 6. Diœceſi in aliena fixam habens habens, an poſſit illius diœceſis perſonas ordinare pro ſervitio ſuæ Eccleſiæ, diſc. 14. n. 15. Diſpenſare an poſſit in irregularitate, ex homicidio proveniente, etiam extra territorium, diſc. 12. n. 11. 12. & 13. diſc. 14. n. 25. *vid.* Diſpenſatio, Irregularitas. Diſpenſat cum illegitimo ad minores tantum, diſc. 14. n. 25. Duarum Eccleſiarum non tenetur deputare duos Vicarios generales, diſc. 2. n. 7. *Sponſus* unius uxoris dicitur, diſc. 7. n. 2. *Reſidere* poteſt in una earum, Tribunal habere, & functiones facere, ib. n. 6. Epiſcopalis jura voluntariis jurisdictionis exercere poteſt in aliena diœceſi, diſc. 6. n. 7. *Et* quid ſi exigant uſum pontificialium, n. 9. ib. Exemptum contra Capitulum, quomodo procedat, diſc. 44. n. 1. & ſeqq. *vid.* Adjuncti, Capitulum. Græcus, & Latinus in eadem Eccleſia, quandoque in

in Italia fuerunt, disc. 14. num. 21. & 22. Interstitiis, an & quando possit dispensare disc. 18. num. 29. Interveniens in Capitulo tanquam Canonicus tantam habet vocem, quantam quilibet Canonicus, disc. 20. num. 6. *Et* quid accedente consuetudine, quod suum votum sit duplicatum, vel præponderet, & an sit attendenda, ibidem. Latinus non potest ordinare Clericum græcum, disc. 14. num. 20. Male promovens ad ordines quas pœnas incurrat, disc. 24. n. 41. Manutenetur in possessione cognoscendi causas matrimoniales, & similes, quousque Prælatus inferior non probet territorium separatum, cum qualitate nullius, disc. 33. num. 40. Monialium elausuram demandatam habet, disc. 36. n. 5. *Licentias* pro accessu ad Monasteria concedit, & de ratione, ibid. n. 6. & 7. *vid.* Monasteria monialium. Notariorum circa examen quam potestatem habeat, disc. 22. n. 6. *vid.* Notarii. Ordinum circa collationem quomodo se gerere debeat, *vid.* Ordines. Pontificalium usum in aliena diœcesi, an & quando exercere possit, *vid.* Pontificalia. Præcedentiæ quæstiones inter Regulares determinat, disc. 38. n. 1. & de ratione, n. 2. ibidem. Prælati inferioris sine territorio separato in locis, quam jurisdictionem habeat, disc. 5. num. 15. Primam confuram suo subdito conferre potest in aliena diœcesi, disc. 6. n. 8. Privare non potest clericum invitum habitu clericali, & eum pronunciare laicum, disc. 24. n. 37. *Sed* debet procedere per viam declarationis deficientiæ requisitorum, n. 38. ibidem. Reassumptionem habitus clerico prohibere non potest, disc. 24. n. 36. Regulares contravenientes in materia concionandi punire potest, disc. 3. n. 14. Regularibus cum exemptis quomodo se gerere debeat, ibidem num. 15. & 18. Residere an, & quomodo teneatur, & de pœnis non residentis, & quando dispensetur, disc. 4. num. 1. 2. & 9. Seminarii pro sustentatione contribuere tenetur, disc. 25. n. 13. Simultaneam exercens in collatione beneficiorum cum Capitulo, poterit extra Capitulum suum votum explicare, disc. 20. num. 6. Sufficienter non provisum promovens ad sacros ordines, ad quid teneatur, disc. 24. num. 39. Testandi facultate, ut gaudeat, an teneatur residere, disc. 4. num. 10. Titularis coadjutor alicujus Archiepiscopi si sit antiquior, an præcedat Episcopos suffraganeos, disc. 14. n. 24. Tribunal potest habere in qualibet parte diœcesis, disc. 4. num. 3. Et subditi tenentur ad illud accedere, num. 4. ibidem. Vicarium Capitularem sistere potest syndicatui, non autem Generalem, disc. 31. num. 21. Vicarium particularem in parte diœcesis, quando teneatur deputare disc. 4. num. 6. Vicarium generalem, an & quando deputare teneatur, n. 8. ibid. Vicinior loco nullius visitandi jus quando habeat, disc. 5. num. 22. *Qui* dicatur ad effectum exequendi literas Apostolicas vicinioti, directas, disc. 14. num. 16.

Episcopi Clericorum immunitate in defendenda quomodo se gerere debeant, disc. 25. n. 20. Duo ejusdem Ecclesiæ esse possunt, & quomodo, disc. 31. n. 21. Limina Apostolorum, quando visitare teneantur, disc. 25. num. 2. Majestatem dignitatis tueri debent, & sæcularibus indecens obsequium non præbere, disc. 50. n. 1. Modeste vivere debent, atque frugali mensa, & moderate suppellectili uti, disc. 42. n. 1. Prædicationis munus explicare debent, & quomodo hodie adimpleant, disc. 3. n. 1. 2. & seqq. *vid.* Concionari, Concionator. Primæ tonsuræ in collatione, quomodo se regulare debeant, disc. 42. n. 38. Qualificati in Germania, & quandoque in Italia, & Hispaniis solent habere alios Episcopos pro adjutoribus, disc. 14. n. 25. Theologi quod sint, vel potius Canonistæ, an magis expediat, disc. 2. n. 6. Thronum, seu baldachinum pretiosum, an retinere possint, disc. 42. num. 2. Titulares ordines conferre non possunt, quia subditos non habent, neque familiaribus, & de ratione, disc. 14. num. 19. Aliæ *vid.* Metropolitanus, Ordinarius, Prælatus.

Equites, *Vid.* Milites.

Examen concurrentium ad parochiales, quomodo sit faciendus, & de eorum approbatione, disc. 32. n. 4. & 14. *Et* an personæ, quæ non sint examinatores synodales interrogare possint, n. 13. ibidem. Examinatoribus a synodalibus fieri debet, etiam ubi consensus non est necessarius, disc. 32. n. 15. Norum in Curia, an possit appellans ab irrationabili judicio Episcopi inducere prælectos, n. 24. ibidem. Parochorum, vel Vicariorum approbatorum per concursum, an possit denuo ab Episcopo fieri, disc. 32. n. 17.

Examinatores Synodales Cathedralibus in unitis deputari pro una diœcesi non possunt intervenire in concursu parochialium alterius diœcesis, disc. 32. num. 6. Deputantur in synodo, disc. 30. n. 7. disc. 32. n. 6. Extra synodum cum consensu Capituli, an & quomodo ab Episcopo deputentur, disc. 30. n. 8. disc. 32. n. 7. Gratuito omnino munus suum explere debent, & quando secus factum reputetur simonia, disc. 32. n. 16. Idoneum approbare tenentur, non autem pronunciare dignioiem, ibid. n. 15. Juramentum præstare debent, & an requiratur in quolibet concursu, disc. 32. num. 8. Tres, & non minus intervenire debent, ibid. n. 6. Vota collegialiter proferent congregati in uno loco, disc. 32. n. 9. Et quomodo computentur, ibid. num. 10. Votorum si fuerint in partitate, Ordinarius eam dirimere potest, sed adhæsio facienda est in ipso actu, disc. 32. n. 11. Alia *Vid.* Concursus, Ordinarius.

Excommunicati insordescentes, an & quomodo puniendi sint, disc. 43. n. 28. Ratione officii, vel quod sint de universitate, an solvantur si definant esse de illo corpore, & quid de aliis censuris, ibidem num. 22.

Excommunicatio delictum exigit, disc. 43. n. 21. Proferri de facili non debet, nisi in subsidium, ibid. n. 1. Violentam ob manuum injectionem in clericum, ecclesiasticæ immunitatis ob violationem, ob duellia, ob usurpationem bonorum Ecclesiæ, & similia contenta in Bulla cœnæ ipso jure incurritur, disc. 43. num. 6. Universitates contra, ac Capitula, & similia corpora ficta fulminari non potest, num. 10. ibid. *Bene* tamen interdictum contra universitatem, & excommunicatio contra aliquos particulares, disc. 43. num. 23. Usurpantes bona Ecclesiæ comprehendens, de quibus intelligatur, ibid. num. 8. *Vid.* Usurpantes. Alia *Vid.* Censuræ, Interdictum, Suspensio.

Executor Apostolicarum literarum debet esse in dignitate ecclesiastica constitutus, disc. 46. num. 1. & 5. *Capitulum* Sede vacante non est, quia diriguntur vicinioti, disc. 31. num. 36. *Et* quid de literis Episcopo directis, num. 37. ibidem. Ultimarum voluntatum, an possit esse religiosus, & quando censeatur deputatus ad proprium commodum, disc. 34. num. 19.

Exemptio clausuram monialium in concernentibus non opitulatur, disc. 36. num. 5. *Vid.* Monasteria monialium. Concursum circa parochialium, vel approbationem ad eas non prodest, & de ratione, disc. 32. n. 36. Congruæ pro Vicario parochialis in taxatione non potest opponi Ordinario, disc. 9. num. 14. Curam in concernentibus quare non suffragetur, disc. 36. n. 9. Non præsumitur, sed esse probanda, disc. 44. n. 4. Alia *Vid.* Regulares.

Expectativa, *vid.* Gratiæ.

Expensa, *vid.* Alimenta.

F

Fabrica S. Petri.

De ejus facultatibus circa commutationem ultimarum voluntatum, & quando faciant cessare potestatem Ordinarii, disc. 21. n. 1. & 3. *Vid.* Commutatio.

Fama articulari debet separatim in probatione immemorabilis, disc. 12. num. 12. *Familiaris* Cardinalis, quando quis dicatur ad effectum reservationis, disc. 14. num. 12. Episcopi titularis ab eo ordinari non potest, ibidem n. 19. Triennalis Episcopi, licet non subditus potest ab eo ordinari; sed quando dicatur vere talis, disc. 14. num. 11.

Festivitates fieri non possunt ad æmulationem alterius Ecclesiæ, disc. 3. n. 12.

Fesulanus Episcopus jurisdictionem in suos subditos exercet in Civitate Florentiæ, disc. 6. n. 13.

Feuda dari in dotem prohibere potest Princeps, disc. 26. n. 39. Dignitatis sunt individua, & tamen exercitium jurisdictionis potest esse divisum, sicut & fructus, disc. 8. n. 9.

Feudatarius patrimonium duplex habet, & duplicem hæredem, disc. 42. n. 4.

Fideicommissum Religioso professo religionis non incapacis, an possit deferri, disc. 34. n. 20. Stare an possit in suspenso pro expectanda habilitate, vel quoad superest spes personæ prædilectæ, disc. 20. n. 16.

Filiusfamilias Clericus circa factionem testamenti, & usumfructum bonorum, ut privilegio gaudeat, debet habere requisita Tridentini, disc. 24. n. 33. & 34. Matrimonium contrahere potest sine Patris consensu, disc. 26. n. 35. *Et* an possit hoc casu exhæredari, vel filia dote privari, & quid si sit aliunde provisa, num. 35. & 36. ibidem.

Filius beneficium quod Pater possedit obtinere non potest, & de ratione, disc. 49. n. 1. In eadem Ecclesia in qua Pater obtinet, habere an possit, ibid. n. 3. *vid.* Illegitimus, Pater.

Furi Electio, *vid.* Electio fori.

Furi Privilegio Clerici in minoribus ut gaudeant, quænam requisita habere debeant, disc. 24. num. 11. Et quis debeat de eis cognoscere, ibid. num. 19. & 46. Clericus beneficium habens, quando gaudeat, & quale esse debeat beneficium simplex, an servitorium, vel residentiale, disc. 24. num. 12. & 13. Et quid de Cappellaniis, Coadjutoriis, vel fratantiis, ibidem n. 15. Atque num pensio beneficio æquipolleat, disc. 24.

disc. 24. n. 14. *Declara* conclusionem, ut non sufficiat titulus, sed requiratur possessio, disc. 24. num. 16. *Et* an sufficiat possessio si titulus detegatur illegitimus, num. 17. ibid. Conjugatus clericus, an & quando gaudeat, disc. 24. num. 44. *Vid.* Clericus conjugatus. Controversus si fuerit clericatus ad dictum effectum quomodo sit probandus, ibid. n. 47. & 48. Judices ecclesiastici, & laïculares in hac materia quomodo se gerere debeant, disc. 24. num. 38. & 26. Privandus non est clericus ex quo per modicum tempus sine habitu incesserit, num. 32. ibid. *Et* e contra excusatur laïcus illum appreliendens sine habitu, si statim eum resistuat, disc. 24. n. 32. Reassumens habitum, & requisita adimplens gaudebit, disc. 24. n. 35. *Etiam* quod reassumptio fiat propria authoritate, non obstante Episcopi inhibitione, ibid. n. 36. *Vid.* Reassumptio. Servitium in divinis, ut gaudeat, quomodo clericus præstare debeat, disc. 24. num. 27. & 29. *Vid.* Servitium. Tonsuræ requisitum ad dictum effectum quale esse debeat, & quomodo diversimode observetur, ibid. n. 25. & 26. Vestes, ut gaudeat, quales gerere debeat, disc. 24. num. 21. & seqq. *Et* an semper sint gestandæ, num. 32. ibid.

Evasuræ beneficii loco an habeantur, ut clericus in minoribus sine aliis requisitis gaudeat privilegio fori, disc. 24. n. 15.

Fructus acquirit beneficiatus residens vere, vel ficte, quamvis non serviat, disc. 15. num. 2. & 11. Anticipate exigere non potest beneficiatus, disc. 47. num. 1. Ecclesiæ sede vacante acquiri per Capitulum, an possit consuetudine induci, disc. 31. num. 8. Inexactos non transmittit beneficiatus ad hæredes, sed spectant ad Ecclesiam, vel Cameram respective, disc. 15. num. 15. *Testandi* indultum non completitur, sicuti neque fructus non comminos, disc. 42. num. 7. Prædecessoris hæres, Camera, & successor in beneficio quomodo dividant, disc. 47. n. 1.

Fundator conditiones juri contrarias potest apponere in limine fundationis jurispatronatus, disc. 10. n. 7. Exemptionis a visitatione Ordinarii in fundatione loci pii conditionem apponere an possit, ibid. num. 4. & 6. Loci pii quoad vivis, non potest Ordinarius illum visitare, disc. 10. num. 8. *Et* quid si sit communitas, quæ numquam moritur, ibid. n. 9.

G

Glossa.

COncilii Tridentini sunt prohibitæ, & quænam, ac de ratione, disc. 1. n. 2.

Grammatica ad quid inserviat, & quomodo sit adhibenda in aliis scientiis, disc. 1. num. 8. Schola ejus pro addiscenda lingua latina, quomodo præcipiatur per Tridentinum, disc. 2. num. 2. & 21. *Et* quando non possit haberi Seminarium de modo opportuno faciendi dictam deputationem, & sustentandi magistros grammaticæ, & musicæ, ibid. n. 22. disc. 25. num. 20. Alia *vid.* Seminarium.

Gratiæ expectativæ concedi non solent post Tridentinum, disc. 45. n. 1. *Et* quid de pensionibus eventualibus dictis n. 1. ibid. *vid.* Pensiones, *vers.* Eventuales. Puræ, an dicantur, vel conditionales, & an cessent per mortem Papæ, disc. 45. n. 4.

Græcus Clericus ordinandus est ab Episcopo Græco, & de ratione, disc. 14. n. 20. *In* minoribus uso latus gaudet, ut clericus conjugatus latinus, disc. 24. num. 45. Ritus in aliquibus Regni, & Siciliæ partibus quare antiquitus servabatur, & hodie in aliquibus partibus retineatur, & quomodo fuerit introductus ritus latinus, disc. 8. n. 25. disc. 14. n. 20. & 21.

H

Habitus.

REligiosus, in qua ætate assumi possit, disc. 19. n. 6. disc. 40. n. 4. Alia *vid.* Dimissio, Reassumptio, Vestes.

Hierosolymitanæ Religionis beneficia, an sint perpetua, vel manualia, disc. 13. num. 13. *Contribuere* non debent seminario, & de ratione, disc. 20. n. 9. *Et* quando debeant, ibid. n. 10. Cum Capellanis, vel militibus viventibus extra Communedarum sepra potest jurisdictio exerceri absque licentia Ordinarii, disc. 6. n. 13. Dignitates, & Commendæ quomodo, & quibus conferantur, & de requisitis eas obtinere volentium, disc. 13. num. 10. disc. 25. num. 9. *Conferri* possunt a Papa præveniendo M. Magistrum, disc. 13. num. 10. Non professis solent assignari aliquæ pensiones, vel beneficia de mensa commendarum, ibid. num. 11.

Hierosolymitani milites beneficiorum sæcularium sunt incapaces, disc. 13. n. 3. Novitium continuum peragere debent, disc. 39. n. 9.

num. 9. Nullitatem professionis ad opponendum post quinquennium quomodo admittantur, disc. 41. num. 6. *vid.* Professionis nullitas. Patrimonialibus de bonis disponere an possint, & de licentia quam obtineant per M. Magistrum de his disponendi, non autem de acquisitis, disc. 34. n. 15. Professionem in qua ætate emittant, disc. 39. n. 7. Proprium habere an possint, & de eo disponere, disc. 34. num. 13. *Et* de ratione quare concedatur eis hic usus, num. 14. ibidem.

Homicidium beneficii assequendi incapacitatem inducit, nisi adsit dispensatio, disc. 12. num. 4. *Et* quid si adsit tantum diffamatio delicti, num. 9. ibidem. *Vel* sententia absolutoria ex defectu probationum, disc. 12. num. 10. *Vid.* Dispensatio, Irregularitas. Pensionis assequendæ, vel assecutæ incapacitatem non causat, disc. 12. n. 5. Privationem beneficii, an & quando importet, ib. n. 6. *Et* quod debeat contineri in sententia, ibid. *Et* quid in sententia contumaciali, disc. 12. num. 7. Voluntatium irregularitatem causat, disc. 12. num. 10. *Vid.* Irregularitas.

Hospitalia contribuere seminario an & quando teneantur, disc. 25. n. 2. Ministros omnia Sacramenta infirmis ministrantes, quænam retineant, disc. 26. n. 17. Rationes administrationum illorum an possit exigere Ordinarius, non obstante, quod ex lege fundationis sint a visitatione exempta, disc. 10. n. 4. Sæcularium sub administratione existentia, vel sub regia protectione, an subjaceant visitationi Ordinarii, disc. 3. n. 17. disc. 10. n. 1. & 2. *Et* an possit Ordinarius exigere procreationem, disc. 10. num. 2. *Quid* si obstet lex fundationis, & de ejus interpretatione, disc. 10. num. 4. & 6. *Aut* Fundator vivat, num. 8. ibidem. *Vel* sit persona ficta, quæ nunquam moritur, ut Communitas, ibidem num. 9. *Vid.* Ordinarius, Visitare.

I

Illegitimus.

